




Homiliarum in evangelia ... pars I [-III]

<https://hdl.handle.net/1874/403115>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

R. GUALTHERI
Homiliae in
Evang. Domin.

E. fo.
34

965



296.

homeliquit
in partibus

2

7





Theologia

Folio n^o. 34.

N^o 130. H

E fol 34

HOMILIARVM:
IN
EVANGELIA
DOMINICALIA A DIE
PASCHATIS; VSQVE AD

Festum natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.

Pars LI.

Authore

Reuerendo & Doctissimo Viro
RODOLPHO GVALTHERO

Tigurino.

Ex dono Busolinii



LVGDVNI BATAVORVM

ANNO

CIO IO XXCV.



HOMILLARVM

EVANGELIA

DOMINI CALIA A DIE

PASCHE ATIS; V. G. V. A. D.

Primum voluminis Domini octavo 396 cl. 10.

Author

Reverendo & Doctissimo Viro


RODOLPHO GALTIERO

Thomae

EVANGELIUM PASCHE ATIS

1600

CL. 10. 396



ILLVSTRISSIMO PRIN-
CIPAC DOMINO, DOMINO
WILHELMO, LANDGRAVIO HASSIÆ, CO-
miti in kazenelnbogen, Diez, Zigenhain & Nidda, &c.

Domino suo clementissimo. S. P. D.



VOTIES IN HAC POSTREMA ET TRISTI
 mundi senectâ, tetrisque Confusionibus cum regnorum ferè
 omnium, tum in primis Ecclesiâ Christi, vere nunc orpha-
 na, & inter procellas sauisimas propemodum fatiscens,
 de posteritate secutura cogito, & qualis apud hanc, in tri-
 sti ac tetra illa docentium inter se dissensione & laniena, futura sit Ecclesia,
 qua eius fortuna, quem item in tantis periculis custodem, opitulatorem, & de-
 fensorem habitura sit: Ex una parte cœlestia vaticinia mecum confero, qui-
 bus non solum significatum est nobis diuinitus, paulò ante gloriosum Filij
 Dei & Mariæ Virginis aduentum in iudicium, futuram esse talem faciem
 Ecclesiæ, qualis nunc nobis exhibetur, sed simul in ijs consolationes firmæ pro-
 posita sunt, ut animi nostri confirmetur, ne fracti vel seuitia tyrannorum,
 vel rabie hypocritarum, ab authore & custode Ecclesiæ deficiamus: Ex al-
 tera vero, dulcissima sententia graci versus mihi in mentem venit, qui ex-
 tat apud Gregorium Nazianzenum, cognomento Theologum, quem ad
 Episcopos sui tēporis istis verbis scripsit: *Ζητῶ Νῶε Κιβωτὸν, ὅπως μὴ ὀνείδων ἀλύξω.*
 Quod dictum quidam ex agmine pontificio ante paucos annos, ad con-
 firmandas nundinationes, & (ut quod res est dicam) ad illudendos homines
 rudes & simplices, perperam ad edificium arca Noë detorserunt, quam
 Deus seminarium generis humani, & receptaculum animalium, cœliq; vo-
 latilium, tempore diluuij esse voluit, qua in aquis cum reliquis hominibus &
 brutis interijissent, nisi in ea ad usum hominū diuinitus seruata essent. Sed
 quamprobe ad structuram arca Noë illi nundinatores remiserint plebecu-
 lam simplicem, inde apparet, quòd nullibi locorum in toto mundo eam ho-
 minibus vnquā potuerint monstrare. Nam licet Nicephorus non paucas li-
 gnorum & clauorum arca Noë reliquias ab incolis montis Ararat asser-
 uari scribat, Epiphanius item eiusdem reliquias in Cardyensium regione o-
 stendi fateatur, Josephus verò arca fragmenta in regione, qua Ceron dicitur,
 seruari & ostendi, Hieronymus quoq; suo tempore ea residua mansisse (qua
 omnia, quam vera sint, in medio relinquo) tradant: nullo tamen probato
 testimonio S. scriptura, aut Orthodoxæ antiquitatis, vel etiam fide digni hi-
 storici, locus aliquis nominari aut monstrari potest, ubi integra arca, qua
 decimo septimo die mensis septimi, super montes Ararath, tempore diluuij
 requieuit, post egressum Noë, sacrificantis tum *συνήγοι* amplius ab homi-
 nibus conspecta aut quasita sit, cuius conspectus tantum profuisse videnti-
 bus eam, quantum maioribus nostris profuerunt præsepe, in quo Christus,

Daniel 12.
Matth. 24.
Luc. 18.

Lib. 4. cap.
19. Eccles.
hist.
lib. 1. cont.
Nazarie.
Li. 20. Ant.
Jud. ca. 2.

Gen. 8.

natus ex Maria Virgine, positus fuit, vel etiam linteum, quo inuolutus primium fuit, qua gemma, ut alias eiusdem generis infinitas prateriam, olim Roma in templis Maria maioris & B. Pauli, cum maxima admiratione populi, undiquaque cateruatim eò tum confluentis, conspecta sunt. Sed hac ratione Deus dedecus, nomini suo illatum, ulcisci solet, ut mendacium aliud ex alio sequi sinat, si gloria, qua ad ipsum solum pertinet, alio transfertur.

Hinc ergo apparet, dulcissimum Nazianzeni dictum, non de materiali Nohe domicilio, in quo propago tam generis humani quam animalium, cœliq; volatiliu, in diluuij diuinitus asseruat a fuit, sed de Ecclesia, intelligendum esse, qua in hac vita indefesso studio quarere debemus, ut eius ciues seu incola facti tristem mortem effugere possimus, cum extra Ecclesiam

In Epist. ad
Dionys.
post. cella.

Christi nulla sit salus aut vita, sicut praeclare Augustinus scribit: Quisquis à Catholica Ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi unitate disunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Et alibi similitudine id ipsum quoq; probat, cum ait: sicut in arca Nohe nemo, nisi qui in ea erat, à diluuij liberabatur:

Ita nullus, nisi Ecclesia membrum fuerit, saluabitur. Hanc verò formam loquendi, qua Ecclesia Christi, militans adhuc in hac vita, arca Nohe assimilatur, orthodoxi doctores, Ecclesia ex voce Spiritus sancti, scripta à D. Petro, ut postea id testimoniū adducam, mutuati sunt, sicuti non solum Ambrosius, illa miranda capacitatis arca Ecclesiam figurari scribit, sed etiam ipse Augustinus plurimis in locis idem facit. Tract. quidem 6. in Ioannem, arcam figurasse Ecclesiam ait. Alibi verò addit: arcam illam, in qua Nohe cum

Lib. 2. de
uocat. gent.
cap. 4.
Lib. 15. de
ciuit. Di.
cap. 26.

uxore, filijs, nuribus, & animalibus, qua ad illum ex Dei precepto in arcam ingressa sunt, à diluuij vastitate liberatus est, proculdubio figuram esse peregrinantis in hoc seculo ciuitatis Dei, hoc est, Ecclesia, &c. Et alibi, in ipsa arca Nohe Ecclesiam omnium gentium prefiguratam esse ait.

Lib. 32. ca.
35. contra
Faus. Ma-
nich.
Ioan. 10.
Mat. 23.
35.

Grauisimis enim de causis Deus Ecclesiam suam modo ouili, modo vineae, modo alijs rebus, in verbo suo conferre, & eius ciues omnes homines fieri voluit, qui, in extremo iudicio, dulcissimam iudicis viuorum & mortuorum vocem audire expetunt: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, à constitutione mundi paratum, quod nemo hominum possidebit, nisi qui Ecclesia Christi ciuis in hac vita fuit. Nam sicut mandato Dei arca nullam aliam ob causam extructa fuit, qua ut in ea Nohe cum uxore, tribus filijs, totidem nuribus, & omnibus animalibus, ex Dei precepto ad illum ingressis in arcam, à diluuij vastitate (ut Augustini verbis conseruationem generis humani & animalium ita mihi describere liceat) liberaretur: Ita æternus Pater ab æternis decreuit, ut homines, quos in dilecto suo filio, Domino nostro Jesu Christo, antequam iacerentur fundamenta mundi, elegit, & gratis adoptioni per Christum destinauit, ministerio verbi sui, & legitimo Sacramentorum usu, ex colluuij & sentina huius mundi exciperentur, & per Spiritum S. regenerati plantati in domo Domini, fideq; vera Christo insiti,

Epist. 1.

insiti, non minori dignitate & prestantia in Ecclesia fructescerent, florent, & fructus, Deo gratos, Ecclesia verò ipsius salutes proferrent, quàm pulcherrimæ arbores in monte Libano, donec planta illa cœlestes, quæ riuulis Euangelij irrigantur, in plantario Domini crescentes, tandem ex eo in paradysum aeternæ vitæ transferantur, sicut veteris & noui testamenti dicta illam imaginem Ecclesia quoque depingunt, cum dicitur: Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostræ flore bunt, adhuc in senectâ germinabunt, pingues & virides erunt, ut annuntient, quoniã rectus Dominus. Renati non ex semine mortali, sed immortalis, per sermonem Dei viuunt, & manentis in aeternum. Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cœlos. Ego sum vitis illa vera, & Pater meus Agricola est. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollit: Et omnem, qui fert fructum, purgat, ut fructum copiosorem afferat, &c.

Psal. 92.

1. Pet. 1.

Isa. 51.

Ioan. 15.

Ut verò singuli homines summo studio querere discant arcam Nohe in hac vita, id est, Ecclesiam, quod præstantem illum Theologum fecisse, ex dicto ipsius cognouimus, multa causa sunt, ac illa quidem grauissimæ, quæ in hæc classes præcipue referri possunt, id videlicet fieri debere non solum propter multiplicem doctrinam & consolationem, quas nobis arca Nohe, ceu in speculo contemplantas, proponit: Verum etiã propter mirificam & admiratione dignissimam imaginem, nobis in illa, de collectione, conseruatione & fortuna Ecclesie, planè mirabili, propositam, & tandem propter insignia pulcherrimarum virtutum exempla, in Nohe quoque, non ad intuentum tantum, sed etiam ad imitandum, nobis ob oculos posita: Quæ singula, ea, quæ potest fieri breuitate, attingam modo, initio sumpto, ab ipso arcæ fabricatore.

Nohe, qui à Theodoretò $\sigma\tau\epsilon\gamma\mu\alpha\ \tau\eta\ \gamma\epsilon\eta\varsigma$, $\kappa\alpha\iota\ \epsilon\iota\zeta\epsilon\ \tau\eta\varsigma\ \Phi\upsilon\sigma\epsilon\omega\varsigma$, $\kappa\alpha\iota\ \delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\rho\epsilon\varsigma$ Adàm, appellatur, & proauum habuit Henoch, qui insolito modo, & præter consuetum morem à Domino in cœlum receptus, & quasi visibile beatæ resurrectionis, omnium fidelium in cœlum ascensionis, speculùm factus est: Nohe ille (inquam) quia vera fide amplexus est promissionem de venturo semine, contrituro caput serpentis, quam Cainica soboles pro anili fabula habuit: Et quia Deo, partim prædicenti conseruationem familia ipsius in pœna (quæ nulla post Christum, in carne passum, tristior in hoc mundo, visa est) præceptumque de fabricatione arcæ danti, credidit, &c. exemplum fidei nostræ esse debet, ut & nos firmiter assentiamur promissionibus diuinis, quas nobis monstrat verbum scriptum à Prophetis & Apostolis, nec ab ijs auelli nos sinamus, propter vlla contraria aut impedimenta, quæ ratio nostra ostendit, aut huius mundi princeps per sua organa nobis obijcit.

Quest. 53.

in genes. de

s. scripturæ

ambiguis.

Gen. 3.

Gen. 3.

Quod Nohe firmo animo, & inexpugnabili constantia, non semel, sed aliquot seculis, auditorum suorum contumaciam, qui in contemptu verbi diuini impuram, effrenatam, & tyrannicam vitam secure agebant accusat, & damnat, & patienter fert non vnius Regionis aut ciuitatis, sed totius mundi, odia, Cachinnos, scômata, & laidogias, quibus ultra centum annos ipsius

2. Pet. 2.

anima cruciabatur, videndo & audiendo hominum sui temporis iniqua opera, sicut alibi de Loti afflicti anima loquitur scriptura: Item quod alter ille parens generis humani iuste & inculpate vixit, & cum Deo ambulavit suo seculo: Quod denique in ergastulo illo, in quo, non minore miraculo, ne in illo suffocaretur, cum suis servatus est, quam si demersus in profundissimis aquis sine Spiritu vixisset, moram illam per longam, qua servum suum Dominus, etiam cum periculo vitæ, satis anxie & misere cruciari passus est, a quo & patienti animo tulit, & in suo illo carcere expectavit Dei verbum, mandantis egressum ex arca, & eius claustra iterum reſerantis: Egressusque ex arca, ^{torrigia} Deo gratia & accepta, sacrificat, & c. non solum ministros verbi, ut docendo, arguendo, & ex verbo ostendendo voluntatem & iudicium Dei, homines ad agendam pœnitentiam inuitent, sed etiam auditores & lectores verbi divini, graviter de omnium virtutum officio commonefacit, ut quisque Nobis fidelitatem, pietatem, diligentiam, & constantiam, in sua vocatione & regendis moribus, imitetur nec se impiorum hominum obſectationibus, calumnijs, aut odijs, à pietatis studio, & recta via, auocari, nec impatientia frangi sinat, si impios in omnium admiratione esse, & florere, se autem & alios pios omnium ludibrio expositos esse, videt: Totoque vitæ suæ curriculo officia vocationis ad normam verbi divini dirigat, in arumnis tolerandis sine fremitu Deo obediat, & si moram fecerit, expectet eius auxilium, liberatus autem ex periculis offerat Deo vitulos labiorum, id est, laudes & gratiarum actionem, ut testetur, se non casu, aut humanis praesidijs, sed diuinitus, servatum & liberatum esse, illaque commemoratione et Deum celebret, & seipsum non solum, sed alios pios quoque, doceat, valde multa accidere Ecclesie membris, inextricabilia humanis viribus, aut consilijs, in quibus tamen Deum nobis presentem esse, & nos iuvare, experimur, ut timor Dei, fides, humilitas, inuocatio, gratiarum actio, & cætera virtutes, ex vera fide in Christum promanantes, in nobis exuscitentur, & indies crescant.

Habac. 2.
Hose 14.

Quod tandem Nohe vocatus est à Deo, non solum ad prædictionem diluuij, sed etiam ad seruandas reliquias generis humani ex posteris suis, quos secum in arca habuit superstites: Quod item post Nohe, familia ipsius, & animalium ingressum in arcam, ipse Dominus de foris clausit, certissimum diuinae providentiæ testimoniū est, quod Deus curet & seruet genus humanum, discernat pios ab impijs, & suum cœtum in summis etiam periculis arcana sua virtute tueatur, & omnipotentem manum suam opponat inundationibus & periculis, quæ iam suffocaturæ & oppressuræ erant membra Christi.

Nunc diluuij causas expendamus, ut illis admoniti, peccata, & illorum occasiones vitare discamus, ne ijs horrendam iram Dei in nos prouocemus, quarum tres precipue enumerantur, contempus scilicet ministerij verbi, quo
Deus

Deus accusauit peccata hominum, & eos ad seriam poenitentiam inuitauit, sicut vox diuina de contemptu illo ait: Non disceptabit Spiritus meus cum homine in seculum. Deinde uaga libidines, quae istis uerbis taxantur: Filij Dei uiderunt filias hominum, quod pulchrae essent, & acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Tandem etiam tyrannica gubernatio, quae istis uerbis significatur: Gigantes fuerunt in terra in diebus illis, quae querela Deus tyrannos illius temporis describit, qui latrocinij, & grassandi inter homines libidine, ita uixerunt, & sua potentia abusi sunt, perinde ac nullum restaret iudicium, sed ipsis, quicquid modo libuerit, facere quoque licuerit. Illa sunt peccata, propter quae totus mundus diluuium absorptus est, quae poena uniuersali Deus magnitudinem irae suae aduersus peccata generi humano ostendere uoluit, cuius similem (excepta unica illa, quam Filius Dei, factus homo & maledictum, pro nobis, in ara crucis sustinuit) neque in sacris literis, neque in probatis historijs, extare, ingenue fateor. Deletio Sodomae & Gomorrhae caelitus facta, Interitus Pharaonis & subditorum eius in mari rubro, eiectio gentium ex patrijs sedibus propter obscenitates, & incestas libidines, quae habitandi locum posteris Abrahae dedit postea, Interitus viginti quatuor millium, in deserto trucidatorum, deletio tribus Benjamin, Exilium & poena Dauidis, captiuitas Babylonica, Excidium Ierosolyma, & totius illius populi, de quo scriptum est: non fecit taliter omni nationi, &c. sunt horribiles quoque peccatorum poena, quarum consideratione animus Christiani hominis commoueri, & toto corpore perhorrescere debet: Sed illa neque creaturarum, neque aetate, neque locorum omnium sunt, qualis est poena diluuij, quae non tantum totum genus humanum, & animalium omnium, solis reliquijs exceptis, quas Noe arca excepit, Deus miserabiliter deleuit, uerum etiam totius rerum naturae tam exitialem mutationem poena illa attulit, ut singulos fateri necesse sit, quamlibet naturae partem per diluuium factam esse languidiorē. Nam nec in hominibus amplius est talis longauitas, qualis ante diluuium fuit, nec tanta existunt in animantibus, plantis, arboribus, & reliquis Dei creaturis, uires, quanta ante illam inundationem uniuersalem fuerunt. Hanc poenam nobiscum singulis momentis in mente nostra circumferamus, ut non solum ipsa peccata, sed illorum quoque occasiones, uitare, & iudicium Dei timere, discamus, ne contemptu uerbi diuini, & scelerum licentia, caelestes, terrestres & infernales poenas nobis, & posteris nostris, attrahamus. Nam cum ipse Dominus, hanc imaginem profana securitatis hominum primi mundi, transferat ad postremi seculi senectam (in qua non tantum in Diabolis, sentientibus iudicium praeforibus esse, rabies indies crescit, & sauior fit, sed etiam apud maximam partem hominum, pro dolor, tanta est impietas, caecitas, atque omnium scelerum &

Genes. 19.
Exod. 14.
Leuit. 18.

Num. 25.
Iudic. 20.
2. Sam. 11.
15.
2. Reg. 24.
25.
2 Paral. 32.
33.
Luc. 19.
Psal. 147.

rum & flagitiorū licentia, ut nunc furiosius in omnis generis scelera ruant homines, quam ullis retrò numerandis seculis antè factum est) cum ait, sicut in diebus Nohe fuit, ita erit in aduentu filij hominis: Certò statuere & colligere debemus, Deum generi humano, ex quo plurimi domicilium mundi huius Gigantum aut Cyclopum colliuiem, & Circes stabulum, nunc esse existimant, in quo licentia & impunitas omnium scelerum regnare debeat, non parsurum esse, sicuti Apostolum Petrū huius ratiocinationis authorem, & testem fide dignissimum, adducere possumus, ubi ait: Si Deus primo mundo non pepercit, sed octauum preconem iustitie, Nohe, seruauit, diluuium mundo impiorū induens, multo minus parcat ijs, qui carnem sequentes, in concupiscentia pollutionis ambulant, & c. Sicuti id ipsum Deus post diluuium in Iride quoq; monstrare voluit, quam promissioni, de non amplius perdendo genere humano diluuiū uniuersali, tanquā signum fœderis addens, in nubibus collocat, & diuersis coloribus pingit, ut arcum illum intuentes, & colores eius considerantes, memores simus pœnæ præteritæ, quam cœruleus seu aqueus color ostendit, & mox secutura, quam igneus representat, quo ostenditur, igni, in extrema impiorum pœna, & Electorum liberatione mundū hunc destruendum, eiusq; impietate in æternum puniendā esse.

Exempla singularis amoris, gratiæ & misericordiæ Dei, quæ Nohe, & ipsius arca, consolationis loco, plurima nobis quoq; proponunt (quod scilicet spacium centum & viginti annorum, impijs, ad agendam pœnitentiā, concesserit, quod reliquias tam Ecclesiæ ad Dei laudem, quam animantium ad usum & utilitatem hominum, in arca custodierit: Quod in Sem posteritatem familia conseruauit, ex qua Filius Dei, humanum corpus, & animam rationalem, absq; peccato, ut semel assumpsit, ita in æternum assumptā naturā nunquā deseret, ut præclare loquitur Damascenus, in quo unico Immanuele, Pontifice, ^{in asneto} & mediatore nostro, omnes fideles seruantur ad uitā æternam) ordine adducere, & ostendere possem, nisi paucis quoq; mirifica illa imago de collectione, gubernatione, & conseruatione Ecclesiæ, attingenda & explicanda esset, quā arca nobis ob oculos pingit. Multa n. sciens prætereo, quæ etiam utilem & necessariam doctrinam continent, qualis illa est, quæ tradit discrimen legis & Euangelij, qualis utriusq; sit effectus & operatio. Nam quod toti rerum natura (solis reliquijs, quæ in arca erant, exceptis) exitialem mutationem diluuium attulit, ad pœnam pertinet, quam lex denuntiat contra Dei præcepta peccantib. Ita quod Nohe fide amplexus promissionem venturi seminis, contritoris capitis serpentis, ulterius credidit Deo, ipsi tam præcipienti arca fabricationem, quam prædicenti uniuersalem interitum generis humani, & animantium, ac simul promittenti conseruationem familia ipsius in pœna, quæ (ut antè dixi) nulla post mortem Filij D E I, quam carne pro nobis passus est, tristior & maior in hoc mundo fuit, & c. Euidens testimonium est gratuita misericordiæ, quæ D E V S ipsum complexus est, & quam vox Euangelij promittit omnibus

omnibus, verè agentibus pœnitentiam, credentibus in filium DEI, ac retinentibus fidem & bonam conscientiam, quod pluribus dictis & exemplis scriptura probari poterat, si non ad alias imagines nobis properandum esset.

Arca Noe quomodo figura baptismi sit, D. Petrus nos monet, cum ait: Cum semel expectabatur Dei lenitas in diebus Noe, cum apparabatur arca, in qua pauca, hoc est, octo anime servate fuerunt per aquam, cuius figura nunc respondens baptismus, nos quoque saluos reddit, &c. Quo dicto docet Petrus nostræ salutis modum, quam per baptismum consequimur, congruere cum liberatione illa, quæ Noe, & reliquis septem animab., in arca contigit, quoniam hodie quoque mundus plenus est hominibus incredulis, quales illo tempore terram occupabant: Ideoque nos à maiori turba huius mundi segregare necesse sit, ut ab interitu erepti salui fiamus. Nam sicuti Noe, promissioni Dei obtemperans, collegit se cum uxore, liberis & nigris suis, ut sub quadam mortis specie à morte emergeret, sic nos mundo renunciare & mori conuenit, ut nos Dominus verbo suo regeneratos viuificet, & aeternæ salutis in Christo participes faciat.

Cur de lignis quadratis & imputribilibus arca fabricata sit, docet Augustinus: Sicut arca de lignis quadratis construebatur, ita Ecclesia de sanctis construitur. Quadrum n. in quacunque parte posueris, fortiter stat, & sanctis in quibuslibet tentationibus stabiles permanent, non aduersitatibus, non prosperitatibus, cedunt. Bitumen significat charitatem, per quam sancti, nec illis scandalis, quæ sunt ab his, qui intus sunt, cedunt, nec illis, quæ sunt ab his, qui foris sunt, & seruant unitatem Spiritus in vinculo pacis, tolerantes malos Christianos, qui sunt in Ecclesia, & hereticos, qui sunt foris & extra Ecclesiam. Et alibi: Imputribilia ligna sancti sunt fideles, pertinentes ad Christum, & in fide perseverantes.

Sicut arca Noe, cum in sublime aquis diluuij ferreretur, non habuit in toto mundo locum certum, in quo consistere posset, sed agitata ventis & fluctibus aquarum hinc inde fluctuabat, nec tamen remis aut velis ullis sicut naues in mari, aut Cymba in fluminibus nunc reguntur, sed tantum diuinitus gubernata conseruabatur, ne vi subito exorta tempestatis & inundationis, ad scopulos, montes vel arbores impingens, aut illidens frangeretur: Ita Ecclesia militans ad nullum locum certum in hoc mundo alligata est, sed quocunque eius membra seu ciues inter terribiles tempestates turbinum & procellarum, quas diaboli, & satillites ipsius excitant, perferuntur, illic monstrat ipsis Filius Dei locum habitandi, dat eis panem & aquam cum tribulatione, ut ait Propheta, protegit & tuetur eos: ne metu procellarum aut fluctuum frangantur: Sed sua Ecclesia inter medias etiam arumnas præsens est, donec suo consilio & potentia ex hostium suorum rabie liberet eam. Nam conseruatio & protectio Ecclesie, non humana sapientia aut potentia operis, sed solius Dei prouidentia & omnipotentia ascribenda & tribuenda est, sicut scriptum est: Cum ipso ero in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo

Psal. 91. *ficabo eum. Ecce custos Israelis neque dormitabit, neque dormiet. Nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Porta inferorum non praevalent aduersus Ecclesiam meam. Umbra manus meae protegam te, ut plantes caelos, &c.*

121.

Ioan. 10.

Matth. 16.

Isa. 51.

Matth. 16.

Ioan. 1.

2. Cor. 5.

Lib. 15 de

ciuita. Dei

cap. vlt.

Quod de conseruatione & protectione Ecclesiae dicitur, idem de collectione & gubernatione eiusdem intelligendum est. Illa enim neque hominum electioni aut prudentiae, sed solius Dei gratuita electioni, & uocationi tribuenda est, quae sit per ministerium uerbi, quo, ceu instrumento, utitur Spiritus sanctus in conuertendis & saluandis hominibus, sicut testimonia scripturae id comprobant. Ad confessionem Petri de persona & officio Messiae, respondit Christus: caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs nempe, qui credunt in nomen eius. Nomine Christi legatione fungimur, uelut Deo uos precante per nos, &c. Id ipsum ingressus animalium in arcam, ad oculum (ut dicitur) quoque demonstrat. Nam non solum de Noha, eius uxore, filijs & nuribus, scriptum est, quod iuxta praeceptum Domini in arcam ingressi sint, sed de animalibus idem scriptura testatur, quod bina ad mandatum Dei in arcam uenerint. Impossibile enim, secundum hominem loquendo, fuisset Noha, tot & tam multas indomitas belluas ex omnibus terrarum partibus in unum locum colligere, aut collectas ad ingressum in arcam adigere, nisi id omne secundum creatoris mandatum factum esset, sicut praclare loquitur Augustinus, ad Noham intrasse animalia in arcam, non hominis actu, sed iussu Dei.

Nunc uideamus, quales ciues habeat cœtus ille qui Ecclesia appellatur. Multi enim sibi fingunt in terris Ecclesiam omnibus numeris absolutam, & in hac miserarum ualle id quaerunt in ea, quod in altera uita, in caelesti gloria, demum assequemur. Contra illa somnia Anabaptistica Enthusiatarum, qui sibi talem fingunt Ecclesiam, in qua nulli sint mali, opponamus primum parabolas, quas Christus de Lizanijs, seminatis inter triticum, item de sagena in mare iacta, & alibi de nuptijs, ad quas uenit quidam non indutus ueste nuptiali, suis auditoribus proposuit. Deinde aspiciamus imaginem, quam arca nobis ob oculos ponit, in quam omnis generis animalia bruta, tam munda quam immunda, non solum conuenerunt, uerum etiam inter filios Nohe unus, Cham scilicet, lolium est, seminatum ab hoste Ecclesiae inter triticum. Ille exaggerans infirmitatem Patris sui, quam potius tegere debebat, Pater est omnium Hypocritarum & impiorum, quorum uitam & mores in Ecclesia usque ad finem mundi representat, qui in alieno oculo festucam, quam culpando eximere conantur, citius uident, quam in proprio trabem, quam omnino negligunt, & artificiosa specie deformant, optimè meritos Principes, Doctores & Praeceptores, quos parentum instar colere debebant, ut uulgi & aliquorum procerum animos ab illis alienent, & in eis odia aduersus ueritatis praecones & defensores excitent, & ita alienatos in furo suo confirmant, quo aduherarunt ueritatem caelestem.

Tan-

Tandem, ne quis in aeternum malos bonis permixtos, ac hypocritarum & improborum impunitatem grassandi in bonos perpetuam fore existimet, expendamus nunc ulterius mandatum Dei, quo iubetur ex arca egredi Noë cum suis, in qua, ut in tristi carceris squalore, ultra annum conclusus fuerat. Qui egressus Noë ex arca, præter alia, & ea quidem plurima & illustria scripturæ testimonia, docet nos, in consummatione sæculi secururam esse separationem piorum & impiorum, & tunc cessaturam horum effrenem licentiam & petulantiam, quam in illos audacter in hac vita exercuerunt, & tum demum grana tritici, ex terra gremio collecta, & nova fecunditatis gloria ornata, in horreum cœlesti, ad aeternam cum Deo & beatis Angelis consuetudinem colligenda, & Sathania verò, ad cruciandum in inferno, in ignem aeternum coniicienda esse.

Genf. 8.
Matth. 13.
22. 25.

Hæc breuiter de Noë arca præmittere volui, ut non solum mirificam illam imaginem de collectione, gubernatione & conseruatione Ecclesiæ, planè diuina, aliquo modo delinearem (singula enim iusto ordine persequi hoc in loco non fuit mei instituti.) Sed etiam ut simul in Cham, parente omnium hypocritarum, ostenderem, rem non nouam esse, quod pij & moderati doctores verbi diuini, hoc postremo & conuiciatorio sæculo magis, quam unquam aliàs, traducantur, & utilia ipsorum scripta artificiosa specie deformentur, qui, cum sint filij Noë, non sunt imbecilles in ferendis omnis generis iniurijs, sed imitatores eorum, qui per fidem ac patientiam hereditatem accipiunt promissionis: E contra filijs Cham relinquunt ~~Patris sui Noë~~ vocem ideo considerandam, ut mature vitent causas horrendæ pœnæ, quæ in his verbis describitur: Maledictus Canaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Gen. 9.

Heb. 6.


Huic verò parti homiliarum reuerendi & clarissimi viri D. Rodolphi Gualtheri Tigurini, illustrissime ac inchyte princeps, Domine clementiss. patronum deligere volui cels. vestram, non tantum propter multiplicia vestra cels. in me tenuem, sed multò magis in ipsam Ecclesiam Christi, verè nunc orphanam, magna & multa beneficia hoc tempore collata, quæ cum pijs omnibus sint perspecta, longiore nequaquam hic indigent commemoratione. Deum Opt. Max. ardenti oro pectore, ut C. vestram in hoc præclaro, & verè Heroico cursu diu conseruet incolumem, Spirituq. suo sancto perpetuo gubernet, ac, quib. ornauit pietatis, prudentiæ, doctrinæ, & alijs virtutum donis, iisdem indies magis magisq. locupletet ad veritatis cœlestis propagationem, & Catholica Ecclesiæ Christi adificationem, ac eandem cels. V. cum pia sua sobole & posteritate, tandem aeternæ salutis participem faciat. Ex museo nostro die natalis Mariæ Virginis, Anno Christi 1585. Quo die ante annos 1512. excidium orbis Ierosolymæ & totius populi Iudaici, factum est.

Celsitudinis V.

addictissimus

Jacobus Eysenberg

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly obscured by the ink marks.




HISTORIÆ GLORIOSÆ RESVRRECTIONIS DOMINI NO-

STR I IESV CHRISTI, DESCRIPTÆ AB

Apostolo & Euangelistâ, Matth. cap. vltimo,

H O M I L I A P R I M A.

Extremo autem Sabbato, cum lucefceres in primum diem hebdomatis, venit Maria Magdalena, & altera Maria, ut spectarent sepulchrum. Et ecce terra motus factus est magnus. Angelus enim Domini cum descendisset è cælo, & accessisset, deuoluit lapidem ab ostio, sedebatque super eum. Erat autem visus eius, ut fulgur, & vestimentum eius album, sicut nix. Custodes autem concussi præ illius timore, & facti sunt sicut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus: Vos verò ne timete: Scio enim vos IESVM crucifixum querere: Non est hic. Surrexit enim, pro ut dixit. Venite, videte locum, ubi iacebat Dominus. Et citò profecta dicite discipulis eius, Eum surrexisse à mortuis. Et ecce præit vobis in Galilaam: illic Eum videbitis. Ecce dixi vobis. Tunc egressi citò à monumento cum timore, & gaudio magno, ut nuntiarent discipulis eius. Cum autem proficiscerentur, ut renuntiarent discipulis eius, ecce Iesus occurrit eis, dicens: Auetè. Illæ autem accesserunt, & præhenderunt eius pedes, & adorauerunt Eum. Tunc ait eis IESVS: Ne timete, abite, renunciate fratribus meis, ut abeant in Galilaam: Et illic me videbunt.



SCRIPTURA SACRA VNANIMI CONSENSV

testatur, æternum Dei filium propter nos in mundum venisse, & hominem factum esse, ut peccatores saluos faceret. Et hæc vera & propria consolatio est, quæ per Euangelium nobis offertur, ut verò inter multas atque graues tentationes certior sit, quam ex illa percipimus, salutis fiduciam, sapius nos admoneri oportet, omnia abundè præstitisse Christum, quæ ad humani generis redemptionem necessariò requirebantur. Primò enim peccata omnia expiauit, vno die, ut Zacharias cap. 3 promiserat, & his deletis, Deum patrem nobis placauit. Et huc referri debent, quæ de illius morte hucusq; sunt exposita. Deinde, mortem, quæ peccati stipendium erat, resurrectione sua vicit, & eius imperium fregit, ut quæ nobis, ut peccati poena, debebatur, iam in ipsum credentibus lætus sit ad vitam beatam & immortalem transitus. Quia ergo resurrectio eius nostræ redemptionis quasi complementum est, Apostoli in suis congregationibus præcipuè testificantur de ea: Euangelistæ autem illius historiam non minus diligentè, quam mortem ipsius describunt. In præsentì primò tempus annotatur, quo ex mortuis resurrexit Dominus. Secundò, quibus primis eius resurrectio innotuerit. Tertio, quis & resurrectionis, & annuntiationis eius, modus fuerit. Quo loco Angelorum de illa concio siue testimonium, ascribitur.

Rom. 6.

Tempus sic notauit Matthæus: ὅψε δὲ σαββάτων τῆ ἐπιφωσκῆσῃ εἰς μίαν σαββάτων. Quo loco plarisq; interpretibus imposuit, quòd ὅψε pro vespere acceperunt, postrema nimirum diei parte, cum hîc potius de prima, quæ aliàs diluculum dici solè, agatur. Patet

Quando Dominus resurrexit?

ter hoc ex reliquis Euangelistis, qui omnes distinctius locuti sunt. Marcus enim sic ait: *καὶ διαγενομένου τῆς σαββάτου &c. λίαν πρῶτῃ τῆς μίας σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατέλαντες τῆς ἡλίου*, id est: Et cum exactum esset Sabbatum, valde mane, primo die hebdomadis veniunt ad monumentum ex oriente sole. Idem propè Lucas, cuius verba sic sonant: *τῆ δὲ μίας τῶν σαββάτων ἄρτου βαθέως ἦλθον ἐπὶ τὸ μνημεῖον*, id est, vna, siue prima Sabbatorum aut hebdomadis, profundo diluculo, veniunt ad monumentum. Ioannes verò sic: *τῆ δὲ μίας τῶν σαββάτων μαρία ἡ μαγδαληνὴ ἔρχεται πρῶτῃ, σκοτίας ἐπι ἕσσης, εἰς τὸ μνημεῖον* id est, prima autem hebdomadis venit Maria Magdalene, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum.

Quapropter cum tres Euangelistæ disertè vesperam excludant, diluculi autem meminert, quæ prima pars fuit eius diei, qui nouam hebdomadem post exactum festum paschatis exordiebatur, superuacaneum mihi videtur, vt particulam, siue aduerbium, ὄψε, pro vespera interpretemur, quæ aduerbialiter posita exponi potest per *POST*. Ita enim Græci vulgò loquuntur, ὄψε τῆς ἡλικίας, prouergente iam ad senium ætate, post exactum ætatis iustæ, & rebus agendis maturæ, tempus. Deinde dum serum Sabbatorum dicit, non septimum diem, qui magnum Sabbatum paschale erat, nec singulos septimanæ dies intelligit, sed Hebræorum more totam septimanam, quæ pluribus (vt sic dicam) Sabbatis constabat, cum dies isti omnes ad pascha pertinerent, & propterea azymi dicerentur. Vt ergo Matthæus cum reliquis tribus concilietur, videtur locus hic commodè sic reddi posse: post exactum tempus Sabbatorum & totius hebdomadæ paschalis, cum lucefceret in primum diem hebdomadis. Ita iam excluso (vespere) vocabulo, ambiguitas tolletur, quæ multos mouit, vt quæstiones non necessarias mouerent, nec tamen vis aliqua fiet aduerbio ὄψε, quo minus in sensu proprio, & huic loco inprimis conueniente, accipiat.

Hæc pluribus in præfenti tractare libuit, quia alibi breuius ista attigimus. Quòd si verò ex præcedenti historia mortis Christi repetamus, Christum in die parasceues mortuum, & in huius vespera, cum adhuc ab hora nona tres superessent, sepultum esse, secundus eius in sepulchro iacentis dies erit Sabbatum magnum paschatis: Atqui primus nouæ hebdomadis dies numeratur, tertius est ab eius morte & sepultura, quo se resurgere velle, toties discipulis promiserat, vt id hostibus quoque iam pridem innotuisset: Qui (vt in postrema homil. mortis Christi ex hoc nostro Euangelio audiimus) sepulchrum muniri, & adhibitis custodibus armatis, asseruari voluerunt, vt resurrectionem eius impedirent. Sed ne vnâ quidem horulam id possunt, quin vix dum oriente tertij diei aurora, excusso mortis imperio, è monumento prodeat. Est hoc euident argumentum veritatis & omnipotentis *IESU CHRISTI*, quo nos in fide decretorum & promissionum eius omnium confirmemus. Huius enim generis exempla multa sunt: Quorum omnium hic vsus nobis esto, ne quid de illius fide dubitemus, cui omnis potestas data est in cælo & in terra, vt in sequenti tertij homil. infra audiemus.

Porro primæ, quibus resurrectio Christi innotuit, fuerunt Mulieres, qui ex Galilæa vsq; Christum secutæ, & ministrauerant, & omnium, quæ perpessus est, spectatrices fuerant. Nunc autem primo diluculo adsunt, vt pro more gentis extremum honorem ipsi impendant: quæ ipsis occasio diuinitus oblata fuit, vt primæ illum resurrexisse discerent. Habent igitur luculentum suæ pietatis præmium: Et simul altius mysterium hîc latet, quo admonemur, Filium Dei, muliebris quoq; sexus redemptorem esse. Nam vt primæ prodromemur, ex eo sexu iustitia & salus nasceretur, qui nobis peccati & mortis causa fuerat. Multa uic quidem illum Deus pluribus pœnis, sed ne ideo se omni spe gratiæ & salutis excidisse putaret, olim promissiones illæ datæ sunt, & in mulieribus sæpe singularia virtutum maximarum exempla sunt edita, & nunc primis innotescit resurrectio, quæ nostræ redemptionis colophonem continet. Quæ autem istarum studia, qui mores fuerint, & quibus præmijs illas remuneratus sit Deus, non opus est hîc repetere, cum alibi, data occasione, abundè de his dicamus.

Sed quærat aliquis, cur Dei Filius sanctissimas mulieres resurrectione sua præueniret, neq; dignatus sit eo honore, vt corpus suum condirent, quod Sacerdotum serui, & milites prophani, tam multis tamq; indignis modis violauerant? Sed necesse erat doctrinam eius confirmari, qua pauperes sibi substituit, vt in hoc conferamus, quæ in ipsum, si in

Matth. 20.
Marc. 10.
Luc. 13.
Ioan. 2.

Mulieribus
primum innotescit
Christi
resurrectio.
Gen. 3.

Cur Christus
mulieres præueniret

si in terris ageret, vellemus conferre officia. Etenim si hoc officium ab istis recepisset, nobis omnem de illo bene merendi occasionem ereptam putarem, quibus non idem contingeret. Nunc verò cum in vnoquoque egeno hoc nobis offerri audimus, quod omnes verè pii sibi dari cupiunt, dulcissima hæc consolatio est, qua confirmemur, ne officia nostra Christo displicere putemus. Præterea superstitionibus medetur, quas orituras sciebat nouissimis temporibus, dum alij eius meritum & gratiam, alij corpus quoque illius certis locis, temporibus, adhæc certis vitæ generibus astringunt. Ridiculi homines, ne quid de illis grauius dicam, qui, quam Christus ipsis peperit libertatem, nouis superstitionum vinculis constringunt. Sed de his quoque plura alibi.

Sed modum resurrectionis Christi videre præstat, qui gloriosissimus fuit, vt, quod ex ignominia crucis iam exortum erat, scandalum, aboleretur. Nam primò terræ motum magnum factum fuisse dicitur, qualem in morte quoque accidisse, supra homil. sexta capitis 27. huius nostri Euangelistæ dictum est. Vt verò ad indignam sui creatoris necem tellus horruit, & eius hostibus poenas graues minata, adeoque vt indignos, quos ipsa ferat, detestata est: Ita nunc quasi exultans gestit eum luci victorem reddere, quem in sinum suum receperat. Deinde, ne terræ motus hic vulgaris, aut leui de causa euenisse, putetur, Angelus de cælo descendisse dicitur. Qui ergo in terra habuit hostes, homines, qui eum in sepulchro retinere voluerunt: Huic e cælo adueniunt ministri Angeli, qui ipsum liberent: Et vnus quidem Angelus terram vniuersam concutit, vt testetur nihil esse, quod ipsius gloriam impediatur. Hic certe confidenter ad sepulchrum accedens, lapidem ab ostio ipsius reuellit, nihil Cæsaris sigillum veritus, cuius nomine Pilatus illum ob signauerat: Et ne quid sibi metuere videatur Angelus, non reuellit modò lapidem, sed ei insidet, quasi expectaturus eos, qui iniuriam Cæsari, & eius sigillo, factam vlcisci velint. Et ne quis miretur, illud passos esse milites Romanos, quorum tunc summa erat in toto ferè orbe terrarum auctoritas, describitur, talem fuisse Angelum, qui vel solo aspectu terrere potuerit aduersarios. Erat autem visus eius (inquit Euangelista) vt fulgur, & vestimentum eius vt nix. Fulgur sola specie terret, vt solo fragore suo animos humanos mouent, quæ illud comitantur, conitrua. Vestitus verò albus victoriæ symbolum est. Quid ergo fiat, si vtrunq; in cœlestibus Spiritibus concurrat, quorum minister Deus in scripturis siue iudicijs exequendis vitur? Non temerè ergo hic additur: Custodes præ illius timore concussos esse, & factos esse sicut mortuos. Exanimis ergo iacuerunt, nec quicquam in illis virium fuit, donec Deus illos passus est rursus ad se redire. At si tanta est vnus Angeli maiestas & potentia (quod & alia innumera exempla testantur) quis non fateatur, insuperabiles esse Christi vires, cui myriades Angelorum seruiunt? Nos autem consoletur hæc eius potestas. Noster enim est Christus, nobis vicit, nobis deniq; Angelos obstrinxit, vt nobis seruiant, circa nos castra metentur, nos deniq; manibus ferant atq; defendant. Sed & ipsius promissio est. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Caterum orationem Angeli audiamus, qua Mulieres compellauit, quæ tribus partibus constat.

Prima solatur territas dicens: Vos verò ne timueritis. Sic interpretari libuit, vt Emphasis, quæ particulæ (vos) inest exprimerem. Sic enim dicere videtur Angelus: Vni quidem perterrefaciendis Christi hostibus, qui metu exanimati iacent. At vestra longè alia fors est, quas non timere, non animo turbari, sed exultare decet: Et huius dicti rationem reddit: Scio enim vos IESVM crucifixum quærere. Quia autem hic quæri vult, non poterit aliquo iure irasci, aut infestum se præbere ijs, qui hoc seriò faciunt. Et ipse Christus, vt ijs congratulemur in cælo iubet, qui seruiantur. Cur ergo terrori effemus ipsum quærentibus, in quo vno salus inueniri potest? Est autem memoratu dignum, eundem Angelum, qui milites terruit, mulieres Christum piè quærentes, consolari. Est hoc perpetuū, & ideo Euangelij quoque doctrina, & vniuersa, quæ per hanc traditur salutis, ratio, impijs & hypocritis terrori, Electis autem solatio est: sicut passim in sacris literis sese exempla offerunt.

Secunda suæ orationis parte, de Christi resurrectione Angelus testimonium fert. Et huc pertinet, quod initio dicit: Scio vos IESVM crucifixum quærere: ne mulieres ipsum de alio aliquo loqui putent. Deinde singulis verbis argumentum & pondus inest. Nam de IESV crucifixo loquens, dicit: Non est hic. Id verò de corpore dici, nemo sanus dubitat

Modus resurrectionis gloriosus.

Psalm. 34.
90

1.
Angelum sonari territas.

Luc. 19.

2.
De resurrectione Christi testari Angelum.
Et quia lum.

Et quia proximum erat, ut quæreretur: Vbi ergo est? Præuertit quæstionem Angelus: Surrexit, prout dixit. Ne quid nouum dicere putetur, ad veteres promissiones eos reuocat, & simul illarum obliuionem siue negligentiam corripit. Tertio, quasi in rem præsentem eas introducturus: Venite (inquit) videte locum, vbi iacebat Dominus.

Quorsum verò hæc omnia? Nimirum, ut demonstret, illum vero suo & naturali corpore resurrexisse, & huius quoque proprietates naturales atque essentielles retinuisse: Quod ipse postea apparitionibus & demonstrationibus plurimis docuit, quas nunc repetere non est opus. Nos teneamus firmiter, corpus Christi ita à mortuis resurrexisse, vt natura sua visibile & palpabile sit, membris & partibus suis constet, & loco etiam suo certo contineatur. Nam postremum hoc negare absurdum foret, cum Angelus loci, in quo illud iacuit, nunc autem non amplius iaceat, tam disertè meminerit.

Resurrectionis Christi vsus.
1 Cor. 15.
Rom. 4.

Ioan. 17.

Seruiunt autem omnia ad confirmationem symboli Apostolici de resurrectione Filij Dei in carne nati, quam vt constanter credamus, plurimum refert. Primum enim confirmatur iustificationis nostræ articulus. Quia enim mortem vicit resurgendo, peccatum planè expiari oportet, quod illius aculeum fuisse Paulus docet, & idem illum traditum dicit propter offensas nostras, & excitatum propter iustificationem nostri. Deinde asseritur hæc animarum nostrarum immortalitas. Nisi enim Christi anima, quæ verè hominis anima, & vsque ad mortem perturbata fuit, immortalis mansisset, neque ad corpus redire, neque illud vitæ restituere potuisset. Ad hæc corporum nostrorum resurrectio stabilitur, quia nos secum esse vult Dominus. Vt ergo ipse in morte non mansit: ita neque nos in morte manebimus: Sed regnum Christi inuictum & æternum esse constat, cum ne mors quidem ipsi aliquid potuerit derogare: Et hæc fundamentum habetur eius consolationis, qua Apostolus nos subleuat, dicens: Neque vitam neque mortem nos separare posse à dilectione Christi: Et nos Domini esse, siue viuimus, siue morimur. Rom. 8. &

14. cap.

3.
Iubet Angelus resurrectionem Christi discipulis nuntiare.
Ioan. 10. & 8.

Postremò, vt discipulis nuntient Christum resurrexisse, Angelus præcipit mulieribus. Citæ (inquit) profectæ, dicite discipulis eius, Eum surrexisse à mortuis. Marcus nominatim Petri mentionem factam fuisse scribit: Nimirum, vt qui Christum turpiter abnegarat, se in gratiam receptum esse sciret. Nos verò admonemur, resurrectionem Christi ad omnes pertinere, qui eius discipuli sunt, id est, qui vocem eius audiunt, & ipsi credunt. Ita enim ille oues suas, & germanos Dei patris in nos demittit. Neque est, vt quis propter inhaerentem nobis infirmitatem, aut fidem imperfectam, desperet. Quales enim discipuli fuerint, & quam indigni, quos tanto honore & salute dignaretur Dominus, sæpe iam in historia passionis Christi diximus. Sed vicit omnes illorum nauos & errores immensus & incomparabilis Christi amor, qui ei, vt se ipsum pro nobis miseris traderet, causa fuit. Idem nos quoque confirmet in tentationibus, quæ interdum fidem nostram labefactant. Et sanè consolationem, quæ ex Angeli verbis potest peti, Christus mox confirmabit, quando mulieribus, Angelo obsequentibus, occurrens, amice illas salutat, seq; illis contrectandum præbet. Ita nunquam deest officium facientibus Dominus, & idem certè mandatum ad discipulos repetens, illos fratres suos vocat, & simul in Galilæam abire iubet, vbi ipsum visuri sint. At scimus hanc illis patriam fuisse, & ibi Dominum cum illis familiarissimè conuersatum fuisse, cum in terris viueret. Mulieribus ergo ipse occurrens, & idem mandatum repetens, non obscure testatur, se illorum curam nequaquam deposuisse, sed ipsos in veram patriam reducere velle, vbi æternum cum ipso viuant. Hæc verò omnia nobis applicemus, & harum exemplo excitati, quæramus Christum tunc quoque, quando se occultare, imò extinctus esse, videtur. Et si quando tunc denuo nobis affulgens, mandare videtur, quod ratio dissuadet, & gaudia, quæ per Euangelium offeruntur, cum periculo & timore coniuncta sunt, pergamus tamen forti & constanti animo in illius mandatis, qui difficultates omnes è medio tollere poterit, & omnes, qui per fidem fratres eius facti sunt, regni quoque sui hæredes facere. Ipsi in honor & gloria in æternum, Amen.

HOMILIA. SECUNDA.

Proficiscentibus autem ipsis, ecce, quidam ex custodia venerunt, in urbem, & annuntiauerunt Principibus

Sacer-

Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. Tunc coacti cum Senioribus, consilio capto, pecuniam multam dederunt, militibus, dicentes: Dicite, discipuli eius nocte venerunt, & eum furati sunt nobis dormientibus. Quod si hoc auditum fuerit apud præsidem, nos persuadebimus ei, & securos vos præstabimus. Ipsi verò accepta pecunia, fecerunt, sicut erant edocti. Et divulgatus est iste sermo apud Judæos usq; ad hodiernum diem.



AVLVS APOSTOLVS DE EVANGELIO DISSE-

Resurrectio Christi hostibus quoq; nunciata.

rens, in posteriori ad Corinth. cap. 2. id bonam fragrantiam Christi vocat, his quidem qui pereunt, odorem mortis ad mortem, illis verò odorem vitæ ad vitam, qui salvi fiunt. Quia enim potentia Dei est, hæc in eo etiam apparet, quòd efficaciter prædicatione sua per omnia perumpit, vt non solum Electis, qui illa gaudent & seruantur, verumetiam impijs annuncietur, qui inuiti & in damnationis suæ testimonium, illud audiunt. Estq; nunc videre admirabile prouidentia Dei consilium, quæ interdum impiorum quoq; opera & ministerio vitur. Exemplum eius rei præsens historia euidens præbet. Nam in prædicatione resurrectionis IESU CHRISTI, quæ nostræ salutis complementum est, vsus est hucusq; Deus mulierum sanctarum opera, quas Angelus instruit, vt illam Apostolis annuntiarent, sed & ipse Dominus illis occurrit, seq; ipsis videndum & palpandum præbuit, vt de resurrectione veritate non possent aliquo modo dubitare. Nunc sequitur, vt eadem hostibus quoq; infestissimis innotuerit, & per quos: Principibus nimirum Sacerdotum & Senioribus. Non erant hi digni, quibus Angelus nuncium hoc nunciaret: ijdem verò mulieribus, imò ne Apostolis quidem credidissent. His ergo milites prophani destinantur, & rediuuium prædicant, qui illum occiderunt. Et huius generis multa fiunt. Sic non semel maligni Spiritus testimonium tulerunt Christo, quòd filius Dei sit, & ad ipsos perdendum venerit. Et adeo non potest sepeliri prædicatione Christi, vt si homines omnes taceant, lapides clamaturi sint. Vt verò locus hic magis institutioni & doctrina seruiat, videamus ex ordine, quando hæc annunciatio sit facta, & quibus. Deinde quid hi aduersus hanc institutionem, & quo conatu veritatem oppugnauerint. Ex quibus patebit, vt impij subinde in peius proficiant, & quam parum efficiant ijdem suis conatibus, etiamsi res ipsis succedere videatur.

Matth. 8.
Marc. 5.
Luc. 8. 19.

Quando hæc facta sint, notatur: nimirum, quando mulieres cum timore & gaudio à monumento digressæ sunt, quæ illic audierant & viderant, in vrbe discipulis renuntiarent. Iam ergo illis fides facta erat per Angelum, ex loci (inquam) circumstantia, sepulchro nimirum vacuo, & lintheaminibus in eo positis, ipse deniq; Christo, quem coram viderant & contrectauerant. Itaq; etsi priores quidem esse deberent in his cognoscendis, cum Dominum pio studio inquisuissent, noluit tamen istius mysterij notitiam hostibus inuicem negare: Sed his quoq; in tempore renuntiavit: & quidem per eos, quorum fides ipsi nec dubia nec suspecta esse poterat, cum in Domino crucifigendo, occidendo, sepeliendo, ipsis operam suam locauissent. Vt ergo Deus olim, etsi gentes pateretur suis ipsarum vijs incedere, non tamen passus est se testimonij expertem esse: ita etiam hoc loco diligenter cauit, ne incognita prorsus essent, quæ ad Filij notitiam partinebant. Et hodie exempla sunt eorum, quæ Christi cognitionem inter medios Turcas diuulgant in ijs locis vbi illa omnino extincta videtur.

Quando milites resurrectionem annuntiarint.

Acto. 14.

Quid verò pontifices, qui de vera sepultura non poterant dubitare, & nunc illum resurrexisse non audent negare, cum hoc affirmant prophani & sanguinarij milites, quos ipsi ad licentiam omnem iam pridem assuefecerant. Et cum omnia, quæ acciderant per Angelum, terræ motum, & lapidis reuulsionem, illi narrassent, bona nimirum fide, vt proculdubio audierint, corpus Christi non furto sublatum esse, neq; occulta alia ratione euauisse, sed visibiliter & palam è sepulchro exiuisse cum terribili maiestate & vulgore, qui custodes tantum non exanimauerat, non tamen de scelerum, quæ prius admiserant, eum mendatione, aut pœnitentia cogitant: sed, Iuda proditore perucaciores, veritatem, quæ aperta

Vt Sacerdotes hoc nuntio affecti sint.

aperta luce oculos illis perstringebat, oppugnare & palàm negare audent. Itaq; qui veritatis vindices esse debebant, de illa opprimenda satagunt. Quem ergo isti docerent scientiam? vt olim Isaias 28. cap. dicebat. Et quæ potuit huius populi conditio esse alia, quàm misera & infelix, cuius doctores adeoq; ipsi oculi ignorantia voluntaria caligabant.

Mendacium
pecunia redi-
mi à militibus

Nec enim temerè impegerunt, vt soleat, qui communi errore decepti errant. Sed coacti cum senioribus, penes quos politica rerum potestas erat, consilio capto, pecuni- am offerunt multam militibus, & petunt, vt discipulos venisse mentiantur, qui corpus Ie- su, ipsis dormientibus suffurati sint: Quæ verò huius figmenti causa alia, quàm quòd sei- plos ignominia nota liberare volunt. Quia enim resurrectio irrefragabile argumentum erat iustitiæ & innocentia Christi, ab ipso Deo comprobata, illum vel per vim in morte re- tinere, vel rediuuium de nouo occidere, conati sunt. Nec dubitari potest, per illos non ste- tisse, quò minus centies illum interficerent potius, quàm se ab illo victos faterentur. At sen- tiunt ad hanc rem multo consilio opus esse. Ideo rursus conueniunt & consultant tam po- litici, quàm Ecclesiastici proceres. Vbi obiter videmus, nò semper benè & rectè fieri, quod cum consilio fit. Antè enim, priusquam occideretur, similiter publicè in conuentu de Chri- sto occidendo consultatum est: Et nunc rursus de opprimendo, aut saltem de neganda re- surrectione Christi consultatur, sine qua salus nostra non potest consistere. Et de hostibus illius David Psal. 2. vaticinatur, quòd reges & Principes concurrant, fremant, meditentur: Sed obseruetur, meditationes eiusmodi terè inanes & friuolas, non modò, sed quoq; iniu- stas & iniquas esse. Imò quod vulgo dicitur: Malum consilium esse consultori pessimum, hoc plerumq; hostibus Christi euenit, vt nemini hominum consilia illorum nocentiora sint, quàm illis ipsis.

Sacerdotum
figmentum.

Consilij summa est: Veritati mendacium opponi debere: Eo enim potissimum op- primitur, aut saltem obscuratur, Veritas. Ne consilium verò inane sit, militibus hoc rursus suggerunt, de quo prius, cum muniri cuperent sepulcrum, Pilatum admonuerunt: pericu- lum esse ne discipuli nocte veniant, & corpus Christi suffurentur. Id nunc accidisse aiunt. At turpe & inhonestum est, ab aliquo perere, vt in tuam gratiam mendacium dicat: Et qui honestatis atq; pietatis vel religionis cura aliqua tenentur, ij nunquam obliuiscuntur eius, quod olim sapientes inter gentes dixerant: Amicos vsq; ad aras coli debere, adeò, vt nemo nobis in tanto pretio siue autoritate sit, vt propter illum testimonio falso peccemus. Et sci- mus veteres Romanos in militibus cum primis fidem requiriturè. Idcirco sacerdotu Prin- cipes, vt hanc religionem militum animis exornant, pecuniam multam illis pollicentur, qua mendacium hoc ab eis volunt redimere, quo publicam populi salutem subuertant. At periculum imminet à præside. Scimus enim quam obseruantes disciplina militaris fuerint Romani: & nota est Agryppæ Herodis seueritas, qui milites, quibus Petrum Apo- stolum custodiendum dederat, duci, & capitis supplicio plecti, iussit, quia hunc ex manibus illorum euasisse audiebat, neq; illi de eo rationem ipsi reddere possent. Quid ergo spera- rent isti, si ipsi faterentur, sua ignauia accidisse, vt homo mortuus ex sepulchro obsignato, ipsis, multo somno oppressis, eriperetur? Ne quid ergo periculi metuant milites, pollicen- tur, ipsos causam illoru acturos, si ad præsidem deferatur, & huic sua autoritate persuasu- ros, vt securos faciant.

Acto. 12.

At quia hic de Sacerdotij Iudaici dignitate agebatur, hanc aut illi hoc mendacio sta- bilire, & labascetem, instaurare voluit, quid aliud agunt, quàm quòd se ipsos, & sacra sua, prophanis & Ethnicis militibus suspectos faciunt, adeoq; religionem omnem; cuius vindi- ces & tutores videri volebant, gentium & idololatrarum ludibrijs exponunt. Coniungunt ergo illi Sacerdotes, multa immanissima scelera, quæ ne plebeios quidè homines decet, qui honestatis amantes videri volunt, ne dum sacrorum & religionis Antistites. Nam pecuni- am pollicendo militibus, spe prædæ illos accendunt, à qua illos omni studio reuocare de- bebant; vt olim Ioannes baptista fecit. Deinde mentiendi formã illis præscribunt, cum hoc genus hominum alioqui ad calumnias proclive sit. Præterea impunitatis spe illos aruant, quos potius metu disciplina in officio continere debuissent. At quia hæc omnia acciderunt inter Christum & eius iuratos hostes, quid nobis hodie sperandum sit, obseruari debet.

Impios in pe-
ius proficere.

Primò, quòd quo magis sol lucet, eò magis cæcutiunt impij, quibus illius lux dolet, quæ causet, quòd in peius indies proficiunt. Deinde eos, qui contra Christum semel conspi- rauerunt, ex ijs quoq; peiores fieri, quibus emendari poterant, si communi saltem sensu v- terentur. Tertio quibus profidijs & fulcris superstitione & religio falsa nitatur? mendacijs nimirum & pecunijs, siue opibus. Nec enim frustra prædictum à Daniele 11. cap. P. Antichri- stum

Exod. 30.

stum possidere thesauros terræ. Olim quidem census tabernaculo & templo ad facta te *Abusus pecunia sacra.*

Sed tunc Sacerdotum auaritia in alios vsus conuersi erant sacri redditus, vt pecunia templi neq; pauperes alerent, neq; sacris seruirent, sed ex Iudæ proditoris manibus Christus emeretur, & nunc ex pecunia sacra redimatur mendacium, quo Sacerdotes per impios milites omnem Christi gloriam, & publicam populi salutem sepelire conati. Et hoc olim quoq; D. Hieronymi tempore factum fuisse ex eius verbis patet, quæ in hunc locum scripsit: Omnes qui stipe templi, & his, quæ conferuntur ad vsus Ecclesiæ abutuntur in alijs rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum & Sacerdotum, redimentium mendacium, & saluatoris sanguinem. Quod quàm multiplici, & quàm scelerata fraude hodie fiat, vix dies totus ad enarrandum sufficeret.

Huc pertinet luxus plus quàm sibariticus, quo Romanensis Ecclesiæ præfules scotras vincunt. Huc referri debent, quæ ex sacris pecunijs in concubinas, scortis, & his turpioribus libidinis ministros conferuntur. Ex templorum redditibus aluntur milites, scurræ, mimi, lenones, equi, canes, simiæ, & omnis generis bestia: Fiunt bombardæ, bella geruntur, quibus totus terrarum orbis turbatur, corrumpuntur Regum & principum consiliarij, conducuntur Sicarij & Venefici, proditores, qui eos è medio tollant, qui ista accusant, & vt par est, repræhendunt. Interim ne hi quidem extra omnem culpam sunt, qui puriore religione & doctrina gloriantur: Sed inter hos etiam honorum Ecclesiasticorum abusu ita peccatur, vt non credibile sit, Christum diu passurum, vt sub sancto nominis sui prætextu, religio pessimorum hominum auaritiæ & libidini seruiat. Sed cum ista olim facta sint, ne offendamur hodie. Qui olim Iudæorum Sacerdotibus officinam iniquitatis euerit, id ipsum hodie etiam faciet, & malos malè perdet, vt suo loco prolixè dictum est.

Præterea habemus hoc loco leuitatis militaris exemplum. Interfuerunt milites isti rebus omnibus, viderunt prodigia in morte Domini ædita, tenebras horroris plenas, terræ motum, petras dissilientes, senserunt vim Christi resurgentis, eius quasi manu prostrati iacuerunt exanimes, & vix dum ad se redierant, vt ista Sacerdotibus nuntiarent: Attamen pecuniæ causa non verentur mentiri, nec tanti iudicis iram metuunt. Vides hinc quid de talibus speres, de quibus verissimè olim Lucanus dixit: Ibi fas, vbi plurima merces. Certè proprijs honoribus à scelere reuocare debebat, ne seipsum tam turpiter infamarent. Dicunt discipulos Christi, homines inermes, infirmos & peregrinos, ipsis armatis corpus, quod custodiæ ipsorum mandatum erat, abstulisse. Quid viri militares de propria ignauia turpius dicere poterant? Annon vident se vel hoc nomine supplicio dignos esse? Dicunt, hoc ipsis dormientibus factum. At si dormierunt, vnde istud horum? Si strepitu illorum excitati sunt, cur non insecuti sunt abeuntes? Certè ipsi expediti, hoc onere grauatos, facile assequi poterant. Sed vt vt astutè sua commenta pallient impij, se re vt forices suo sese indicio produunt.

Porro huius consilij successum subiicit Matthæus, dicens: Diulgatus est hic sermo apud Iudæos vsq; ad hodiernum diem. Potest hoc de toto hoc negotio intelligi. Vt primum milites de discipulis rumore in populo sparserint de corpore Christi furto sublato: cui crediderunt, qui Sacerdotum partes fouebant. Nihil enim tam absurdum & ineptum est, quod non fidem inueniat apud horum parasitos, qui vbi illis assentari in animu induxerunt, vel è flamma cibum peterent. Quod obseruari debet propter eos, quibus mirum vel incredibile videtur, his postremis seculis orbem Christianum tam multis portentis errorum deceptum fuisse. Quasi verò mundus non semper sit sui similis, ad errores nimirum procliuis, adeo, vt falli & seduci cupiat. Meretur ergo sua ingratitude, vt excæcatus errores sponte sibi accersat, & in ijs pereat: sicuti de Antichristo scribens Apollolus olim monuit. Deinde verò latius etiam hic locus accipi potest: quod nimirum sermo de militibus Sacerdotum, pecunia corruptis, vulgatus sit, & Sacerdotum quoq; commentum publicè innotuerit. Nec enim tanta potuit esse apud omnes impudentissimorum hominum autoritas, quin apud Electos fidem inueniret Euangelij prædicatio, qua discipuli Christum resurrexisse docebant. Et passim erant, qui illum viderant, vt res neq; cœlari, neq; negari posset. Confirmationi seruiet postrema historiæ Euangelicæ pars, de qua in sequenti sermone agetur. Nostri est Christo Iesu, & eius resurrectioni testimonium ferre, qua mortem vicit, peccatum omne expiauit, & æternum in cœlis regnat redemptor & Seruator noster vnicus. Ipsi sit laus & gloria in æternum, Amen.

Militaris leuitatis exemplum.

Successus consilij Sacerdotum.

HOMILIA TERTIA.

Vndecim autem discipuli profecti sunt in Galileam in montem, ubi constituerat eis IESVS. Et cum vidissent eum, adorauerunt eum: Quidam autem dubitauerunt. Et accedens IESVS locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Profecti ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Docentes eos seruare omnia, quae mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consumationem seculi.

Ultim. Christi concio in terris.

Act. 1.

Sacerdotum coniuatio cum militibus nihil derogauit Christo.

Discipuli obediunt Domino.

ANGELVS DEI, QVI SANCTIS MVLIERIBVS, quæ Redemptori nostro *IESV CHRISTO* extremum honorem impensuræ ad monumentum venerant, de eius resurrectione testificatus est, inter alia promisit, quod ipse vna cum discipulis omnibus illum in certo Galilææ loco videri sint: Et idem ipse Dominus paulò post iisdem mulieribus occurrens pollicetur, & vt hoc discipulis renuntient, mandat. Etenim opus erat, illos, priusquam durioribus certaminibus obijcerentur, ad sua redire, & diligentius instrui & confirmari: Idcirco fidelissimè eis promissa præstitit Christus. Nam in Galilæam illos reduxit, aliquot diebus cum illis familiariter conversatus est, deq; regno Dei cum ipsis disseruit, miraculis denique nouis confirmauit, quorum aliqua ab Ioanne narrantur 21. capite.

Cæterum, quia promissio illa de insigni aliqua actione facta fuerat, in qua cum illis de suo munere & legatione Apostolica, cui eos prædestinârat, acturus esset, Matthæus omisis multis alijs, hanc in præsentem narrat, quæ omnino videtur ea fuisse, cuius Paulus in priori ad Corinth. cap. 15. meminit, quando eum fratribus amplius quingentis apparuisse scribit. Nam etsi hic vndecim soli nominentur, quos designauit Apostolos, nihil tamen obstat, quo minus credamus, vniuersam multitudinem tunc confluisse: quia Apostolos in cœtu celebri & frequenti initiari oportuit, vt maior esset illorum autoritas. Commodè autem hac actione historiâ Euangelij, Matthæus concludit, vt eam consultationi Sacerdotum & Seniorum opponat, qui nuper cum militibus nouam aduersus Dominum coniuurationem fecerunt, vt eius resurrectionem turpi mendacio & calumnia de corpore furtim sublato impiè negarent. Erat calumnia hæc periculi plena. Nam discipulis læsæ maiestatis crimen intentabatur, vt qui à præside, ob signatum sepulchrum effregissent, & supplicio digni essent. Itaque rursus de regno Christi actum videbatur, cum hac calumnia grauatis, neque à præside, neq; Sacerdotibus & Senioribus aliquid tutum esset. Sed ecce suam exultationem mirificè seruat Dominus, & non modò vndecim illos tuetur, sed simul plus quàm quingentos ex diuersis locis cogit in vnum locum inter quos publicè se regem cœli & terræ designat, & simul regni sui administratores cõstituit, quos mandatis instructos emittit in vniuersum orbem: Eam deniq; Ecclesiæ suæ formã tradit, quæ ad finè seculi usq; permanere debeat. Fuit hæc inter solennes, quas in terris Christus habuit, actiones, vltima, ad quam cū tanto numero credentes conuenerint, & hic publicè instituta sint Ecclesiæ primordia, adeò, vt hanc Ecclesiæ natiuitatem dicere possis: decet omnino, vt diligenter singulæ partes considerentur.

Principio vndecim discipuli profecti in Galilæam conuenerunt in eum montem, quem illis Iesus constituerat. Paruerunt ergo eius mandato, neq; aliquid prætexunt, quo sese excusent. Ipse etiam non deest promissis, sed præstat fidem, & se conspicendum præbet; indignis licet & nunc quoq; infirmioribus adhuc, quàm decebat.

Nam etsi illum coram videant, quidam tamen dubitauisse dicuntur. Illum quidem ex mortuis surrexisse, multis testibus & argumentis didicerant, vt de eo vix possent dubitare. Herebant tamen in multorum animis reliquæ consternationis præteritæ. Et credibile est, quod cum in ipso, qui serui formam deposuerat, iam nihil quàm diuinum & cœlestem appareret, illos attonitos hæsitauisse, num, quem astantem conspicabantur, esset Christus.

Christus ille, qui prius cum ipsis fuerat. Ita frequenter nobis fit, ut aliquo nobis opinione noto, occurrenti dicamus? Tune es ille, an alius, &c? Nec antè cessauit illa discipulorum hæsitatio & pavor, donec ille propius accedens se ipsis familiariorẽ præbuit. Tunc collectis rursus animi viribus adorauerunt illum: Quòd nimirum ex resurrectione ipsis constaret esse Dei Filium, & haud dubiè forma & habitus totus resuscitati illos in admirationem raperet. Quid enim hîc factum putabis, cum duo discipuli, cum quibus Emauntem iuit Dominus, postea falsi sint, corda sua intra ipsos arsisse, quando eum scripturas explicantem audierunt? Luc. 24.

Nunc ad primarium huius loci caput accedamus, quod est de legatione Apostolica quam vndecim discipulis credidit: Vbi hæc obseruari debent. Primum de seipso differit, ut, cuius nam legati sint, intelligant, & quid de toto hoc munere iudicari debeat. Deinde munus eorum definit, & mandatis instruit. Præterea opem & defensionem suam pollicetur.

Ad primum pertinet: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, id est, Ego sum caeli & terræ Dominus, cui ius est in vniuersum mundum, quiq; omnibus, quæ in caelo & in terra sunt, impero. Hoc verò non ambitiosè de se dicit, sed quia, ut talis esset, rei necessitas requirebat. Qui enim legatos aliquò amandare vult, ut in illis locis ius & imperium habeat, necesse est, nisi se prudentiorum ludibrijs velit exponere. Quia ergo Christus salutis aeternæ legatos & dispensatores constituere voluit, opus erat, ut potestate terrena simul & coelesti instructus esset. Non poterat enim nobis constare salus, nisi pater nobis placaretur, & aperiretur via sanctorum in caelis. Christus rex caeli & terræ.

Deinde in terris defensione opus est, qua Ecclesia, adhuc militans, aduersus hostes omnis generis, visibiles & inuisibiles, seruetur. Ne quid ergo dubitaretur, istud præmitti oportuit. Quis enim nisi his auditis credidisset in caelis rata fore, quæ Apostoli in terra promittunt aut minantur? Soluunt & ligant? Confirmationi verò seruit, quòd non modò plenam & perfectam potestatem sibi vendicat, sed hanc legitimam quoque & iustam se habere testatur, utiq; non raptam ex priuato affectu sed datam sibi: nimirum à patre, quod alibi docet: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Nobis autem huius dicti vsus esse debet, ut ex eo æstimemus Euangelij & Ecclesiæ ministerium, per quod Dei filius suum solum quasi in terris constituit, ut Electos ad se in cælum euehat, adeoq; illum in ministris suis cæntus nobis loqui putemus: Si quem ergo vilis & contempta, adeoque mundo exosa ministrorum Euangelij specios offendit, is ad ministerij authorem oculos attollat, ad *IESVM CHRISTVM*, scilicet, qui de omnibus legitime vocatis & missis dixit: Qui vos audit, me audit, &c. Matth. 18.
Ioan. 20.
Matth. 11.

Deinde, quid illis mandet, videamus: Profecti docete omnes gentes. Græcè legitur: *μαθητεύσατε*, quod non ineptè aliqui interpretantur: Discipulos facite. Constat enim Euangelij finem esse, obedientiam fidei, quæ nos Christi discipulos facit, quales in initio communi nomine dicti fuerunt, qui Christo nomen dabant. Et cum postea Apostolatus, vel muneris Apostolici partes duas faciat, doctrinam nimirum (& hanc sub vocabulo *διδάσκων* comprehendit) & baptismum, sub quo non malè vniuersa Sacramentorum administratio continetur, rectè nos facturos puto, si, quod hîc dicitur, *μαθητεύσατε* omnes gentes de generali mandato exponamus, quod Apostolis omnibus datum fuit, ut nimirum omnes gentes, quæ antè hac in varias sectas dispersæ fuerant, Christo adducerent, ut ab hoc vno denominarentur: Quod quanto studio fecerint, Pauli exemplum docet, qui ad Corinthios de hac re tam seriò & constanter differit, ut contra fidei Christianæ principia eos peccare demonstrat, qui ex doctoribus suis aliud quàm Christi nomen assumebant. Luc. 10.
Quid Christus mandauit apostolis.
1. Corinth. 1.

Itaq; Apostolici muneris colophon nobis esto, ut filio Dei, *IESV CHRISTO*, discipuli adducantur, & huic per obedientiam fidei subijciatur omnis sublimitas, quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, inq; captiuitatem redigatur omnis cogitatio ad obediendum Christo. Id verò per Euangelij prædicationem fieri, in præsentem ipse Dominus satis apertè testatur, ut alijs testimonijs non sit opus. Nam emissurus in orbem terrarum seruos suos, qui regnum suum passim instaurent, & gentes omnes illi subicerent, non viros Principes aut militares mittit, qui vel huius seculi autoritate, vel armis, homines in sua verba iurare cogant, sed Apostolos suos, non alijs quàm spiritualibus armis, & Dei virtute validis instructos emittit, & quid ipsis mendarit, postea

postea disertius adhuc explicabit. Nunc autem probè obseruabis, cum Apostolorum manus uniuersum in eo consistat, vt homines Christo adducantur, & eius discipuli fiant, non posse aliquem Apostolorum vel vicarium vel successorem dici, qui non hunc suorum studiorum finem siue scopum præfixum sibi habet. Vide ergo, quid de præfultibus laruatis iudices, qui cum Apostolici dei velint, huius seculi dominia affectant, & Principes agunt contra Christi mandatum, qui Apostolis, ne quid huius tentent, grauius interdixit. Luc. 22. cap.

Omnes homines ignorantie & erroris arguuntur. Porro dum omnes gentes sibi adducere iubet Dominus, non obscure omnes homines peccati & erroris arguit, imò omnes damnat. Nam si Iudæi per legem Moysi, gentes verò per huius seculi sapientiam, seruari potuissent, vt Christi discipuli fierent, minimè opus erat Euangelij prædicatione. Sed vtrisque Euangelium prædicari, & Christo illos adduci oportuit. Ergo extra Christum totus mundus in tenebris erat, & infelix perierat. Sufficit hoc ijs confutandis, qui, vt se bellos & commodos homines hominibus præbeant, vnumquenque in sua religione, vel superstitione potius, seruari posse garrunt. Adde his, quòd, vt Christo se adduci patiantur omnes homines, iustitiæ lex iubet. Illi enim omnes gentes à Deo patre datæ sunt, qui olim illi dixit: Postula à me, & dabo tibi gentes, vt sint hæreditas tua, & terminos terræ, vt sint possessio tua. At Dei est, gentium fines, & terminos constituere, & regna de gente in gentem transferre. Cum ergo filio suo omnes gentes subiecerit, perduellionis rei sunt, quicumque huic non obediunt.

Quomodo homines Christo adducantur. Vt autem huic adducantur, omnes homines, duobus opus est. Iubet enim, vt baptizent discipulos, quos fecerunt, in nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti, doceantque eos seruare omnia, quæ ipse illis mandauit. Habent religiones omnes sacra sua quibus initiantur, qui illis nomen dant, & tesseras suis insigniuntur ferè omnes seclæ. Vt ergo veteris Testamenti populum circumcisione insigniri, & ab alijs gentibus distinguere voluit Deus: Ita noui Testamenti credentes, qui ipsi nomen dabant, Christus baptizans eundem nomine Christi ministrauerunt (vt Ioannes capite quarto scribit) mandat, vt si quos ipsi discipulos faciant, eos baptizent. Iubet autem baptizare in nomen Patris, & Filij, ac Spiritus sancti. Id verò non est simplicitate, sed in nomine Patris, & Filij, ac Spiritus sancti, sed Deo vni & trino consecrari.

Acto. 15. Non ergò hic primùm instituitur baptismus, qui iam antè erat, nec, quis baptizari aut nõ baptizari debeat docetur, sed quid cum ijs, qui iam adulti Christo volunt nomen dare, agi debeat, traditur. Nam (vt alij quoque annotarunt) periculum erat, ne Apostoli, qui ex Iudæis nati, & in Mosaicis sacris educati erant, credentes ex gentibus circumcisione, & sacris, à Mose acceptis, initiarent. Hoc enim factum fuit à quibusdam post patefactam iam in orbe doctrinam de fidei iustificatione. Et non exiguas turbas dedit in Ecclesia, sicuti in actis est videre. Disertè ergo iubet, vt discipulos suos non Mosi, sed vero Deo vni & trino, Patri nimirum, Filio & Spiritui sancto, consecrent: Non quòd hic diuersus sit ab eo, quem Patres veteres coluerunt; Sed quòd iam manifestari debuit sacrosanctæ Trinitatis mysterium, quod hucusque absconditum fuerat. Nec temerè in baptismi vsti publicè pandi debuit hoc mysterium, quia baptismi fructus absque eius cognitione non percipitur. Nam qui seruari volunt, ij à Patris Dei gratia & misericordia, qui salutis omnium fons est, incipiant oportet, qui nos sibi in filio reconciliat; Hic verò suæ mortis merito redemptos, & Spiritus sancti virtute regeneratos innouat, & Dei filios facit. De his ergo nos admoneri necesse est, quando primùm in fide Christiana iniciamur.

Acto. 2. 3. 10. 15. Et obseruetur non oscitanter ordo, quem Christus tradit. Primùm simpliciter vult sibi discipulos adduci, nec, vt curiosis quæstionibus nouitij exerceantur, iubet. Deinde, si qui adducti nomen ipsi dederint, eos baptismi tingi, & Deo Patri, Filio, & Spiritui sancto, initiari vult. Et hoc quàm simplicissimè fecerunt Apostoli, qui iam baptizandos nullis quæstionibus grauioribus fatigarunt: sicuti videre est in exemplo Eunuchi Aethiopicæ, carcerarij Philippensis, primorum denique credentium, qui ad primam Petri concionem conuersi sunt. Sciuerunt enim (vt Paulus 1. Cor. 3. scribit) lacte fouendos esse teneriores, qui solidioris cibi, id est, altiorum mysteriorum nondum capaces sunt. Nimirum ergo importuni sunt, qui hodie de Sacramentis quæstiones mouent intricata-

extricabiles, ad quas doctores quoque acutissimi hæreant: quibus si non pro ipsorum u-
tu respondeas, mox hæreticus diceris, etiam si in nullo prorsus symboli Apostolici artica-
lo offendas: Hi plerunq; dum religiores alijs esse volunt, supersticiosi fiunt, & religi-
onis veræ sensum atq; vim ex animis hominum eximunt.

Ne quis tamen hæc ita accipiat, ut extorram professionem & usum signorum sus- Officia bapti-
ficere putet, & tandem eò delabatur, ut, quod ore profitetur, vita & moribus neget: zatorum, qui
quod hodie multi, pro dolor, faciunt: alterum quoque mandat Apostolis: Ut, quos Christo no-
Baptismo tinxerunt, doceant seruire omnia, quæ præcepit ipse. men dederunt. Postulat hoc baptis-
ratio. Est enim initiationis Sacramentum, quo nobis Deus beneficia, in Christo colla-
ta, obsignat, & nos vicissim sibi obstringit: & ea conditione baptizatur in nomen Pa-
tris, & Filij, & Spiritus sancti, ut huic Deo vni & vero vivamus. Iubet autem omnia
seruari, ut ita ad vniuersam Euangelij doctrinam extendat, quod dicitur, ne quis sibi li-
citurum putet, delectum facere inter Christi præcepta, ut inter cibos homines delicatuli.
Posset ergo latissimè extendi. At nobis sufficiat, omnia præcepta Christi duobus membris
complecti: ut dicamus alia ad fidem & cultum Dei, alia ad mores & vitæ institutionem per-
tinere. Præcepta fidei & religionis sunt, quæ, quid de Deo sentire & credere, & ut eundem Præcepta
colere debeamus, docent: quæ item superstitiones, errores, falsos cultus, & quæcunq; Christi.
veritati aduersantur, prohibent. Præcepta morum & vitæ ferè sub charitate compræ- Rom. 13.
henduntur, quam legis totius complexioem Paulus dicit. Et huic referri debet, quod Io- 1. Ioan. 3.
annes, dilectus ille discipulus, scribit: Hoc est mandatum eius, ut credamus nomini filij
eius **IESV CHRISTI**, & alij alios diligamus, sicut mandauit nobis. Poterit tamen
perspicuitatis ergo tertius præceptorum Christi ordo his addi, quibus innocentia & san- 2. Cor. 1.
ctitatis præcepta continentur. Ad præcepta admonitiones, hortationes, correptiones,
minaq; pertinent: ut rursus fidei in **IESVM CHRISTVM** consolationes accense-
ri debent: quarum omnium fons est Dei filius, qui nobis patrem placauit, & in quo om-
nes promissiones sunt ita & Amen.

Patet hinc latissimus dicendi campus, quem si quis semel ingressus fuerit, vix exitum Certa doctri-
inueniet. Priusquam verò ab hoc loco discedamus, ministri Ecclesiarum, qui Apostolo- na forma da-
rum vices hodie obeunt, frequenter meminerint, filium Dei certam doctrinæ formam ta Apostolis.
& summam discipulis suis dilectis tradidisse, dum illis mandauit, ut ea doceant, quæ ipse
præcepit. Nolunt ergo, ut ipsi doctrinæ genus pro suo arbitrio fingant & resingant, aut Ezech. 1.
in domo sua, Ecclesia, cuius dispensatores sunt, aliquid temerè mutant. Ita olim Pro- Ierem. 1. 29.
pheta certis mandatis allecti fuerunt, ut verbum ex ore Domini peterent, quod populo
prædicarent, neque paleas suas loco tritici diuini venderent. Quod si nihil huius licuit ijs,
quorum fides spectatissima, vocatio autem & missio miraculis, & testimonijs tam multis,
tamq; grauibus, confirmata fuit, ut nemo sine manifesta impietate de illis potuerit dubi-
tare. Quid de ijs dicemus, qui hodie sibi omnem in Ecclesia potestatem vendicant, cum
pleriq; neq; sacris neq; prophanis literis solidè instituti sint, neq; morum probitate, & vi- Ioan. 10.
tæ innocentia, commendentur? Ut certè pastoris est, non alienam vocem inferre in oue- 1. Pet. 2.
le Christi, ne fur aut latro esse deprehendatur: Ita oues quoq; nullius alterius, quàm ve-
ri pastoris, vel Principis pastorum vocem audire debent, nisi illis scientibus & volentibus
perire libeat.

Rursus meminisse debent Christiani homines, cuiuscunq; sint loci aut ordinis, id- Christiani
circo Euangelium ex filij Dei decreto, & iussu, prædicari, non ut sciant & intelligant, quid seruent præ-
is velit: sed ut præcepta eius seruent. Ille enim seruus, qui nouit voluntatem Domini sui, cepta Christi.
nec se comparauit, nec fecit ex voluntate eius, lædetur multis plagis. Et non omnis (inquit Luc. 12.
Dominus) qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum meum: sed qui fecerit vo- Matth. 7.
luntatem patris mei, qui in cælis est. Et si verò hanc nemo hominum perfecte præstare po- Psal. 130.
test, nec quisquam corâ Deo iudice subsistere posset, si hic delicta nostra respiceret, & pro-
ut meremur, nos punire, velit: non tamen spem salutis abijcere, sed ad Filium Dei refuge- 2. Cor. 5.
re debemus, qui nos cum patre in gratiam reduxit. Hunc enim, qui non nouerat peccatum,
pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in eo.

Cæterum legationis Apostolicæ munus arduum & plenum periculi erat, ipsi verò (ut Pau- Consolatione
lus de seipso & alijs 2. Cor. 4. fatetur) thesaurum hunc gestabant in testaceis vasis, ut iam de ad- instruuntur
uersarijs vndiq; imminētibus nihil dicamus: Diceret ergo: Quid faciemus inter tot hostes? Apostoli.
quibus armis nos defendemus? Ita ne nos inermes agnos lupis, & pacibus, & vrsis deniq; & leo-
nibus

Ioan. 8. 6. 4.
10.
Psalm. 23.

Luc. 22.

Psalm. 91.
Mat. 16.

1. Cor. 1.

nib. obijcis. Sed omnib. quæ in hanc sententiam dici poterant, Dominus dictum breue, & dulcissimæ consolationis plenū, opponit. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi. Conneçtit hoc non temere, cum præcedentibus, vt istud interpericula, & labores sui muneris discerent subinde in mentem reuocare. Adhæc demonstrandi particula eos excitat, & quasi in rem præsentem adducit. Deniq; cum ait: *ECCĒ EGO*, ita omnino vult dicere: Ille ego dilectus Dei filius, in quo pater placatus est, qui me aliàs lucem mundi, panem vitæ, fontem aquæ viuentis, pastorem fidum & fortem, professus sum, & cui nunc data est omnis potestas in caelo, & in terra, etsi in caelos corpus subducam, neque porro in mundo versaturus sim, vos autem in mundo futuri sitis: non tamen vos deseram. Imò ego ipse vobiscum ero non paucis annis aut seculis, sed vsq; ad consummationem seculi. Ne ergo timueritis. Qui enim hætenus vobis affui, vt nihil vobis defuerit: qui vos defendi, vt, me capto & victo, nihil tamen pateremini, quod vitæ officeret, qui me ipsum ex mortuis reduxi, qui mortis imperium fregi, portas inferorum expugnaui, veteris serpentis caput contriui, vobis in posterum quoq; adero, vt nihil vobis officiat, & dabo, vt quod olim promisit pater, super Leones & aspides ambuletis, & Leunculos & Dracones conculcatis: Dabo deniq; (vt apud Marc. annotatur) vt, qui vestra doctrinæ crediderint, similis gratiæ participes fiant, & serpentes tollant, & ex toxicis quoq; sumptis nihil lætale sentiant. Hæc omnia hîc Christus pollicetur, & quæcunq; ex his similia colligi possint. Nec inanes fuisse has promissiones, Marcus non obscure testatur, dum ait: Dominum prædicantibus Apostolis, vnâ operatum fuisse, & sermonem confirmasse per signa consequentia.

Consentit his etiam Ecclesiastica historia, & ipse rerum euentus. Qui enim fieri potuisset, vt fides in *IESVM CHRISTVM*, & eius prædicatio per tot obstacula perumperet, & in huc vsq; diem sub cruce vinceret, & triumpharet, nisi præsentis Filij Dei præsidio seruaretur? Quod verò hinc aliqui corporalem eius præsentiam colligunt: Aliqui item ex hoc loco demonstrare conantur, Ecclesiam errare non posse, & pro oraculis venditant, quæcunq; ipsi ex suo cerebro fingunt, tam putidum est, vt confutationem nullam mereatur, apud eos, qui in Christi schola rectè instituti, hunc suam sapientiam esse agnoscunt. Nos, quia promissionem hanc ad consummationem seculi vsq; extendit Dominus, constanter credamus, nobis quoq; datam esse, & hanc opponamus temerarijs hostium conatibus. Nam hi quoq; non plus noctæ erant, quam olim Iudeorum Sacerdotes & Seniores, qui figmentis, armis, & publica autoritate *IESV CHRISTI* resurrectionem impedire & supprimere conati sunt:

*Viuat adhuc Christus, manet insuperabile verum,
Dum ruit, in mensò quicquid in orbe surit.*

Illi debetur benedictio, honor, gloria, regnum, & potestas in æternum, Amen.

**R. E S V R R E C T I O N I S C H R I S T I H I -
S T O R I A, D E S C R I P T A A B E V A N G E L I S T A**

Marco capite ultimo.

H O M I L I A P R I M A.

Et cum transisset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome, emerunt aromata, vt venientes ungerent eum. Itaq; valde mane primo die hebdomada veniunt ad monumentum, exorto sole. Dicebantq; inter se: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? (Et cum respexissent, vident lapidem esse reuolutum) erat enim magnus valde. Et ingressæ in monumentum viderunt adolescentulum sedentem ad dextram, amictum stola candida, & expauerunt.



VOTIES DOMINVS ET SALVATOR. NO- vsus resurre-
ster Iesus Christus de sua morte discipulos admonuit, simul quoq; se te- ctionis Chri-
die post à morte resurrecturum esse promisit. Vnde constat non mortem sti.

modò Christi, verumetiam eiusdem resurrectionem ad nostram redemptionis negotium necessariam fuisse, imò hanc nostram redemptionis esse complementum. Quæ causa Euangelistas mouit, vt vnanimi studio & consensu illius historiam descripserint, & eadem Apostolos incitauit, vt in omnibus suis concionibus & scriptis Christi Iesu mortem & resurrectionem subinde inculcent, & in his vniuersam salutis nostræ rationem consistere doceant. Quorum exemplum nos quoq; excitare debet, vt sicuti singulas passionis & mortis Christi partes ex ordine inspicimus: ita non minori diligentia ea expendamus, quæ de illius resurrectione traduntur. Facient enim ista ad nostram salutis certitudinem, & fidem nostram inter tentationum fluctus haud vulgariter confirmabunt.

Cæterum vt euidentior sit & minus perplexa huius rei tractatio, proderit initio statim, cum ijs quæ Marcus noster pro suo more breuiter exposuit, ea coniungere, quæ alij Euangelistæ tradiderunt, vt ex omnibus simul collectis totius historię summam completamur, vt quo ordine singula gesta sint, nobis constet.

Cum transuisset sabbatum, & iam primus hebdomadis dies coepisset multa ad huc nocte, Angelus de cælo descendit, & terra graui motu conuulsa tremuit. Angelus verò cum ad sepulchrum accessisset, lapidem ab ostio illius reuulsit, nihil vel excubantes Resurrectionis Christi histo-
ria.
illic milites, vel Romani imperij maiestatem veritus, cuius nomine & autoritate lapidem illum Pilatus obsignauerat. At reuulso lapide è sepulchro Christus prodijt, supra lapidem verò resedit Angelus in veste candida, & facie instar fulguris splendente. Quare cum Angeli splendore, tum Christi resurgentis gloria, custodes tantum non exanimati aliquantisper iacent. Paulò post recuperatis animi & corporis viribus in urbem festinant, & Sacerdotibus, quæ nam vidissent, referunt. Interea temporis sub primum diluculum ad sepulchrum veniunt mulieres, & lapidem ab ostio sepulchri deuolutum vident, & sepulchrum ingressæ angelum à dextris sedentem, & illas quasi expectantem, inueniunt, qui illas de Christi resurrectione certiores reddit. Hæc totius historię summa & ordo est, in qua primò videndum erit, quo tempore Christus resuscitatus sit: Deinde de mulieribus dicemus, quibus primò innotuit Christi resurrectio: postremò diuinam Christi maiestatem considerabimus, quæ in singulis historię partibus elucet.

In temporis notatione diligentissimi sunt Euangelistæ, licet quædam inter illos contradictio esse videatur, dum alij tenebras, alij profundum diluculum, alij vero sub solis ortum aut sole iam exoriente hæc facta fuisse dicunt. Sed facilis est huius dissonantiæ conciliatio, si alios de tempore loqui cogitemus, quo primò Christus resurrexit, & quo mulieres sese ad iter parauerunt: alios verò de eo temporis articulo, quoad sepulchrum uenerunt.

Etsi enim non procul ab vrbe abfuerit sepulchrum, facilè tamen fieri potuit vt illis aromata parantibus, & de toto negotio consulantibus, vna aut etiam altera hora effluerit. Etenim Marcus non absq; hæsitatione illas hoc opus aggressas esse innuit, quando illas de sepulchri lapide remouendo sollicitas fuisse dicit. Et hanc solutionem ego libentius amplector, quòd mihi religiosior videatur, quam si in sacris codicibus in historia tantum momenti mendam aliquam, librariorum incuria aut falsariorum improbitate, irrepsisse dicamus. Sufficiat nobis, quòd hæc Sabbatho iam transacto facta fuisse, omnes consentiunt, quando primus sequentis septimanæ dies iam coeperat. (Solent enim Ebræi dies à solis occasu incipere) Hinc siquidem colligitur, hunc diem à morte Christi tertium fuisse. Nam in die Parasceues mortuus & sepultus fuit, qui primus ordine numeratur: Secundus verò fuit dies Sabbathi, quem totum in sepulchro transegit, & in quo propter Sabbathi religionem mulieres nihil tentauerunt. Huic succedit tertius, qui post Sabbathum septimanæ sequentis initium erat.

Nec temerè ista Euangelistæ tam diligenter annotauerunt. Nam Christi promissionibus consentiunt, & de illius veritate simul & potentia luculentissimè testantur. Sciebant hostes ipsius, illum de sua resurrectione frequenter concionatum esse, & proinde illam adhibitis sepulchro militarijs excubijs impedire & prohibere conati sunt. Adeò autem vani & irriti fuerunt conatus ipsorum, vt illum ne vnus quidem horulæ spacio diutius
quàm

Roma. 1.

Psalm. 2.

Marc. 13.

Matth. 28.

Mulieres quibus resurrectione Christi primis innotuit.

Luc. 8.

Apoc. 3. 20.

Christus mulierum quoque Saluator.

1. Timoth. 2.

Gen. 3.

Matth. 8.

15.

Luc. 7.

Luc. 23.

Fides mulierum.

Galat. 5.

Rom. 8.

2. Timoth. 2.

quoniam ipse vellet, in sepulchro detinere queant. Priusquam enim plenè illaceat dies ille, à quo sibi maximè timebant, magna cum gloria & maiestate, nec absq; immani hostium suorum terrore resurgit: eoq; argumento demonstravit Deus Iesum hunc filium suum esse dilectum, & inuictum illum regem gloriæ, aduersus quem mundus hic, nec consilijs nec viribus suis, quicquam proficiat. Seruiunt hæc consolationi aduersus omnes Antichristi conatus, quibus ille Christum & regnum eius adhuc hodie oppugnat. Ea enim est omnium promissionum Dei conditio, quòd illarum veritas nullo hominum consilio aut potentia enerti siue prohiberi possit. At Christum per Euangelij prædicationem in toto orbe regnaturum esse Deus iam olim promisit. Frustra ergo fremunt gentes, frustra consultabunt reges & principes, frustra excubias agent Pontificum satellites vnà cum totis ratorum & vinctorum cohortibus, vt Christi doctrinam & fidem perpetua ignorantia sepeliant. Oportet enim Euangelium in toto orbe prædicari, priusquam magnus ille dies Domini veniat. Et Christi promissio est: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Pertinent huc veterum tyrannorum & persecutorum Ecclesiæ exempla, qui suæ audaciæ & impietatis graues poenas dederunt: de quibus cum alibi dictum sit, non opus est eadem in præsentia repetere. Et quid nostro tempore effecerint, qui illorum vestigijs insistere aucti sunt, notius est, quam vt multis commemorari oporteat.

Secundò mulieres produuntur, quibus suam resurrectionem Christus primis innotescere voluit. Fuerunt hæc Maria Magdalene, Maria Iacobi & Iose mater & Salome, de quibus in historia passionis Christi diximus, Lucas his Ioannam quoq; coniungit, quam alibi vxorem Chusæ regij procuratoris, & ex earum numero fuisse ait, quæ Christum suis facultatibus sustentauerunt. Addit his alias adhuc, quarum nomina non exprimuntur, conscripta verò sunt in libro vitæ apud Dominam. Venerunt hæc cum aromatibus, vt in Christo pro more gentis suæ extremum vñtionis honorem impenderent. Pium quidem officium, sed in quo ignorantia & obliuione peccarunt, cum ille se resurrecturum esse toties prædixisset. At hic primò considerabimus, non temerè factum fuisse, quòd Christi resurrectio mulieribus primis innotuit. Ex eo enim pater, illum muliebris quoq; sexus redemptorem esse, id quod peculiari & euidenti demonstratione opus habebat. Quia enim per mulierem peccatum & mors intrauerunt, & sexum illum Deus idè plagis quibusdam peculiaribus multauit, facillè illas ad diffidentiam aut desperationem impellere potuisset Satan, nisi peculiaribus promissis fidem illarum Deus fulciuisset. Ne quam ergo haberent de salute dubitandi occasionem, Christus Saluator iuxta primam promissionem absq; virili congressu ex muliere nasci debuit, vt idem sexus iustitiam & vitam nobis pareret, qui peccatum & mortem in mundum intulerat. Deinde nec minora neq; pauciora suæ bonitatis & gratiæ argumenta in mulieres Christus edidit, quàm in viros.

Nam illis quoq; Euangelij promissiones proposuit, illarum quoq; morbis miraculose subuenit, & ex foeda peccatorum seruitute ad se conuersas benignè in gratiam recepit. Nec puduit illum, quando Hierosolymam proficiscebatur, vt ibi humani generis redemptionem obiret, mulieres in suo comitatu secum ducere, quas etiam suæ mortis relictas esse oculatas voluit, & iisdem resurrectionem suam, quam nostræ redemptionis complementum esse initio diximus, priusquam discipulis per Angelum denuntiat, imò has illius præcones, & (vt ita dicam) Euangelizatrices constituit. In horum consideratione Christianas scæminas diligenter & crebro versari decet, vt consolationem habeant, qua sui sexus incommoda, & quæ coniugium & liberorum procreationem comitantur molestias ferre & superare possint. Quia enim ad ipsas quoq; Christus pertinet, non est quod de salute sua dubitent, siquidem manserint in fide ac dilectione & sanctificatione cum castitate. Vide 1. Timoth. 2. cap.

Porro vt istarum mulierum exemplum nostræ institutioni & consolationi magis seruiat. quædam de illis repetenda erunt, vt quales fuerint, & quem ex suo studio fructum reportarint, videamus. Etsi enim carnis infirmitate deceptæ, resurrectionis Christi mysterium nec intellexerint nec obseruarint (quo nomine postea ab Angelo reprehendentur) in illis tamen quodad externa officia, insignis fidei typus elucet. Huius proprium esse Apostolus docet, quòd per charitatem operatur, nec cruce offendatur, eò quòd in Dei verbum intenta sit, quo admonemur, Deum diligentibus omnia cooperari in bonum, & cum Christo olim in cœlis regnatos esse, qui cum illo, & pro nominis ipsius

ipſius gloria, afflictionem ſuſtinuerint. Vtrumq; mulieres iſtæ præſtiterunt. Suam enim erga Chriſtum charitatem luculenter teſtatae ſunt, quando illi miniſtrauerunt, & eundem impenſis maximis aluerunt, & vt eius doctrina frui poſſent, illi per multos longorum iunerum labores indiuulſæ comites fuerunt. Conſtantiaæ verò argumentum eſt irrefragabile, quòd nec inopina Chriſti mors, nec ignominioſum & infame crucis ſupplicium, illas offendere potuit, vt quaſi ſpe omni frustratae illum relinquerent, & fidem in illum abnegarent. Quin, vt ex hiſtoria paſſionis Chriſti vidimus, conſtantia plus quàm virili in finem uſq; perſeuerant, nec mortuum negligunt, quem, cum in viuus eſſet, coluerant. Ad hæc periculum omne contemnunt, quod ex militibus imminere videbatur, ſi ſepulchrum aperire, & Chriſti corpus contrectare auderent. Iſta verò nobis in exemplum proponi cogitemus, vt fidem, qua gloriamur, iſdem argumentis ipſi quoq; teſtemur. Quia enim charitatem à fide diuelli, impoſſibile eſt, hæc quoque latere nequid, eò quòd charitate nihil magis induſtrium eſt, quàm nec quieſcit etiam, donec ſuum finem attingerit. Et cum eidem coniuncta ſit certa & conſtans promiſſionum diuinarum & auxiliij diuini fiducia, & beatæ immortalitatis ſpes, periculorum quoque metum & terrores facilè vincit, nec vllis minis ſeſe ab agnita Chriſti veritate abſtrahi patitur. Exempla huius conſtantiaæ in electis & veris Dei cultoribus paſſim occurrunt, qui inter medios ignes & gladios fidei ſuæ confeſſionem illibatam & ſinceram ſeruauerunt. Quæ ſi cum noſtri ſæculi moribus conferas, à fidei ingenio alieniſſimos reperies, qui illa quàm maximè gloriantur. Friget enim ferè charitas, & poſthabito cœleſtium bonorum ſtudio, pleriq; religionem ſibi quaſtum faciunt. Quo fit vt fidem & Euangelicæ doctrinae ſtudium profiteantur quidem, dum aliqua priuati commodi ſpes aſſulget: vt primùm verò pericula ſurgunt, illis offenſi & terriſi fidem abnegant, & ſummam ſtultitiam arbitrantur illi conſidere, qui iam mortuus & ſepultus eſſe videtur, dum perſecutionum fluctibus quaſi obruitur. Sunt hæc carnis cogitationes, quas aſſidua promiſſionum Dei meditatione retundere oportet, & mox abſq; magno labore omnia ea vincemus, quæ nobis cumprimis ardua & inſuperabilia eſſe videbantur: quod ipſum iſtarum mulierum exemplo Spiritus ſanctus luculentiffimè docet.

Vt enim ad ſepulchrum venerunt, conſectum inueniunt, quod illas maximè ſollicitas habebat. Lapis ſiquidem per Angelum reuulſus & deuolutus eſt, de quo remouendo inter eundem unputarant, eò quòd ille ingentis ponderis, ipſis verò vires nullæ eſſent, quæ huic remouendo ſufficerent. Ad hæc milites quoq; diffugerant, qui illis videbantur obſtaturi, ne ſepulchro appropinquarent. Et licet non inueniant Chriſti corpus, de illius tamen reſurrectione per Angelum edocentur, adeoq; plus inueniunt, quàm ſperare auderent. Corpus enim quærebant mortuum, vulneribus & cruore multo ſcedatum, illud verò iam reuixiſſe, & mortis vincula & carcerem magna cum gloria euafiſſe, intelligunt. Non obſtant ergo fidei, quæ grauiffima & difficilima videntur, nec ſua ope Deus illos deſtituit, qui ſancta fidei conſtantia armati ipſius uocationem ſedulò ſequuntur. Equidem non quieſcit Satan, & obijcit multa indies, quibus pietatis officia remoretur. Sed victoria noſtra fides eſt (vt Ioannes inquit) quæ & mundum vincit & mundi principem, & quæ eadem facit, ne quid impoſſibile ſit iſis, qui Dei opem implorant. Chriſti enim vox eſt:

Premium ſu-
dei.

1. Ioan. 5.
Ioan. 12.
Marc. 9.
11.

Omnia poſſibilia ſunt credenti. Item, confidite Deo. Amen dico vobis, quòd quicumque dixerit monti huic: Tollaris ac mittaris in mare: & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit fore, quæ dixerit, erit illi quicquid dixerit. Propterea dico vobis, quæcunq; orantes petitis, credite quod accipietis, & obtingent vobis, &c. Sunt hæc exemplis innumerabilibus probata ab ipſo mundi exordio, multa verò cumprimis præclara Paulus in Epiftola ad Ebræos congeſſit, vbi eos commemorat, qui non modo mundi illecebras & carnis affectus verumetiam acies hoſtium & ſæuiſſima quæq; tormenta per fidem ſuperauerunt.

Ebr. 11.

Inprimis autem huc pertinent Apoſtoli, qui etſi rudes & inexperti eſſent, nec vlla authoritate præſtarent, tamen intra paucos annos vniuerſum orbem terrarum Chriſti imperio ſubiecerunt, cum illius mandatum conſtanti fide exequerentur. Ex

Act. 2.

HISTORIÆ RESURRECT. CHRISTI

nos consolationem petere conuenit aduersus eos, qui in periculis nihil præter no-
 strarum virum imbecillitatem, & insuperabilem hostium potentiam, in ore habent,
 vtrumq; verò in eum finem adducunt, vt euincant aliquid dandum esse veritatis hosti-
 bus, & proxima quæq; pericula declinari debere, vt nos melioribus temporibus serue-
 mus. Ita verò, quantum in ipsis est, Dei gloriam collabi patiuntur, quam is olim ma-
 gno ipsorum malo vindicabit. Fatemur equidem credentes serpentina prudentia instru-
 ctos esse debere, sicuti Christus monuit. At prudentiam istam verbi Dei cancellis cir-
 cumscribi oportet, ne dum plus illo sapere volumus, illius iram contra nos prouoce-
 mus. Iubet autem ille fidem habere inconcussam, iubet fidem illam publicè confiteri,
 iubet gloriam suam propagare, & contra quosuis pro nostræ vocationis ratione tueri &
 asserere, iubet item propter nomen & verbum suum, parentes, coniugem, liberos, fra-
 tres & fortunas omnes, relinquere. Quid ergo disputare lubet, si vt hæc faciamus ipsa
 rei necessitas & nostræ vocationis ratio exigit? Quin potius officium facimus, & rei e-
 uentum Deo committimus qui, si quid per nos effectum velit, viam facilè inueniet.
 Quòd si secus fiat, illius bonitatem agnoscamus, qui crucis filij sui consortes reddit,
 quos propter peccata sua infinitis pœnis mulctare poterat: neq; vnquam animis nostris
 excidat, illum fidelem esse, qui non patiatur nos tentari supra id quod possumus, imò
 cum tentatione euentum dare, quo onus, ab illo nobis impositum, possimus sufferre,
 &c. Vide 1. Cor. 10. Item. 2. Cor. 1. &c, cap.

Matth. 10.

Chr. Christus
 mulieres re-
 surrectione
 sua præuenit.

Cæterum quærat aliquis, cur Christus mulieres hæc resurrectione sua præ-
 uenerit, nec extremum hoc vñtionis officium admiserit, quod ipsi impendere institu-
 erant. Vbi non putabimus ipsi piam & sanctam mulierum industriam discipulicuisse.
 Nam etsi ignorantia (vt ante diximus) peccârint, animi tamen intentio ex fide & cha-
 ritate profecta illi grata fuit, quod vel ipsa resurrectionis denunciatio, & postea ipsius
 Christi apparitiones testantur. Causa ergo alia fuerit oportet, nimirum quòd officij
 eiusmodi non opus haberet amplius in corpore iam clarificato, quod corruptionem o-
 mnem exuerat, & quòd pauperes sibi substituisset, in quos quæcunq; sunt huius geno-
 ris officia, impendamus. Et huc referri debet cœnæ Bethaniensis historia, vbi vn-
 ctionis in ea per Mariam Lazari sororem factæ mysterium, contra murmurantes disci-
 pulos, hisce verbis exposuit: Sinite illam, cur illi molesti estis? Bonum opus operata
 est erga me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, & quodcumq; volueritis po-
 testis illis benefacere, me verò non semper habetis. Quod potuit hæc fecit: præuenit
 vt vngeret meum corpus ad sepulturam.

Marc. 14.

Quia ergo ad sepulturam iam ante vnctus fuerat, & externis officijs aut corpo-
 ris curatione non amplius indigebat, mulieres istas præuenire voluit, vt & suum de
 pauperibus iuuandis præceptum magis stabiliret & superstitionibus mederetur, quas
 circa sepulturæ suæ memoriam orituras esse sciebat. Itaque eos confutat Christus,
 qui quotannis simulachrum ipsius sepulchro includunt, & huic excubitores adhibent
 sacrificulos & Monachos, qui illius funus lamentabili cantu celebrant. Ridiculi planè
 homines, qui Christo, quem in coelis regnantem inuocant, in terris exequias & fune-
 bria festa instituunt, & quæ ille in pauperes conferre iussit, in simulachrum ligneum
 conferunt.

Contra pere-
 grinationes
 religionis
 ergo.

In primis autem evertitur hic insana peregrinationum superstitio, quas religionis
 ergo homines, veritatis & salutis suæ ignari, suscipere consueuerunt. Causa eius est,
 quòd falsis persuasionibus decepti, gratiam Dei & ipsum Christum certis in locis inue-
 niri posse vel externum cultum ob loci religionem Deo magis gratum esse arbitrantur.
 Quòd fit, vt multi, relictiis domi coniugibus & liberis suis, per terras & maria Hiero-
 solymam, & alia eius generis loca, petant, quæ vel Christus Iesus, vel Apostoli ipsius
 suis miraculis nobilitauerunt. Prætexunt illi quidem pietatis studium, nec negauerim
 multos eorum illis non malitia, sed anxio quodam & sollicito salutis & gloriæ Dei studio,
 exagitari: At interim omne hoc Christi verbis & doctrinæ aduersatur, qui ne quid ta-
 le fiat, disertè prohibuit.

Quòd ad enim cultum externum & preces, harum efficaciam nulli certo loco alli-
 gari debere docet, quando Samaritanos simul & Iudæos propter illam superstitionem
 repræ-

reprehendens, mox addit: Venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Et Paulus Apostolus de precibus publicis & privatis differens, volo (inquit) viros orare in omni loco, sustollentes puras manus absque ira & disceptatione. Nihil ergo precibus ex loco religione accedere putavit, sed animum potius requirit ab omni affectu malo alienum, & vni Deo consecrarium. Quod ad verò Christi præsentiam & meriti ipsius effectum, monet ille, ne eos audiamus, qui ipsum in terris hisce, vel hinc vel illic monstrare audent. Nec enim loco certo alligavit meriti sui gratiam Christus, sed vt Evangelium suum in toto orbe terrarum prædicari voluit, ita vbiq; locorum efficax est erga omnes, qui ipsum vera fide amplexi fuerint. Et cum nationum & personarum discrimen omne in Christo sublatum sit, minimè credendum est, aliquem in terris locum eo priuilegio esse donatum, vt per se ad salutem nostram aliquid posset conferre. Quòd non obscure innuisse videtur Deus, quando eas vrbes horribili excidio deuouit, quas aliquandiu sui cultus sedem esse voluerat, sicuti de Silo, Nobe & Hierosolymis sacra historia testatur. De Silo enim in Psalms scribitur: Deseruit tabernaculum Silo, tentorium quod inter homines inhabitabat. De Hierosolyma autem Ieremias dixerat: Si non audieritis reddam domum istam similem Silo, & urbem hanc contumeliæ exponam omnibus gentibus.

Ioan. 4.
1. Tim. 2.

Matth. 24.

Galat. 3.
Colos. 3.
Rom. 2.
Psalm. 78.
Iere. 26.

Psalm. 74.

Acto. 1.

Nec inanes fuisse minas hæc Psalmus testatur, in quo p̄ de hostium insolentia quiritantes inter alia dicunt: Rugierunt aduersarij in medio synagogarum tuarum, signa sua posuerunt pro signis. Sanctuaria tua igne incenderunt, ad terram affligendo tabernaculum nominis tui prophanauerunt, &c. Quòd si hæc eo tempore fieri passus est Deus, quando vmbris & ceremonijs locus adhuc certus erat ab ipso constitutus, quis obsecro ianæ mentis ipsius gratiam nunc loco alicui alligatam esse putauerit? Nec absq; numine factum putabimus, quòd mulieres istæ, quæ primæ omnium Christi sepulchrum inuiserunt, nihil illic repererunt præter Angelum, qui illas reprehendit, quòd verborum Christi parùm memores essent, & Christum ibi quærere iussit, quo se iturum ante promiserat. Idem ergo nobis d. tam putemus, vt nimirum illum non in terris hisce quæramus, sed in cælis, quò illum ascendisse scimus, & vbi animis, per fidem euestis sese inueniri patiemur. Docuit hoc ipsum Deus olim memorabili exemplo, quando Christianis sepulchrum Domini supersticiosè colebibus locum illum impijs fidei Christianæ hostibus subiecit, qui non contenti illum vndiq; congestis ruderibus obruisse, insuper illic sacellum Veneri sacrum extruxerunt: vt vel inde constaret, Christi meritum non illic alligari debere, vbi spurcissimæ Deæ cultus nepharius exercabatur. Ea tamen fuit superstitionis vis, vt mox denuò succrescens orthodoxos Ecclesiæ doctores illam oppugnare coegerit: inter quos Diuus Hieronymus olim ad Paulinum scribebat: Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse laudandum est: Et idem Pater Hilarionem probat, qui cum Palestinus esset, & in Palestina viueret, vno tantùm die Hierosolymam vidit, vt ne contemnere loca sancta propter viciniam, nec rursus Dominum loco claudere, videretur. Cuius exemplum si posterì quoq; imitati essent, minus superstitionis haberemus, & vera religio nobis sincerior & ex omni parte integrior mansisset.

Modus resurrectionis gloriosus

Porro tempus est, vt diuinam potentiam & maiestatem consideremus, quæ in singulis huius historię partibus euidentissimè elucet. Nam primùm immani motu terra tota concutitur, quasi eum superis reddere gestiat, quem inuita sinu suo exceperat.

Deinde cælo descendit Angelus in veste candida (qui olim triumphantium habitus fuit) vt vestis colore Christum victorem denoter. Idem etsi contra milites nihil agat hostiliter, solo tamen fulgore exanimatis similes reddit. Docent hæc, Christum et si in cruce infamem mortem subierit, Deum tamen esse omnipotentem, qui vt olim de loue suo Poëtæ fabulati sunt) suo nutu terram, maria & cælum concutiat. Præterea etsi nemo mortalium restet, qui ipsi inseruire studeat, præter mulierculas istas (quæ tamen extremum modò, quod defunctis debetur, officium præstare instituerunt) Angelos tamen ministros habet, qui cælo delapsi hostes ipsius prosternunt, & resurrectionem illius adiuuant.

HISTORIA RESURRECT. CHRISTI

Adhæc cum impossibile videatur, CHRISTVM sepulchro exire posse etiam in vitam redire, inde tamen magna cum gloria prodit, & vnici Angeli ministerio hostium suorum consilia sic turbat, vt resurrectionis ipsius præcones & testes fiant irrefragabiles, qui, vt illam prohiberent, à Sacerdotibus conducti fuerant: Sicq; eadem opera & suam potentiam exerit, & Sacerdotes extremæ impietatis conuincit, quando nec illorum relationi cedunt, quibus intra animos suos non poterant non fidem adhibere.

Vt verò magis perspecta nobis sit Christi potentia, obseruandum est Angelos non modò resurgenti, sed etiam vbique aliàs suum obsequium præstitisse. Conceptionem illius Diuæ Virgini prædicat Archangelus Gabriel, natiuitatem verò angelicæ cohortes hymnis lætis celebrant. In deserto agenti & cum Satana luctanti Angelos ministrasse legimus. Postea ad oliueti montem oranti, & sanguinem sudanti, Angelus apparet, qui ipsum consolatur. In ascensione item illius Angeli comparent, & huic testimonium ferunt. Sed quid istis immoramur, quando Daniel infinitas Angelorum myriades ad illius seruitium paratas assistere vidit? Quanta verò Angelorum virtus sit, pluribus exemplis constat. Duorum Angelorum ministerio Deus Sodomæ & Gomorrahæ cum finitimis terris omnibus euertit. Vnus Angelus occidendis in vna nocte Aegyptiorum primogenitis sufficit. Per vnum quoque in Assyriorum castris hominum centies mille & octoginta quinque millia cæduntur. Quis ergo inuictam & insuperabilem esse neget Christi Iesu potentiam, quem (vt in Psalmis scribitur) omnes Angeli adorant, quiq; illis pro suo arbitrio & nutu vitur.

Sunt hæc plena consolationis, quando eius virtutem demonstrant, quem vindicem & Salvatorem nostrum esse credimus. Magis tamen in illa confirmabimur, si Angelos nobis quoque à Deo ministros datos esse cogitemus. Si enim Christo per fidem insiti sumus, nostrum vtiq; est quicquid ille habet: nec temerè olim à Paulo dictum fuit: Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia (inquam) vestra sunt, vos autem Christi Christus verò Dei, &c. Sunt tamen scripturæ loca, quæ Angelos nobis quoque ministros datos esse disertè testantur. Paulus enim de illis loquens ait: Nonne omnes sunt administratores Spiritus, qui in ministerium emittuntur, vt in heredes erunt salutis? Et ante hunc Dauid canebat: Angelus Domini castra metatur circum eos, qui timent ipsum, & eripit eos. Item Angelis suis de te mandauit, vt in omnibus vijs tuis te custodiant: Manibus te gestabunt, ne ad lapidem pes tuus offendat. Adhæc Daniel Angelorum meminit, qui certis regnis & nationibus à Deo custodes constituti sint: & Christus Angelos paruulorum coram facie patris sui semper comparere ait: Nec desunt exempla eorum, quibus Angeli assumpta visibili specie inseruierunt. Horum ministerio è Sodomis educitur Lothus, & eorundem exercitus Iacobo visuntur, quando è Mesopotamia reuertens, propter Esau fratris occursum, trepidabat. Angelum item Israelitis per desertum itineris ducem, & postea aduersus Chananæos propugnato-rem fuisse traditur.

Elifæus quoque per Angelos ex Syrorum insidijs fuit ereptus: & Daniel Angelum Domini leonum ora obturauisse dicit, ne ipsum læderent. Præterea Apostolos Angeli opera è carcere eductos fuisse, Lucas prodidit. Taceo nunc reuelationes, quas per Angelos ferè Deus suis offerre solè. Taceo item quotidiana Dei beneficia, quæ per Angelos confert, dum illis duobus aut consultoribus pericula insciji, & nihil de illis cogitantes, declinamus. Hinc ergo consolatio petatur in periculis, ne de salute nostra desperemus, si quando omni humano præsidio destituimur, cum Angelorum custodia tegamur, quorum potentia humanam longè superat. Nec minus institutioni ista seruire debent, vt illorum consideratione ad sanctimoniam vitæ, & pietatis studium, excitemur, ne inorum impuritate nosmetipsos spoliemus Angelorum præsidio, sine quo vitam hanc tutò transigere nunquam licebit. Vidit hoc Paulus, quando de mulierum habitu disserens, eas vel propter Angelos modestiæ & honestati studere iubet. Et sanè, si horum semper meminissent homines, non tanta passim regnaret peccandi licentia.

Addit in fine Marcus, mulieres istas viso Angelo expauisse. Accidit hoc illis pro in-

Angeli Christo seruiunt.
Luc. 1. 2.
Matth. 4.
Luc. 22.
Acto. 1.
Dan. 7.
Gen. 19.
Exod. 12.
1. 37.

Psal. 97.
104.

Angeli fidelibus seruiunt.
1. Corin. 3.

Ebr. 1.

Psal. 34.

Psal. 91.

Dan. 10.

12.

Matth. 18.

Gene. 19.

31. 32.

Exod. 14.

23. 32.

2. Reg. 6.

Dan. 6.

Acto. 5. & 12.

1. Cor. 11.

Mulieres exo

pro infirmitate carnis, quæ sanctis quoque Dei seruis cum omnibus hominibus communis est: qua fit, ut sæpe terrorem incutiant, quæ consolationem afferere debent. At tunc animos trepidantes confirmat Dominus, quod hic quoque factum fuisse in proximo sermone patebit. Sufficiat nunc resurrectionis *CHRISTI IESU* historiam vidisse, quæ luculenta potentia ipsius argumenta continet: & hac freti constanter feramus, quæcunque Deus imponet. Nunquam enim ille suos deseret, & inter huius seculi turbas, perpetuò in suis resurget, viuet, & regnabit Dei Filius, *IESVS CHRISTVS*, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, AMEN.

HOMILIA SECVNDA.

Ipse verò dicit eis: Ne expauescatis. IESVM illum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus: Suscitatus est, non est hic: Ecce locus, ubi posuerunt eum. Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, quod præcedit vos in Galilæam: Illic eum videbitis, sicut dixit vobis. Tunc abeuntes citò fugerunt à monumento: Habebat enim eas tremor & stupor, neque cuiquam quicquam dicebant: Timebant enim.



TSI IESVS CHRISTVS, COMMVNIS TOTIUS generis humani Saluator sit, suam tamen resurrectionem, quæ nostræ salutis complementum est, mulieribus primis innotescere voluit, ut se huius quoque sexus redemptorem esse doceret, qui peculiaribus consolationibus opus habebat: & ut hinc consolationem perant, quotquot se adhuc infirmos & imperfectos esse sentiant, & proinde de Dei gratia incipiunt dubitare. Et huc facit, quod non modo illarum fides, verumetiam vitia commemorantur. Primò siquidem verborum Christi immemores, resurrectionis mysterium non intelligunt, & ideo per Angelum corripiuntur. Deinde Angeli conspectu terrentur, quo illas potius exhilarari oportebat. Quia tamen fidei fundamentum saluum & incolume reuident, Christi videlicet studium & amorem, non abiicit illas Dominus, sed potius earum infirmitatibus medetur. Sequitur enim Angeli oratio, quæ tribus partibus constat. Prima territas consolatur. Secunda Christi resurrectionem illis denuntiat, & eandem constantissimè asserit. Tertia iubet, ut illam discipulis prædicent. Nos verò hæc ita considerabimus, ut quod illis dicitur, nobis quoque dictum putemus, & proinde resurrectionis spe confirmati aduersa omnia patienter vincamus.

Argumentum
& usus huius
presentis
loci.

Primum, ut splendore insolito, & rei insperatæ conspectu, expauefactas consolatur, ait: Ne expauescatis. Causam addit: Quæritis Iesum illum Nazarenum, qui fuit crucifixus. Vel ut Matthæus verba Angeli retulit: Scio enim, quod Iesum, qui crucifixus fuit, quæritis. Sic ergo argumentatur: Quicumque Iesum quærent, pio & sancto fidei studio incensi, hi eius maiestatem non timere, sed illa potius gaudere debent. Vos autem Iesum illum quæritis: Ergo vos etiam nequaquam terri conuenit, cum hæc eius maiestas vestra simul & omnium credentium consolationi inseruiat.

1.
Angelus territas
solatur.

Quo loco obseruabis, eundem Angelum, qui militibus terrori fuerat, mulieres istas tam amicè consolari, & quidem hoc argumento consolari, quod Iesum pio & sancto studio quærent. Hinc patet, resurrectionem Christi impijs terribilem & timoris plenam esse, pijs verò gaudium & consolationem adferre. Est hoc videre nostro seculo, ubi per Euangelium resurgere & regnare incipit. Ut enim pijs ex hoc dulcissimam consolationem percipiunt, eò quod mentes peccatorum conscientia consternatas mirificè subleuari & confirmari sentiunt.

Christi resur-
rectio pijs
consolationem
impijs terro-
nem asserit.

Ita impij subito metu percussi furores novos concipiunt & horribiliter tumultuantur: quando vel quæstum suum euerti vident, quem ex superstitionibus

HISTORIÆ RESVR. CHRISTI

& doctrina falsa fecerunt: vel peccata sua palam argui, & peccandi licentiam poenitentiae doctrina, & seueriori poenarum denuntiatione, coërceri audiunt. Quia enim nemo adeo impudens est & impius, qui non iustitiæ & innocentiae titulo sese occultare studeat, iniquissimum & intolerabile facinus carni videretur, si quis illata verbi diuini luce prætextum illum auferat. Admonet de hoc Christus, quando ait: Lux in mundum venit, & homines dilexerunt tenebras, magis, quàm lucem. Erant enim opera eorum mala.

Joan. 3.

Psal. 2.

Omnis enim qui mala agit odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Et hinc ferè fremitus ille gentium & regum concursus oritur, quem in Spiritu olim Dauides præuidit, & quem hodie passim experimur. Nec est, quod nobis otium & pacem huius mundi polliceamur. Ut primùm enim Christi regnum surgit, simul bella & pugnae surgunt, quas ex vna parte supersticiosi hypocritæ, ex altera verò carnaliter & Epicuri de grege porci mouent, ne quando in ordinem redigantur. Soletur autem nos, quod etsi horredum furiunt & tumultuantur, in animis tamen suis graues conscientiae terrores sentiunt, pijs interim inter medios periculorum fluctus læta & salutari animorum pace fruuntibus.

Resurrectionis
nostræ conditio
eadem.
Rom. 14.
2. Cor. 5.
2. Pet. 3.

Eadem quoque est nostræ resurrectionis ratio, quæ similiter impijs terrificata est, eò quod tunc *IESVM CHRISTVM* in nubibus cœli iudicem venturum esse audiunt, coram cuius tribunali omnes homines sisti oporteat, ut in corpore suo recipiant pro vt fecerunt, vel bonum vel malum. Quomodo enim iudicem ferrent, qui Saluatorem & redemptorem agnoscere dedignantur? Quodad ergo incolumes viuunt, & rebus secundis fruuntur, doctrinam resurrectionis, & nouissimum Christi aduentum, in dubium vocant, & vt Petrus olim prædixit, mira scurrilitate eludunt. Vbi est (inquiunt) pollicatio aduentus eius? Siquidem ex quo die patres dormierunt, sic omnia permanent ab initio creationis. Ita verò & spem maiorum suorum stultitiæ insimulat, & in posterum sibiipsis pollicentur, mundum non vnquam interiturum esse. Nonnulli verò maiori cum impudentia linguas suas laxantes addunt: Edamus, bibamus, ludamus, & morosis illis concionatoribus relinquamus inferos & coelos, quos ad terrefaciendos simplices ex suo cerebro fabricauerunt. Omnium verò sermonum eiusmodi hic illis finis propositus est, vt momentanea aliqua consolatione, imò inani perualione, conscientiae terrores mitigent, qui vel inuitis oboriuntur. Et sanè dicit nonnunquam illa consolatio, vt sibi ipsis non malè consuluisse videantur, quodad nimirum nihil aduersi illos exagitat. Ut primùm verò vel in mortis articulo, vel in periculis vndiq; imminetibus graue & ineuitabile Dei iudicium illis occurat, mox salutis incerti fiunt, & quia salutis authorem Christum Iesum non agnoscunt, horribiliter desperant, & cum magno suo malo experiantur quàm horrendum sit incidere in manus Dei viuentis.

Ebr. 10.

Matth. 24.
Rom. 8.

Luce. 21.
1. Thes. 4.
2. Tim. 4.

Tandem, vbi Christum Iesum in nubibus cœli venire videbunt, iudicij præsentis conspectu, & propria conscientiae testimonio, territi, miserabiliter quidem, sed absque fructu, plangent atque mœrebunt. At longè alia est piorum conditio. Quia enim illi iam pridem mundo mori, & carnis affectus mortificare didicerunt, & Christo addicti propter hunc mundi odia & afflictiones assiduas sustinent, illius aduentu adeo non terrentur, vt potius in hoc omnem spem collocatam habeant. Hunc enim redemptionis suæ diem fore sciunt, quo, corporibus suis restituti, Christo per aërem obuiam rapientur, vt in cœlesti patria regni diu spem possessionem occupent. Ideo Paulus hinc consolationis argumenta petere iubet, quibus in mortis terrore & luctu nos mutuo confirmemus. Idem quando sub Nerone captiuus crudele mortis supplicium in horas singulas expectabat, huius spei fiducia seipsum consolabatur. Nam ipse iam immolator (inquit) & tempus meæ resolutionis instat. Certamen bonum decertavi, cursum consummaui, fidem seruavi: Quod superest, reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui est iustus iudex, non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum ipsius.

Et alibi clarius adhuc omnibus pijs in genere applicat, quod de se ipso dixit: Nostra conuersatio, siue ciuitas (Græcè enim est *πολίτευμα*, quod societatem, qualis inter

lis inter ciues est, significat) in cœlis est, ex quo & seruatorem expectamus, *Do. Phil. 3.*
 minum *IESVM CHRISTVM*, qui transfigurabit corpus nostrum humi-
 le, vt conforme reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam qua potest sibi o-
 mnia subijcere, &c. Eandem verò Patrum quoque in veteri testamento spem
 fuisse, vel vnus Iobi exemplum manifestè docet, qui in summis miserijs de resurrectione
 sua differens docet, qua fiducia tentationes omnes vincat.

Vtinam (inquit) scribantur sermones mei, vtinam in libro exarentur, stilo- *10. 19.*
 que ferreo incitantur in plumbum aut saxum, vt perpetuo durent. Ego scio quod
 vindex meus viuit. (Sic verò *CHRISTVM* vocat, eò quòd frater noster factus
 causam nostram ex cognationis iure tueri & asserere potest) qui in nouissimo die adhi-
 bebunt (qui in nouissimo die adhibebit vim suam pulueri. Et cum circumdederint
 hoc mea cute, spectabo Deum ex carne mea. Quem ego mihi contemplanor, &
 oculi mei videbunt, & non alius: & hoc est meum desiderium. Similiter Dauid olim
 canebat: Posui Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextra mea est, *Psalm. 16.*
 ideo non labar. Ob id lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea, quin & caro
 mea habitabit confidenter. Quoniam ne derelinques in inferno animam meam, ne-
 que dabis sanctum tuum videre corruptionem. Etsi enim vltima hæc verba de Chri-
 sto propriè dicantur, cuius typum Dauides sustinuit, simul tamen ad singulos creden-
 tes referri possunt, quorum corpora, etsi in terram resoluantur, non tamen æternum
 pereunt, sed olim resuscitata incorruptibilitatem induent. Atque hac ipsa spe sancti
 Martyres olim tyrannorum minas & horribiles suppliciorum cruciatus constanter vi-
 cerunt, & eadem etiam hodie vincunt, quotquot pro Christi nomine mortem sube-
 runt, vel alijs calamitatibus & aduersis exercentur. Docent hæc, quàm magnus quæ-
 ritus sit pietas, quæ vt huius vitæ molestijs medetur, ita mortis recordationem dulcissi-
 mam reddit, quæ impijs acerbissima esse solet, & sola tunc iuuat, quando ex omnibus,
 quæ in hoc mundo examina habentur, nulla vel utilitas vel consolatio ad nos redire
 potest.

Sequitur secunda orationis Angelicæ pars, qua Christi resurrectionem mulieri-
 bus denuntiat, & illi multiplex fert testimonium. Primò enim (vt Lucas scribit) illis
 suam *ἀγγελοῦ* & quòd *προφήτου* Christi parùm memores essent, exprobrat,
 dicens. Quid quæritis viventem cum mortuis? Innuit ergo deò verum esse, quod
 de resurrectione sua prædixerit sapius, vt non leuem reprehensionem mereantur, qui-
 cunque de illa dubitarint. In præsentem verò rem ita proponit, vt singula verba suam pon-
 dus habeant, adeoq; omnibus ijs studiose occurrat, quæ resurrectionis Christi veritate in
 dubium vocare, aut suspectam facere poterant. Nam primò, ne de alio quopiam
 loqui videatur, illum discrete nominat, quem ipsæ quærebant. *IESVM* illum
 quæritis (inquit) Nazarenum, qui fuit crucifixus. Deinde illum ipsum suscitatum esse
 testatur.

Tertiò addit, Non est hîc: vt doceat illum in sepulchro non amplius quæri debe-
 re. Et ne quid dubitarent, subiungit: Ecce locus, vbi posuerant eum. Neque istis
 contentus, Christi verba quoq; illis in mentem reuocat, ne quid insolens hîc factum
 putarent, & vbi Christum inuenturæ sint docet, nimirum in Galilæa, quo se præiturum
 esse, non semel promiserit. *Matth. 26. Marc. 16.*

Cæterùm nemini superuacanea censeretur hæc Angeli diligentia. Quia enim *Christum cor-
 pore suo ve-
 resurrexiffe.*
 mortuorum resurrectio res maximi momenti est, & quæ humanæ rationis captum lon-
 gè superat, & proinde vix fidem inuenit, omnino necesse fuit, Christi resurrectio-
 nem, cui nostra innititur, & quæ (vt Theodoretus verbis vtatur) communis resurrectio-
 nis fide iussor est, certissimis & minimè ambiguis testimonijs proprietates retinuisse
 docerent: quales sunt, suis membris & partibus constare, palpabilem esse, & certo
 loco contineri. De infirmitatibus enim & vitijs, quæ corporibus nostris hærent
 (qualia sunt fames, fitis, fatigatio, morbi, corruptio, generatio, & alia huius gene-
 ris) nihil nunc dicimus: eò quòd illa corporum accidentia potius debeant censeretur, quæ
 ex peccati noxa & culpa contraximus, eadem suo tempore in mortuorum resurrectio-
 ne deposituri per clarificationem, quæ infirmitates & vitia auferet, corporis vero sub-
 stantiam & propria minimè tollet.

At Chri-

HISTORIÆ RESVR. CHRISTI

At Christum illa retinuisse, cum corpore clarificato resurgeret, omnes huius h-
 oria circumstantia, deinde singula Angeli verba, adhuc quæ mox secuta sunt,
 abunde docent. Primo enim Angelus cælo delapsus lapidem ab ostio sepulchri reuul-
 sit, nimirum vt corpori Christi vero & palpabili exitus pateret. Neq; illud nos, nos
 (inquam) primi dicimus, sed eandem olim veteris Ecclesie sententiam fuisse, ex Leonis
 Romani Episcopi scriptis patet, quem circiter annum à nato Christo quadringentesi-
 mum quartum sedem Romanam obtinuisse constat, quando Constantinopoli Eurychi-
 ana hæresis exorta est, quam non multò post Chalcedonensis Synodus damnauit, in
 qua Episcopi sexcenti conuenerunt. Leo itaq; vt veram Christi humanitatem assereret,
 inter alia hoc etiam argumento vsus est. Nam ad Palestinos scribens, ait: Dicant igi-
 tur isti Phantastici Christiani, quæ substantia Saluatoris affixa sit ligno, quæ iacuerit in
 sepulchro, & reuoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro surrexit, vel quale cor-
 pus Iesus discipulorum visui, clausis ad eos ostijs ingressus intulerit, cum ad abigendam
 cernentium diffidentiam, inspicere oculis digitisq; tractari, patentes adhuc fixuras clauo-
 rum, & recens compunctis lateris vulnus exigeret. Quæ verba satis testantur, veteres
 in Christi resurrectione nullum miraculum finxisse, quasi lapide nondum reuoluto per
 illum corpus penetrarit, sicq; miraculosè sepulchro egressus sit. Nec tamen omnipo-
 tentiam eius negamus, quin fatemur, illum multa sæpe præter naturæ leges fecisse, &
 nunc etiam infinitos alios habuisse modos, quibus è monumento prodiret, sed nihil il-
 lum voluisse facere dicimus, quod vel resurrectionis vel corporis ipsius veritatem in du-
 bium vocaret.

Tom. 1. con-
 cil. Epistola
 81.
 Ioan. 19.
 Matth. 28.
 Ioan. 20.

Dial. 7. qui in-
 scribitur Inu-
 patibilis.
 Acto. 1.

Ioan. 20.
 Matth. 28.
 Luc. 24.

Ioan. 20.

Ioan. 21.

Deinde Angeli verba huic sententia apertè suffragantur, quibus illum non am-
 plius illic loci esse ait, quo ipsum posuerant. Quòd si illic non fuit, certè nec vbique
 fuit, sed locum habuit certum, in quo tunc degebat. Et idem veteres nobiscum
 sensisse, Theodoretus verba testantur, quibus de corpore Christi resuscitato & iam
 clarificato sic scribit: Non est mutatum in naturam diuinitatis, sed post resurre-
 ctionem est quidem & immortale, & à corruptione & interitu alienum, & diuina
 gloria plenum, sed tamen corpus est, quod habet propriam circumscriptionem.
 Accedunt his infinita alia testimonia, maximè ipsius Christi, qui per dies quadragin-
 ta multis & varijs apparitionibus probauit, se & corpore suo, quod prius habuit,
 resurrexisse, & eiusdem proprietates veras in resurrectione serualle. Primò enim
 propè sepulchrum Mariæ Magdalena visus est, quæ cum initio hortulanum esse
 putaret, postea illum sibi loquentem agnouit. Deinde alijs quoque mulieribus,
 cum à sepulchro reuerterentur, occurrit, & illis salutem dixit. Postea duobus
 discipulis, Emauntem proficiscentibus, sese itineris comitem adiunxit, qui post
 longum colloquium tandem ex panis fractione ipsum agnouerunt, cum prius oculi
 ipsorum tenerentur, quo minus illum agnoscerent. Vbi non oscitanter præteriri
 debet, quod de oculis eorum dicitur, ne quis in Christi corpore mutationem eius-
 modi factam putet, quæ carnis substantiam & corporis proprietates abstulerit. Eo-
 dem die ad discipulos simul congregatos ingressus est, quibus sese contrectandum
 præbuit, & cum expauefacti spectrum se videre putarent, magna cum grauitate
 dixit: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus vestris? Vide-
 te manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & videte,
 quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quid vero clarius
 dici poterat?

Membrorum enim meminit, carnis item & ossium, quæ præcipua corpo-
 ris humani partes sunt: & illos se non videre modò iubet, verum etiam contrecta-
 re. Nec illo contentus est, sed ne illis maneat dubitandi occasio, cibum ferri iu-
 bet, & ipsis videntibus edit, vt se non membra tantum, sed illorum vsum quoque
 habere ostendat, licet clarificatis corporibus nec cibo nec potu opus sit, cum omni
 corruptione sint exempta. Præterea cum Thomas, qui solus, cum hæc age-
 rentur abfuerat, hæc narrantis discipulis non crederet, iterum comparens, illi cla-
 uorum vestigia videnda, & latus quoque contrectandum præbet. Rursum ad mare
 Tiberiadis piscantibus discipulis adest, & se Christum esse insolita piscium captura de-
 clarat, & cum iisdem prandium sumit.

Paulus

Paulus item ipsum, plus quingentis fratribus simul collectis, visum fuisse scribit. Adde his milites, quorum testimonium cum ne ipsi quidem Sacerdotes rejicerent, ab illis silentium pecunia multa redemerunt. Neque omitti debent mulierum testimonia, quae etsi discipulis somnare & delirare viderentur, constantissime tamen affirmant Christi resurrectionem, cuius certa & infallibilia argumenta viderant. Quod si Apostolos audiamus, nihil illi frequentius & constantius inculcare solent, quam Christum Iesum à mortuis excitatum, nunc in caelis vivere, & illic nostrum mediatorem & advocatum coram patre comparere. Petrus certe apud Cornelium de Christo differens inter alia inquit: Hunc Deus suscitavit tertio die, & exhibuit eum, ut manifestus fieret, non toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à Deo, nimirum nobis, qui comedimus & bibimus unà cum illo, posteaquam à mortuis resurrexit, &c. Quid multis? Nihil ego fidei articulum extare scio, qui pluribus minusque ambiguis testimonijs probatus adeoque sensibus nostris palam propositus sit, quam hic est, quo Christum vero suo corpore, quod in Mariæ virginis utero assumpsit, resurrexisse fatemur.

Ergo turpis illorum error est, qui Christi corpus in resurrectione exinanitum vel deificatum esse somniant, ut positus veri corporis proprietatibus iam nullo certo loco sit, sed per totam huius mundi machinam mirabili & ineffabili modo diffundatur.

Monstruosum dogma novum quoque & monstruosum vocabulum nobis peperit, ut ubiquitas iam in omnium ore versetur, infelix sanè partus, qui Christiani nominis professores hostibus publicis, imo Turcis & Iudæis deridendos propinat. Dogmatis verò tam absurdi causam dedit infelix, quæ circa mysticam coenam Domini exorta controuersia, Ecclesias iam annis aliquot miserè exagitauit. Ut enim suam sententiam tueri possint, qua Christum naturali & vero corpore in coena præsentem esse, & in vel cum pane bonis simul & malis, pijs & impijs verè & substantialiter manducandum exhiberi docent: ad eiusmodi opinionum portenta, & scopulos scandalorum, contentionum fluctibus, abripiuntur. Vident enim illam consistere nullo modo posse, si Christi corpus post resurrectionem proprietates suas, & propriam circumscriptionem (ut Theodoretus ait) habere fateantur. At si verè & ex animo sentiunt sicuti loquuntur, quid obsecro ad Christi resurrectionem respondebunt, in qua corporis ipsius veritas tot argumentis & testimonijs asseritur?

Quid de eo dicent, quod corpus illud in caelos ascendisse scriptura docet, ubi illud mansurum Petrus dicit, usque ad tempora restitutionis omnium? Scio illos ad miraculum confugere, & caelos locum certum esse negare, adeoque ascensionis historiam in dubium vocare, quasi in illa nullus corporis motus ex loco in locum factus sit, sed mutatio tantum, ut qui prius visibiliter in terris versabatur, nunc inuisibilis factus, verè tamen & corporaliter nobis adsit.

At quis errorum & portentorum finis erit, si pro nostro arbitrio ipsi nobis miracula fingimus, quorum scriptura nullam facit mentionem? At quæ ratio mouet nos, ut historicas de Christo narrationes, in quibus Euangelistæ cum simplicitate summam diligentiam coniungunt, mysticis expositionibus obscuremus, tropum verò omnem ceu nefas aliquod abominemur in locutionibus Sacramentalibus, quas omnis vetustas pro figuratis agnouit, & in quibus ipsa necessitas ad tropos confutere docet, ne signa pro rebus veneremur, quam miserissimam animarum seruitutem esse olim Augustinus monuit?

Vel num Christum post resurrectionem corpus suum videndum & contrectandum exhibuisse putas, ut nos iam illud inuisibile & impalpabile & per omnia diffusum esse credamus? Fide hinc opus esse aiunt, quia ratio humana hæc capere non possit. Audio. At fides Dei verbo nititur, quod cum ista nusquam doceat, non hæc fides erit, sed vanissima & temeraria persuasio, vel opinio potius: si quid tale ipsi nobis imaginemur.

Adde, quod nostrorum corporum resurrectio cum primis obstat, ne istis opinionibus locum demus.

1. Cor. 15.

LUC. 24.

Marc. 16.

LUC. 24.

ROM. 8.

1. IOAN. 2.

ACTO. 10.

Contra vbi
quitatem cor
poris Christi.

ACTO. 3.

Lib. 3. de doct
Ar. Christia.
CAP. 9.

ROM. 10.

demus. Hæc enim olim clarificato & glorioso Christi corpori conformia & similia fore, Apostolus testatur. Ipsidem verò scriptura oculos, cutem, carnem & ossa tribuit. Hæc ipsa ergo corpori Christi adimere non poterimus, nisi eadem in nobis locum habitura esse negemus.

Philip. 3.
Iob. 19.

Resurrectio
Christi
fructus.

1.
Complementum
nostræ
salutis.

Rom. 5.
Luc. 11.

Rom. 1.
1. Cor. 15.

Ioan. 5.

Ose. 13.

2.
Animarum
immortalitas
asseritur.

Ioan. 12. 13.
Matth. 26.

Ioan. 5.
Luc. 23.

Virg. lib. 12.
vitaq; cum ge-
mitu fugit in
dignata sub
vnteras.

3.
Resurrectio
corporum as-
seritur.

Ephes. 1. 4.
Col. 1. 2.

Ioan. 12.
17. & 14.

Rom. 8.
Rom. 14.

Porro nemo putet, ista præter rationem tam multis vrgeri. Nisi enim de vera Christi resurrectione nobis probè constet, vniuersa nostræ salutis ratio periclitabitur, & qui ex illa dependent, saluberrimi fructus omnino intercident. In hac enim nostræ redemptionis & salutis complementum consistit. Quia frustra pro nobis mortuus esset Christus, nisi etiam mortem vicisset, cuius duro imperio & tyrannide premebamur. At hanc ab illo deuictam esse patet, quando propria virtute eius vincula excussit, & à mortuis suscitatus est. At quia mors per peccatum ingressa est in mundum, & ex peccato omne eius imperium dependet, hoc quoque simul sublatum sit oportet, cum mors deuicta Christum non potuerit detinere. Quomodo enim quis deuincet fortem aliquem, nisi illum prius exarmauerit? Vides ergo vniuersam nostræ redemptionis fiduciam, & certitudinem, in Christi resurrectione fundatam esse. Vnde Paulus dicebat: Traditus est propter peccata nostra, excitatus autem à mortuis propter iustificationem nostri. Item alibi: Si Christus non resurrexit, superuacanea est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris. Igitur & qui obdormierunt, in Christo perierunt, &c. Ex quibus verbis nos inferre aut concludere possumus: At resurrexit Christus, & resurgendo mortem deuicit. Ergo fides nostra superuacanea non est, nec amplius sumus in peccatis nostris, & proinde non pereunt etiam, qui in illo obdormiunt, sed (sicut ille promisit) à morte transeunt in vitam æternam. Quin horum fiducia confirmatis cum Propheta Poëana canere licet: Vbi tuus o mors aculeus? Vbi tua inferne victoria? Atqui hæc non vulgaris resurrectionis Christi fructus est. Quoties enim peccatorum conscientia tentamur, & mortis terrores sentimus, hinc consolationem certam & dulcissimam perere possumus. Quàm enim certum est Christum à mortuis resurrexisse, tam certò constat, ipsius merito & virtute peccatum omne sublatum, & mortem simul deuictam esse.

Deinde ex Christi resurrectione animarum immortalitas argumento irrefragabili cognoscitur. Suam enim animam moriturus Deo Patri comendauerat: quæ si in morte perisset, aut in aërem dispersa, vel in nihilum redacta fuisset, nec ad corpus suum redire, nec in illo vitæ officia obire poterat. Christum verò vna cum corpore animam quoque vere humanam assumpsisse, vel ex eo constat, quod illam contritari, affligi & excruciarî ipse non semel testatus est. Eadem ergo est nostrarum quoque animarum conditio, quod nimirum corporis vinculis solutæ non intereunt, sed superstites manent, & in locum, ipsis à Deo destinatum, colliguntur. Atqui hoc illud est quod Christus credentes à morte in vitam transire ait: quod latroni dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Ita verò aduersus mortis terrores Christi resurrectio solatur, ne dum illi iam morituris ob oculos versantur, de animarum salute incerti fluctuemus, sicuti in hist. passion. Christi de Adriano Imperatore, in penultima hom. 15. capituli Marci supra diximus. Ea enim est impiorum fors, quod cum inter huius seculi gaudia securi rideant, quicquid de animarum immortalitate & vita æterna dicitur, morituri horribiles cruciatus sentiant, & quia de corpore iam actum esse vident, de animarum migratione solliciti esse incipiunt, & quò se vertant ignari animas suas cum indignatione (vt Poëtæ annotarunt) exhalant. Pij verò vt in reliquis tribulationibus gaudent, ita quò propius ad vitæ finem accedunt, eò maiori fiducia ad Patriam cœlestem aspirant, adeoque cupiunt dissolui, vt Christo conuersentur, quem peccati & mortis victorem agnoscunt. Vide Philip. 1. cap.

Tertio Christi resurrectio nostrorum quoque corporum resurrectionem asserit. Vult enim nos secum esse, & se nobis locum in cœlis parauisse dicit, in quem nos sub nouissimo ipsum aduentum transferri oporteat. Sed in morte non mansit Christus. Ergo nec nos in illa manebimus. Præterea caput nostrum est Christus à quo membra diuelli non possunt, nisi totius corporis interitum statuere velimus. Quia ergo ille resurrexit, nos quoque resurgamus oportet. Nisi enim hoc fiat, nos per mortem à Christo separari fatebimur, quod factum impossibile esse Paulus testatur, quando dicit: Persuasum mihi habeo, quod neque mors neque vita, &c. neque vlla creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Item: Si viuimus Domino viuimus: si morimur, Domino morimur. Siue igitur viuamus siue moriamur, Domini sumus. In hoc

In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt mortuis ac viuentibus dominetur.

Et huc facit argumentum, quo supra vsus est Christus contra Sadducæos, quando Deum Abrahami, Isaac & Iacobi Deum esse dixit, & ex eo illos viuere, & olim resurrecturos esse, probauit. Quod item Lazarum suum amicum dicit, postquam ille iam mortuus & sepultus erat. Postulat hoc ipsum Dei iustitia, vt, qui cum Christo mortui sunt, cum eodem viuant: Puniantur autem, qui omni disciplinæ iugo excusso aduersus ipsum proteruiunt, & voluptuantur. Quia enim in hoc seculo remuneratio aut omnino nulla, aut admodum rara & exigua est, in futuro seculo eam statuere oportet, nisi Deum omni iustitiæ laude spoliare libeat, qua de re cum alibi plura dicta sint, hæc modò annotauisse sufficiat.

Est præterea fructus quidam resurrectionis Christi mysticus seu allegoricus, quo docemur, vt ipsi quotidie peccato mori, & in Christo ad vitæ nouitatem resurgere debeamus. Commendat hunc nobis Paulus his verbis: An ignoratis, quod quicumq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati tumus? Sepulti igitur sumus vnâ cum illo per Baptismum in mortem: vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam si institij facti sumus illi per similitudinem mortis eius, nimirum & resurrectionis participes erimus, illud sciētes, quod verus ille noster homo cum illo crucifixus est, vt aboleretur corpus peccati, vt posthac non seruiamus peccato. Etenim qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quod si mortui sumus cum Christo, credimus, quod & viuemus cum eo: scientes, quod Christus excitatus à mortuis non amplius moritur, mors illi non amplius dominatur. Nam quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel, quod autem viuit: viuit Deo. Itaq; & vos existimate, vos ipsos mortuos quidem esse peccato, viuere autem Deo per Christum Iesum Dominum nostrum, &c. Adde his, quæ ad Colos. idem Apostolus scribit: Si resurrexistis vnâ cum Christo, superna quærite, vbi Christus est ad dextram Dei sedens, superna curate, non terrestria. Siquidem emortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, &c. Poterant hæc multis declarari, & peculiarem sermonem requirerent. Sed cum passim occurrat de illis dicendi occasio, & non tam consideratione acuta, quam diligenti actione seu praxi opus habeant, pauca hæc Christianis hominibus possunt sufficere.

Transeamus nunc ad tertiam orationis angelicæ partem, qua mulieribus præcipit, vt Christi resurrectionem discipulis nuntient, & quidem Petro imprimis, qui, quod Christum abnegasset, indignus videri poterat, qui discipulorum loco haberetur, & salutis in Christo consors esset. Nec modò resurrectionem indicare iubet, sed quod in Galilæam ipsis præeat, vbi illum visuri sint, sicuti aliàs promiserit. Id verò non pugnat cum eo, quod illum eo ipso die discipulis visum fuisse, supra diximus. Nam in præsentis de peculiari & imprimis insigni apparitione Angelus loquitur, in qua Christus non modò se discipulis simul omnibus videndum exhibuit, verumetiam regni sui mysteria (vt Lucas in actis testatur) illis exposuit, & Apostolis dicendi munus commisit. Et huc referri debet, quod Matthæus in fine libri sui Euangelici ad hunc modum narrat: Vndecim discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. Et cum vidissent illum, adorauerunt eum: quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes, &c. Vcluit autem huius apparitionis seu potius promissionis, Angelus mentionem facere, quia & ad regni Christi illustrationem maxime pertinuit, & simul argumentum fuit evidens, quo ostendebatur, discipulos non reiectos fuisse à Christo, licet aliquid humanitus passi essent. Admonet igitur locus iste resurrectionis Christi meritum, & fructus dulcissimos, ad omnes eos pertinere, qui illius discipuli sunt, nec quenquam ob suam vel infirmitatem vel indignitatem desperare debere, quasi à regno suo Christus exclusum velit. Nam si discipulos & Christi desertores fuerunt, & meticulosi nimis adhuc latent: nec in publicum prodire audent, adq; mulierculis istis formidulosiores sunt, quæ ad sepulchrum exire non dubitarunt. Deinde verborum Christi immemores, pro deliramentis & somnijs habent, quæ à mulieribus de eius resurrectione dicebantur. Attamen suam resurrectionem Christus illis annuntiare vult, & apud Matthæum illos fratrum nomine dignatur: hinc verò Petrum

Marc. 12.
Exod. 3.
Matth. 22.
Iohan. 11.

2. Tim. 2.

Vitam & mo-
res instituit,
Rom. 6.

Colos. 3.

3. Iubet resurrex-
tionem
Christi nunti-
antem discipu-
lis.

Acto. 1

Iohan. 20.

Luc. 24.

Petrum Angelus disertè nominat, qui vitijs modò commemoratis turpem quoq; addidit Christi abnegationem. Quia enim verbum Christi nondum abiecerant, adhuc pro mundis ceteri possunt, sicuti in vltima cœna Dominus dixit. Nihil ergo est, quod Christum Iesum à nobis alienare possit, modò fidei scintillam seruemus. Reuera enim is est, qui arundinem quassatam non conterit, & linum fumigans non extinguit. Et cum ipse nostras infirmitates sustinuerit, nobis condolere potest & compati. Vide Ebr. 2. &c.

Addit his in fine Marcus quædam de mulieribus. Tunc (inquit) abeuntes citò fugerunt à monumento: habebat enim eas tremor & stupor, neq; cuiquam quicquam dicebant. (Inter eudum scilicet, donec ad discipulos ventum est, quibus omnia fide bona narrauerunt.) Timebant enim: Sunt hæc (vt nuper diximus) humanæ infirmitatis argumenta, qua fit, vt gloriæ cœlestis splendorem ferre non possimus. Extant huius generis exempla in Prophetis & Apostolis passim, quæ eorum ambitiosam temeritatem arguunt, qui reuelationibus diuinis gloriantur, quales ferè sunt Monachi & Anabaptistæ, qui vel eo indicio probant, se à sanctorum moribus esse alienissimos, quos suam infirmitatem fateri non pudet, nec ita aribitiosè apparitiones eiusmodi iactitant.

Et hæc in resurrectionis Christi Iesu historiam dicta sint. Proderit autem istorum consideratio, si ex ijs Christum peccati & mortis victorem agnoscamus, & beatæ immortalitatis ac futuræ resurrectionis spe extimulati, peccato moriamur, ad vitam verò nouam & Deo sacratè resurgamus in eodem illo Iesu Christo, Domino & Salvatore nostro: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA TERTIA.

Cùm autem resurrexisset IESVS, mane primo die hebdomada, apparuit primùm Maria Magdalena, ex qua eiecerat septem daemona. Illa profecta renuntiauit ijs, qui cum ipso fuerant, lugentibus ac flentibus. Et illi cùm audissent, quod viveret, & spectatus esset ab ea, non crediderunt.

NONIAM RESVRRECTIO CHRISTI NOSTRÆ

redemptionis complementum est, & simul nostrorum corporum resurrectionem asserit, quæ vt à carnis sensu non facile percipitur, ita si verè percipiatur & credatur nostræ institutioni & consolationi plurimum seruit: non temerè illam multis & euidentibus testimonijs probari oportuit. Et

hic quidem Euangelistæ alij alias historias describunt, vt modò his, modò illis sese conspiciendum exhibuerit: vt hæc omnia in vnum collata huius articuli fidem magis confirmet. Marcus verò etsi breuitati studeat, ex omnibus tamen tres deligit, quibus partim docet, Christum vero suo corpore à mortuis resurrexisse, & post resurrectionem veri corporis proprietates retinuisse; partim in discipulis nostræ tarditatis exempla proponit, vt hæc agnita ad ardentius salutis studium excitemur. Nobis verò istorum omnium hic vsus esse debet, vt per illum impleta esse intelligamus, quæcunq; olim de humani generis redemptione prædicta fuerunt, & proinde ipsum huius vnicum esse redemptorem, quo vno niti oporteat omnes eos, qui salutem consequi cupiunt.

Primùm Mariæ Magdalene occurrit Christus, & quidem summo mane eius diei, quo à mortuis resurrexerat. Historiam per singulas partes diligentius Ioannes exponit. Quantū verò ex Matthæo colligere licet, eodem diluculo non multò post mulieribus omnibus, quæ ad vngendum corpus ipsius venerant, se obuium dedit, & cùm illas salutasset, præcepit, vt suam resurrectionem discipulis nuntiarent, quos (vt nuper diximus) fratres suos dicere dignatur. Marcus verò & Ioannes solius Magdalene meminerunt, quia huic primæ visus est, & in illa peculiare diuinæ bonitatis specimen elucet. Et huc facit personæ descriptio, qua docetur, quæ antea huius conditio fuerit. Ex qua (inquit) septem daemona eiecerat. Septem daemona immanem diaboli tyrannidem denotant, qua illam oppresserat, vt in illa non vnus modo daemon, sed multi & innumeri dominium obtinere

Ioan. 13.

Isa. 42.

Matth. 12.

Mulieres timebant.

Dan. 10.

Matth. 17.

Apo. 1. &c.

Argumentum
vsus præsentis loci.



Christus Magdalene manifestatur.

Magdalene prior conditio Marcus.

videri possent, sicuti de illo scribitur, quem tota legio dæmoniorum exagitauit. Scimus enim septenarium numerum in scripturis perfectionis aut plenitudinis notam esse, & apud prophanos quoque scriptores non raro numerus finitus pro infinito usurpatur. Et ipse Christus infelicissimam & deploratam eorum conditionem descripturus, qui per suam socordiam in diaboli seruitium relabuntur. Spiritum immundum, qui ex illis pulsus fuerat, assumptis septem alijs dæmonijs, se multo deterioribus, ad illum redire ait, & tunc postrema illorum hominum primis deteriora fieri. Dum ergo Magdalenam septem dæmonijs aliquando exagitam fuisse scribitur, illam omnibus modis infelicissimam & turpissimum diaboli mancipium fuisse innuitur, cui tam corpore quam animo seruerit. Unde plerique eam peccatricem illam infamem fuisse existimant, quæ Christi pedes lacrymis abluisset, & capillis tersisset apud Lucam scribitur, cum ille apud Simonem quendam Pharisæum discubisset. Quorum sententiam ut audacius rejicere nolim, ita nec temerè ausim affirmare, quod Euangelista non expressit: nec causam video vllam quæ Lucam mouerit ut nomen Magdalenæ illic reticeret, quum illam mox sequenti cap. inter eas numeret, quæ Christo comites indiuisæ fuerunt. Sufficiat nobis eam fuisse conditionem illius, ut planè negligi mereretur, & ut Christum illius non immerito pudere potuerit, nisi gratia singulari illius misereri voluisset. Quæ vnica causa fuit, quod ex Satanæ tyrannide liberatam inter suos familiares habuit, & nunc primam esse voluit, cui se resuscitatum visendum exhiberet.

Agnoscamus hinc immensam Dei bonitatem, qua ille peccatores eos quoque in gratiam recepit, quorum salus omnino deplorata videri poterat: & proinde non statim desperemus, si quando nos grauius labi contingat. Nam ut Iacobus ait, in multis labimur omnes, nec vnus modò dæmon suum in nobis imperium exercet, dum modò ambitionis Spiritu inflati turgemus, modò inuidiæ & odij Spiritu arrodimur, modò intemperantiæ Spiritu obruimur, modò libidinis Spiritu in scortationis cœnum præcipitatur, modò ira abrepti insanimus, ita denique affectibus vexamur, ut nulla purioris cognitionis Dei indicia appareant. Ino ea est naturæ nostræ corruptio, ut iustitiæ nostræ centonum instar sint, & instar panni menstruæ mulieris. Digni ergo quos non modò negligat Deus, sed æternæ damnationi mancipet, si suo iure nobiscum agere instituat. At hinc primùm illud occurrat, quod in Psalmis habetur: Ratio iniquitatum nostrarum superauerat nos, tu verò transgressiones nostras expiauit. Est enim vberior multò & profundior fons misericordiæ Dei, quam ut à quoquam exhoriri queat: & illius promissio est: Viuo ego nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Nec misericordiæ modò immensæ est Deus, verumetiam potentiæ inuictæ & insuperabilis, ut nec ipse portæ inferorum eos à salute prohibere possint, quos Deus è peccatorum laqueis liberatos vult. Huius opus est, quod Abrahamus, cum inter idololatrias versaretur, relicto natali solo, salutis promotionem acciperet. Idem Mosem aureis aulicæ vitæ compedibus vincitum eduxit, ut cum fratribus potius omnia aduersa perpeti, quam cum impijs Ecclesiæ hostibus voluptuari veller. Imò cum hoc Israelitas omnes ex Aegyptiaca seruitute asseruit. Eiusdem potentia Lothum seruaui, ne vel scelestæ Sodomorum conuersatione pollueretur, vel cum illis eodem supplicio periret. Simili gratia & virtute Dauidem cruento libidinis cœno immersum extraxit. Matthæum item & Zacheum vna cum multis publicanis alijs & meretricibus ex foeda flagitiorum seruitute asseruit. Quibus & nostra hæc Magdalena adnumeratur cum multis alijs, quorum exempla commemorare longum foret. Nobis autem (ut supra diximus) in eum finem obseruanda sunt, ut ex ijs consolationem petamus, si quando peccatorum conscientia tentamur, & ignitis desperationis telis Satan fidem nostram expugnare conatur: nec etiam de aliorum salute statim desperemus, quos Satanæ laqueis aliquando detineri cernimus.

Ne verò ista consideratio impunitatis spem in nobis excitet, & peccandi licentiam pariat, in Magdalenæ exemplo simul videre oportet, quid illa fecerit, postquam Christi beneficio ex diaboli potestate fuit liberata. Primò Christum secuta est, & illi comes inuisa uulsa adhæsit, licet multa essent, quæ ne istud faceret, impedire poterant. Sequitur autem non otiosa, & ut hoc prætextu suæ ignauiæ & gulæ consulat, ut qui hodie sub religionis prætextu monasticam vitam deligunt: sed Christo inseruit, & in illum confert facultates, quas vel male acquisierat, vel quibus antea ad libidinem & voluptates illicitas fuerat abusa. Ad hæc ne mortuo quidem Christo illius quærendi studium abijcit. Et nunc

Luc. 11.

Matth. 12.

Luc. 7.

Bonitas & potentia Dei in suis saluandis. Iacob. 3.

Isa. 64.

Psalm. 65.

Ezech. 18.

33.

Ios. 24.

Gen. 12.

Hebr. 11.

2. Sam. 12.

Matth. 9.

Luc. 10.

Magdalena conuersio.

ibenti ut discipulis renuntiet, quid viderit, absq; vlla tergiuersatione obtemperat, nec carnis rationes admittit, quæ diuersum poterant suadere. Quid? Tu ne prima eris eius rei nuntia, quæ ut vix vlli credibilis videbitur, ita Sacerdotum animos rabie noua accendere poterit? Aut verum est quod vidisti, aut inanis & vana mentis sollicitæ & consternata illusio. Si verè resurrexit Dominus, non deerunt infiniti alij modi, quibus sese manifestet, & quidem maiori cum fide. Quis enim credat foeminae? Quis in re tanta fidem illi adhibeat, cuius fama ob vitam, male transactam, adhuc apud multos periclitatur?

Quod si hæc illusio quædam fuerit, quibus ludibrijs teipsam simul & fidem expones, quam hucusq; es professa? Hæc & alia huius generis infinita in mentem venire potuerunt, quo minus Christo obediret. Sed omnibus hisce rationibus contemptis fidele illi obsequium præstat. Et hæc sunt eorum officia, quos Christus ex diaboli tyrannide liberatos ad sese conuertit. Sequantur illum, partim fide, ut in illo vno salutem omnem contineri credant, partim vitæ conuersatione, ut relictis prioribus studijs Christi exemplum sibi imitandum proponant. Seruicio eius sese & suas facultates omnes consecrent. illum assiduo verbi studio ac precibus indefessis quærant. Voluntati verò eius obtemperent, & huic subijciant sensus omnes vna cum rationibus omnibus, quas vel mundus hic, vel Satan, vel caro, in diuersam partem adducere consueuerunt. Hæc sunt fidei exercitia, quæ in omnibus ijs inuenire licet, quos scriptura nobis fidei nomine commendat. Hodie fidem multi profitentur: at si ista quæras, vel nulla, vel perquam rara & obscura inuenies.

Porro discipulos videamus, quibus mulieres istæ Christum resuscitatum nuntiare iubentur. Desident illi lugentes & flentes. Pius quidem dolor, sed non secundum scientiam. Debebant enim in Christi resurrectionem intenti fuisse, quam ille toties promiserat, & qua illos in vltima cœna fuera consolatus. Sed tam alieni sunt ab ea cogitatione, ut ne mulieribus quidem credant ea dicentibus, quæ ex Christo sæpius audiuerant. Imò, ut Lucas annotauit, verba illarum pro delirijs habent, aut fabulis anilibus. Quo exemplo adumbratur, quod si carnis nostræ iudicium de resurrectione. Etsi enim eius exempla passim exrent in rerum natura, carni tamen vix possibile videtur, ut resurgant, qui semel hac vita defuncti fuerint. Differunt tamen hæc multum p̄ij ab impijs. His enim, cum nihil præter carnalia sapiant, resurrectio mortuorum prorsus fabula videtur, & omnem eius mentionem scurriliter ridet, sicuti Atheniensium & festi præsidis exemplo Lucas in Actis docet. Et hodie multorum scurrilia dicta passim audiuntur, qui omnia ea in dubium vocare satagunt, quæ de beatæ immortalitatis spe & corporum resurrectione ex scripturis docemus. At longè alia est piorum ratio, qui etsi interdum ignorantia decepti errent, aut cruce offensi nonnihil dubitare incipiant, adeoque metu astorpti interdum promissionum vitæ futuræ ad tempus obliuiscantur, manet tamen in illis vitæ illius promissæ desiderium, & verum esse cupiunt, quod de illa dicitur, & proinde institutionem admittunt, sicq; perpetuò cum dubitatione & dissidentia luctantur.

Est hoc in Petro videre, qui (ut idem Lucas scribit) etsi mulierum verbis fidem non satis habeat, mox tamen cum Ioanne, dilecto Christi discipulo, ad sepulchrum excurrit, illud ipsum ingreditur, lintea quoq; suo loco posita inuenit (quod nouum erat Christi resuscitati, non furto sublatis, argumentum) adhuc tamen stupore & admiratione impeditus, rem ipsam, ut erat, non potest intelligere.

Est autem diligenter obseruanda hæc nostræ carnis tarditas, ut huius consideratione ad studium salutis ardentius excitemur, nec superuacaneam putemus institutionem, quam nobis Deus quotidie vult adhiberi. Si enim hoc tanto Apostolo in re tanti momenti, & toties à Christo promissa, accidit, quid de nobis sperabimus, quorum infirmitas maior est, quam ut illi simus vlla ex parte conferendi? Interim Petri exemplo discamus, quid eos deceat, qui aliquando per infirmitatem lapsi sunt. Hic illis studiorum omnium scopus sit, ut Christum denuo inueniant, & illi coniungantur. Fiet hoc, si relictis ijs, qui ipsis lapsus authores fuerunt, ad Ecclesiam redeant, cui Christus se præsentem semper fore pollicitus est, & in qua (ut Dauid inquit) nidum inueniunt, qui aliquando passerum & hirundinum instar sunt vagati. Hic verò festinatione opus est, ne carnis rationes admittant, qui in ijs, quæ ad Dei gloriam & animarum salutem faciunt, misericordiam cunctari

Ut discipuli
Magdalena
nuntium ac-
ceperint.

1. Cor. 15.

Acto. 17. 26.

Petrus ad se-
pulchrum ex-
currit.

Psal. 84.

cunctari solet. Ingrediantur autem sepulchrum Domini, id est, diligenti & seria moris ipsius meditatione occupati, carnem suam & membra terrestria mortificent, & relictis peccati inuolucris omnibus in illo ad vitæ nouitatem resurgant. Et hæc quidem in præsentis historiae expositionem dicta sint. Faxit Deus, ut, læta resurrectionis spe confirmati, aduersus omnes tentationum fluctus intrepidè luctemur, & cœlestis fœlicitatis portum ingrediamur per Christum Iesum Dominum nostrum: cui debetur benedictio, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Colof. 3.
Rom. 6.

HISTORIA RESVRRECTIONIS CHRISTI. DESCRIP

PTA AB EVANGELISTA LVCA

XXIII. capite.

HOMILIA VNA.

Primo autem die hebdomadis, profundo diluculo uenerunt ad monumentum, ferentes quæ parauerant aromata: & nonnullæ cum ipsis. Inuenerunt autem lapidem deuolutum à monumento: & ingressæ non inuenerunt corpus Domini *IESV*. Et factum est, dum consternatæ in eare hæsitarent, ecce duo viri superuenerunt eis, induti vestibus fulgurantibus. Cum autem pauis factæ inclinarent faciem in terram, dixerunt eis: Quid inter mortuos queritis eum, qui uiuit? Non est hic, sed surrexit: memento te, ut locutus sit uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertio resurgere. Recordatæ sunt igitur uerborum illius: & reuersæ à monumento annuntiauerunt hæc omnia illis undecim, & reliquis omnibus. Maria autem Magdalena, & Ioanna, & Maria Jacobi, & reliquæ cum eis erant, quæ hæc dicebant Apostolis. Sed uisæ sunt apud eos quasi deliramentum uerba earum, neque crediderunt eis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & cum introspexisset, uidet lintea sola iacentia, abiitque apud semetipsum mirans hoc factum.



PER QVAM MEMORABILE EST PAULI In Christo omnes salutis partes habentur.
Apostoli dictum, quod cap. 1. in priori ad Timoth. pronuntiat: Christus Psal. 51. Rom. 5. Gen. 3.
Iesus in mundum venit, ut peccatores seruaret. Ut uerò id & rectius intelligatur, & plus consolationis adferat, necesse fuerit tenere quæ nam illa sint, quæ ut seruaremur factu necessaria fuerunt. Possunt hæc tribus omnino capitibus compræhendi. Primò enim, quia omnes natura peccatores sumus, eo opus erat, qui pro nostris peccatis uictima & satisfactio fieret, atque illa sanguinis sui merito expiaret. Deinde quia propter peccatum nos Deus abdicauerat, necesse fuit eius testamentum nouum confirmari, quo nos regni sui & bonorum suorum hæredes

HISTORIÆ RESURRECT. CHRISTI

Rom. 5.
2. Cor. 5.

Gal. 3.
Ibid. 9.

denovo scripserat. Postremò, ne mors nobis dominaretur, quæ per peccatum ingressa erat, illam quoque vinci & exarmari oportuit, ne nobis porro esset formidabilis. Atqui omnia ista solus Christus præstitit. Hic enim, cum peccatum non nouisset, pro nobis peccatum factus est, id est, nostra peccata in se recepit, proq; illis in ara crucis satisfecit. Idem cum Deus æternus & Patri *ὁμοούσιος* siue coessentialis sit, in assumpta carne moriendo, nouo illi testamento suum effectum dedit, quod nisi mors testatoris intercederet, ratum esse non poterat. Et de duobus quidem hisce in passionis ac mortis eius historia hucusque multis dictum est. Restabat ergo tertium, quod per resurrectionem suam gloriosam præstitit, in quo mortem deuicit, & vt victor gloriosus de illa simul & portis inferorum triumphauit. Quia ergo in illa salutis nostræ complementum habetur, non temerè factum putabimus, quod eam omnes Euangelistæ magno studio atq; diligentia describunt. Lucas certe eius narrationem ita contexit, vt singulis circumstantijs argumenta subfins, quæ ad eius certitudinem confirmandam faciunt. Nos tamen in ijs explicandis breuitati nunc studelimus, eò quod multa quæ huc pertinent in Marci & Ioannis expositione dicta sunt.

Resurrectionis
modum Euan-
gelistæ ta-
lent.

Priusquam verò ad huius loci tractationem accedamus, non oscitanter obseruari debet, omnes quidem Apostolos & Euangelistas de resurrectione Christi luculenter restari & multa dicere, quæ circa illam acciderunt, qua ratione autem illa ipsa facta sit, nequaquam exponere. Angeli quidem descensum de cælo Matthæus narrat, qui terram concusserit, & lapidem ab ostio monumenti auulserit: vt autem Christus in vitam restitutus sit, vt idem ex sepulcro prodierit, nusquam narratur. Et cum Matthæo reliqui omnes, illum reuera resurrexisse multis argumentis atq; rationibus probant: resurrectionis autem formam & modum omnes quasi consultò tacent. Quam ergo huius silentij causam esse dicemus? Non aliam certè, quàm quod resurrectio ex mortuis in eorum numero haberi debet, quæ reuera esse certum est, etiamsi qua ratione fiant, aut aliquando facta sint, nostri intellectus acumen videre non possit. Ideo Paulus de Christi resurrectione loquens, satis habet eius causam ad Spiritum Dei viuificum reulisse: Spiritus eius (inquit) qui excitauit *IESVM* à mortuis, habitat in nobis, &c. Idem nostram resurrectionem similiter ex Christi omnipotentia, quam cum Patre & Spiritu sancto communem habet, pendere docet, quando ad Philipenses scribit: Dominus Iesus Christus transformabit corpus nostrum humile, vt conforme fiat corpori suo glorioso pro efficacitate, qua potest etiam subijcere sibi omnia. In his ergo nos quoq; acquiescere debemus, quod vt ad asserendam mortuorum resurrectionem plurimum facit: Ita multas quæstiones abruptit, quibus impij illusores illam in dubium vocare solent.

Rom. 8.
Philip. 3.

1. Cor. 15.

Matth. 25.
Ioan. 5.
Iob. 19.
Gen. 5.
2. Reg. 2.

Et huc Paulus respexit, quando quærenti, Quomodo suscitantur mortui? Quali item corpore prodeunt? Respondet: Stulte, quod tu seminas, non viuiscit, nisi mortuum fuerit, &c. Et mox addit, Deus dat ei corpus, vt voluit. Quod si cui ista non sufficiunt, agedum dicat ille nobis, quæ sit conceptionis ratio in vtero materno? Quo vinculo anima corpori aut foetui potius adhuc immaturo, vniatur? qui fiat, vt hoc dormiente, illa vigilet? Vnde sua visui, auditui, tactui, olfactui, gustui facultas? Cur oculis potius quàm auribus videamus? Cur nares olfaciant, non autem manus? Cur iustus in sola linguæ & palato sit, non in gutture aut intestinis? quod organum tam acuti olfactus in musca aut culice? Vnde tanta pungendi & exugendi sanguinem vis in pulice? Quid hinc nobis respondebunt Physici, quod non possit firmioribus rationibus eludi & negari, quam ab illis affirmetur? Quod si ergo hinc illi nihil respondere possunt nisi quod omnia hæc virtute diuina fiant, nimium audax eorum stultitia fuerit, qui resurrectionis mysterium scrutari audent, & nisi ipsorum curiositati satisfiat, illam in dubium vocare & ridere non erubescunt, cum & Dei filium in assumpta carne resurrexisse confiterentur, & nos resurrecturos esse in infinitis promissionibus & scripturæ sacræ testimonijs doceamus.

His præmissis, veniamus ad Lucæ narrationem, quam, (vt reliqui etiam tres Euangelistæ) à temporis notatione orditur. Nam primum hebdomadis diem hunc fuisse scribit, & diei partem indicat, diluculum adhuc profundum. Atqui in parascæue

rasceue Sabbati Christum mortuum & sepultum fuisse, in historia passionis Christi
 diuimus. Vnde colligitur, hunc tertium ab eius morte die numerari, & proinde
 illum eodem, quem prædixerat, die resurrexisse. Annotatur hoc diligenter & sæpe,
 ut illius veritas infallibilis elucescat, quæ nullis hominum consilijs aut viribus impe-
 diri potest, quò minus fiat id, quod ipse promittit, siue minatur. Verissimè enim *Prou. 21.*
 à Solomone dictum est: Non est sapientia, non prudentia, non consilium contra De- *Isa. 14.*
 minum. Et Isaias ait; Domino exercituum aliquid constituyente, quis illud faciet ir-
 ritum? Voluerunt quidem Christi resurrectionem impedire Sacerdotes, & ad hoc
 publica præsidis Pilati autoritate abusi sunt, qui & lapidem sepulchri obsignauit, & mi-
 litibus audacissimis eiusdem custodiam commendauit. Sed adeò nihil profecerunt
 omnes illi, ut ne vnus quidem horulæ spatio illum impedierint, quo minus sub tertij
 diei initium statim surgeret. Sunt huius generis exempla multa in scripturis, & huc
 pertinent, quæ de liberatione ex Aegypto, de reditu ex Babylone & instauratione vrbs
 atq; templi alibi dicuntur.

Quorum omnium hic nobis vsus esse debet, ne de vllis *CHRISTI* promissio-
 nibus dubitemus. Quia ergo hunc regnaturum esse, & omnibus huius mundi regnis
 superiorem fore, infinita Prophetarum oracula testantur, neminem terrere debent im- *2. Sam. 7.*
 piorum hostium conatus, qui hodie etiam Reges & Principes contra nos armant, ut il- *Psal. 2. 9. 45.*
 lum quasi sepultum detinere possint, ne per Euangelij prædicationem in multorum ani- *15. 9. &c.*
 mis resurgat.

Secundo loco resurrectionis huius testes producantur, quibus primis ea inno- *Testes primæ*
 tuit. Fuerunt hæc mulieres ex Galilæa oriundæ, & eas mortis *CHRISTI* spectatri- *resurrectionis*
 ces fuisse, & sepulturæ eius locum diligenter obseruauisse, ex historia passionis Christi *mulieres.*
 audiuius. Præcipua inter hæc fuit, & (in Iohanne apparet) reliquis feruentior,
 Maria Magdalena: Comites huic facit Lucas Ioannam, (quam cap. octauo Chu-
 zæ procuratoris Herodis vxorem fuisse scribit) & Mariam Iacobi (quem minorem di-
 cunt) matrem, quam Cleopæ vxorem, & virginis Mariæ sororem, fuisse, ex Iohanne
 constat. His Marcus Salomen addit, de qua nihil præterea in scripturis traditur. Sed
 & adhuc alias nonnullas cum istis fuisse, Lucas ait, quarum nomina omnino tacentur.
 Venerunt hæc profundo adhuc diluculo ad monumentum: mirum, ut aromatibus,
 quæ in eum vsu parauerant, corpus *CHRISTI* inungerent, & sic ei extremum
 impenderent honorem. Id vero ex peculiari diuinæ providentiæ decreto factum est,
 ut resurrectionis testes essent primæ, quæ nihil minus quàm illam cogitabant, cum ad se-
 pulchrum exirent: ne quis hinc aliquid ex composito aut dolo malo factum esse putaret.
 Nihil nunc dico de eo, quòd simul testari voluit Dominus, se muliebris quoq; sexus re-
 demptorem esse, qui singulari consolatione opus habebat, eò quòd per hunc peccatum
 in mundum introiuit, & ideo peculiaribus quoq; plagis à Deo mulctatus est: ut alibi pro-
 lixè est demonstratum.

Meretur tamen diligentiore considerationem fidei exemplum quod in illis præ- *Exemplum*
 clarum & in primis memorabile Spiritus sanctus proponit. Illa ut *CHRISTVM* *dei.*
 apprehendit & nos huic inserit: Ita in eo omnes quoque homines complectitur, &
 per charitatem operatur. Eadem, quia totum hominem Christo vendicat, non pati- *Galat. 5.*
 tur, ut quem crucis ignominia offendat: adhuc inuictos reddit, qui in finem vsq; cum *1. Ioan. 5.*
 illo perseverant. Et hæc quidem omnia in istis mulieribus est videre. Christo enim *Matth. 2.*
 iam pridem sese consecrauerunt, hunc per longa & molesta itinera secutæ sunt, eundem
 vnà cum discipulis suis non sine maximis impensis aluerunt: & quamuis eum in cruce
 pendere, & morte infami mori, viderent: non potuere tamen eius memoriam & amo-
 rem ex animo expuere. Ideo ne mortuum quidem & sepultum negligunt: & quamuis
 resurrectionis ignorantia errent, tanta tamen in illis fidei & dilectionis *CHRISTI*
 vis est, ut discipulis omnibus animosiores, nondum exorto die urbem exire, ad locum
 supplicij pergere, & sepulchro appropinquare, ausint (cui milites adhibitos esse non po-
 terat ignorare) ut extremi honoris officio erga illum defungantur. Hoc certè tam pulchro
 istarum facinore S. sanctus timiditatè suam plus quàm muliebrè discipulis exprobat, qui cū
 tam magnificè Christo de sua fide & constantia promississent, nunc in angulo quodam
 abstrusi latent, neq; in publicum prodire audent. Id vero ad se transferant viri principes,
 qui cum

• HISTORIÆ RESURRECT. CHRISTI

quæ cum Christum gloriosum mortis & inferni victorem esse norint, & Euangelij doctrinam profiteantur, nimium tamen ignavi nihil audent, si quid pro illius gloria, & Ecclesiæ eius salute, est faciendum. Pudeat eos à mulieribus vinci, & ab ipsis etiam discipulis superari, quos mox resurrectionis certior cognitio animosiores fecit.

Inprimis tamen istas imitari debent matronæ Christianæ, quæ tunc demum hoc nomine dignæ iudicabuntur, si & ipsæ se totas Christo consecrent, huic fidant, hunc ament & colant, & quæ mundo deditæ in ornatum corporis fastui atque libidini seruientem insument, ipsæ Christi membris egentibus impendant. Hic ornatus ille verus est, qui vt animas earum ornat, ita totius vitæ morumque consuetudinem Deo gratam & acceptam reddit. Laudatur in prophanis historijs Hypsicratea, quæ Mithridatem virum suum sumpto habitu virili, & capillis tonsis, per media arma, & tandem à Pompeio victum per gentes feras atque barbaras sequi voluit, ne aduersæ fortunæ comes deesset, quæ lætæ & ridentis consors fuerat. At quantò laudabilius est Christum, dulcissimum animarum sponsum sequi, & ei adhærere, qui & ipse pro nobis extrema pati dignatus est?

*Premium fidei
dei multiplex.*

Quia tamen hæc carni dura & grauiasunt, proderit videre quid istæ mulierculæ inuenerint, & quibus præmijs earum fidem tunc remuneratus sit Deus, quando omnia periculum extremum eis minitari videbantur. Primò lapidem ab ostio sepulchri deuolutum esse inuenerunt. Atqui hunc vnum illas maximè sollicitas habuisse Marcus scribit. Quia enim immanis ponderis erat, ipsæ verò infirmæ & imbecilles, inter eundem de illo contulârunt dicentes. Quis deuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Id verò nunc absque negotio suo confectum inueniunt. Nec tamen hoc solum labore, verumetiam periculo, quod tale quid tentare audentibus ex malis metuendum erat, se liberatas esse vident, cum hi priusquam ipsæ venirent, in urbem aufugissent. Est exemplum hoc plenum dulcissimæ consolationis. Docet enim Deum nunquam deesse ijs, qui in fide constantes sunt, & pro eius gloria afferenda aliquid audent. Obstant quidem multa vocationi nostræ, & non leuia modò scandala nobis obijcit Satan, verumetiam montes congerit, quibus vitam obstruat, ne, quo Deus nos vocat, pergamus. Sed victoria nostra fides est, quæ inuicta robore per omnia obstacula eluctatur, & ea quoque nobis plana facilia & iucunda reddit, quæ impossibilia & periculosissima putabantur. Hac armatus Moses per maris rubri fluctus populum traduxit.

1. Ioan. 5.

Exod. 14.

1. Sam. 17.

Dan. 6.

Eadem David confirmatus Goliath deuicit. Per hæc Daniel leonum ora obturauit. Huius virtute & ope Apostoli totum terrarum orbem subegerunt, & ipsis etiam Imperatoribus Romanis superiores facti sunt. Hæc denique mundum & principem eius etiam hodie vincit, & per mille rerum discrimina tutos in portu aternæ beatitudinis collocat. Sunt hæc diligentius obseruanda propter eos, qui in rebus difficultatibus ad humana auxilia respiciunt, & quasi illas nostris viribus confici oporteat, mox animimum despondent, si quoad has se aduersarijs impares esse videant.

*Non inueniunt corpus
Christi mulieres.*

Secundò, mulieres sepulchrum ingressæ non inuenerunt corpus Domini IESU. Vnde verò hoc? Quia hic iam resurrexerat, & discretè corporis vocabulo vti voluit Lucas, vt resurrectionem de hoc proprie dici & intelligi debere ostendat. Neque mirum alicui videri debet, quòd istarum aduentum ille præuenire voluit. Nam etiam si earum pietas atque fides ipsi minimè displicerent, officium tamen quòd illæ ipsi præstare volebant, admittere non potuit, cum eo propter festinam resurrectionem non opus haberet, & in cœna Bethaniensi vnctus docuisset, huius generis officia posthac in pauperes suos conferri debere. Ad hæc superstitioni occurrere voluit, quam posteris temporibus orituram esse sciebat: vt nimirum sui meriti virtutem homines inepti & supersticiosi apud sepulchrum istud quærent, relictis interea pietatis veræ officijs, quæ sola ei placent. Debet ergo hinc generalis doctrina peti, quòd vt meritum Christi, nulli loco aut tempore certo alligatum est: Ita eius corpus posthac in terris nequaquam quæri debere, & ideo falso ad hoc restringi promissiones, quibus suam præsentiam ille nobis pollicetur. Quod enim corpore suo in terris perficere debuit, id in cruce præstitit, vbi illud dedit pro mundi vita, & ideo iam mortuus dixit: Consummatum est. Dixit quidem ille: Vbiunq;

Ioan. 6.

Ioan. 19.

Matth. 18.

Vbicunque duo aut tres congregati fuerint in meo nomine, ego ero in medio illorum. At promissionem hanc non de corporis, sed gratiæ meriti & virtutis eius diuinæ præsentia intelligi debere, locus hic abundè docet. Quis enim mulieres istas in eius nomine congregatas fuisse negauerit, quæ ut ipsum honorarent illuc venerant? Quis item illum ab ipsis abfuisse dicet, cum non multò post Mariæ Magdalenæ ad sepulchrum fenti sese videndum præbuerit in hortulani habitu? Attamen verbis disertis atq; proprijs scribit Lucas, illas corpus in monumento non inuenisse. Dicet fortassis aliquis, hoc ideo sic dici, quòd illud non viderint, etiamsi præsens adesset. Sed huic obiectioni confutandæ Angeli verba sufficiunt, qui paulò post eas repræhendet hoc nomine, quòd illum isthuc quærant, & ipsum non adesse testabitur. Quòd si quibus videtur de illius maiestate minus honorificè sentire, aut etiam illius omnipotentiam negare, quòd corpus eius omnipræsens esse negamus, eos non nobis, sed Lucæ, litem mouere oportebat, qui scripsit: Et ingressæ non inuenerunt **CORPVS** Domini Iesu: En corpus illas inuenisse negat. Quæ autem huius dicti ratio aliæ potest afferri, quàm quæ mox ab Angelo reddita est, dicente: Non est hic, sed surrexit?

Ergo ne (inquis) opera & impensa mulieribus istis perijt? Nequaquam. Nam etsi corpus Christi non inuenerint, plus tamen quiddam & præstantius inuenerunt, quàm quærerent. Cum enim rei inexpectatæ cogitatione consternatæ hæsitarent, ecce duo viri superuenerunt eis induti vestibus vulgurantibus, qui Christum resurrexisse, & mortis victorem factum esse, eis indicant. Estq; hoc non vulgare bonitatis Dei argumentum, quòd etsi magna esset istarum mulierum infirmitas & ignorantia, noluit tamen diu dubias & suspensas tenere, sed lætæ resurrectionis nuntio eas consolatur. Ita solet ille cum omnibus agere, qui ipsum seriò quærunt, & generalis promissio est: omnis qui quærir inuenit. Quòd ergo hodie inter odiosas de fide & religione controuersias multi rerum incerti hærent & queruntur: non aliqui Dei salutem ipsis inuidentis malignitate, sed illorum vitio & scelerata contumacia fit, qui veritatem neq; quærunt, neq; oblatam eius lucem admittunt, eò quòd hanc illorum cupiditatibus & studijs prauis vident aduersam esse.

Quòd autem Angeli cum vestibus fulgurantibus apparent, ad resurrectionis gloriam facit. Solebant olim in triumphis imperatores purpuram auro contextam gestare, & sublimes curru splendide ornato vehebantur, populus autem nitidis vestibus indutus spectabat, ut ita simul omnes victoriæ magnificentiam, & ex ea enatâ lætitiâ, testarentur. At quia inter homines nulli erant, qui Christum iam de morte & diabolo triumphare intelligebant, non tamen defuerunt ei ministri, qui victoriæ eius omni magnificentia & splendore celebrarent: Angeli nimirum, qui cœlesti fulgore radiantes se conspiciendos præbuerunt, & ita testati sunt, se huius ministros esse, adhuc paratos esse, ut eius gloriam prouehant atque iuuent. Est ergo Christus ille ipse, quem Daniel olim vidit, similem Filio hominis, qui vsque ad antiquum dierum peruenit (vipote Patri æterno coæternus & coessentialis) & cui ipsi quoque Angeli cesserunt, ut ad illius dexteram consideret, & dominatum atq; regnum acciperet æternum.

Vt vero hoc facit ad illustrandam eius maiestatem, & irrefragabile est diuinitatis eius veræ & æternæ testimonium: Ita nos hinc consolationem petere debemus, quòd is nobis vindex & redemptor datus sit, cui myriades Angelorum seruiunt, & qui nobis quoque hanc gratiam impetrauit, ut eorundem ministerio subleuemur & custodiamur, sicuti non semel luculentis scripturarum testimonijs atq; exemplis demonstrauimus.

Sed præstat nunc hos de Christi resurrectione concionantes audire, vbi prius obseruauerimus prædicationis Euangelicæ certitudinem, cuius hoc argumentum est candidissimum, quòd non hominum solùm, verumetiam Angelorum, ministerio, promulgata est. Nam Gabriel de toto incarnationis filij Dei mysterio apud Mariam virginem concionem luculentissimam habuit, qua regni quoq; eius statum atq; rationem omnem complexus est: ut iam de ijs nihil dicamus, quæ idem prius cum Zacharia Ioannis Baptistæ parente egerat. Nunc resurrectionis quoq; testes sunt Angeli, sub qua mortem quoq; & quæcunq; ille propter nos fecit atq; passus est, compræhendi, satis notum est. Nemo igitur Euangelij doctrinam contempserit ut quæ ab hominibus conficta, præcones quoq; habuerit viles & obscuros, quorum fides alicui meritò dubia atq; incerta videri debeat.

Plus inueniunt mulieres quàm quærunt.

Matth. 7.

Resurrectionis Christi gloria.

Dan. 7.

Job. 9.

Angeli præcones sunt Euangelij. Luc. 1.

HISTORIÆ RESURRECT. CHRISTI

Galat. 4.
3.

Rectè enim Paulus Apostolus priorem Galatarum fidem hoc argumento commendat, quòd non in carnis infirmitatem respexerint, sed in ea refulgens Spiritus Christi experimentum obseruârunt, ideoq; ipsum vt Angelum Dei exceperint. Quod ergo idem ille de Lege dicit, eam per Angelos ordinatam siue promulgatam esse in manu Mediatoris Christi, id non minus ad Euangelij doctrinam debet referri, quæ vt nobis ab ipso Dei filio tradita est, ita Angelorum quoq; testimonio comprobatur. Sed accedamus ad huius loci concionem, quæ tribus partibus constat.

1.
Consolantur
mulieres.

Prima consolantur mulieres expauescitas. Nam vt Matthæus & Marcus annotauerunt, dicunt eis: Ne expauescatis. Vel, ne timeatis vos. In præsentem non sine repræhensionis specie dicunt: Quid inter mortuos quæritis eum, qui viuit? Habet autem correptio ista validissimùm consolationis argumentum, quando illum viuere dicunt, quem illæ à morte adhuc detineri arbitrabantur. Estq; hoc ferè commune omnibus correptionibus, quibus suorum siue ignauiam siue infirmitatem Deus repræhendit, quòd dulcissimis consolationibus conditæ ad fidei confirmationem faciunt, perinde ac si medicus agrotum de vita nimis deiecto animo desperantem repræhendat, eo ipso argumento ostendens bonam adhuc spem superesse. At hoc loco præ alijs memorabile est, quòd Angeli iidem mulieres istas consolantur, qui prius militibus terrori fuerant, & eos tantum non metu exanimârunt. Quòd si causam quæris, non alia reddi potest, quàm quæ ex Angelorum verbis apud Marcum descriptis elicitur: quod nimirum illæ *IESUM* serio quærentes & eius honorandi studio pio tenerentur, hi verò eundem perpetuò extinctum atq; sepultum vellent. Vnde colligimus Christi maiestatem solis impijs terrificam, pijs autem & credentibus iucundam & salutarem esse. Equidem hodie quando per Euangelij prædicationem ille suam virtutem exerit, pios omnes exultare videntur, eò quòd sese conscientiarum carnificina, & superstitionum iugo, liberari sentiunt; Impijs econtra hypocritis miserè tumultuantibus, qui & quæstum suum euertere vident, eòq; vehementius intra animos suos excruciantur, quòd clarius Euangelicæ doctrinæ radijs illi feriuntur.

Matth. 25.
Luc. 21.
Joan. 14.

Fit idem in nostræ resurrectionis & nouissimi diei consideratione, vt alibi prolixè ostendimus. Vt enim nihil terribilius est impijs, quàm cum aduentus Christi & vniuersalis illius iudicij mentionem fieri audiunt (quomodo enim iudicem ferrent, qui Seruatorem & redemptorem nolunt agnoscere?) Ita pij & credentes summam fore sciunt, solationem atque voluptatem capiunt, quod diem redemptionis aliquando fore sciunt, quo Christum venire conspicient, qui abolito hoc mundo ipsos in regni sui cœlestis consortium recipiat. Imò hæc illa spes est, quæ mortem quoq; ipsam illis iucundam & optatam reddit, quàm impij vt extremum malum timere, & ad eius mentionem toti exhorretare consueuerunt.

2.
Consolantur
de resurrectione
Christi.

Secunda suæ concionis parte resurrectioni Christi testimonium multiplex & luculentum Angeli perhibent. Facit ad eius confirmationem correptio illa, quam modò attigimus, quamuis eadem consolationi quoque seruiat. Docet enim rem istam adeo certam esse, vt correptione & repræhensione digni sint, quicunq; de ea vel leuiter dubitent. Ideo non contenti dixisse, illum viuere, mox addunt. Non est *HIC*. Et hoc quoque explicantes, ne quis furto sublatum cogitaret, dicunt: *SVRREXIT*, & illud illi mortis victorem esse factum docent, vt qui huius vincula virtute propria abrupta perit. Apud Marcum oculari quodque demonstratione vtuntur, dicentes: *ECCE LOCVS VBI* posuerant eum. Fuit illa apud mulieres istas eò efficacior, quod locum hunc diligenter obseruauissent. Quia autem stupor nimius illarum animos atq; sensus tenebat, vt tantæ rei mysterium non possent concipere, ipsius Christi verba illis in mentem reducunt: Mementote vt locutus sit vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens? Oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & tertio resurgere. Facit huc, quod supra cap. 9. illum discipulis dixisse scimus. Dum verò id Angeli repetunt, simul & crucis scandalum remouent, & illas ad diligentem resurrectionis considerationem excitant.

Marc. 9.

His mox tertiam partem subiiciunt (quam à Marco diligentissimè annotatam Lucas omisit) qua iubent, vt hoc omne discipulis annuntient, & Petro quidem in primis, vt is

cupiditas cum ingratitude & aliqua iniuriæ specie coniuncta. Quid enim hoc aliud fu-
 it, quam mendacij arguere pias illas fœminas, quarum fides tot argumentis perspecta
 ipsis erat, & quarum tam multa tamq; præclara in Christum & totum ipsorum ordinem
 beneficia extabant? Adumbratur autem horum exemplo, quomodo carnis nostræ ratio
 de resurrectione mortuorum iudicet. Fatentur quidem hanc vulgo omnium ferè secta-
 rum homines, & hodie nobiscum in hoc articulo Iudæi & Turcæ consentiunt, nisi quod
 hi Mahometis impuri fabulis decepti Elyfios quosdam campos, & fœdas voluptates, fini-
 1. Thef. 4. gunt, quibus tunc suarum superstitionum sectatores Deus remuneraturus sit: Sed quam
 parum fidei adhibeant propriæ confessioni plarique, ex mortis ignauo metu & effreni-
 morum licentia apparet. Paulus gentibus tribuit, quod mortuos suos immodicè luge-
 ant, & huius causam adducit, quod spem resurrectionis ignorent. Quis ergo de hac
 certos esse dixerit eos, qui hodie non contenti suorum funera cum luctu priuato duxisse,
 quem humanitatis sensus & defuncti desiderium parit, insuper præficos & præficas &
 agmina Monachorum conducunt, qui threnodijs flebilibus dolorem illum augeant, ad
 hæc vestitu quoque non tam lugubri quam portentoso eundem foueant? Veruntamen
 magnum hîc inter pios & impios discrimen est. Hi enim resurrectionem apertè & per-
 tinaciter negant, imò vt extremi iudicij terroribus sese liberent, scurrilibus etiam dictis
 2. Pet. 3. eludunt omnia, quæ de illa dicuntur. Est horum magnus numerus hodie, & passim
 audiuntur voces illæ, quas Petrus illis illudoribus tribuit, quos nouissimis temporibus
 exoriturus esse vaticinatur.

Pij autem partim ignorantia, partim fidei imbecillitate fluctuant, doctrinam verò
 illam adeò non oderunt, vt ea etiam delectentur, & veram esse cupiant, licet ei nondum
 plenam fidem possint adhibere. Huius generis discipulorum incredulitatem fuisse
 1041, 20. apparet in Petro, qui vna cum Ioanne excurrit ad monumentum quod nunquam factu-
 rus fuisset, si ab omni fide prorsus fuisset alienus. Et vbi eò venit, in illud ingressus
 certa corporis resuscitati indicia inuenit, lintea nimirum illic iacentia & sudarium seor-
 sim inuolutum. Nam si quis corpus auferre voluisset furtim, proculdubio illud cum
 sindone sustulisset, cum periculi metus moram nullam admitteret, lintea autem propter
 myrrham & aloen (quæ picæ & viscosæ naturæ sunt) non ita facilè detrahi possent. Ve-
 runtamen etsi ista sic iacentia spectet, non potest tamen adhuc fidem certam animo con-
 cipere, neque etiam negare potest, quod mulieres retulerant. Itaque abijt cum admi-
 ratione, quæ rei magis incertum reddit. Causam huius dubitationis Ioannes his ver-
 bis indicat: Nondum enim nouerant scripturam, quod oporteret illum à mortuis resur-
 gere. Fuit autem ignorantia hæc turpior, quam vt eos deceret, qui Dei Filio tam diu
 præceptore domestico vti erant: & proinde incredulitas quoque ista non potest omnino
 excusari. Attamen magnus quoq; eius vsus fuit: quia testimonio Apostolorum, de
 Christi resurrectione fidem maiorem facit, quæ dubia videri poterat, si nimium credu-
 los sese præbuisset. Ita nostris vitijs & infirmitatibus diuina prouidentia bene vti solet,
 vt in multis alijs exemplis vidimus. Sunt ea obseruanda in eum finem, ne mox animum
 despondeamus, si quid huius nobis accidit. Interim verò Petrum imitati cum nostra in-
 credulitate luctemur, & quæ Deus nobis offert, adminicula non negligamus. Fuit illi
 salutis principium, quod post factam Christi abnegationem, ad Ecclesiam, quæ tunc
 paruo illo discipulorum cætu constabat, redijt. Illic ergo audit latum de illius resurrecti-
 one nuntium: cui etsi non omnino credat, non tamen impiè contradicit, imò rei verita-
 tem cupit cognoscere, neq; moram aliquam interponit in negotio hoc, ex quo Christi
 gloria & ipsorum omnium salus dependebat. Horum meminerint hodie, quotquot suæ
 incredulitatis vel potius perfidiæ, patrociniū in Petro quærunt, cum ab Ecclesia mani-
 festam secessionem faciant, Verbum Dei audire dedignentur, occasiones item omnes ri-
 deant atq; contemnant, quibus fides eorum poterat confirmari, & ipsi in viam reduci.
 Sunt hi sibi ipsi exitij authores. Nos itaq; seria mortis Iesu Christi meditatione exci-
 tati hoc agamus, vt idem ille in nobis viuat, donec huius vitæ vinculis liberati in regnum
 eius cœleste transferamur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & pote-
 stas in æternum, AMEN.

RESURRECTIONIS
CHRISTI HISTORIA DESCRIP

PTA A DISCIPULO, QUEM DILIGEBAT Dominus, Ioannis XX. capite.

HOMILIA PRIMA.

Primo autem die Sabbathorum Maria Magdalena venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum, videtque lapidem sublatum à monumento. Currit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulum, quem amabat IESVS, & dicit eis: Sustulerunt Dominum è monumento, & nescimus, ubi posuerint eum. Exiit ergo Petrus, & alter ille discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem hi duo simul, sed alter ille discipulus praeuerrit citius Petro, venitque prior ad monumentum, & incuruatus vidit posita lintea non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus, sequens eum, & introiuit in monumentum, viditque lintea posita, & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteis positum, sed seorsum inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit etiam alter ille discipulus, qui venerat prior ad monumentum, viditque, & credidit. Nondum enim nouerant scripturam, quod oporteret illum à mortuis resurgere. Redierunt ergo discipuli domum.

DILIGENTER QUIDEM EVANGELISTAE totam Filij Dei, in carne manifestati, historiam exponunt, singulari tamen diligentia & studio ab omnibus describitur illius ex mortuis resurrectio, & eandem alij quoque Apostoli in suis scriptis atque concionibus in primis inculant. Fit hoc ex Spiritus sancti consilio atque suggestionem, eò quòd in illa praeceptum fidei nostrae caput continetur, quod nisi firmum certumque sit, vitae & salutis nostrae spes nullo modo consistere potest, quod mox patebit, si praeceptos eius fructus ex ordine consideremus. Primus ex his est, quòd Christus, dum mortis vincula & imperium dirupit & excussit, re ipsa docuit, peccatum iam planè expiatum esse, per quod illa ingressa miseris nobis dominabitur. Quòd Paulus respiciens, illum propter peccata nostra traditum & propter iustificationem nostri resuscitatum esse scribebat Rom. 4. Et idem in priori ad Corinth. aduersus eos disputans, qui mortuorum resurrectionem negabant, inter alia dicit: Si Christus non est suscitatus, inanis est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris, & qui obdormierunt in Christo, perierunt. In Christi ergo resurrectione fundatur nostrae iustificationis articulus, quem salutis nostrae & reconciliationis cum Deo fundamentum esse vnanimis Apostolorum consensus testatur.

Cohæret huic alter fructus, quòd ex ea apparet, gratiam Dei, cuius nobis author & mediator est Christus, perpetuò stabilem esse, neque ullis Satanæ machinationibus labefacta ri posse. Quia enim æternum viuit Christus, æternus etiam noster Sacerdos est, neque unquam perire sinit eos, quos sanguinis sui pretio redemit. Quod idem Apostolus obseruans Act. 13. resurrectionem Christi eo Esaiæ testimonio probat, quo in hoc promissum foedus æternum, & Dauidi præstitam misericordiam fidelem, id est, perpetuo stabilem & firmam fore pollicetur. Adhæc regnum Christi æternum & eiusdem potentiam inuictam esse nulli-

Rom. 1. 4. 8.
et c.

1.
Resurrectionis
Christi fru-
ctus.
Rom. 5.
1. Cor. 15

2.

3.

HISTORIAE RESURRECT. CHRISTI

nullibi euidentiùs, quam in eius resurrectione apparet. Quid enim huic officiat, quem mors quidem ipsa detinere potuit, cuius legibus potentissimi etiam Monarchæ subiacent? Præterea hinc peti possunt argumenta firmissima, quibus & animarum immortalitas, & nostrorum corporum resurrectio, aduersus Epicuræorum & Sadducæorum Sophisticam probetur: quæ de re alibi fusius diximus. Taceo nunc quæ ad vitæ morumq; institutionem faciunt, cum infinitis alijs, quæ in historiæ totius tractatione obseruatu digna occurrent. Non ergò temere factum putabimus, quod in ijs commemorandis tam diligentes fuerunt Euangelistæ, quæ ad resurrectionis Christi certitudinem & veritatem alterendam pertinent. Nos autem illorum diligentia excitare debet, vt non minus diligenter in eorum consideratione versetur, ex quibus vniuersa nostræ salutis ratio dependet.

*Argumentum
huius capituli.*

Quia verò historiam ipsam ab alijs iam antè descriptam esse Ioannes sciebat, ipse ommissa eius commemoratione in hoc potius incumbit, vt Christum reuera ex mortuis resurrexisse, testimonijs multis & fide dignis probet. Itaq; hoc capite quatuor historias ex ordine narrat, quibus illud euidentissimè demonstratur. Prima seipsum & Petrum producit, qui, per Mariam Magdalenam euocati, non obscurum resurrectionis huius indicium viderunt in vacuo sepulchro, & ibi relictis linteis, quamuis rem ipsam nondum satis intelligerent. Altera ad ipsam Magdalenam spectat, cui Dominus seipsum non multò post videndum præbuit, & cum ea colloqui dignatus est. Tertia, vt eodem die sub vesperam discipulos simul omnes (vno Thoma excepto) conuenerit, narratur. Quarta, memorabilem actionem Christi cum Thoma continet, cui se non modò spectandum, sed contrectandum quoq; exhibuit, cum illum reliquis tardior, & ad credendum difficiliorem esse videret, quæ Dominica Quasimodogeniti explicatur. Subiiciuntur his vltimo capite etiam alia quædam eiusdem argumenti, de quibus omnibus & singulis hoc in loco non dicetur. In præsentem primam huius capituli historiam inspiciemus.

*Conciliantur
Euangelistæ.*

Luc. 8.

Quod vt cum fluctu maiori fiat, difficultatem primo tollere oportet quæ in ipso narrationis contextu sese offert, quando Euangelistæ minus inter se consentire videntur, Matthæus enim mulieres duas producit, quæ ad visendum & vngendum Christi corpus exiuerint, Mariam scilicet Magdalenam, & alteram Mariam, quam Iacobi minoris matrem, & Cleophae uxorem fuisse constat. His vero tertiam addit Marcus Salomen, de qua nihil præterea certi apud Euangelistas inuenitur. Lucas Ioannam quoq; nominat (quam alibi uxorem Chuzæ procuratoris Herodis fuisse scribit) quæ priores illas vnà cum nonnullis alijs (quarum neq; numerus certus neq; nomina ab eo exprimuntur) sit comitata. Deinde Marcus illas simul omnes iam ex oriente sole, Lucas autem profundo adhuc diluculo venisse dicit. At Mariam Magdalenam Ioannes solam inducit, quæ cum tenebræ adhuc essent, ad monumentum venerit. In quibus omnibus conciliandis multum laborant, interpretes, neq; eadem est omnium sententia. Mihi verò nodi isti omnes commodissimè solui videntur, si Euangelistas rem quidem eandem narrare obseruemus, non autem iisdem circumstantijs omnes insistere. Conuenerunt ergo mulieres istæ simul omnes multa adhuc nocte, & ad iter sese excinxerunt. Quod etsi breuiusculum esset, facile tamen fuit in re plena periculi moram incidere, quæ causa fuit, vt reliquæ oriente demum sole ad monumentum venerint. Magdalena autem cum illis feruentior esset, & magis sedula, præcucurrisse videtur, vt prior omnibus eò peruenerit, & eadem alteris illis ià subsecutis, rursus prior in urbem reuersa Petro & Ioanni, quod viderat, exposuit, qui eius nūctio excitati mox ad sepulchrum excurrerunt. Quod enim de omnibus discipulis simul cōgregatis Lucas scribit, in secūdo Mariæ in urbē reditu factum est, de quo sermone sequenti audiemus. Hac ratione (inquam) Euangelistæ mihi optimè conciliari posse videntur, quam alijs quoq; nonnullis placuisse scio, qui in hoc argumento non indiligenter versati sunt. Nunc in prima huius loci parte ea consideremus, quæ ad fidei nostræ institutionem faciūt.

*Resurrectionis
Christi testes
obscuri
con. apti.
1. Cor. 1.*

Vbi primum occurrit, quòd Christus resurrectionem suam (qua nihil vnquam miraculosius & excellentius orbis terrarum vidit) pauculis testibus, & ijs quidem contemptissimis, atq; nullius inter homines autoritatis, primis innotescere voluit. Oportuit ergo hic etiam impleri quod Paulus ait: Deum humilia & contèpta eligere, vt mundi huius fastum confundat. Quod vt eos vehementer consolatur, qui se à mundo contemni vident: Ita nõ obscure docet, fidem & salutem nostram non hominum autoritate niti, sed æterna Dei veritate: & proinde ad hanc vnã respiciendum esse ijs, qui in eius cognitione proficere cupiunt. Frustra ergo nobis hodie aduersarij nostri regum huius seculi splendorem, Pontificum & Cardinalium Pompam, Episcoporum autoritatem, scolarum consensum, & Doctores bullatos, abijciunt. Quid enim isti omnes sentiāt, iã antè scimus: ab ipsis verò verbū

Dei

Dei requirimus, cuius solius autoritas in ista causa valere debet. Nā nisi hoc statuamus, ipsa Iesu Christi resurrectio vilescet, quādo eius testes fuerūt mulierculæ, & piscatores obscuro, ignorantibus illā imo etiam oppugnantibus. Sacerdotibus & plerisq; alijs, quorū summa tunc erat in illo populo autoritas. Deinde Maria hæc Magdalena diligentius inspicere meretur, in qua Spiritus sanctus fidei præclaræ & ardentis exemplum exhibet: quod eo illustrius est, quod inherentibus illi vitijs fides illa neque impediri neq; obscurari, multo minus extinguipotuit. Fuit hæc ex eorum numero, quos Christus à morbis grauioribus, & diaboli Tyrannide, liberauerat. Nā ex ea septem dæmonia eiecta fuisse Marcus & Lucas perhibēt. Quod beneficium cum illa dignè æstimaret, præ alijs multis se Christo gratam præbuit. Apud Lucam enim in earum catalogo numeratur, quæ illum suis impensis aluerunt. Neq; cum in Galilæa modo secuta est, sed Hierosolymam quoque comitari voluit cum alijs quibusdam quos idem fidei Spiritus propius afflauerat. Et cum illic caperetur Dominus, & post omnem contumeliarum genus in cruce suspēderetur, ne sic quidem ab illo diuelli potuit. Eminus enim hoc factum indignissimum spectauit, & postea sepulcri locum obseruauit diligenter ut elapso Sabbati die extremum ei honorem impenderet. Id autem tanto studio facit, ut cū nō deessent comites, & sociæ omnis periculi atq; laboris, præcurrit tamen, non noctis tenebras, nō item militum excubias, verita. Prima igitur lapidem à monumento deuolutum & illud vacuum inuenit, & quia rei mysterium adhuc ignorabat, nouo dolore perculsa timet, ne quid in corpus Christi hostes contumeliosius designārint. Itaq; festinanter ad discipulos redit, ijs quid inuenit narrat, & reuerenter admodum de eius corpore loquitur, dicens: Sustulerunt Dominum è monumento, & nescimus vbi posuerint eum. Domini titulo dignatur corpus, quod lacerum & consputum in cruce pendere viderat, & quod in morte adhuc detineri arbitrabatur. Tantum apud eam potuit accepti beneficii & aliorum miraculorum recordatio. Sunt hæc veræ fidei indicia, nos autem exemplo isto docemur, quibus officijs ipsi quoq; fidem nostram declarare debeamus. Sumus enim nos omnes per Christum liberati ex diaboli vinculis atq; tyrannide, & asserti in libertatem filiorum Dei. Debēt ergo se gratos illi præbere omnes homines, & animi gratitudinem factis testari. Facient hoc, si eum alant in membris ipsius, si Euangelij doctrinam prouehant, qui odor illi est fragrantissimus, si illum per aduersa omnia sequantur, crucis scandalum fide constanti vincant, si eius contumelia doleant, neq; dissimulent, quæcunq; cū eis ignominia siue derimento coniuncta esse vident, si deniq; honorem ipsius pro virili prouehant atq; tueantur. Qui ad hunc modum affecti sunt, ij studij sui præmia amplissima recipient, & minus periculi aut laboris subibunt, quā in initio putārint: quod mulieribus etiam hisce euenisse Marcus testatur. Cū enim de solo lapide remouendo sollicitæ essent, hūc iam deuolutum esse inueniunt, & ab Angelo de Christi resurrectione edocentur. At quia hīc pleriq; desides & ignaui sunt, fit ut pro Christo quidem nihil faciant aut patiantur, sibi ipsi autem labores quotidie novos, & grauisima pericula accersant, dum infelici mundo & prauis cupiditatibus seruiunt.

Videamus nunc alteram huius loci partem, qua narratur, quid Petrus & Ioannes fecerint audito Magdalene nuntio. Vbi ante omnia obseruatu dignissimum est, quod Petrus, quāuis ex infirmitate Christum abnegauisset, tamen ad cætum discipulorum eius redijt, ex quibus Ecclesia tunc maxima parte constabat. Cupiuit ergo cum Christo iterum coniungi & verum Ecclesiæ membrum fieri, quod pœnitentiæ argumentum est cum primis euidentis. Rursus, Ioannes, qui in Domini passione reliquos omnes fide & amore longè superauerat & cui ille in cruce pendens virginem matrem commendārat, Petrum non fastidit, sed socium & condiscipulum agnoscit, cuius lapsum melius quā alijs cognitū habebat, ut qui eodē tempore cū illo in Caiaphæ domo fuerat, ut suo loco in historia passionis Christi diximus. Est hoc memorabile exemplum, quo, qui in peccata grauiora prolapsi sunt, admonentur, ut ad Christi Ecclesiam citò redeant, & cum illa per veram pœnitentiam reconciliētur. Vt enim salus in vno Christo habetur: Ita hic illam suo tantum corpori, Ecclesiæ nimirum, confert, neq; salutis vnquam consortes erunt, quotquot ab illa alieni aut auulsi manserint. Pernitiosa ergo & exitialis est eorum contumacia, qui vbi peccarunt & ideo se reprehendunt, si prioribus flagitijs Colophonem addant, seq; ipsos à Christi corpore auellant, quo nullum scelus atrocius excogitari potest. Sed miseri isti dum quod alijs doleat facere discunt, sibi ipsi exitium accersunt, quod nunquam effugient, nisi in tempore resipiscant. Discunt præterea reliqui in Ioannis Exemplo, ne quos aspèrnerentur atq; fastidiant, qui delictorum suorum pœnitentiam agunt, & in Ecclesiæ societatem iterum recipi cupiunt.

Magdalena fidei præclaræ exemplum.
Marc. 16.
Luc. 8.

Petrus & Ioannes socij.

Acto. 4.
Eph. 1.

HISTORIÆ RESURRECT. CHRISTI

Peccarunt in eo olim grauius Nouatiani, qui veniam omnem ijs negabant, qui persecutionum tempore fidem negauerant, aut post acceptum Baptismum in peccatum aliquod non vulgare erant prolapsi. Nam hoc suo rigore certamina in Ecclesijs maxima excitauerunt, & multis fuerunt desperationis autores, quos pijs consolationibus subleuare, & ad gremium Ecclesiæ colligere debuissent. Instantur hos multi hodie, qui quasi penes se solos scalas cœli habeant, quosuis temerè damnant. Conuincuntur hi omnes Christi & discipulorum exemplo. Vt enim ille Petrum in gratiam recepit, cuius turpem abnegationem non ignorabat: ita hi quoque non aspernati sunt eum, quem respicisse & Ecclesiæ confortium ex animo ambire videbant. Nunc ad istorum historiam accedamus, cuius singulæ partes considerationem diligentem merentur.

Petrus & Ioannes excurrunt ad sepulchrum.
 Primò absq; omni mora festini excurrunt ad monumentum, vt quid illic gestum sit, intelligant. Est hoc euidentis fidei argumentum, cuius femina intra animos suos hucusq; retinuerunt, quamuis ea præ metu & dolore suffocata videri potuerint. Estq; hæc illorum fides eò laudabilior, quòd multa occurrerent, quæ ipsos abstertere poterant si suæ rationis iudicium audire voluissent. Contemptibilis enim erat Magdalene persona, & quamuis huius nuntium aliarum quoque testimonio confirmaretur, omnes tamen mulieres erant, quæm sexum natura timidam & suspiciosam esse constat. Deinde non carebat periculo ad monumentum excurrere, cum propter discipulos potissimum milites huius custodes essent constituti. Ad hæc reliquis discipulis mulieres istæ delirare visæ sunt, & proinde ipsæ non multò plus sapere videri poterant, qui illarum verbis se tam faciliè moueri paterentur. Sed vincit obstacula hæc omnia Christi amor, quem fides in ipsorum animis accenderat. Itaq; retineri non possunt, quam primùm de Christo aliquid præter expectationem audiunt. Suo autem exemplo eos arguunt, qui hodie ignaui & securi desident, etiamsi Christi verbum profligari, pios in exilium eijci, captiuos duci, occidi, & insuper toti Ecclesiæ pericula grauisima imminere audiant. Testatur hi se ab Ecclesiæ societate vera alienissimos, & Christi Spiritu planè vacuos esse, quando nulla commiseratione erga eos tanguntur, quos pro fratribus & eiusdem corporis membris agnoscere debebant.

Discrimen inter Petrum & Ioannem.
 Deinde cum duo isti simul currant, præuertit tamen Petrum Ioannes, & prior ad monumentum peruenit: Idem verò in illud ingredi non audet, sed inclinatus modò obiter inspicit. At Petrus, qui cursu minus potuerat, animi viribus præstantior, mox intrat, & suo exemplo Ioannem confirmat, vt idem facere ausit. Quo loco videmus inter electos quoque non pari mensura Spiritum distriui, & dona eius diuersa esse: quæ causa est, quòd non pari pede omnes progrediuntur. Imò frequenter fit, vt qui cursum suum intrepidè & constantes perficiunt, ad ipsam metam anhelent, & nouis viribus opus habent, inter quibus quod reliquum est laboris absoluant. Econtra, qui initio meticulosi & infirmi videntur, & reuera infirmi sunt, inter progrediendam animos & vires sibi crescere sentiunt, ideoque cum ad rem ventum est, eos multum superant, qui ipsos prius non paruo intervallo post se reliquerunt. Sunt hæc quoque exempla obseruati dignissima, vt de nobis ipsi modestè sentiamus, neque temerè aliquos contempnamus, qui nobis infirmiores esse videntur. Potest enim illos confirmare Deus, quando ipsi ita visum fuerit. Qui si suam manum nobis ad breue momentum subducatur, mox vires simul omnes deficere sentimus.

Lintea resurrectionis Christi sic indicia esse.
 Tertio, quid in monumento isti inuenerint, narratur: Lintea nimirum siue sindonem, quem Iosephus emerat, vt eo corpus Iesu inuolueret, & sudarium seorsim suo loco inuolutum. Fuerant hæc corporis Christi exuuiæ, quæ ipsam reuera resurrexisse non autem furto surreptum, aut alia ratione aliò translatum esse testarentur. Nam siue amicus siue hostis tale quid instituisset facere, lintea minimè relicturus, imò ne detractus quidem erat, cum res ipsa propter periculum coniunctum moram nullam admitteret, & commodius esset corpus inuolutum auferre. Non temerè ergo Spiritus sanctus hæc tam diligenter conscribi voluit, quæ primo intuitu minuta, & carnis iudicio ridicula videri poterant: cum in illis tam euidentis & certum resurrectionis Christi testimonium contineatur. Quin in hunc finem Spiritus sanctus Ioannis pusillanimitate bene vti voluit, ne si dilectus ille discipulus prior sepulchrum esset ingressus, ipse hæc ita disposuisse videretur, & proinde minor esset totius narrationis siue historię autoritas.

Sunt tamen ista altiori quoque sensu consideranda. Dum enim Christus vestes sepulchrales exiit & reliquit, docet se non ad vitam mortalem & corruptioni obnoxiam resurgere, in qua vestitus, cibo, potu, & externis eiusmodi præsidij opus sit, sed ad immortalem

mortalem & coelestem. Nam excitatus à mortuis non amplius moritur (ait Apostolus ad Rom. 6. cap.) mors ei non amplius dominatur. Simul verò innuit, qualis nostra etiam resurrectio futura sit. Testatur enim idem Apostolus, nos quòd corpus hoc mortale simile fore corpori Christi glorioso. Vt ergo hoc ipsum corpus sulcatum est, quod in virginis utero ille assumpserat, quod in cruce expirarat & in monumentum fuerat depositum: Ita nos quoque ipsidem quæ nunc gestamus, corporibus resurgemus, exuetur autem corruptio & mortalitas, neque ipsi indigebimus porro, quibus huius seculi vitam sustentari oportet. Quod Christus alibi alio exemplo docet, quando nos Angelorum similes fore ait, non quòd essentiam, sed quòd vitæ rationem à corruptione simul & affectu carnis pravo alienam. Admonemur item, quid eos facere conueniat, qui in Christo renasci & ad vitæ nouitatem cum illo resurgere volunt. Debent illi veterem hominem cum omnibus suis exuuijs deponere (quas alibi scriptura membra peccati vocat) & nouum hominem induere, qui relictis post se terrenis omnibus, Christum sequatur, & se Deo totum consecret viuentem hostiam. Pertinent huc quæ de regeneratione & hominis inuouatione passim disputantur: quæ item Paulus ad Rom. 8. & coloss. 3. scribit. At cum ista hodie paucissimi præstent, pauci quoque sunt verè Christiani, neque mirum censeretur, quòd Deo minus propitio utamur.

Philip. 3.

Matth. 22.

Quartò indicatur, quomodo his visis animo affecti fuerint. Et de Petro quidem Lucas scribit, quòd admirabundus exierit, incertus nimirum quid crederet. Ioannes autem dicitur credidisse: nimirum quòd Maria dixerat, corpus Iesu alio esse translatum. Causam huius stuporis & incitiæ in præsentem ipse indicat. Nondum enim nouerant scripturam, quòd oporteret illum à mortuis resurgere. Itaque rerum incerti domum redeunt ad suos. At hic multiplex error in sanctissimis discipulis cernitur. Communis cum tota Iudæorum gente illis fuit, quòd scripturas de Christi resurrectione & regno eius æterno passim vaticinantes non intellexerunt. Excusari autem iste poterat, cum eius causa præcipua in scribis & Sacerdotibus hæreret, qui populum minus rectè instituebant. Porro nullam excusationem admittit, quòd Christi quoque verborum immemores sunt, & tam manifestis signis excitati ea non in mentem reuocant, quæ non semel de sua morte & resurrectione apud illos concionatus fuerat. Erant illa sic nota plerique, ut Sacerdotes eorum recordatione territi, sepulchro militum turmam adhibuerint, ne quid huius fieret. Turpissima igitur fuit hæc discipulorum oscitantia, qui horum nihil cogitarunt. Interim non parum utilitatis ista nobis afferunt, Primo enim plurimum facit ad Euangelicæ historiæ commendationem, quòd suos nauos atque errores Euangelicæ tam ingenuè & liberè testantur. Quod enim hoc loco Ioannes facit, idem alij quoque fecerunt, quando vitæ prioris conditionem, & ineptas atque ambitiosas discipulorum contentiones, aliisque eius generis infinita non dissimulant. Quis ergo in Christi aut alterius gratiam eos aliquid finxisse suspicetur, qui sua vitia coelare noluerunt? Denique inde elucet in hoc exemplo infirmitas nostra, quæ non rarò in sanctis quoque locum inuenit: quos interdum labi patitur Deus, ut partim constet salutem nostram omnem ex ipsius gratia pendere, qui & velle & facere in nobis operatur pro bona sua voluntate: partim ut illorum exemplis excitati vigilemus, & cum assiduo verbi studio preces coniungamus ardentibus, ne in tentationibus victi succumbamus. Postremò causam omnium errorum hoc loco nobis Spiritus sanctus indicat: nimirum scripturæ sacræ ignorantiam, qua Sadducæi quoque deceptos fuisse, alibi Christus ait, ut de mortuorum resurrectione absurda & impia cogitarent. Quia enim per has nobis loquitur Deus, & in ipsis suam nobis voluntatem reuelat, in tenebris oberrent oportet, quotquot his neglectis suas rationes audiunt. Ideo postea quoque ex scripturis suæ mortis & resurrectionis mysteria Christus discipulis exposuit, cum post multa testimonia eos adhuc hæsitare cerneret. Sicuti die secundo in paschæ homil. 2. ex Luca copiosius diximus. Est hoc probè obseruandum inter huius seculi nostri controuersias, ne ullis hominum figmentis nos circumduci patiamur, sed in solas scripturas intenti simus, ut ex ipsis discamus veram salutis rationem, quæ in vno Iesu Christo habetur, qui ut morte sua peccatum omne sustulit. Ita mortem atque inferos resurrectione sua deuicit, nobisque reditum in patriam coelestem aperuit. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Vt affecti fuerint Petrus & Ioannes.

Matth. 9.

Luc. 22.

1. Tim. 1.

Philip. 2.

Matth. 22.

Acto. 4.

Isa. 53.

2. Cor. 5.

Acto. 2.

Ioan. 4.

HOMILIA SECUNDA.

Maria autem stabat ad monumentum foris flens: cum ergo fleret, incurruauit se in monumentum, & videt duos Angelos in

HISTORIÆ RESURRECT. CHRISTI

albis vestibus sedentes, unum ad caput, et alterum ad pedes, illic, ubi iacuerat corpus Iesu: qui & dixerunt ei: Mulier, quid fles? Dicit eis: Sustulerunt Dominum meum, nec scio ubi posuerint eum. Et cum hæc dixisset, conuersa est retrorsum, viditq; Iesum stantem, nec sciebat quod Iesus esset. Dicit ei Iesus: Mulier quid fles? quem quæris? Illa putans hortulanum esse, dicit ei: Domine, si tu asportasti eum, dicit mihi, ubi posueris eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur Magister. Dicit ei Iesus. Ne me tangas: nondum enim ascendi ad patrem meum. Sed abi ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum. Venit Maria Magdalena annuntians discipulis quod vidisset Dominum, & hæc dixisset sibi.

SCRIPTVRA SACRA NON TEMERE INTER fidei articulos eum præ alijs maximè inculcat, quo mortuorū resurrectio docetur. Nisi .n. hunc probè & firmiter teneamus, in huius modò seculi vitam intenti vitiorum illecebris facillè cedemus, in mortis aut articulo nulla nobis consolatio reliqua erit, qua salutis fiduciam retinere, aut terrores inferorum vincere, possimus. At quia resurrectionis nostræ fundamentum atq; basis est ipsius Christi resurrectio, hanc multis argumentis & idoneis testimonijs probari oportuit. Multa ergo eius generis Ioannes congerit, quibus historiam illius ab alijs descriptam confirmet. Primum fuit, quo per exuias Christi, quas hic in monumento reliquit, probatur, corpus eius neq; furto sublatum, neq; alia ratione translatum esse, sed reuera surrexisse.

Sequitur nunc altera huius capituli historia, quæ Mariæ Magdalene testimonium continet, quod priori euidentius & certius est, eò quod Christum vidit, & coram allocuta est. Sed priusquam ad historię explicationem accedamus, considerandum venit, cur mulieribus potius, quàm discipulis, primò apparere voluerit Dominus. Item cur ex toto muliebri sexu hanc præ alijs, & quidem præ matre virgine, delegerit, cui primæ innotelceret. Quod ad primum, docere voluit, se eius quoq; sexus seruatores esse, per quem peccatum atque mors in mundum ingressa sunt. Id verò euidenti demonstratione opus habebat, eò quod sexum istum proprijs quibusdam pœnis Deus mulctauit. Vt ergo ex muliere homo nasci voluit Dei filius, ita mulieribus passim sese familiarissimum præbuit, neq; verbi modò sui doctrina & miraculis suis eas dignatus est, sed mortis etiam suæ testes esse voluit, & iidem primis suam ex mortuis resurrectionem manifestauit, vt sui meriti fructum ad se quoq; pertinere scirent.

Hinc igitur consolationem petant mulieres, qua molestias & labores mitigent, quibus in illis castigandis Deus adhuc vitur. Sunt enim hæc virgæ paternæ, quæ animarum saluti minimè officient, si **CHRISTVM** amplexæ in eius fide constantes perseuerauerint. Quod verò Magdalene prius quàm Mariæ matri apparuit, non temere factum prætabimus. Primò enim cauendum erat, ne carnis generatio aliquam in salutis negotio prærogatiuam habere videretur, aut aliquem apud Deum putarem esse personarum respectum, & inde ad supersticiosum cultum aliquem nos pateremur adduci. Ideo apud Lucam mulieri cuidam clamanti: Beatus venter qui te gestauit, & vbera, quæ suxisti: respondit ille. Quin imò beati; qui audiunt verbum meum, & faciunt illud. Et nunc ex morte rannide liberauerat, cum eam septem immundi Spiritus totam occupassent: vt omne hoc illi ex gratia obtigisse constaret. His præmissis ad historię narrationem accedemus, eiusq; partes singulas ex ordine considerabimus.

Primùm quid Maria fecerit, narratur. Stabat (inquit) ad monumentū foris flēs. Ergo cū Ioanne & Petro iterum exiuit, & illis in urbem reuersis ipsa apud sepulcrū substitit, & corporis Iesu (quod amissum putabat) desiderium lacrymis indefinēibus testata est. Fuit hic pius affectus.

Cur mulieribus & quidem Magdalene Christus primū apparuerit.

Gen. 3.
Galat. 4.

Luc. 11.

Magdalena flet.

affectus, sed cum errore & superstitione coniunctus. Heret. n. in corporis presentia, quasi hoc amisso spes quoque salutis simul omnis interciderit. Deinde verborum Christi immemor plorat, quando potius gaudere debebat. Quia enim ille toties prædixerat, se à mortuo tertio die velle resurgere, de eo nunc cogitandum erat, quando corpus eius in monumento nullum comparebat, & cum gaudio spem bonam salutis concipere. Sed frequenter pij quoque errant, dum affectibus per se bonis & sanctis indulgent, non autem in Dei verbum respiciunt, quod illos moderari poterat: Et nullus tam frequens error est, quam quod tunc dolemus & ploramus, quando nos lætari potius conveniebat. Fit hoc si quando fortunas, amicos, liberos, nobis eripit Dominus, ut, quæ in illis collocatum habebamus, fiduciam in se transferat, sicque nostri saluti consulat. Tunc enim pauci consilium Dei agnoscunt, ut cum Ioblo dicant, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum: sed in fletibus, querelas & murmura erumpunt, neque de amissis modò rebus charissimis, verumetiam de iniuria sibi facta quiritatur: Quasi verò Deus iniustus aut iniquus esse possit, quædo quod suum est certo consilio à nobis repetit. Idem fieri solet, quando morbis petulantiam nostram castigat, aut persecutionibus nos ad ardentius salutis studium excitat. Debeamus tunc Dei bonitatem agnoscere, & (ut Christus monet) in his gaudere: At tunc quoque plerique impatienter eiulant, seque omnino perditos arbitrantur. Similes horum sunt, qui in mortis hora dolent, quando potius cum gaudio sese ad patriæ cœlestis hereditatem capessendam accingere debebant. Discamus ergo affectus istos crebra verbi Dei & promissionum eius meditatione corrigere, & non in presentem modò rerum faciem respicere, sed ipsum quoque eventum considerare. Caterum etiam Maria carnis affectu decepta erraverit, eadem tamen suo exemplo multorum socordiam arguit, qui Christianissimi videri volunt. Quam multis enim locis hodie Christus amittitur, inò ignominiosè profigatur? quam multis etiam sepelitur ab ijs, qui putant, qui ista siccis oculis intuentur, & dum modò ipsis bene sit, de illo querendo, aut in luce reducendo, nunquam cogitant? Est hæc detestabilis ignavia, quam Deus inultam non sinit. Itaque Maria huius exemplum in hoc imitemur, ut ea nobis ex animo doleant, quæ gloriæ Christi officiant, quæramus ite illud indefesso studio, cumque, eo in fine usque perseueremus. Hoc qui faciunt, hi eundem cum Maria fructum pietatis colligent. Nam exhilarabit eos Dominus, & luctum ipsorum solida lætitia excipiet, qua in Christo fruuntur. Neque nos offendat, quod interdum res differtur. Ita enim nostram fidem exercet Deus, & ardentius salutis desiderium in nobis excitat. Non negligit autem suos perpetuo, sed suo tempore illis propitius affulget: quod in presenti quoque factum fuisse modò audiemus. *Magdalena apparente Angeli.* Maria. n. ut in magno luctu fieri solet, sepulcrum denuò inspicit, ut & dolori suo indulgeat, & saltim ex loci contemplatione aliqua consolatione vaneatur. Hic verò præter omnem expectationem duos Angelos videt, qui albis vestibus induti illic consistunt, ubi corpus Christi iacuerat, ipsamque priores compellant, ut inspicias. Primò. n. quæ ab omnibus relicta plorabat, Angelos consolatores inuenit. Deinde ita illi sedent, ut custodes corporis videri possint, quod ad remouendam suspicionem de illo furtim sublato, plurimum faciebat. Adhæc vestium colore lætiam præ se ferunt, & cœlestis gloriæ ministros se esse profitentur. Quibus omnibus verba accedunt, mulier quid ploras? Quæ cum reprehensione consolationem coniunctam habent. Nam perinde hoc est, ac si dicerent: Cur nunc lacrymas inanes fundis, quando non lacrymandi, sed gaudendi tempus est? Quin potius omisso luctu, quid Christus de sua resurrectione aliquoties dixerit, in mentem reuocas? At nihil horum Maria intelligit, sed priorem querelam verbis iisdem repetit: Sustulerunt Dominum meum, nec scio, ubi posuerint eum. Tanta affectuum, etiam bonorum vis est, ut animi oculos rectum verumque videre non sinant, & proinde efficaci Spiritus illuminatione eos profigari oportet. Quo magis anniti nos decet, ne pravis cupiditatibus locum demus, quæ si semel imperium apud nos obtineant, ad omne scelus & ritu mentes nostras illuminet, cogitationes & consilia nostra regat, ne à via mandatorum eius desectamus. Observabis autem hoc loco, Angelus Iesu Christi ministros fuisse non modo, quatenus ille Dei filius æternus & creatorum omnium Dominus est, verum etiam quoad naturam eius humanam. Exempla eius rei multa occurrunt, inter quæ cum primis illi ad ipsum interitum præcipites abripiunt. Oremus ergo assidue Dominum, ut ipse suo Spiritu mentes nostras illuminet, cogitationes & consilia nostra regat, ne à via mandatorum eius desectamus. Observabis autem hoc loco, Angelus Iesu Christi ministros fuisse non modo, quatenus ille Dei filius æternus & creatorum omnium Dominus est, verum etiam quoad naturam eius humanam. Exempla eius rei multa occurrunt, inter quæ cum primis illi ad ipsum interitum præcipites abripiunt. Oremus ergo assidue Dominum, ut ipse suo Spiritu mentes nostras illuminet, cogitationes & consilia nostra regat, ne à via mandatorum eius desectamus. *Luc. 22.*

HISTORIÆ RESURRECT. CHRISTI

*Psalm. 104.
Heb. 1.*

Quod ut Christi Iesu gloriam atq; maiestatem vehementer commendat: ita nos quoq; plurimum consolatur. Docet enim quid nobis sperandum sit. Quia enim propter nos in mundum venit Christus, & omnia eius nostra sunt, nostri etiam sunt Angeli, quos electorum seruitio destinatos esse scripturæ passim docent, idq; exemplis infinitis probant, quæ supra homilia 1. die resurrectionis Christi ex Marco adduximus. De his ergo semper cogitemus, in primis autem in mortis hora, quando non amicorum modò officia nihil iuuant, sed sensus quoq; omnes deficiunt. Tunc enim procul dubio circa nos castra sua tenent Angeli (vt Psal. 34. scribitur) & hi à nobis arcent malignos Spiritus, atq; animas hinc migrantes defendunt. Deinde hoc etiam obseruatu dignum est, quòd Angeli iidem pias mulieres solantur, qui impijs militibus (vt Mathæus scribit) paulò antè terrori fuerant. Est hoc perpetuum, vt quæ ad Christi gloriam illustrandam faciunt, pias consolationem, impijs terrorem & desperationem afferant. Videmus hoc, quando per Euangelij prædicationem resurgit, qui diu inter superstitiones & falsæ doctrinæ sordes quasi sepultus iacuerat. Tunc enim impij & hypocritæ fremunt, quia neq; dolos suos, neq; scelera alia, volunt argui: pij verò gaudet & exultant, eò quòd conscientias suas recreari & à traditionū laqueis solui sentiunt. Imprimis verò hic locum habet, quoad resurrectionis doctrinam, qua nihil iucundius pias excogitari potest, cum econtra impij ad eius mentionem intra animos suos contremiscant, vt illud interdum dissimulent. At quia diem hunc nemo subterfugere poterit, Christum vera fide amplectamur, & in illo vitâ sanctam viuamus, vt lætus nobis innotescat, qui impijs terrorem & luctum pariet. Sed plura de hoc in Marci explicatione diximus.

Christus Magdalena aparet.

Sequitur nunc ipsius Christi apparitio, quam à reliquis Euangelistis breuius adumbratam Ioannes diligenter describit. Mariam autem, cum Angelis luctus sui causam exposuisset, retrorsum conuersam esse ait, cur verò id fecerit, non indicat, neq; vt illud sciamus multum refert. Si quis tamen locus datur hic coniecturis, ego occulta Spiritus virtute potius, quam vllò Angelorum indicio motam fuisse putauerim. Iam enim tempus erat, vt de Christi resurrectione certior fieret, & dolore tam acerbo liberaretur. Illum itaq; sibi stare videt, qui istam iidem verbis alloquitur, quibus antea Angeli vsi fuerant. Mulier quid fles? Quem queris? At non agnoscit Dominum Maria, nimirum, quòd eius oculi tenebantur (sicuti de duobus discipulis Emauntem profectis Lucas prodidit.) Sed hortulanum esse suspicatur, cui horti illius cura commendata sit, & ideo ipsum quoq; de corpore subleto interrogat, dicens: Domine, si tu asportasti illum, dicito mihi, vbi posueris eum, & ego eum tollam. Hic verò non diutius suspensam tenet Christus, sed proprio eam nomine compellans, simul oculos & mentem eius aperit, vt ipsum agnoscat. Itaq; ad vocem eius mox à monumenti contemplatione & luctu ad illum conuersa respondet, Rabboni, id est Magister. Quo exemplo primùm docemur Christum non procul ab ijs abesse, qui ipsum pio & sincero animo quærunt, quàmuis interdum vel à tergo nobis stare videatur, vel in specie ignota appareat. Nam ipse idem suisq; similis est semper, nostro autem vitio fit, vt eum non semper agnoscamus, dum illi pro affectuum nostrorum ratione formas subinde nouas assignimus. Qua in re plurimum hodie peccatur. Alij enim irati faciem ei attribuunt, & (vt olim Iouem suum Poëtæ pingebant) fulmine semper armatum fingunt: & hi quia non talem agnoscunt, qualis in Euangelio prædicatur, aduocatos & intercessores sibi faciunt Diuos cœlites, in quos illius gloriam transferunt. Alij sub Regis aut Monarchæ terreni specie illum imaginantur, & ea opinione decepti, apud eum victorias, opes, honores, & alia huius seculi bona, quærunt, præteritis cœlestibus & æternis, quorum ille nobis autor est. Sunt, qui dum solam eius bonitatem intuentur, indulgentissimum nequitæ Patronem ex eo faciunt, & Euangelio ipsius ad peccandi licentiam turpiter aburunt. Errant hi omnes grauitè, & proinde curare nos decet, vt positis affectibus talem nobis proponamus Christum, qualem scripturæ prædicant.

Ratio cognoscendi Christum vera.

Deinde veram eius cognoscendi rationem historia hæc quasi in speculo adumbratâ proponit. Non agnoscit initio Christum Maria, quando communi mulieris nomine ipsam compellat, etiam si cum illo prius familiariter versata esset. At cum proprio nomine vocatur, mox vocem eius agnoscit, oculos aperit, & illum esse videt, quem quærebat. Est eadem planè omnium nostrum conditio. Ex nobis ipsis enim Christum salutis nostræ authoritatem non agnoscimus, & quàmuis generalem illam, quæ in Euangelij prædicatione sonat, vocationem audiamus, eam ferè quasi nihil ad nos pertinentè negligimus. At vbi animos nostros Christi Spiritus penetrat, & illic nos quasi nomine vocat, tunc demum de nobis agimus. Et hoc illud est, de quo in pastoris parabola cõcionatus est, quãdo se oues suas nominatim

natim vocare ait: & apud Lucam suorum nomina in coelis ascripta esse testatur. Vt ergo in Christi & salutis nostrae cognitionem veniamus, prius ab illo nos cognosci oportet: Quo non obscure Paulus docet, quando in posteriori ad Tim. 2. scribit: Solidum stat fundamentum Dei, habens sigillum hoc, nouit Dominus qui sint sui &c. Quos autem ipse nouit, & priusquam mundus hic crearetur, in electorum suorum album ascripsit, eos suo tempore nominatim, id est, efficaciter vocat, vt se vocari, & illum ad se pertinere, intelligant. Obseruari hoc debet contra eos, qui vniuersalibus Euangelij promissis ad euertendam Dei praedestinationem & electionem abutuntur. Nisi. n. horum praedicationi externae singularis Spiritus uocatio accedat, non plus illa efficient quam hic factum fuisse videmus, cum Mariam communi mulieris nomine Christus compellaret. Neq; propterea nobiscum ludit Deus, quando Euangelium praedicatur. Efficax est enim apud electos illius praedicationis per Spiritus cooperationem, reprobis autem excusationis praetextum eripit, quem ex ignorantia captare solent. Interim officij nostri meminisse nos oportet, quod in Mariae exemplo hic adubatur. Quam primum haec se nomine vocari audit, Christi vocem illico agnoscit, & illum magistrum suum esse fateretur. Est hoc proprium Christi ouibus, sicuti supra quoq; admonuit. Ego sum (inquit) pastor ille bonus, & agnosco oues meas, & agnoscor a meis. Item: Oues meae vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Teneamus ergo ab ipso Christo traditam salutis rationem. Audiamus illum nobis in Euangelio loquentem, agnoscimus vocem eius & illum sequendo sub eius obsequium cogamus sensus & affectus carnis nostrae: de quo alibi plura a nobis dicta sunt.

Accedamus nunc ad illius orationem, quam ex mortuis resuscitatus primam habuit, qua; multa continet obseruatu dignissima. Ne me tangas, inquit. Et mox rationis loco subiicit: Nondum enim ascendi ad patrem: Sed abi ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, &c. Sunt ergo duae orationis huius partes. Prima intempestiuum Mariae affectum reprimit, quo in ipsius amplexum ruebat. Quia tamen ea pars nonnullis obscurior videtur, diligentius inspicienda erit. Prohibet, ne se tangat. Atqui priusquam moretur a quibusuis se tangi, imo a turba circumqua; imminente premi, passus est. Post resurrectionem vero discipulis, vt se tangant, praecipit: Contrectate me (inquit) & videte: Nam Spiritus carnem & ossa non habet, sicuti me videtis habere. Et Thomae dicit: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & profer manum tuam, & mitte in latus meum. Et ne quis Mariam propter sexus indignitatem reiectam putaret, mulieres a sepulcro redeuntes ipsum attrectasse & pedes eius apprehendisse, Matthaeus scribit. Huius ergo loci expositio ex re praesenti debet peti, & ante omnia Mariae animus est inspiciendus, quam carnis affectu ductam fuisse constat, vt omnem Christi fruendi rationem in corporis praesentia consistere, & illum externis officijs adhuc coli atq; honorari posse putaret. Quare non dubium est, quin magno desiderio in eius amplexum proruerit, & in eo modum quoq; excesserit. Vt ergo affectum eius corrigat, reinouet eam, & ascendum ipsi in mentem reuocat, illam adhuc reliquam esse docens, & proinde non haerendum esse in corporis sui praesentia, quasi haec ad salutem sufficiat. Vult deniq; carnis affectui tanisper resistat, donec ipse in coelum profectus spiritum mittat, qui ipsam simul & discipulos omnia edoceat, qua; adhuc reliqua sunt. Ergo sensus verborum est. Tu quidem quasi salute iam parta me amplecti & retinere cupis, & tota in corporis mei praesentia atq; vt in coelos ascendam, illic vobis locum parem, & inde Spiritum vobis mittam, quo edocti intelligetis, me non corporaliter praehendi & retineri posse, sed salutis rationem in eo potius consistere, vt animis per fidem in coelum euectis ne contingatis, adeoq; mihi vniamini, vt ita iustitiam atq; salutem in me veram apprehendatis. Quod cum nondum intelligas, differ aliquantulum hoc carnis tuae desiderium, donec me ea ratione attingere possis, qua; sola salutaris est, &c. Hic (inquam) verborum Christi sensus est, quem si sequamur, non multum absimilis erit locus hic ab eo, qui cap. 6. extrat, vbi eos quoq; ad ascensionem in coelos & Spiritus sui virtutem (sicuti supra suo loco illa verba copiosius tractauimus) remittit, qui de corporali carnis suae manducatione contendebant. Docent haec **CHRISTVM** non amplius talem fingi debere, qui nobiscum quoad corpus versetur, & officijs externis opus habeat. Nam etsi corpus illud retinuerit, quod ex virgine matre assumptum, illud tamen ab omni corruptibilitate repurgatum in coelos euexit, neq; in terris posthac quaeri vel monstrari vult. Vide qua; ab illo in hanc sententiam Matth. 24. & Marci 13. dicuntur, qua; verba hom. 2. Dominica 25. post Trinit. explicauimus. Cultum vero requirit Spiritualem, quem fide potissimum confici, alias non. vno loco diximus. Nihil ergo

Ioan. 10.
Luc. 10.

Ioan. 10.

Christi oratio
ad Magdale-
nam.1. Prohibet, ne
se tangat.

Marc. 5.

Luc. 8.

Ioan. 20.

HISTORIAE RESURRECT. CHRISTI

ergo de Christo carnaliter sentire debemus, neque illum in terras detrahere, sed (ut Paulus monet) eum in supernis quaerere per fidem, qua sola apprehendi potest. Seruiunt haec iis confutandis, qui hodie nobis lites mouent de corporis Christi praesentia & eius manducatione, quam impijs quoque tribuunt. Est haec imaginaria persuasio ex Antichristi reliquijs multorum animis adhuc inhaerens. Huic enim Daniel Deum tribuit, qui auro, argento & gemmis colatur, & officijs externis opus habeat: quem panem illum Missalicum esse alibi demonstratur. Pugnatur autem commentum hoc cum aeterno Dei decreto, qui filium suum incarnari quidem, & in mundum venire, voluit, simul vero statuit, ut idem peracto in terris nostrae redemptionis negotio, assumptum ex virgine corpus in caelos subuehat, quos cum tenere oportet (ut Petrus ait Act. 3.) usque ad tempus restitutionis omnium. Neque haec sententia eius maiestati & omnipotentiae quicquam derogat, quae eo illustrior est, quod corporis praesentiae non alligatur, sed pro libera sua voluntate ubique agit.

Dan. 12.

2.
Iubet resurre-
ctionem suam
nuntiare disci-
pulis.

Facit ad huius sententiae confirmationem altera orationis Christi pars, qua mandat, ut ista fratribus suis renuntiet. Quo nomine proculdubio Apostolos intelligit, cum alibi (ut Marcus scribit) Petrum expresse nominet. Fratres autem nominat propter salutis acquisite mysterium, ut postea audiemus, & ut in se compleri ostendat, quod in Psal. 22. habetur: Annuntiauo nomen tuum fratribus meis, &c. At si consideremus, quales tunc illi omnes fuerint, defectores nimirum, abnegatores, & ignauo metu torpidi, magnum in eo bonitatis suae argumentum dedit, quod eos fratrum nomine dignatur. Praemium vero fidei suae amplissimum recepit Magdalena, quando eam suae resurrectionis praconem Christus constituit, simulque eius exemplo docet, muliebrem quoque sexum suae mortis & resurrectionis merito restitutum esse, quod singulari demonstratione opus habuisse ante etiam diximus.

Ioan. 14.

Nunc audiamus, quid discipulis nuntiari voluerit. Abi (inquit) ad fratres meos & ad eos: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum. Atqui ascensionem non eo die mox factam esse scimus, sed postquam per dies quadraginta prius cum discipulis versatus est. Non ergo quid iam faciat aut facere velit, docet, sed mortis atque resurrectionis suae fructum exponit, de quo discipulos probe edoceri necesse erat. Sic ergo vult dicere: Narra fratribus meis, eam iam re perductam esse, ut omnibus peractis, quae in terris agenda restabant, hoc unum reliquum sit, ut ad patrem ascendam, in eius domo (sicuti aliam promisi) vobis mansionem parem, & inde vos diuina virtute tuear atque protegam. Videtur ergo alludere ad promissionem, quam cap. 16. dedit: Paululum, & non videbitis me: & rursus paululum, & videbitis me (id est, me vobis praesentem & fidum protectorem esse sentietis) quia ego vado ad patrem: nimirum, ut quoad humanam quoque naturam, omnem potestatem in caelo & in terra accipiam. Emphasis vero habet, quod ait: Ad patrem meum & patrem vestrum: quodque mox per expositionem addit: Ad Deum meum & Deum vestrum. Ita enim docet, se hoc nobis meruisse, ut qui ipse Pater est natura, nobis quoque pater factus sit, ex gratia: adeoque in mediatoris persona haec loquens, eam inter se & nos coniunctionem esse testatur, ut patrem atque Deum cum illo eundem siue communem habeamus. In ipso. n. & ex ipso habemus Spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba pater. Plurimum vero facit hic locus ad asserendam nostrae salutis certitudinem: Quia. n. nos pro fratribus agnoscit Christus, filij Dei simus oportet nec modum filij, verum etiam haeredes, utpote Christi cohaeredes, sicuti Paulus ad Rom. 8. colligit. In Christo igitur nobis libertas, iustitia, sanctificatio, vita denique & salus perfecta obtigit. Neque est, quod vel mundi vel principis eius insidijs atque furiosis conatibus terreamur, cum idem ille Christus nobis protector sit, sub cuius alis tuto degunt, qui per fidem ipsi vere coniuncti sunt. At simul hic nos praecipis illius obtemperemus: ut ite eos quoque fraterno amore, & omni Christianae beneficentiae officio, prosequamur, quos ille nobis cofrater & cohaeres fecit. Poeser haec latifimam deduci, & multa reprehensione digna esset nostri seculi ingratitude atque socordia: sed pijs de istis cogitandi occasionem praebuisse sufficiat.

Rom. 8.

Ioan. 12.

Magdalena
Christo ob-
temperat.

Narrat postremo Ioannes, quid Magdalena accepto Christi mandato fecerit. Venit annuntians discipulis, quod vidisset Dominum, & haec dixisset sibi. Fideliter ergo iniunctum sibi munus obiit. Quo loco praclarum obedientiae fidei exemplum proponitur. Quam multa enim eam terrere & ab officio reuocare potuerunt, alibi exposuimus. Sed pluris facit Domini praecipium, quam rationes omnes, quas caeca caro suggerere poterat. Et discipulos quidem illa sententia & lugentes inuenit, (ut Marcus scribit) quos ita luctus occuparat totos, ut quod maxime factum volebant non crederent. Reprehendit hanc illorum tarditatem Dominus grauiter: & sanae seria reprehensione digni sunt. Nos ergo istorum exemplo admoniti, credamus Iesum Christum vere mortuum esse pro peccatis nostris, & eundem vere etiam resurrexisse propter iustitiam

ificationem nostri, & ea fides nos saluos faciet. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA III. EX IOANNE

HOMILIA TERTIA

Cum ergo vespera esset die illo, qui primus erat Sabbatorum, & fores essent clausa illic ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, venit Iesus, stetitq; in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus suum. Gausi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis: Sicut misit me Pater. Ita & ego mitto vos. Et cum hoc dixisset, flauit in eos, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum. Quorumcumq; remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcumq; retinueritis, retenta sunt.



VE MADMODVM DEI FILIVS, QVAM PRI-

mum ex Maria virgine homo factus fuit, incarnationem suam omnis loci & ordinis hominibus voluit innotescere: Ita in corporis sui resurrectione hoc ipsum ab eo factitatum est, vt eius fama quam ocysime diulgaretur. Et primo quidem testes eius fecit milites, qui illam Sacerdotibus & Senioribus annuntiauerunt. Deinde familiaribus suis multa eius argumenta & indicia exhibuit, quando non semel modo & iterum ab illis visus est, sed per totos quadraginta dies cum illis conuersatus omnem ex animis eorum dubitationem exegit. Quod omnino fieri oportuit, quando in Christi resurrectione redemptionis nostrae complementum maxima ex parte consistit, & eadem efficacissima consolationis argumenta in omni tentatione suggerit, dum nostrorum quoq; corporum resurrectionem & vitæ æternæ spem nobis confirmat. Caterum inter ea, quæ toto illo tempore facta sunt, primas facile tenet historia, quam modo recitauimus. Primum quia nihil eorum hic omisit Dominus, quæ ad asserendam ipsius resurrectionem, & corporis resuscitati veritatem faciunt. Deinde, quia hoc loco Apostolos suos ordinauit, & in illis ministerium Ecclesiæ instituit, per quod regnum eius in terra propagatur, & vera salutis per ipsum consequendæ ratio traditur. Diligenter ergo à duobus Euangelistis illa describitur, Luca nimirum & Ioanne, & eiusdem Marcus quoque mentionem facit, ita tamen, vt singuli quædam ab alijs præterita aut omissa commemorent. Quare in eius expositione quæcumq; ab omnibus illis tradita sunt, inspicere oportebit.

Luc. 2.
Matth. 2.
Acto. 1.

Orditur autem Ioannes à tempore, & sub vesperam primi diei Sabbatorum hæc facta fuisse scribit. Fuit hic idem ille dies, cuius profundo diluculo Dominus resurrexit, & quo Magdalena primum, deinde reliquis mulieribus, Petro item & duobus discipulis, Emmaumentem abeuntibus, apparuit. At quia non tanta erat istorum omnium apud reliquos discipulos auctoritas, vt eum resuscitatum esse crederent, nunc eodem die omnibus illis simul collectis interuenit, & quidem tunc, quando præ metu fores probè concluderant, ne quid hostile à Iudeis paterentur. Est hoc ingens boni & fidelis pastoris argumentum, qui ouiculas suas noluit diutius inter spem & metum suspensas tenere, sed eo temporis momento veram consolationis lucem offert, quando noctis imminens tenebræ noui perisurum Christum, vt supra vires tentemur.

Tempus huius
apparitionis.
Ioan. 10.

Caterum quod ad discipulos obseruatum dignum est, quod qui prius foedè dispersi fuerunt (quemadmodum illis euenturum Christus ex Zacharia Matth. 26. prædixerat) nunc rursus in vnum conuenerunt: & quamuis illum resurrexisse nondum crederent, adhuc præ metu domus ostium diligenter clausissent, de eius tamen resurrectione, quæ iam vulgari cœperat, sermones inter se conferunt, vt in Luca est videre. In illis enim exemplum fidei cum infirmitate nostra luctantis exhibetur. Et ita ferè fieri solet, quàm diu in carne viuimus, vt terrores metumq; illa nobis obijciat, quando animo præsentis & constanti fiducia in primis opus erat. Quod quia olim electis Dei seruis frequenter accidisse constat, minimè nobis desperandum est, si quid simile in nobis ipsis sentiamus, luctari verò debemus cum metu & terroribus, quos caro nobis obijcit.

Discipuli ante
dispersi.
nunc simul
collecti sunt.

Præcipua autem cura sit, vt ex dispersione, quam persecutionum tempestates faciunt, iterum colligamur ad cætus sacros, neq; relinquamus externam Ecclesiæ societatem, in qua

Matth. 18.

In qua Dei verbum auditur, & preces fiunt publicæ, quarum maxima apud Deum vis est atq; autoritas. Commendavit nobis hoc studium Spiritus sanctus infinitis promissionibus, quas omnes Christus summam complexus est, quando se illis præsentem adesse testatur, qui in suo nomine congregati fuerint, & illorum preces à Deo patre exaudiri promittit. Quam promissionem in præsentem confirmatam voluit, quando discipulos iterum in vnum collectos tam benignè inuifit, & amica salutatione pacem atq; benedictionem illis offert, animi terrores metumq; omnem discutit, & eorum mentes gaudio ineffabili exhilarat. Et horum quidem bonorum, quæ omnem hominis sensum longè superant, tunc consortes facti sunt, quotquot coetui huic sanctissimo interfuerunt: solus Thomas, qui vel metu maiori percussus, vel aliqua alia causa detentus, abfuit, totis adhuc octo diebus fluctuat & salutis incertus manet. Quo magis nos anniti decet, ne timori & vitæ huius cupiditati (pessimis planè consultoribus) indulgendo, diuturnioris cruciatus nobis simus authores.

Discipuli metuunt Iudæorum insidias.

Obferuemus item, quòd latebras quærunt discipuli, & propter Iudæorum insidias fores sollicitè claudunt. Atqui nihil fecerant illi, cuius ergo sibi timere deberent, & nota omnibus erat vitæ illorum integritas, ad quam illos Christus vocauerat. Sed quia tunc inter Iudæos primatum tenebant hostes Christi, cui illi nomen dederant, vndiq; illis pericula imminet, & omnis generis insidias timere coguntur. Interim impunè agentibus aduersarijs, qui quouis supplicio digni erant. Scimus enim quales tunc Sacerdotes fuerint, qui legis diuinæ doctrinam traditionibus ineptissimis corruerant, religionem omnem fibi quæstum fecerant, templum Domini in emporium, & latronum speluncam, commutauerant, opes Ecclesiæ sacrilego ausu inuaserant, deniq; iam annis aliquot perniciosissimi fuerant Reip. simul & Ecclesiæ turbatores. Hæc tamen illis in publico & impunè facere licuit, Christi autem discipulis palàm pijs & bonis esse non licet, sed in latebris hi occultantur, dum illi in templo & foro indomita temeritate superbiunt, & ex scelere sibi laudè quærunt. Eandem olim Prophetarum sorte in fuisse ipsorum historiæ testantur, & quid sub imperatorum tyrannide Christiani passim docent. Ita verò fieri solet, quando impij homines in Ecclesia aut Reipub. locum obtinent. Hodie certè cum nullum tam immane scædumq; scelus sit, quòd non inter eos designetur, qui Romanæ Ecclesiæ proceres & columnæ sunt, impunè tamen faciunt dicuntq; omnia, cum interim nunquam non sibi timere cogantur, quotquot vno Christo contenti, secundum Euangelij regulam sanctè & innocenter viuere student. In Reipub. autem boni vix hiscere audent, quàm prius improbi legum contemtores dominantur. Debet hoc pios excitare, ne talibus facile locum dent, & iniurijs obstent fortiter, ne dum leuis periculi metu sese superari sinunt, postea seipfos & Reipub. malis inextricabilibus implicent. Quòd si verò res deplorata fuerit, priuatorum est patienter ferre sortem, quam Dominus dedit, & ab illo precibus assiduè auxilium atq; opem poscere.

Christus venit clausis foribus.

Caterum vt ad historiæ præsentis expositionem redeamus, illis colloquentibus ex improviso adest Christus, & in medio eorum consistens ait, Pax vobis: quam vulgò vsitata inter Iudæos salutationis formulam fuisse scimus, in primis autem hic locum habebat, cum metu consternatis pericula omnis generis ob oculos versarentur. Venisse autem dicitur, cum fores essent clausæ, quòd nonnulli ad temporis circumstantiam referunt, neq; aliter ad miraculum hinc agnoscunt, quam quòd vel Angeli ministerio vel propria virtute fores patefecerit, vt ad eos ingredi posset: Alij vero miraculosè hoc factum arbitrantur, vt vnà cum resurrectione diuinitatis suæ argumentum præberet, & ita efficacior esset consolatio. Quorum sententia vt simplicior atq; verisimilior est, sic priscis etiam patribus placuit. Ex qua tamen minimè colligi debet, Christi corpus post resurrectionem veri & naturalis corporis proprietates exuisse, vel duo corpora simul in eodem loco esse posse, quæ nouorum dogmatum portenta vbiuarij Sophistæ, & transubstantiatores pontificij, Ecclesijs hodie obtrudunt, vt Christi corpus perinde vt diuinitatem vbiq; esse, aut panem in illud transubstantiari euincant. Nec enim per clausas fores, sed illis clausis, ingressus esse, vel potius cum illarum clausæ essent, in medio illorum stetit dicitur. Miraculum ergo narratur, eius autem modus siue ratio non exprimitur: quam inuestigare inutilis, aut etiam impiæ curiositatis fuerit, cum miracula omnia humanæ rationis captum excedant, neque miracula dici possent, si naturali aliqua ratione fierent. Simpliciter ergo hoc ad diuinæ maiestatis & potentæ declarationem referamus, non autem petamus hinc

hinc occasionem disputandi de corpore Christi: de quo quid nos sentire & credere conueniat, ipse eodem tempore singulari studio docuit: nimirum illis disputationibus occurrere volens, quas de hac re non sine multorum scandalo exorturas esse prouidebat. Nunc de modo singularem Christi bonitatem obseruemus, qua erga discipulos usus est. Poterat illis exprobare turpem fugam, qua ipsum iam ab hostibus captum deseruerant, metum item ignauium, qui illos, quasi male sibi conscios, latebras quærere cogebat: Adhæc Petrus propter abnegationis scelus accusare, & verbis durioribus compellare poterat. At nihil horum miseris & consternatis obijcit, sed amice salutatis pacem, id est, incolumitatem animi simul & corporis precatur. Soletur exemplum hoc conscientias peccatorum ponderare afflictas, ne rigidiores æquò Christum sibi fingant, quo nihil humanius & mitius vnquam in terris visum est. Rursus pudeat nos nostræ pertinaciæ, qua in retinendis odijs vitimur aduersus eos, qui nos leuicula aliqua iniuria læserunt. Discant item ministri Ecclesiarum non durius increpandos, aut exprobrationibus perterrefaciendos esse, qui iam prius satis afflictis consolatione opus habent, ne contra Christi exemplum linum fumigans extinguant, & arundinem quassatam comminuant. Seruit præterea hoc Christi exemplum consolationi in persecutionibus. Vt enim pacem discipulis precatur, qui in humanis nihil quam triste & inuicium sibiipsis polliceri poterant: ita quantumuis, tyranni sæuiant, & Ecclesiam simul omnem euersam velint, pacem tamen certam & solidam habent credentes in Christo Iesu, qui & patrem nobis placauit, & animorum tranquillitatem largitur, quo nihil iucundius & exoptabilius esse potest in periculis & afflictionibus. Vide quæ de hoc Paulus in epistola ad Rom. cap. 5. & 8. scripta reliquit. Ad hæc Tyrannorum quoque vires & conatus frangit Christus, ne possint semper, quod volunt. Est ergo pax illa Christi multiplex, & sola aduersus omnes tentationes nobis sufficit, vt non temerè dictum sit ab Apostolo, eam omnem mundi huius intellectum excellere.

Sequitur vt discipulis apparuerit Dominus seq; illis videndum & cognoscendum dedit. In quo describendo breuior est Ioannes, quare cum his ea quoque conferenda erunt, quæ apud Lucam & Marcum habentur. Scribit ille discipulos ad subitam Christi apparitionem territos fuisse, eò quod Spiritum aut Spectrum esse putarent, nimirum communi superstitionum hominum errore decepti, quem inter Iudæos tunc vulgò locum habuisse alibi diximus. Reprehendit ergo illos Dominus quod non credidissent ijs, qui ipsum resurrexisset dixerant, reprehensionem verò consolationem coniungit, qua metum omnem eximit, & simul manus latusque ostendens ait: Videte manus meas & pedes meos: Nam ego ipse sum.

Contrectate me & videte: Nam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, & mirantibus, cibum petijt, & oblatum ipsis videntibus comedit. Et ne quid nouum aut insolens animo conciperent, ex scripturis mysterium hoc omne exponit, & quæ sapius ante dixerat, illis in mentem reuocat. Hi sunt (inquit) sermones, quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quod scilicet oporteret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me: & his dictis occulta Spiritus virtute mentem illorum aperuit, vt scripturas firreccionem veri corporis proprietates (quales sunt, visibilem & palpabilem esse, membris suis constare, & loco contineri) retinuisse docent. Nam sensus eorum præcipuos vitij partium enumeratione describit, denique scripturæ veteris autoritate hæc omnia confirmat. Quia verò de his alibi, & præsertim superius in homil. de resurrectione Christi plura diximus, eadem hic repetere superuacaneum foret.

Videamus nunc, quem fructum ista apud discipulos tulerint. Ioannes eos viso Domino gauisos fuisse scribit, & gaudium hoc tantum fuisse modò in Luca verbis audiuis, vt præ illo vix oculis propriis fidem habere potuerint, quod in rebus præter omnem spem atque expectationem nobis ex voto obtingentibus fieri consuevit. Iam ergo impleri coepit, quod cap. 16. Christus promiserat: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Ista verò fructum mortis & resurrectionis adumbrant, quem ex eius consideratione afflictæ hominum conscientie concipiunt. Vident discipuli in Christo vulnerum vestigia, & tamen non terrentur, sed gaudent potius, cum illum resurrexisset videant, & in vulneribus eius parte aduersus peccatum atque mortem victoria signa agnoscunt. Ita quicumque vulnera ipsamque Christi mortem, fidei oculis

Isa. 42.

Phil. 4.

Christus verum corpus sinit discipulis

Vide 1. Homil. diei 2. in pasch de spir. apparitionibus.

Lucæ 24.

Apparitionis Christi fructus.

Ioan. 3.

caelis intuentur, & eundem deuicta morte atq; inferis surrexisse credunt, hi intra animos suos gaudio incredibili exhilarantur, quod nemo illis eripere potest, & quo animati omnes mortis terrores constantissimè vincunt. Simul enim in his paternum Dei amorem intuentur, quo is nos miseros complexus est, & ideo de salute sua dubitare non possunt amplius, cuius tam multa tamq; luculenta testimonia inueniunt.

Isa. 64.

Matth. 17.

Quòd si verò contemplatio ista in mortali corpore adhuc agentibus tantum gaudium affert, quid olim fore putabimus, quando in nubibus caeli cum gloria patris apparbit Seruator hic noster, nosq; in eius occursum per aërem rapiemur, vt cum illo æternam viuamus atq; regnemus? Sensit aliquem huius gaudij gustū Isaias, quando Deum diligentibus se ea præparauisse dicebat, quæ oculus non vidit, auris non audiuit, & quæ in cor hominis non ascenderunt. Petrus item cum in monte Thabor clarificationis & gloriæ Christi specimen aliquod vidisset, mox, omnium quæ in terris habebat oblitus, exclamabat: Domine, bonum est nos hîc esse, faciamus hîc tabernacula &c. Vnde apparet, eos nunquam adhuc in mortis & resurrectionis Christi consideratione seriò & verè versatos esse, qui ad mortis mentionem & quæuis pericula anxij trepidant. Interim officij simul nos admonent discipuli suo exemplo, vt nimirum ipsi etiam gaudeamus ex animo, quando Christum per Euangelium in hominum animis resurgere, & regnum suum in terris instaurare videmus. Quos enim hoc nõ seriò afficit, ij satis docet, se Christum nõ magnificare.

Christus discipulos ordinat Euangelij ministros.

Isai. 2.
Psal. 110.

Porrò ne gaudij huius fructum ad discipulos suos pertinere putarem, quibus tunc Christus se videndum & palpandum exhibuit, illos in præsentia ad Euangelij ministerium ordinat & mundo toti doctores destinat. Nam etsi prius quoq; illos ad prædicandum emisserit, intra Iudææ tamen terminos subsistere iusserat, neq; alius tunc prædicationis ipsorum finis aut scopus erat, quàm vt omnium mentes ad Christum audiendum excitarent, qui tunc ipse in terris officio doctorisungebatur, cui ipsum Pater destinauerat. Nunc verò tempus illud venerat, quo ille mundum hunc corporis sui præsentia relinquere, suæ verò potentia sceptrum, id est, Euangelij doctrinam, ex Zione (vt Propheta olim prædixerant) in totum orbem emittere, & per hanc inter medios hostes regnum constituere debebat. Quos ergo in eum usum vocauerat discipulos, nunc ordinat, & ad munus hoc subeundum non mandatis modò, verum etiam donis necessarijs instruit. Estq; locus hic multa consideratione dignissimus, eò quod Christi meritum eiusq; fructum ad nos quoq; pertinere docet, & simul veram ministerij Ecclesiastici rationem tradit, quo adhuc hodie Deus vtitur in dispensandis regni sui mysterijs.

Initio autem repetit salutationem, & denuò pacem illis precatur, cum vt præ gaudio & admiratione tantum non extra se raptos ad attentionem excitet, tum vt animosiores reddat ad suscipiendum munus illud plenum laboris atq; periculi. Hac verò præmissa, mox infert: Sicut me misit Pater, ita & ego mitto vos. At hæc dicendo sibi eos surrogat, non quòd ipse Ecclesiam suam curare desierit, sed quòd ad externum ministerium, Quasi diceret: Ego quidem hucusq; docendi mune functus sum in terris, at nunc tempus instat, quo assumptum corpus me in cœlum subuehere oportet, neq; porrò in terris hisce, vt hactenus feci, uerfabor. Vt autem me mori & ex mortuis resurgere oportuit, ita non minus necesse est, vt in meo nomine per totum orbem prædicetur poenitentia & peccatorum remissio. Vos ergo huius prædicationis ministros constituo, qui omnium, quæ feci & passus sum, testes estis oculati: & mitto vos ea plane autoritate & ratione, qua me Pater misit, ad quem nunc peracto meæ legationis cursu reuertor, &c. Quia vero prouinciam hæc dura & intolerabilis videri poterat ijs, qui rerum huius seculi rudes atq; imperiti erant, mox flauit in eos, & dixit: Accipite Spiritum sanctum, &c. Sensus est: Non terreat vos huius muneris difficultas, & quæ illi coniuncta sunt pericula. Nam nõ inermes aut imparatos mittam, sed quem toties promisi spiritum dabo, qui vobis aduocatus & consultor adsit, vq; in omnè veritatem deducat. Imò iam nunc illū accipite, ne de meâ fide quicquã dubitetis, &c. Acceperunt ergo tunc quædam spiritus dona Apostoli, inter quæ præcipuū fuit scripturæ intelligença, vt paulò antè ex Luca annotauimus, & animi fortitudo, quæ prius in templo Deū glorificarent quotidie, quæ hucusq; latebras quæsierat, vt idè Lucas sub finè historiarum suarum Euagelicarum testatur. Accesserunt his postea in Pêtecostis die donū linguarum, miraculorum virtus, & quæcunq; alia ad muneris inpositi administrationem necessitas requirebat. In præsentia autem mandatum quoq; dat Christus, quo ministerij totius finem indicat: quorūcunq; remiseritis peccata, remittentur eis: quorūcunq; retinueritis, retenta sunt. Et hæc

Et hæc sunt claves regni cœlorum, quas olim vt Petro promissas omnibus ex æquo tradidit, vt eadem omnes potestate & dignitate instructi ad Apostolatam accedant. At quia Euangelij prædicatio minimè cum Apostolis intermori aut aboleri debuit, sed eam Dominus ad finem mundi huius in Ecclesia sua retineri, & nouissimo tempore per totum orbem divulgari, vult, nobis hoc loco tota ministerij Ecclesiastici ratio consideranda venit, quæ quatuor potissimum capitibus continetur.

Primo illius author indicatur, à quo omnis eius authoritas dependet. Est is vnigenitus Dei filius, Iesus Christus, cui omnis potestas data est in cœlo & in terra. Is vt olim Apostolos vocauit & eos totius mundi Doctores constituit, ita nunc quoq; è cœlo spiritus dona inter homines distribuit, & Ecclesiæ suæ alios quidem dat Apostolos, alios Euangelistas, alios Prophetas, alios Pastores, prout hominum saluti conducere viderit. Et quod de primis illis Apostolis Paulus dicit, quod ipsius Christi nomine legatione fungantur, hoc ipsum ad omnes verbi ministros pertinet, qui ad munus hoc legitime vocati sunt, & officium bona fide faciunt. Quare de iisdem etiam illud Christi dicitur: Qui vos audit, me audit. Facit hoc ad asserendam ministerij authoritatem contra eius contemptores, qui idè sibi contra ministros quiduis licere putant, quod homines esse constet iisdem, vt reliquos, affectibus obnoxios. Atqui tales olim propheta erant, tales seipsum & Barnabam Paulus in Actis profiteretur, idemq; de seipso Petrus apud Cornelium Centurionem pronuntiat. Sed vt in illis, non quales sua natura fuerint spectamus, sed quales ex gratia fecerit Deus, & quale ministerium illis commiserit: Ita hodie etiam non in ministrorum personis harere, sed in Dei ordinationem animi oculos intendere oportet. Nisi enim id fiat iam non ipsos modo sed eadem ratione magistratus, imò parentes quoq; contemnemus, cum hi quoque omnes, quatenus homines sunt, nihil à nobis differant. Vt verò in illis authoritatem, quæ eos Deus donauit, agnoscimus: sic in ministris hoc ipsum nos facere conuenit, ne Dei contemptores efficiamur. Qui verò hoc omne ad eos modò pertinet, qui à Domino verè vocati & missi sunt, simul hic illorum temeritas damnatur, qui non missi currunt, & sub Christi prætextu ventri potius suo quam Ecclesiæ seruiunt. Quos veros Euangelij præcones esse Paulus negat, cū dicit: quomodo prædicabunt nisi missi fuerint? Rom. 10. cap.

Deinde quomodo ministros mittat Christus, docetur. Missi vos, (inquit) sicut me misit Pater. At illum missum fuisse scimus, vt mortis suæ merito peccata mundi expiaret, & noster apud patrem Mediator atq; Aduocatus fieret. At non ita missi fuerunt Apostoli neq; hodie aliquis mortalium se ita missum esse sine sacrilegio dicere poterit, quando constat Christum in suæ gloriæ & honoris consortium neminem admittere. Non igitur hoc in genere de toto Christi officio intelligi, sed ad ea restringi debet, quæ nobis in Ecclesiæ ministerio cum Christo communia sunt. Fuit ille missus, vt non suam, sed Patris voluntatem faceret. Ioan. 6. item vt peccatores vocaret ad poenitentiam. Math. 9. Ad hæc vt contritis corde mederetur per Euangelij prædicationem & finem actionum suarum omnium sibi constitueret, salutem hominum, qui a Deo secessionem facta in scelerum lacunis, & errorum Labyrinthis oberrabant. Ad hunc modum Apostolos olim misit Christus, quos in istis exequendis fidelissimos fuisse ipsorum conciones & epistolæ testantur. Simili ratione hodie etiam mittuntur ministri, qui fideles & legitimi non erunt, nisi in vnus Patris voluntatem intenti sint, quam ille in verbo suo reuelat; peccatores in viam iustitiæ reuocent, afflictas conscientias pijs consolationibus reficiant, deniq; toti in eo sint, vt pro virilium omnium saluti consulant. Consultantur ergo hic personati illi Vicarij Christi & Apostolorum Dei Patris, sed suam voluntatem faciunt, dum pro suo arbitrio leges & tempora mutant (quod Daniel Antichristi opus fore prædixit) novos fidei articulos condunt, & salutis rationes quotidie nouas excogitant. Deinde non ad veram poenitentiam vocant peccatores, sed ad ludicras ceremonias & satisfactiones, in quibus ludum potius theatricum, quam poenitentiam veram citius depræhenderis.

Scopum verò hunc vnum sibi propositum habent, vt & ipsi in pretio habeantur, & homines pecunijs emungant, quæ ipsorum fastui & libidini possint sufficere: cuius rei imprimis euidentis argumentum est, quòd quas ipsi tulerunt leges, in magnatum gratiam & pecunia accepta dispensant, atq; mutant.

Author ministerij Ecclesiastici.

Matth. 28.

Ephes. 4.

2. Cor. 5.

Luc. 10.

Acto. 13. 10.

1er. 23.

Quomodo ministri mittantur.

Matth. 28.

Luca 24.

Marc. 16.

Acto. 13.

Quales ordinet Christus.

Exod. 4.

Iud. 4. 6. &c.
1. Sam. 9. 16.

Leuit. 1.

Psal. 51.

Ioel. 2.

Ioel. 15. 16.

Finis usus ministerij.

Tertio quales ordinet Christus hinc apparet: Nimirum spiritu Sancto donatos & instructos, quod oris proprii flatu docere voluit. Nec enim quisquam putare debet, flatum hunc fuisse Spiritum Sanctum, aut hunc in eo fuisse inclusum: sed voluit Dominus pro suo more promissionem suam symbolo externo confirmare: quo certè in præsentem nullum aliud conuenientius excogitari poterat. Alibi enim spiritus flatui & vento conferuntur, quod liberam & efficacem eius operationem significat, quæ in Euangelij predicatione sese potissimum exerit. Deinde proprio flatu hinc vitur Dominus, vt Spiritum Sanctum non patris modo, sed suum quoque Spiritum, adeoque sibi cõsubstantialem esse ostendat: Quod veteres quoque obseruauerunt, & inter hos D. Augustinus in primis, qui de Trinit. lib. 4. cap. 20. sic scribit: neque enim flatu ille corporeus cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore substantia Spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem, non tantum a patre, sed & a filio procedere Spiritum sanctum, &c. Admonet præterea vt toti ab eius ore pendeant, neque in ista sua legatione aliud proponant, quam quod ab ipso in mandatis accepterint. Quod Matth. vltimo clarius docet his verbis: Docere eos seruari omnia, quæ mandauit vobis. Pertinet hoc ipsum ad omnes ministros & olim Prophetas eadem legatione strictos fuisse scimus: quo minus ferendi sunt, qui hodie vel sui capitis figmenta vel aliorum traditionis ecclesijs obtrudere audent. At præcipuum huius loci caput est, Deum donis necessarijs eos instruere, quos ad res graues & arduas destinat. Factum hoc in Mose, quæ animi fortitudine, dicendi facultate & miraculorum virtute donauit, cum ad Pharaonem pro impetranda populi dimissione illum mittere decreuisset. Sic Iudices aliquos & postea Saulem atque Dauidem, cum prius agricolæ, agrones & vtiliones essent, heroicis donis instruxit, quando illos ad populi sui gubernacula vocabat. Item in Prophetis quoque factum fuisse, exempla Elizei, Isaia, Ieremæ & aliorum abunde docent. Minimè ergo terreri debent, si qui hodie ad functiones laboris & periculi plenas vocantur, siue illi viri politici sint, siue Ecclesiastici. Non deerit enim Dominus pijs eorum conatibus, qui fidele ipsi obsequium præstare student.

Porrò, quod Episcopi & horum suffraganei hodie ad Christi imitationem in eos sufflant, quos ad Ecclesiæ ministerium, vel potius ad Missificandum, canendum, vngendum & alia huius generis destinant, κακοζηλία modo id est, inepta & stulta æmulatio est, sed impia & sacrilega Christi illusio. Primo enim suum illum ritum ordinandi intra Sacramenta numerant, & priuata auctoritate Sacramentum instituunt absque Dei verbo, ex quo vno Sacramentorum auctoritas omnis dependet. Neque enim regulam aut ritum hoc loco Dominus præscripsit, quo deinceps Ecclesia in ministris ordinandis vtatur: neque hoc ita intellexerunt Apostoli, qui in ministris & pastoribus ordinandis sola manuum impositione ex veteri sacrificiorum ritu desumpta vsi sunt, vt Deo consecratos esse debere docerent, qui ad hoc officium destinantur. Isti vero belli homines non contenti Sacramentorum numerum quo ad reliqua ad septenarium vsque auxisse, hic nouum instituerunt, ex quo mox septem alia Sacramentula, vt olim Hydræ Lerneæ capita, pullularunt. Alijs enim ceremonijs Ostiarij initiantur, alijs Lectores, alijs item Exorcistæ, alijs Aculuthi, alijs rursus subdiaconi, alijs Diaconi, in Sacerdotibus verò noua planè rituum forma vsurpatur, in qua præcipuum est, quod suffraganei in eos sufflant, additis simul hisce Christi verbis: Accipite Spiritum Sanctum. Sibi ergo tantum tribuunt, vt cum suo anhelitu spiritum sanctum coniunctum esse, & se hunc quibus volunt conferre posse, videri velint. At hoc solius Dei opus esse omnes scripturæ prædicant. Est ergo intollerabilis illa audacia, qua non modo Christi imitatores esse volunt, verum etiam in eius locum sese substituunt, & diuinitatis partes sibi vendicant. Quam vero infeliciter hoc faciant, experientia docet, quando ferè indoctissimi & ineptissimi hominum, adhuc concubinarij, scortatores, Aleatores, Hellenes & adulteri fiunt, qui per illos consecrantur. Quia tamen ea est mundi cæcitas, vt hæc pauci obseruent, plerique verò inani & imaginario Ecclesiastici ordinis titulo sese decipi & seduci patiantur, non inutile est de his rudiores admoneri vt facilius sibi caueant.

Quartò finem & usum ministerij Dominus ostendit his verbis: Quorumcunque remiseritis peccata remittuntur eis: Quorumcunque retinueritis, retenta sunt. Consentium hæc Ihs, quæ Matth. 16. ad Petrum dixit: Tibi dabo clauis regni cœlorum: & quicquid ligaueris in terris, erit ligatum in cœlo: & quicquid solueris in terra erit solutum in cœlis. Clauium nomine potestas domus aut Urbis denotatur, & ideo œconomis claus

claves dantur, vrbium verò claves ijs offeruntur quos incolæ seu ciues suos victores aut dominos agnoscunt. Itaq; administratio nem regni sui discipulis hîc committit, & (vt Paulus ista interpretatur) eos mysteriorum salutis œconomos siue dispensatores constituit. Cum autem clauium Metaphora posceret, vt aperiendi & claudendi verbis eius expositione vteretur, soluendi & ligandi vocabulis vt maluit, quæ hoc loco per remittendi & retinendi verba interpretatur. Sic enim docet quàm infelix sit eorum conditio, quibus cœlum clauditur, id est, quorum peccata retinentur: quòd nimirum peccatorum vinculis ad sempiternas pœnas obstricti mancant, eò quod Christum faciunt, qui vt victos & captos in libertatem assereret, in mundum venit. Innuir etiam quàm felices & beati sint, quibus illa remittuntur, quando hoc nexu omnium miserimo soluti in libertatem filiorum Dei asseruntur, & Christi cohæredes fiunt.

Non debent autem hæc ita accipi, quasi in alicuius hominis potestate sit, vt pro suo arbitrio aliorum peccata vel retineat vel remittat. Quia enim legis author est Deus, solus hic quoq; ea remittere & condonare potest, quæ aduersus legem designantur: quod Pharisæos quoque intellexisse, Matth. cap. 9. testatur. Nouerant enim, quod Isa. 43. Deus clamat: Ego ego (id est, solus ego) ille ipse sum, qui deleo transgressiones tuas, idq; propter me. Sciebat præterea sanctos Patres non alibi, quàm apud Deum remissionem peccatorum quæsiuisse, cuius testimonia infinita vel vnicus Psalmorum liber exhibet. In Apocalypsi autem æternus Dei filius de seipso pronuntiat: Hæc dicit Sanctus & verax ille qui habet clauem Dauidis, qui aperit, & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Vocat autem clauem Dauidis eam, qua domus Dauidis referatur & clauditur, sub cuius nomine Ecclesiam vel regnum cœlorum intelligi omnes norunt, qui in scripturis mediocriter versati sunt. Ergo ex aliorum locorum collatione vera huius loci expositio petenda est. Audiatur vero ipse Christus, qui mandatum hoc apud Lucam sic interpretatur: ita scriptum est, & ita oportuit Christum pati, et resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in eius nomine pœnitentiam ac remissionem peccatorum apud omnes gentes. Et rursus iam discessurus ex hoc mundo (vt Marcus scribit) discipulis dixit: Profecti in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit seruabitur, Qui verò non crediderit condemnabitur. Per claves ergo non aliud quàm Ecclesiæ ministerium, & Euangelij prædicatio, debent intelligi, quæ pœnitentiam veram & peccatorum remissionem omnibus annuntiat, qui Christum fide vera amplectuntur: Iudicij autem & damnationis sententiam ijs intonat, qui illum contemnunt atq; explodunt. Itaq; non nuli ministerij ratione hæc de Apostolis pronuntiat, & dicuntur etiam hodie ministri peccata remittere, quando incredulis & contumacibus damnationem denuntiant. Et eadem verò retinere, quando incredulis & contumacibus damnationem denuntiant. Et hæc apud Deum in cœlis rata esse Dominus testatur, non quia ipsi ita volunt, sed quia sententia ista in æterno Dei decreto fundata sunt, cuius summam Ioannis Baptista hisce verbis comprehendit: Pater diligit Filium, & omnia dedit in manum eius: Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui verò non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Sicut supra cap. 3. dicitur.

Sunt hæc diligenter obseruanda propter Pontifices, qui clauium prætextu tyrannidem suam tuentur, qua Ecclesiam iam seculis aliquot oppresserunt. Vt enim se Petri successores esse clamant, ita claves regni cœlorum huic soli promissas & datas esse contendunt, quem ideo clauigerum pingunt, vt eum Ianum suum veteres Romani: & vt claves istas ex successione iure ad se pertinere euntant, in sua insignia illas retulerunt.

Ita verò cum impudenti temeritate incitiam suam produnt, dum non vident ideoque Matth. 16. fidei suæ confessionem omnium discipulorum nomine edidisse, præsentem locum conferunt, quo disertè ostenditur, discipulis simul omnibus datum esse, quod prius soli Petro, si verba nuda spectes promissum videri poterat. Et ut demus penes Romanos Pontifices claves illas regni cœlorum, & ligandi solvendiq; potestatem, aliquando fuisse, constat tamen his illos tam fœde & tyrannicè abusus esse, & hodie adhuc abuti, vt ex earum possessione merito & iure deijci debeant.

Psal. 6. 25. 32.

1^a Co.

Apo. 3.

Luc. 24.

Contra claves
Rom. Pontificum.

DIEI PASCHATOS GRATIARVM ACTIO

beant. Primo enim peccata finxerunt, quæ reuera nulla sunt, sicq; conscientias hominum vinculis nouis obstrinxere, de quibus soluendis potius cogitare debuissent. Deinde non in terris modo ligant & soluunt, verumetiam in vita hac defunctos tyrannidem exercent, quod vt aliquo prætextu possent facere, nouum orbem siue mundum inuenerunt, in suis recens inuentis fertiliorem, purgatorium scilicet, in quo animas pro vt ipsis libet detinent.

Itaq; vltra limites à Christo constitutos potestatem suam extendunt. Præterea non in eum finem clauibus suis vtuntur, vt ad Dei regnum & veræ Ecclesiæ consortium homines colligant, sed vt omnes suæ ditionis & iuris faciant. Ad hæc non in Christi nomine soluunt aut ligant, claudunt siue aperiunt, sed hoc omne partim pro pecunia faciunt, quæ maxima apud illos regina est, partim propter operum merita, quæ ferè in rebus ridiculis & nullius momenti constituunt. Quæ omnia cum fidei Christianæ legibus & Christi instituto repugnent, neminem illorum claues terrere, neq; aliquis fiduciam in illis aliam quam constituere debet. Adulterinæ enim sunt quodad veram Ecclesiam, neq; illis in Dei regnum penetratur, sed in occultos hominum thesauros, quos clauibus suis iam seculis aliquot recluserunt & insatiabili rapacitate diripuerunt.

Quare omissis illis agnoscamus, Euangelicæ doctrinæ autoritatem, quam in cœlis apud Deum ratam esse Christus testatur. Audiamus ergo illam attentis animis, auditæ credamus, & ita verè salutarem poenitentiam atque peccatorum remissionem consequemur in Iesu Christo Domino nostro: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DIEI PASCHATOS GRATIA rum actio & precatio.

Agimus tibi gratias Fili Dei Domine Iesu Christe, quod assumpsisti naturam humanam propter nos, factus es victima pro peccatis nostris, & deuicta morte reuixisti, vt sis perpetuo Rex & Sacerdos noster apud æternum patrem tuum. Precamur te supplices, laua nos tuo cruore, remitte nobis peccata nostra, extrahito nos è mortis pauoribus, inferito nos viuifica tuæ massæ, excita in nobis nouam & æternam vitam, renoua nos salutaris tuo statu: nostra etiam sepulchra munda ab omni spurcitiæ diabolorum, malorum ferpentum: Suscipe migrantes animas nostras in tuam manum, & sancti tui Angeli sint custodes nostrorum cinerum, donec corpora nostra ad beatam vitam resuscitabis, vbi regnum æternò tuo Patri trades, & diuinitatem in clara luce læti intuebimur, Amen.

ALIA PRECATIO DIE FAVSTIS- simo Christiani Paschatis.

De tua admiranda victoria, Resurrectione ex morte & glorioso regno Fili Dei dictum est: In die illa stabit radix Iessæ, vt sit signum populis, ad eum gentes confugient, & requies eius erit gloria. Tu es felicissima propago Dauidica, assumpsisti naturam humanam ex stirpe Dauidis: Sed fuisti tempore humiliationis tuæ virgultum in terra sitiens, eximia & diuina plantula, sed oppressa ærumnis: exaruit anima tua concussa ingentibus procellis ira Dei aduersus peccata hominum. Verum non fuit suffocata illa pulcherrima radix, quam diuina natura sustentabat. Stas eluctans ex media morte & dominans diuina potentia, vt tuum vexillum erigas, & tuos commilitones ex summis malis ereptos transferas in tuum regnum, quod prorsus dissimile est, triumphis & pompæ regum politicorum. Omnem fastum, potentiam & gloriam humanam mors claudit: Sed tua mors & requies est gloriosa: Tuum regnum & gloria post mortem incipit. O quam arcana & admiranda fuit tua requies Iesu Christe, nate Dei.

Fuit homo conditus vt esset augustum & sanctum templum, in quo esset perpetuum Sabbathum, in quo diuinitas quiesceret, implens hominem communicatione suorum bonorum, & lætans illa imagine sua. Sed hanc quietem & lætitiæ turbauit hostis Dei, diabolus, qui templum & Sabbathum profanauit & horribilem *ἀραξίαν* & profanitatē inuexit. Sed tu *FILI DEI* missus es ex sinu æterni patris tui, vt hoc Sabbathum denuo sanguine sancires. Ideo mirando modo die magni Sabbathi legalis tua massa humana, à qua anima verè fuit separata per mortem quieuit in sepulchro, & *λόγος* qui illam ipsam naturam, ne tunc quidem deseruit, carnem suam illo triduo non viuificauit, donec completo

completo ordine redemptionis reuixisti victor ad nouum Regnum, & reddis æternum Sabbathum & quietem omnibus ad te confugientibus. Tu *FILI DEI* nos etiam squalidos & immundos voca ad tuum illud sanctissimum festum, quod in hac vita te, summo pontifice præeunte & præcinente, inchoatur & consummabitur in omni æternitate, quando electi perpetuò comitabuntur agnum, quocumq; ierit. Indue nos veste festiua, vestimento iustitiæ tuæ & benedictionis, vt celebremus festum in azymis sinceritatis & veritatis.

Iam sunt anni 3094. (hoc anno 1585. post natum Christum) à primo Paschate, quod Israelitæ exituri ex Aegypto celebrârunt. Tot annos continua serie seruasti tuam Ecclesiam. Seruabis igitur eam etiam deinceps, etsi magna diabolorum & hominum est rabies. Vt autem illos tuos conuiuas & viatores vescentes agno texisti, & interea migrans per Aegyptum omnia primogenita iusto tuo iudicio iugulasti. Ita nuato nos, vt te vero agno veicamur in vera fide: Et serua nos inter istos fatales pœnas vltimæ ætatis mundi, quæ plectitur propter peccata horribiliter. Reliqua cadauera fuerunt damnata & abiecta: Sed tua victima grata est Deo, placat iram æterni patris, & manducatione tui, qui es agnus Dei tollens peccata mundi, redditur credentibus iustitia & vita. Resuscitat & viuificat tuam massam humanam λόγος, vt nobis insertis tuæ massæ per fidem, similis donetur vita, & vt mortificetur in nobis corpus peccati, & tu in nobis deinceps viuas & regnes.

Sit igitur nobis etiam tua requies gloriosa. Sumus formati ex gleba terrestri & post peccatum corpora nostra sunt destinata terræ: impios etiam terra in perpetuum retinebit, nec vnquam eos ex inferis ad tuam sedem eniti sinet. Sed tu postquam tua viuifica carne terram attigisti, fecisti eam leuem, ademisti illi omne pondus. Propter afflatum primi serpentis etiam cadauera humana saepe in phisicos serpentes mutantur. Et in sepulchro impiorum longè terrior est spurcitiis spiritualium Draconum & Serpentum, qui eos absorbuerunt, & in perpetua morte reinent. Verùm tu *FILI DEI* sepulchra tuorum piorum facis dulcia cubilia, procul inde fugas omnem immundiciem diabolicam, collocas in illas cameras, in illa camiteria sanctos tuos vigiles, castos tuos angelos, qui ad tuum monumentum excubabant. Illi pias animas deducunt in paradysum, commendant nos manui & sinui tui patris, beatos etiam cineres & exuias obseruant, quæ fuerunt, & rursum te redeunte, erunt spiritus sancti domicilium. Nos etiam ornato ista tua diuina gloria veræ agnitionis & inuocationis tui: adesto nobis in morte, suscipias migrantes animas nostras in tuam manum. Ostende illis tuam consolationem & lætitiã, donec in resurrectione generis humani electos coronabis gloria consummata, & nunquam desitura, quam ostendisti in spacio illorum quadraginta dierum, vbi fuit gustus, & idæa consuetudinis futuræ in vita cœlesti. Nullum fuit pulcrius seculum in genere humano, quàm ver illius anni, quando tu reuixisti ex morte, & simul tecum magna agmina sanctorum resuscitata sunt, sicut scriptura apertè quidem hoc, sed breuiter propter homines profanos significat. Familiariter tecum assederunt apud tuam dulcissimam matrem & pios Apostolos saepe totos dies sancti Patres & sanctæ matronæ Eua, Sara, Rachel, fuerunt suauissima colloquia de generis humani miserijs, de tuo beneficio inenarrabili & gloria futuræ vitæ, cuius iam cernebatur exemplum. Tu nostra corda exuscita, vt vero desiderio hanc pulcherrimam societatem appetamus. Transferamus nos cogitatione hisce diebus ad illos sanctos collocutores, audiamus & discamus, tuam sapientiam monstratam in verbo: In hac vita tua Ecclesia est in tenebris, est in miserijs. Homines sunt occupati in obseruatione externorum rituum, sicut piæ mulieres, volun vngere tuum cadauer. Sæpe ærumnosa tua Ecclesia dulci tuo conspectu orbata esse videtur, & hoc triste sonat: Tulerunt Dominum meum, & nescio quo posuerunt eum: Sed tu *FILI DEI* emenda in nobis naturalern caliginem, accende in nostra anima veros cultus interiores tibi placentes, & in afflictione te nobis ostendito, affare nos in calamitate hac suaui tua voce erigente mœstas animas: Noli flere, vt statuamus etiam in media morte te nobis esse præsentem, & reuiuiscences fruamur tua consuetudine in vita perpetua cum tuis electis,

Amen,

DIEI SECUNDI IN
DIE SECUNDO IN
PASCHATE, EVANGELIUM

LVC. XXI. III. CAP.

HOMILIA I.

Et ecce duo ex ijs ibant eo ipso die in vicu, distantē stadijs sexaginta ab Hierusalem, cui vico nomen est Emaus: & colloquebantur inter se de ijs omnibus, quæ euenerant. Et factum est dum colloquerentur, & se mutuò rogarent, ipse Iesus accessit, & una iter faciebat cum ipsis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Dixit autem eis: Qui sunt hi sermones, quos confertis inter vos ambulantes, & quid estis tetrico vultu? Respondens autem alter, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus aduena es in Hierusalem, & ignoras, quæ in ea facta sunt his diebus? Ipse verò dixit eis: Quæ? At illi dixerunt? Quæ facta sunt Iesu Nazareno, qui fuit Propheta, potens operibus & sermonibus coram Deo, & toto populo: Et quomodo eum tradiderunt principes Sacerdotum, & magistratus nostri, ut morti damnaretur, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus illum esse, qui redempturus esset Iſraelem. At qui præter hæc omnia tertium hunc diem agit hodie, ex quo hæc facta sunt. Sed & mulieres quadam ex nobis obstupescerunt nos, quæ diluculo venerunt ad monumentum: Et non inuento eius corpore venerunt, dicentes, se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam eorum, qui erant nobiscum, ad monumentum, & ita inuenerunt, prout mulieres dixerant, ipsum verò non viderunt.



Act. 1.

VONIAM IN RESURRECTIONE DOMINI NOTRI Iesu Christi, salutis nostræ complementum est, & eadem nostrorum quoque corporum resurrectionem argumento irrefragabili probat atque confirmat: non temerè factum putabimus, quòd Dominus: postquam à mortuis suscitatus est, non mox in cælos ascendit, sed per totos dies quadraginta cum discipulis suis conuersatus, se vero, & naturali suo corpore, quod ex Maria virgine assumpsit, & in quo passus erat, verè resurrexisse, multis apparitionibus, & argumentis evidentissimis, demonstravit. Multis enim confirmari oportuit eum articulum, qui & fidem nostram maximè confirmat, & præcipuum est ad vitam piè transigendam incitamentum. Quodad verò apparitiones illas Euangelistæ selectiores modo describunt, & alij quidem alias narrant, ut narrationibus eorum in vnum collatis & diligentius expensis in fide magis confirmemur. Inter omnes tamen non postremo loco collocari debet, cuius historiam Lucas in præsentì commemorare cœpit. Nam præter certissima sensuum experimenta, & scripturæ veteris testimonia, quibus & ipsius resurrectionis CHRISTI & corporis resuscitati veritas probatur, omnis generis afflectus & colloquia concurrunt, quibus totum hoc negotium illustra-

Illustratur, vt omnium hominum institutioni simul & consolationi mirificè seruiat. Finis ^{Tempus huius} & vsus omnium quæ dicuntur hic est, vt credamus, *IESVM CHRISTVM* eo ipso ^{actionis.} corpore, quo ex virgine natus, & in quo mortuus est, reuera resurrexisset, & sua morte atq; resurrectione omnia impleuisse, quæ in Lege & Prophetis olim prædicta fuerunt, & proinde verum atque vnicum esse humani generis Redemptorem.

Rursus autem temporis notationem expressam ponit Euangelista, & hæc eodem die facta esse dicit, cuius diluculo Christum resurrexisse, & mulieres sepulchrum vacuum inuenisse dixerat. Facit hoc ad declarandam Christi fidem, qui cum discipulorum suorum infirmitatem probè nossèt, noluit illos diutius suspensos tenere, sed eo ipso die certiores facere de eo, quod cognitu & creditu imprimis necessarium erat. Solet enim infirmitatis nostræ rationē habere Deus, & quia nos inter metū & spem semper fluctuare, adeoq; in aquis natantium similes esse nouit, subinde adminicula ipse nobis offert, quibus apprehensam fidem, iam iam subsidentem erigere, nosq; ipsos quati nouis viribus confirmare possimus. Exempla huius bonitatis multa passim occurrunt, & eandem in nobis ipsis quotidie experimur: Sed quæ nostri ingenij infelicitas est, non semper animaduertimus Dei manum, quam is nobis periclitantibus porrigit.

Porro diligentius describuntur personæ, quibus illo die Dominus apparuit. Fuerunt duo ex discipulis, non quidem ex duodecim Apostolorum, sed ex septuaginta illorum numero, de quibus supra cap. 10. dicitur. Alterius nomen postea exprimitur, Cleophas: vnde apparet eum ipsum fuisse, à quo Maria Cleopæ nomen accepit, quam Diuæ virginis sororem, Iacobi verò minoris & Iosis matrem fuisse, antè ex hoc nostro Euangelista primo die paschatis diximus. Alterius nomen taceretur: vt non absq; causas eorum audaciam admiremur, qui hunc olim vel Lucam, vel Nathanaëlem dicere ausi sunt. Vnde enim hoc acceperunt? aut quæ coniecturæ satis graues fingi possunt, quibus istud probent? Lucas certè in sui operis proæmio se ex eorum numero diuertè eximit, qui Christi, & rerum ab eo gestarum, testes oculati fuerunt. Quæ autem ratio iubet, vt hunc alterum Nathanaëlem potius, quàm Matthiam, aut Barnabam, aut quemuis alium ex Christi familiaribus fuisse dicamus: Desinant ergò ea curiosius inquirere pij, quæ Spiritus sanctus consultò tacuit. Nam vt illa ad salutem non sunt necessaria cognitu: ita *CHRISTI* causa, & fidei nostræ certitudo, non ab hominum autoritate pendet, sed æterna veritas *DEI* veritate nititur. Hoc potius in duobus istis obseruemus, tales fuisse, vt nihil minus de illis possumus suspicari, quàm quòd fabulam aliquam comminisci voluerint, qua Christi resurrectionem falsò aliquibus persuaderent. Vt enim in omnibus eorum dictis ingenua simplicitas, & omnis fraudis expers animus, apparet: ita relictis alijs discipulis in vrbe, ipsi Emmaütem proficiscuntur, oppidum, quod nullo vnquam Christi factu nobilitatum fuisse legimus: & illic pernoctaturi erat (vt suo loco audemus) nisi Christus præter omnem expectationem sese manifestans, ipsos consilium mutare coëgisset. Inter eundem verò colloquantur inter se de omnibus ijs, quæ euenerant circa Christi mortem, & quæ de eius resurrectione ex mulieribus audierant. Nec obiter modò colloquantur, sed conferunt suas sententias, seq; mutuo interrogant. Non ergo vulgare aut otiosum futit colloquium istud, qualia esse solent plerunq; eorum, quæ ab iter facientibus salandi temporis & leuandi tædij, causa instituuntur: sed serio salutis studio accensi, & sancto Christi amore ardentes fidem suam (quæ etsi iam perplexior fluctaret, minimè tamen extincta erat) colloquio illo, & pijs quæstionibus, fulcire, atq; fouere studuerunt: sicuti in ijs patebit, quæ mox sequentur.

Est igitur exemplum hoc pietatis non vulgare, quo docemur, quæ & qualia esse debeant Christianorū hominū colloquia omni tempore, maximè autè tunc, quando rebus ^{Colloquia pi-} afflictissimis, tota salutis spes collapsa esse videtur. Quàm .n. tristis tunc rerū facies fuerit, ^{orum qualia} & quàm grauius piorū fides tentata fuerit, quando Christum in cruce mori, & corpus ^{esse debeant.} eius sepulturæ mandari viderunt, nō opus est multis exponere. Veruntamē non potuit vel crudele illud spectaculū, vel tristis eiusdē recordatio istorū animos ita perterrefacere, quin pio colloquio se mutuo cōfirmarint, & de Christo honorificè locuti sunt, etsi nulla de eius regno spes reliqua esset. Debēt istos imitari, quicumq; in vera fide volunt progressus facere. Vt .n. sermo animi index est, ita eiusdē in hominū animis vel commouendis & mutandis magnæ vires sunt, & frequenter impijs colloquijs quorundam fidem euerti videmus, rursus

1. Cor. 15.

Coloss. 4.
3.

2. Petr. 3.

Christus de se
colloquenti-
bus adest.

Ioh. 20.

rursus autem pijs sermonibus eos confirmari, qui iam labescebant, & fidem prorsus ab-
teciſſe videbantur. Nec temerè Paulus Menandri versum dignum iudicauit, quem suis
scriptis infereret: Corruptum bonos mores colloquia praua. Et satis nota sunt, quæ
passim de oris & linguæ custodia in scripturis traduntur. Quibus idem Apostolus sub-
scribens monet, vt sermo noster sale conditus sit, cum prius in eadem epistola dixisset:
Sermo *CHRISTI* inhabitet in vobis opulenter cum omni sapientia docendo & com-
monendo vos mutuò, &c. Sed vti nam ista tam facile omnibus persuaderentur, quam
facile à nobis dicuntur. At ea est nostri seculi infelicitas, vt vnum hoc sufficere possit
ad arguendum impiam leuitatem multorum, qui se ab omni fide & religionis sensu alienis-
simos esse testantur. Quando enim res secundæ affluunt, sermonibus vanis,
spurcis, & obscœnis delectantur: & ea sæpè viri & mulieres in frequenti hominum co-
rona, & in conuiujs tam publicis quam priuatis proferunt, quæ in lenonibus quoq; &
scortis nimia videri poterant. Quid, quòd non sine impensis magnis aluntur Mimi &
scurræ, qui fabulis impudicis tædium temporis fallant apud eos, qui non nisi rebus serijs
& grauibus debebant occupari? Et apud principes viros in pretio sunt, qui magni esse
putantur eius rei artifices: adeò vt religionem quoq; ludibrio habere, & resurrectionem
mortuorum scurrilibus dictis exagitare, omnia denique impijs iocis in dubiù vocare pos-
sint, quæ de vita æterna, & nouissimo *CHRISTI* aduentu, aut mundi huius fine, di-
cuntur. Sunt hi illusores illi, quos nouissimis temporibus exorituros esse, Petrus præ-
dixit, & à quorum commercijs, vt præsentì aliqua peste, christiani homines abhorre-
re debebant. Taceo nunc libros fabulosos, quos hodiè in omnium ferè gentium linguis
leuissimi & impijsimi homines conscribunt, & in lucem aduunt, vt toti mundo notum fiat,
quantum possint fabulando: eosq; vt lectu dignissimos, nobilissimis heroibus, & alijs
viris præstantibus, nuncupare audent. Regnat ea licentia apud nos imprimis, & viri ger-
mani, quos vel sola nominis patrij recordatio grauitatis admonere, & ad ea, quæ sunt
magis seria, excitare debebat: vt iam nihil de eo dicam, quòd planè turpissimum est, ex
ea terra, tam infelices & pudendos foetus prodire, quæ renascentem nouissimis hisce
temporibus nostris Euangelij lucem prima vidit, & ex qua salutiferi illius radij in omnes
gentes longè lateq; diffusi sunt. Vtinam verò vel hinc pedem sisteret impietas, & non la-
tius adhuc progressa maiori scelere nominis christiani professionem diffamaret. Sed
ijdem illi, qui dum pace & otio abundant, hac vanitate gaudent, mox si quid tristius ac-
cidit, & fidei causa periclitari videtur, in diris conuicia erumpunt, quibus & vniuersam
Christi doctrinam proscindunt, & eius præcones horribiliter obruunt. Ita certè tunc
resurrectionis huius tam lætæ tamq; gloriosæ obliuiscuntur, vt maiori impietate aduer-
sus Euangelij doctrinam linguas suas laxare non possent, si nihil vnquam de Christo &
regno eius audiissent. Sunt hi omnes christiani nominis maculæ, & Ecclesiarum la-
bes, ideoq; indigni, vt in ijs locis ferantur, in quibus Euangelicæ veritatis professores im-
penium habent. Et debebant in illis coercendis christiani magistratus semper grauis
illius sententiæ meminisse, qua Christus pronuntiat, de quouis verbo otioso rationem ali-
quando reddendam esse. Quid ergo de illis fiet, qui impia quoq; & horrendis blasphe-
mijs tyrgentia plenis buccis effundunt? Longè alia istorum mens, & alij longè sermones
fuerunt, quibus inter se collocuti sunt duo isti, quorum historiam Spiritus sanctus dignam
iudicauit, quæ scriptis mandaretur.

Sed & fructum eximium ex sua ista pietate retulerunt. Nam dum inter se collo-
quantur, seq; mutuo de rebus hisce grauibus & cognitu necessarijs interrogant, en ipse
IESVS ad eos accedit, & vna cum ipsis iter facit. Id verò alibi quoque factum fu-
isse constat, vt de resurrectione sua colloquentibus discipulis sese præsentem exhi-
buerit. Huc enim pertinent, quæ eodem vespere Hierosolymis facta sunt, & quod cum
Thoma & alio post factum esse Ioannes narrat. Fauet ergò piorum colloquijs Chri-
stus, quibus fidem suam testantur, aut saltem fouere student. Et qui suam præsentiam il-
lis pollicetur, qui in ipsius nomine conueniunt, ab illis abesse non potest, qui de rebus ad
gloriam suam pertinentibus inter se piè disserunt. Accedit ergò ad eos propius, & vna
cum eis iter facit, id est, gressus eorum, & omnes vitæ actiones atq; studia, dirigit suo Spi-
ritu, ne vel proprijs cupiditatibus, vel diaboli præstigijs decepti à via salutis exorbitent.
Sequitur ex eo benedictio *DEI* vera, cuius ille Mediator est, & quæ totam hominis felici-
tatem compræhendit, tam in hoc præsentì quam futuro seculo. Vides ergo non mirum
esse,

esse, quod maior pars hominum hodiè infelix est, quod cœcis consilijs potentissimi Reges seducuntur, respub. in summis difficultatibus versantur, multi priuatim in Labyrinthis inextricabilibus oberrant, quod deniq; totus terrarum orbis seditionibus & bellis tam exteris quam ciuilibus turbatur. Quid enim aliud fiat, quando Christum Iesum pauci quaerunt, nulli ad se alliciunt, multi verò impijs sermonibus, vanissimis dicerijs, & obscœnis cantibus, adhæc morum improbitate & sceleribus, procul arcent? Corrigantur ista, imò prorsus è medio auferantur, & mox illum nobis appropinquare videbimus.

Non debet autem hîc oscitanter præteriri, quod additur: Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Nam licet à suis nunquam absit Dominus, non tamen semper ita sese offert, vt ipsius gratiam aut bonitatem sensibus suis percipere possint: sed vt olim Iosephus fratribus sese cum minaci potentia ostendebat, & eosdem durioribus verbis compellebat, vt patrem suum esse nequaquam agnoscere possent: ita frequenter Christus nobis alius apparet, quam reuera sit: non quod simulatorem aut hypocritam agat, sed quod ira meretur nostra vitiositas, quam interdum minis perterrefieri, aut disciplina seueriori coerceri, & in ordinem redigi, oportet. Tunc ergò peregrinam iudicis personam ille induit, & intra conscientias nostras nobis terrores excitat, quibus sensus nostri ita percipiuntur, vt latentem sub iustæ seueritatis specie bonitatem videre non possint. Vt autem Iosephus tandem fratribus sese manifestauit, & in dulces quoq; lachrymas solutus est, dum illos tenerrimo amore complectebatur (quando nimirum meliores, & patris sui obseruantes factos esse videbat) ita nobis quoq; Christus deposito iudicis habitu, se propitium & plus quam fratrem offert, quando nos suarum promissionum non omninò immemores esse, & Patris sui amore atq; studio sincero teneri, cernit. Nemo igitur de eius bonitate facile desperet, sed quamuis ille à nobis alienus esse, adeoq; peregrinari videatur, constantes tamen simus in fidei professione, & curemus, vt hûic vita atque mores nostri, respondant: tunc enim nobis ille propius innotescet.

Porro continetur etiã hoc loco certũ atq; euident argumentũ, quo illũ vero suo corpore resurrexisset, & post resurrectionem naturales corporis proprietates retinuisse probatur, vel potius demonstratur ita, vt sensibus quoq; percipi possit. Nam colloquentibus discipulis ad eos accessisse dicitur. Non ergò repente aut subito apparuit (vt interdum spertra solent) vt vidè nam venisset illi nescirent: sed eum venire, & ad ipsos accedere viderunt. Deinde iter cum illis fecit, & inter eundem cum eis locutus est. Ista verò motum ex loco in locum ita disertè exprimunt, vt portento simile sit, olim aliquos fuisse, & hodiè etiam inueniri, qui vt corporis eius veritatem negant, ita hoc imprimis agunt magna contentione, vt illud neq; loco certo contineri, neq; ex loco in locum moueri, euincant. Fingunt illi æconomiam siue dispensationem quandam, qua hîc & alibi post resurrectionem usus sit. Pudet nimirum eos, si quid eum simulauisse dicant: quia simulatio ferè cum mendacio coniuncta est. Atqui quam ei tribuunt dispensationem ego à simulatione nihil abesse video. Aut enim verè ista fecit Dominus, & vero suo corpore verè iter ingressus est, aut falso, si verè ambulauit, vero corpore ambulauerit oportet, & idem suum motum habuit. Quod si quid simulanter hîc factum est, falsò factum est, & proinde corporis quoq; resurrectionis, quam hoc argumento demonstrare voluit, in dubium veniet.

Obijciunt illi: At non agnouerunt Christum discipuli isti duo: Ergo non is fuit, qui antea fuerat, quò ad corporis formam atque essentiã. Ego verò consequentiã istã nego, & non falsam modò, sed tã futile, tam stultã, tam ineptã & ridiculã esse dico, vt pueros eius pueros, qui prius nobis notissimi & familiarissimi fuerunt. Quis autè ex eo colligit, illos in alia corpora esse mutatos, aut corporis sui naturã exuisse? Sed non opus est multa response, quando ipse Lucas hûc nodũ felicissimè soluit, & ne quis ex eo, quod dictũ erat, tale quid colligeret, mox addit: Oculi autè eorum tenebantur, ne eũ agnoscerent. Non ergò discipuli non agnouerunt, sed quòd eorũ oculi detinerentur: occulta nimirũ Dei virtute, qui acie illorũ ad tempus hebetare & restringere voluit, ne illum discernere aut agnoscere possent. Et mirũ est hoc à quibusdã nõ obseruari, cũ huius generis exẽpla plura in scripturis occurrant. Quis enim nescit, Sodomæos olim ab ægelis percussos fuisse, vt domũ Loti & eius fores non possent inuenire? Et Syros ab Elisæo simili miraculo delusos esse scimus, vt quãuis oculorũ usum haberet, tamè neq; ipsum Elisæũ, hominẽ ab alijs multis eorum notissimũ, neque

Christus non fuit agnitus.

Genes. 42.

Genes. 45.

Resurrectionis Christi argumentum.

Nihil corpori derogat ignorantia discipulorum.

Genes. 19.

2. Reg. 6.

neq; Samariam agnoscerent, sed in urbem hostilem sese duci paterentur. Quin & D. Athanasium non semel simili miraculo militum manus euasisse, historia Ecclesiastica testatur, qui ad ipsum capiendum mittebantur. Sed ut in Christi exemplo insistamus, si ideo eum non agnouerunt discipuli, quod corporis veritatem exuisset, quid respondebimus ad id, quod in horto ad montem oliueti factum fuit, priusquam ille corpore suo esset clarificatus? Nonne enim tunc quoq; neq; à sacerdotum seruis, neq; à militibus, imò ne à Iuda quidem agnitus fuit, qui tamen omnes eo consilio venerant, ut ipsum comprehenderent? Num verò tunc quoq; corpus verum illum habuisse negabimus? Absit. Nam si illud non habuit, ne captus quidem verè, nec verè mortuus fuit: & sic tota humani generis redemptio nobis perierit. Quid ergò restat, quàm ut in Christi quidem corpore mutationem nullam factam dicamus, quæ eius proprietates naturales absorberit, sed miraculo quodam oculos spectatorum impeditos fuisse, ut eum agnoscere non possent?

Ioan. 18.

Sensuum vis
ex Deo est.

Act. 17.

Continet autem præterea vtilem doctrinam locus iste, qua admonemur, sensus corporis vim suam ex DEO habere, adeò ut illis efficaciter nemo possit uti, nisi ita velit ille, qui eos dedit. Si enim (ut Paulus ait) in illo viuimus, mouemur & sumus, nihil utiq; sine illo possumus. Et ut DEI dona sunt visus, auditus, olfactus, gustus, tactus: ita DEI quoque beneficium est, quod iisdem rectè utimur. Cogentur hoc fateri, quotquot, quid ipsis & alijs hominibus quotidie accidat, paulò diligentius obseruauerint. Quoties enim fit, ut manente oculorum acie, visu tamen fallamur? quoties in vocum perceptione decipimur? quoties gustui nostrò amara videntur, quæ dulcissima sunt? Eadem est intellectus quoq; & rationis nostræ conditio. Nisi enim hanc continua sui Spiritus luce DEVS illuminet, in ijs etiam fallitur, quæ vel pueris nota sunt. Et hinc est, quod incerti rerum sæpè fiunt, seq; ipsos in retia inextricabilia implicant, qui hominum sapientissimi habentur. At si hoc nobis accidit ijs, quæ ad corpus spectant, & in his frequenter fallimur, quæ sensibus nostris exposita sunt, quid obsecro fiet, si in diuinorum & coelestium consideratione DEVS nos nostro arbitrio, & nostræ rationis siue prudentiæ consilijs, permittat? Hic certè cum primis necesse est, ut Dominus mentes nostras illuminet, rationem & intellectum nostrum suo Spiritu ducat. Nam nisi id fiat, non minus perniciosè, quam turpiter, errabimus. Animalis siquidem homo (ut Pauli verbis utar) non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI. Et exempla multa sunt, quæ satis docent, quàm infelices sint, qui in æternæ salutis causæ rationi & prudentiæ aliquid tribuunt, aut proprii arbitrij viribus confidunt. Hi enim etsi nomen Christi retineant, deq; eo multa honorificè, multa verè & piè dicant, eundem tamen non verè agnoscunt, & longè alium sibi fingunt, quam ipse reuera sit: quæ errorum turpissimorum præcipua causa est. Quia tamen de hac re sæpè aliàs diximus, nunc sufficiat ista breuius perstrinxisse.

1. Cor. 2.

Christus prior
alloquitur
discipulos.

Nunc IESVM CHRISTVM audiamus, qui cum ad istos vsque accessisset, prius eos alloquitur, dicens: Qui sunt hi sermones, quos confertis inter vos ambulantes? & qui estis terrico vultu? Quærit, quasi ipse ignarus sit omnium, ut se ipsis manifestandi occasionem commodiorem inueniat, explorata prius fidei ipsorum imbecillitate, cui simul mederi voluit. Ita ferè non vocatus quoque se spontè nobis doctorè & magistrum offert, quando vel per verbum suum nos compellat, vel animi aures Spiritu suo vellicat, ut de ijs incipiamus cogitare, quæ nobis necessaria sunt cognitu. At tunc nos etiam atq; etiam videre oportet, ne nostra contumacia aut proteruia illum reijciamus. Est præterea hoc præclarum humanitatis & affabilitatis exemplum, quod de rebus serijs colloquentes, & animi dolorem vultu non obscure teñentes, prior compellat, ita nimirum suam operam quasi offerens, si consilio suo siue auxilio uti velint. Est hoc verè caritatis officium, quod ad amicitias conciliandas & seruandas imprimis facit. Debent ergò CHRISTVM imitari, quotquot in aliquos incidunt, quos animo perturbatori, & rerum atq; consiliorum incertos esse vident. Meminerint tales sibi à DEO offerri, ut exercendæ caritatis materiam habeant, & ideo amicè eos compellent, & sua mœstis atq; dolentibus officia offerunt. Peccatur in hoc vehementer, à duris illis Demeis, & plus quàm Stoicis Zenonibus, qui surdis auribus, & siccis oculis, omnium gemitus & calamitates prætereunt, Leuitæ illius & Sacerdotis similes, de quibus in Samaritani parabola dominica 13. post Trinit. dicuntur.

At

Cleophas vera
omnem amicè
exponit.

At non minus obseruari debet discipulorum quoque istorum facilitas, qui neque responso dedignantur hominem ignotum, neque priuato dolori ita indulgent, ut illum abs se reijciant. Nam etiamsi Cleophas miretur, ipsum ea ignorare, quæ & recens facta erant, & omnium sermonibus terebantur, tamen quæstionem suam repetenti Domino amicè & diligenter rem exponit. Alius certe importunum dixisset eum, qui causas tristitiæ eorum vellet cognoscere. Alius etiam metu impeditus nolisset de causa, periculi plena, sermonem cum peregrino instituere, & fortassis suspectum habuisset. Sed superat omnes istas remoras sincerus Christi amor, quo isti ardebant, & merum omnem discutit fides, cuius scintillas ipsi hucusq; tam diligenter fouerant. Est apertè narratio ista Cleophas digna, cuius singulæ partes probè considerentur, quia veræ pietatis & fidei cum dubitatione luctantis egregium specimen exhibent.

Primum de quo inter se colloquantur, ostendit, & eundem magnificè describit. Quæ facta sunt (inquit) Iesu Nazareno, qui fuit Propheta, potens operibus, & sermonibus, coram Deo & toto populo. Ingenuè ergò Iesum hunc confitetur, quem plerisque exosum esse sciebat. Et quamuis Prophetam modò dicat, satis tamen euidenter eum à vulgarium Prophetarum numero eximit, quando eum non solum sermone & doctrina, verum etiam operibus potentem fuisse ait: nimirum ut ostendat eius doctrinæ coniunctâ fuisse virtutem diuinam, quæ & in illius factis miraculosis, & auditorum animis sese exerit. Et credibile est, Cleopham, ad Moïsis promissionem respexisse de magno illo Propheta, quem omnes audire debeant. Nam illum in *DEI* quoque conspectu potenter fuisse dicit, ne eius auctoritatem in vulgi indocti & stolidi admiratione collocet. Debet autem à nobis quoque talis agnosci Christus, ne in sola redemptione generis humani per illum facta hæreamus. Nam etsi illa nostræ salutis summa sit, nunquam tamen eius verè participes, aut Regno ipsius digni erimus, nisi (quod Pater cœlitus nobis mandauit) ipsum in Euangelio nobis loquentem audiamus, eidem credamus, & quam ipse nobis præscribit vitæ totius formam obseruemus. Ad hæc sibi proponant hanc Christi descriptionem omnes, qui in Ecclesiæ ministerio constituti sunt. Nam hos quoque in Ecclesiâ primitiua, Prophetas dictos fuisse, ex priori ad Corinth. epist. satis apparet. Etsi verò ad Christi perfectionem ipsi accedere non possint, curent tamen, ut dicendi facultatem habeant, nec obiter modò aures feriant, sed altiori tuba prædicationis in ipsas hominum mentes penetrent: adeo ut Christi in ipsis loquentis experimentum omnibus appareat. Coniungant cum doctrina, quæ reliqua sunt fidelis pastoris officia, ut sedulo pro omnium salute excubent, disciplinæ Christianæ vindices sint non ignaui, & imprimis ut doctrinam suam proprio exemplo confirmet. Neque illis tatis sit, si hominum & populæ applausu probentur, sed Deo placere studeant, cuius ministri sunt, & cui olim suæ functionis rationem reddere cogentur.

Secunda parte, quid cum Christo actum sit, Cleophas breuiter, sed patheticè admodum, exponit his verbis: Quomodo eum tradiderunt Principes Sacerdotum & magistratus nostri, ut mori damnaretur, & crucifixerunt eum. Paucis verbis rem indignissimam & iniustissimam comprehendit. Et huius autores facit summos Pontifices atq; magistratus, qui eum præfidi Romano tradiderint. Quàm verò periculosum fuerit hoc dicere, ex illis aestimare licet, quæ postea Apostolis acciderunt, cum eadem Hierosolymitanis præsumibus exprobrarent. Dicit tamen hoc Cleophas, quia pluris facit Christi gloriam, quàm mundum hunc & propriam vitam. Veruntamen in hac dicendi libertate imbecillitas fidei non obscure sese exerit. Nos autem sperabamus illum esse, qui redempturus esset Israël. Fuit ergo non nihil labefactata illorum fides, cum hoc sibi præter omnem expectationem accidisse fatentur. Cur autem præter expectationem? Quia Messias officium hucusq; ignorauerunt, & loco salutis æternæ regnum terrenum, atq; huius seculi felicitatem, sibi ipsi polliciti sunt. Est hæc omnium perniciosissima fidei remora, & hic ille scandali lapis est, ad quem pleiq; ludæorum grauissimè offenderunt. Elucet autem hic carnis ingenium: qua cum tota terrenis addicta sit, in Christo quoq; regnum, opes, honores, pacem, & pericula incidere sentiat, mox te deceptam quaerit. Et tanta huius erroris vis est, ut multorum ora & linguas ad conuicia laxet, quibus totam Euangelij doctrinam in pie profcindunt. Quod hodiè multis accidit, qui omnium, quæ aliquando audiuerunt, memoriam excutiunt.

Iesum apertè
fatetur &
prædicat.

Deut. 18.

1. Cor. 12.

Act. 20.

Iniquitatis accusat principes.

DIEI SECUNDI IN PASCHATE

Resurrectionis
argumenta
colligit.

Non tamen eò usq; progressam fuisse istorum infirmitatem, ex tertia orationis huius parte apparet. Nam colligit in ea Cleophas, omnia, quæ fidem resurrectionis erigere, aut quacunq; ratione confirmare poterant, dicens: Atqui præter hæc omnia tertium hunc diem agit hodie, ex quo hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nobis obstupescerunt nos, quæ diluculo venerunt ad monumentum: & non inuento eius corpore venerunt, dicentes, se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicant, eum vivere &c. Primum tertij diei mentionem facit, & ita non tam animi desiderium exprimit, cui omnis mora longa est, quam quòd verborum Christi recordatur, quæ Angeli mulieribus, & hæc discipulis, in mentem reuocauerat. Deinde etsi nondum firmiter credant, tamen non dissimulat, quid mulieribus acciderit, & quid eadem ex Angeli iussu discipulis renunciauerint, Ad dunt his nuntij istius confirmationem, quòd nimirum quidam ex discipulis eo excitati ad monumentum excurrerint, & ita inuenerint rem omnem, sicuti à mulieribus narrata fuerat. Fuit ergo in discipulis istis non parua fidei infirmitas, cuius exemplo admonemur, in sanctis etiam vitia esse, quæ & correctione & gratuita Dei misericordia opus habeant. Nam vt de alijs nunc nihil dicamus, quotus quisq; est, qui non dubitare interdum se sentiat, quando de huius seculi fine, de Christi nouissimo aduentu, de carnis resurrectione, & vita æterna diligentius cogitare incipit? Quid vero de securitate dicemus, quæ tacito pede obrepit, & mirifico astu nos decipit, quando nihil huius nobis euenturum putamus? Ac ne tunc toti succumbamus, proderit Dei promissiones frequentius in mentem reuocare, & quæ passim occurrunt fidei adminicula colligere, & vt in melius proficiamus, studere. Suspectum verò sit nobis, quicquid infelix caro suggerit, & ne huius rationes nos fallant, assiduis precibus Dominum Iesum Christum fatigemus, vt is fidem nostram suffulciat, infirmitati nostræ medeatur, & per omnia huius mundi obstacula ad beatæ immortalitatis portum deducat. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum Amen.

HOMILIA SECUNDA

Tum dixit eis: O amentes, & tardi corde ad credendum omnibus, quæ loquuti sunt Propheta. Nonne hæc oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam? Et exorsus à Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Appropinquarunt autem vico, in quem proficiscebantur, & ipse fingebat se longius ire: Sed ipsi adegerunt eum, dicentes: mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinauit dies. Ingressus est igitur, vt maneret cum eis. Et factum est, cum accubisset cum eis, sumpto pane, benedixit, & fractum dedit eis. Adaperiti sunt autem oculi eorum, & agnouerunt eum: Et ipse ablatu est ex conspectu eorum. Tum inter se dixerunt, Nonne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & cum aperiret nobis scripturas? Et surgentes eo ipso momento reuersi sunt Hierosolymam.



VIA DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS nobis à Patre non solum Redemptor, verumetiam Doctor & Magister datus est, totus in hoc vertatur, vt suos in eo articulo diligenter instituat, in quo salutis nostræ complementum habetur: Resurrectione nimirum, qua seipsum ex mortuis suscitauit, vt

uit, ut mortem deuictam, & huius aculeum, peccatum, prorsus sublatum esse doceret. Ad hunc scopum tota hæc historia pertinet, in qua se non obiter modo videndum præbuit, verumetiam omnem salutis nostræ rationem diligenter exposuit, eamq; scripturarum testimonij, illustravit, ut discipulorum infirmitati mederetur, de qua in besterno sermone diximus. Describitur autem hoc loco prima, quam ex mortuis rediuius habuit, concio: quæ eò diligentius audiri debet, quod multi hodie doctores sibi ex mortuis excitari cupiunt, per quos de futuri seculi statu, & omnibus cognitu necessarijs, erudiantur. Est enim insatiabilis nostræ carnis curiositas, & cum de cœlestibus semper dubitet, vn'iq; prætextus captat, quibus suam incredulitatem excuset. At vanissimum est, quicquid in eum finem adducitur, quasi incerta & dubia sit, quæ de tantis mysterijs traditur doctrina, vnus Christus abundè docet: qui vt prius è sinu patris ad nos descendit, vt huius voluntatem, & regnum cœlestis mysteria, annuntiaret: ita nunc à morte etiam redire, & per dies quadraginta cum discipulis de omnibus disserere, voluit, quæ ad salutis veræ & cœlestium mysteriorum cognitionem pertinent. Priusquam verò ad concionis huius expositionem accedamus, diligenter obseruari debet eius bonitas, & paterna planè facilitas, qui discipulos istos partim ignorantia Regni sui, partim fidei imperfectione laborantes, tam amice, tamq; fideliter instruere dignatus est. Ex eo enim communis consolatio peti debet, illum infirmos nequaquam abijcere, modò se dociles præbeant, & ex eorum numero sint, qui proficere cupiunt.

1. Cor. 15.

Prima Christi
resuscitati
concio.

Concionis argu-
mentum.

Orditur ab in-
crepatione.

Matth. 5.

Matth. 29.

Marc. 10.

Luc. 18.

Marc. 16.

Stulti sunt, qui
non credunt
scripturis.

Deut. 4.

1. Cor. 1.

Col. 2.

Propositio siue status totius orationis est, non debere ita turbari ipsos propter ea, quæ Christo nuper acciderint. Confirmatio autem à necessario petitur: quia hæc ita fieri oportuerit: id quod diligenti & proluxa demonstratione ex scripturis docuit. Exordium graue est, & duram increpationem continet. O amentes (inquit) & tardi corde ad credendum omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ: Videtur autem in suam legem peccasse, qua prohibet, ne quem fatuum aut stultum dicamus. Sed peccatum hîc nullum est, quia neq; odij affectu, neq; conuitiandi aut lædendi studio abreptus sic loquitur, & hic maxime fidi Doctoris officium facit. Merebantur enim duriolem increpationem, qui de eius resurrectione vel modicum dubitabant, de qua ille toties illos præmonerat. Inexcusabiles item erant, qui non plenam fidem habuerant mulieribus, quarum verba cum eius promissionibus per omnia conueniebant. Adhæc ea est ingenij humani contumacia, vt nisi acriori reprehensione excitentur, qui semel ad incredulitatem propendere cœperunt, subinde in peius proficiant. Ideo istos etiam acrius pungi necesse fuit: & quia hodie magis eorum numerus est, qui his longe deteriores cum Christo cuius nomen profitentur, plus quam scurriliter ludunt, & contradicendi occasiones vndequaue captant, nulla aduersus eos administratorum verbi vehementia nimia esse potest, sed multo acutius tales ferendi, & ceu præconis voce ad ipsius Dei tribunal citandi sunt, si forte animo perculsi de emendatione seriò cogitent.

Inprimis verò diligentem obseruationem meretur, quod non amentes modò aut stultos dicit, sed tardos etiam corde ad credendum omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ. Id enim per causæ redditionem addidisse videtur, vt intelligerent cur stultos dixisset. Ita verò in genere admonemur, reuera amentes esse & fatuos, quotquot scripturis non credunt. Etenim si stulticiæ non vulgaris argumentum est, si quis viro graui, & bene de se merito non credat, plus quam dementes & insani sunt, qui ipsi Deo in scripturis loquenti non fidem adhibent, quem nemo vnquam mendacij arguere potuit, & cui nos totos tam anima, quam corpore debemus. Vnde rursus sequitur, præcipuam & vnicam hominis sapientiam esse, scripturis credere & obedire. His enim vera rerum tam humanarum quam diuinarum cognitio, traditur, & hæc solæ eam rationem nobis monstrant, qua homo mortalis cum Deo immortalis coniungi & conciliari potest, in quo totus nostræ felicitatis cardo consistit. Quæ causa est, quod Moses olim Israëlitas solos gentem sapientem & intelligentem esse dixit: nimirum quod illis solus Deus suas leges & statuta sua credidisset. Et quam verè hæc omnia dicantur, facile parebit, si cum sacris scriptoribus philosophos gentium conferamus, qui cum mortalium sapientissimi haberentur, de Deo tamen & diuinis rebus tam ridicula, tam absurda, tamq; inepta tradiderunt, vt non temerè Paulus dixerit, eos in sua sapientia stultos factos esse. Quid, quod iisdem stultitia visa fuit prædicatio Euangelij, qua Christus traditur, in quo omnes thesauri scientiæ reconditi sunt, quique nobis à Deo Patre sapientia factus est? In humanis quoque vmbralem fuisse sapientiam

scientiam illam, cuius studium iidem illi professi sunt, vel vno hoc argumento constat, quod de Repub. multa quidem disseruerunt, nullus tamen vnquam repertus fuit, qui quam ipse animo conceperat Reipub. formam in aliquo populo constituere potuerit. Sed quia ista non sunt huius loci, nunc tenuisse sufficiat, nos tunc demum à stulticia & amen- tiaz vitio liberos fore, si scripturis credamus, & in his tradita vitæ præcepta obserue- mus.

Christum oportuit per crucem in gloriam ingredi.

Nunc in Christi verbis pergamus, qui rationem affert, cur turbari non debeant, & ait: Nonne hæc oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam? A necessario ar- gumentatur, quæ ratio apud generosos & fortes animos efficacissima est, & communi sensu nititur. Quid enim ineptius & stultius est, quam eo offendi, quod aliter fieri non potest? Cur item pius turberetur propter ea, quæ ex Dei consilio & certa cum ratione fiunt? Ut autem fortius animos eorum penetret, per interrogationem istud enuntiat: Nonne hæc oportuit pati Christum? &c. Vis argumenti præcipua in **CHRISTI** vocabulo la- tet, quo promissum & à Patribus diu expectatum humani generis Seruatorem significari, sæpè alias dictum est. Vult ergo dicere, hæc non potuisse aliter fieri, quia & ipse non aliter potuerit suum officium exequi, & regnum sibi destinatum obtinere. Et consulto gloriæ meminit, in quam ita ipsum ingredi oportuerit: vt huius excellentia ignominiam & scan- dalu crucis aboleat. Ita verò paucis verbis totâ humanæ salutis rationem, & regni Dei con- ditionem, quæ in scripturis prolixè traduntur, compræhendit. Erant enim omnes homi- nes peccatores, & propter peccatum morti æternæ obnoxij, salus ergo instaurari non pos- terat, nisi & peccata expiarentur, & mortis vires frangerentur. Quod cum nemo mor- talium præstare posset, Deus filium suum negotio huic tam arduo destinavit, qui in assum- pta carne vtrunque præstitit. Nam mortis suæ indignæ merito peccatum mundi sustulit, mortem verò resurrectione vicit, quam non multò post secuta est ascensio, qua quasi tri- umphum agens de peccato, morte, inferis, & ipso diabolo, in caelum subuectus est, vt, quam ex nobis assumpserat, carnem coelestis gloriæ participem faceret, & in se totum ge- nus mortale seruaret. Hæc nunc breuiter perstringimus, quia sæpius de illis diximus, & Christus ipse hæc paucis repetens, discipulos ad ea remittit, quæ multoties ex ipso audi- uerant.

Idem ad ereden- dentes pertinet

Ioan. 13.

In præsentem autem obseruemus, illum ista sic dicere de sua morte, vt simul gene- ralem doctrinam & consolationem compræhendat, qua nostram fidem in huius seculi afflictionibus, & extremo mortis certamine sustentemus. Si enim æternum Dei filium ista pati oportuit, neque alia via fuit, per quam quodam carnem assumptam in glo- riam suam ingrederetur, & quæ ad ipsum iure pertinebat hæreditatem adiret: quid de- nobis sperabimus, qui nisi ille nos pro suis agnoscat, toti perijmus? Non est seruus ma- ior hero suo, neq; decet vt discipuli fors melior sit, quam præceptoris sui. Si ergo Domi- nus & Magister noster in terris paupertatem, famem, nuditatem, labores, curas, infamiam sustinuit, si morte acerba & ignominiosa sublatus est, quid mirum aut insolens fuerit, si nobis quoque ista omnia eueniant? Quin potius iucundum nobis esse debet, tantum in cruce ferenda ducem sequi: quando certum est, nos gloriæ quoq; eius participes atq; co- hæredes fore, si afflictionum socij simus: & respondet planè hisce Christi verbis, quod Paulus de omnibus credentibus dicit, oportere ipsos per multas afflictiones ingredi in Regnum Dei.

Christi res cum scripturis veteribus conueniunt.

Porro quod vno verbo dixerat Dominus mox diligenti demonstratione ex veteris scripturæ testimonijs petita illustrauit. Nam à Mose exorsus inde omnes Prophetarum libros percurrit, & omnia interpretatus est, quæcumq; in illis de ipso habentur. Potuit hoc commodè fieri, quando & tempus sufficiebat ad eam rem, & cum ijs ipsi res erat, quibus satis esse poterat, si ea cum scripturis conuenire audirent, quorum ipsi fuerant spectatores. Est autem locus iste diligenter obseruandus, qui eo admonemur, cognitionem Christi veram atq; solidam non aliunde, quam ex veteris testamenti libris, petendam esse. Vide- rant quidem eius opera discipuli, eundem concionantem audierant, vinculorum item & mortis ipsius magna ex parte spectatores fuerant: non potuerunt tamen ista illis ad sa- lutarem eius cognitionem sufficere, quia finem eorum hucusque ignorauerant. Itaque noua demonstratione opus fuit, qua discerent, hæc ita fieri oportuisse. Eadem ho- die etiam est ratio. Exponunt quidem Euangelistæ Iesu Christi historiam, miracula si- mul & mortè describunt, resurrectione item narrant, & quæ eius conciones fuerint, docet. Quid

Quid verò ista proderunt, nisi intelligamus, ista omnia ex aeterno Dei decreto facta esse, & cum ijs omninò conuenire, quæ olim de promisso Redemptore & humani generis redemptione prædicta fuerunt? Vnde verò ista cognitio peti poterit, nisi ex Mose, qui mundi historiam ab ipsa origine rerum, & humani generis progressum, solus descripsit, & ex Prophetarum libris, quibus certa & perspicua de regno Christi in terris instaurando vaticinia continentur? In Mose certè promissio primis parentibus data habetur de semine mulieris, à quo caput serpentis conculcari oporteat. Postea idem illud Abrahamo promittitur, ex cuius stirpe aut posteritate sit nasciturum. Rationem verò omnem, qua semen illud promissum peccata expiare, mortem vincere, & salutem omnem nobis reparare debuit, postea in sacris Leuiticis Deus adumbravit, & quasi in tabulam depictam proposuit. Secuti sunt postea legis interpretes Prophetæ, qui mysteria ista clarius exposuerunt, & quæcunque Messias facere aut pati debebat, suis vaticinijs complexi sunt. Nisi ergo demonstraretur, ea, quæ Christus fecit, & quæ cum illo sunt facta, cum promissionibus illis antiquis, cum typis legalibus, & Prophetarum prædictionibus, conuenire, nunquam credere poterimus, nos in eius morte vitam, in eius resurrectione iusticiam, in eiusdem ascensione victoriam & regni cœlestis hæreditatem habituros esse. Locos scripturæ, quibus hæc demonstrari possunt, non opus est nunc excutere. Hi enim illas legendis passim occurrunt, & videtur Lucas consulto hoc solum dicere voluisse, quod suæ mortis & resurrectionis mysteria atque vsum Christus discipulis in Mose & Prophetis monstrauerit, vt nos ad horum lectionem excitaret, & illum legis finem esse doceret, quod Apostoli quoque vbique inculcant. Sunt hæc propter phanaticos illos diligentius obseruanda, qui veteris testamenti libros reijciunt, quasi nunc inutiles & superuacanei sint: neque vident, aut potius videre nolunt, se eadem opera Christianæ fidei fundamenta conuellere, qua tota in gratuitis Dei promissionibus consistit, quas ille Patribus olim dedit. Simul eorum quoque vanitas arguitur, qui religionem Christianam, & doctrinam de sola fide in Christum iustificante vt nuperam aut nouam damnant, cum nullum doctrinæ genus vetustius sit, nullum etiam testimonijs tam certis & solidis nitatur. Quis enim scriptor Mose vetustior inuenitur? quos item historicos dabimus, ex quibus certa temporum series, & rerum ab origine mundi gestarum ordo, colligi possit, si sacros libros è medio tollas? Qui verò Poëtæ, qui Philosophi digni sunt, vt cum Prophetis conferantur, quorum vaticinia tam certa tamque perspicua sunt, vt in plerisque locis non futura prædicere, sed res gestas narrare videri possint? Agnoscamus igitur hanc nostræ fidei dignitatem, & Deo grati simus, qui scripturas inter tam varios tamque horribiles totius orbis motus, atque regnorum mutationes, nobis seruaui, in hunc vsque diem, vt ex illis salutis nostræ rationem certam discere possimus, nosque ipsos in omnium tentationum certaminibus confirmare.

ROM. 10.

Sed reuertamur ad præsentem historiam, qua narratur, vt tandem seipsum discipulis istis manifestauerit Christus, qui hucusque, sub peregrini persona latuerat. Appropinquauerunt enim vico Emaunti, quo proficiscebantur, & vbi eo ventum fuit, se vltius iurum esse ille simulauit. Vbi non opus est rationes quarere, quibus eum à mendacij crimine liberemus. Nec enim quicquam huius illum dixisse scribitur: sed qui hucusque vt peregrinus aliquis comes itineris istis fuerat, nunc ipsis diuertere volentibus in cœpto itinere pergit, vt & fidem istorum exploret, & maiori desiderio eorum animos accendat. Et si omninò se ab illis discessurum dixisset, tamen ne sic quidem mendacij accusari posset, quando multa in scripturis dicuntur certa cum cõditione, etiamsi ea non semper exprimantur. Ita Niniuitis excidium intra dies quadraginta Deus per Ionam dehuntiat, neque mendax fuit, quia eiusmodi comminationes conditionem hanc coniunctam habent, quod per poenitentiam & seriam vitæ conversionem eas effugere liceat: sicuti Ieremiæ cap. 18. docemur. Sic in præsentem ab istis etiam discessisset Dominus, si nulla doctrinæ eius ratione habita, ipsum neglexissent, aut etiam (quod impij solent) ludibrio habuissent. Quia verò ipsum retinere cupiunt, & eo argumento fidei suæ, iam multò quam antea confirmatoris, ardorem testantur, cum illis mansit. Dicitur enim, quod ipsum adegerint, vt secum maneret. Id verò non de violenta coactione intelligi debet, sed quod precibus amicis, & idoneis rationibus, ipsum retinere studuerint, & ita seipsum Lucas exponit, quando eos dixisse scribit: Mane nobiscum, quoniam aduersperascit, & inclinauit dies.

Christus se vltius iurum simulat.

discipulorum
pietas & gra-
tudo.

Psal. 13.

Christus sese
cognoscendum
præbet.

Joan. 6.
Matth. 14.
Marc. 6.
Luc. 9.

Est autem hoc animi pij & grati indicium. Nam illos Christus amentes siue stultos dixerat, quod hominibus ambitiosis grauissimum conuiuium esse putatur. Adhæc fidei quoque tarditatem ipsis exprobaauerat, non quidem in rebus dubijs & insolitis (de quibus merito dubitatur) sed in ijs, de quibus certa extabant Mosis & Prophetarum ueritatis, quæ omnibus in ore erant, & de quibus toties ipse eos admonuerat. Poterat ergo importunus & insolens nimis uideri, qui peregrinus & ignotus talia diceret. Sed non offendunt ista eorum animos, qui nihil perinde in uotis habebant, quam ut suis rationibus fallerentur, quæ ipsos in fide remorabantur. Ideo iuuat eos tam fidei & liberi monitoris consuetudo, & ea amplius frui cupiunt. Unde apparet eos procul abfuisse ab eorum moribus, qui conuicia in se iaci, & iniuriam sibi fieri putant, si quando liberius accusentur, & monitoribus suis se asperos præbent, imò odia concipiunt, quibus eos pertinacissimè persequuntur. Imitemur ergo istorum pietatem, & imprimis quidem tunc huius exempli meminermus, quando à nobis quoque Dominus abiturus esse uidetur, dum tentationes immittit, quæ nos cum Dauide & Prophetis clamare cogunt: Quo usque Domine? Quo usque obliuisceris mei? quo usque faciem tuam abscondis? Tunc (inquam) fidei constantia & pijs precibus eum retinere studeamus, & rursus cum Dauide dicamus: Respice, responde mihi Domine Deus meus, illumina oculos meos, ne in morte obdormiam: Et ego tua bonitate nitentor, exultat cor meum tua salute, &c. Qui ita res suas instituunt, ij faciem omnino adiuuandum esse mox sentiunt eum, qui iam procul ab ipsis recessisse uidebatur.

Facit ad huius doctrinæ confirmationem, quod sequitur. Nam cum duobus istis diuertit Christus, ut cum ipsis maneat: nec solum cum illis diuertit, uerum etiam (quod totius actionis siue historiarum istius caput est) se illis manifestat, ut ipsum reuera à mortuis surrexisse intelligant, & in fide magis confirmentur. Id quando factum sit, his uerbis Lucas narrat: Et factum est, cum accubuisset cum eis, sumpto pane benedixit, & fractum dedit eis: Adaperiant autem oculi eorum, & agnouerunt eum, &c. Quod de benedictione & fractione panis dicitur, aliqui de cœna mystica exponunt, quasi huius actionem nunc repetierit: & hanc sententiam auidè arripiunt, qui sub una tantum specie communicandum esse contendunt. Nam hæc quoque solius panis mentionem fieri clamant, & ex eo dogma illud suum colligunt, quo altera species laicis (ita enim populum Christianum uocant) eripiunt. Sed nos potius ex eo, quod hæc dicitur, concludimus, eos perperam sentire, qui locum illum de cœna illa Eucharistica exponunt. Quia enim in illa panem & uinum Christus tradidit, & ut ex poculo isto omnes bibant, diserte præcepit, minimè credi debet, ipsum tam citò suum institutum mutare uoluisse. Sed oportet eiusmodi fulcris nitantur, qui ex suo capite ædificia extruunt, quæ nullis scripturarum testimonijs apertis probari. Itaque non aliud hæc factum esse putabimus, quam quod sæpè aliàs Dominus fecit. Constat enim ex alijs locis, hoc illi solenne & uisitatum fuisse, ut non nisi promissa benedictione, aut gratiarum actione, cibum sumeret. Et non male sentire mihi uidentur, qui illum peculiari & propria benedicendi forma usum fuisse dicunt, qua audita non alio consilio fecisse, rei euentus declarat. Nam mox adaperiti sunt oculi eorum, qui hucusque detenti fuerant, ut eum iam agnoscerent, quem peregrinum aut hospitem esse putauerant. Rursus autem oculorum fit mentio, ne quis in Christi corpore mutationem factam putet, quæ huius substantiam siue naturam mutauerit. Obseruauit hoc olim D. Hieronymus, qui ad Pammachium contra errores Iohannis Hierosolymitani inter alia sic scribit: Quomodo (inquies) non cognoscebant eum in itinere, si ipsum habebat corpus, quod antea habuit? Audi scripturam dicentem: Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et rursus: Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Nunquid alius fuit, quando non agnoscebatur, & alius, quando agnitus est? Certè vnus atque idem erat. Cognoscere ergo, & non cognoscere, oculorum erat, non eius, qui uidebatur: Licet & ipsius fuerit. Oculos enim eorum tenebat, ne se agnoscerent. Denique ut scias, errorem, qui uersabatur in medio, non corporis Domini, sed oculorum fuisse clausorum: Aperti sunt oculi eorum (inquit) & cognouerunt eum.

Hæc Hieronimi sunt, quæ ideo adduximus, ne quis nos noui dogmatis authores esse clamer, aut Christi maiestatem atque omnipotentiam negari dicat, si eorum sententiæ non subscribimus, qui ex Christo nobis hodie Verrumnum aut Protheum quendam poëticum

poeticum fingunt, qui corpus habeat omnipræsens, nullis tamen sensibus compræ-
hensibile.

At dicunt illi, mox subijci: Sed ipse euanuit ab oculis eorum: Et ea locutione corpo-
ris conditionem longè aliam, quam nostra sit, denotari aiunt. At ego locutionem vete-
ris interpretis non damno, si sano sensu accipiatur, quem in loco supra adducto, D. Hie-
ronymus (qui versionis illius autor esse creditur) indicat, qui hoc omne Dei virtute, non
corporis natura, in aliam essentiam mutata, factum esse docet. Quod ab oculis repente
euanuit (inquit) virtutis Dei est, non vmbrae aut phantasmatis. Quod si aduersarij no-
stri euanescendi verbum proprio suo sensu vrgere velint, ego hanc cum religionis Chri-
stianæ principijs pugnare dico, quæ Christum verum corpus & assumpsisse, & post resur-
rectionem quoque reuiuissse docent, & proinde ad Græcam veritatem nobis recurrendum
esse qua Lucas hoc suum opus Evangelicum conscripsit. In ea autem sic legitur: καὶ εὐ-
δοῦς ἔειπεν αὐτῶν. Quæ verba illum non euanuisse, aut in nihilum redactum
sed inuisibilem factum fuisse docent. Id verò diuina virtute sic fieri potuit, vt corporis
naturam siue essentiam mutari nequaquam fuerit opus. Nec simplicitate ἀφαντεῖς, id est,
inuisibilem, aut inconspicuum dicit, sed ἀπὸ ὀφθαλμῶν: vt à discipulis illis non amplius visum
fuisse ostendat, cum quoad corporis naturam visibilis esset. Quid, quod eadem particu-
la discessum eius siue motum in locum alium non obscure innuit. Mirum autem est, ho-
mines alioqui non omninò stupidos, hinc nobis portenta quædam fingere, cum huius ge-
neris exempla in alijs quoque habeantur, de quorum corporibus nemo vnquam, dubitauit,
quasi non vera aut naturalia corpora habuerint. De Philippo in Eunuchi Aetiopis ab ipso
conuersi & baptizati historia Lucas noster scribit: Cum autem ascendisset ex aqua, spiritus
Domini rapuit Philippum, nec amplius vidit eum Eunuchus: pergebat itaque per viam
suam, Philippus autem inuentus est Azoti. En Eunuchus Philippus repente subductus,
siue ex eius conspectu ablati sunt, vt ei ἀφαντοῦν vel inuisibilis fuerit, qui tamen corpore
nequaquam mutatus, aut in alium conuersus fuit. & huc etiam referri commodè potest
quod de D. Athanasio Theodoretus scripsit, eum miraculose Sebastiani cuiusdam, quem
Constantinus ad ipsum capiendum miserat, manus euassisse, quamuis ille cum quinque milli-
bus militum templum circumdedisset, & cum multis ingressus, illum quam diligentissimè
quereret. Quod si hæc in hominibus facta sunt, num in Deo filio simile quid non potu-
it fieri, nisi corporis veri naturam exueret?

Quærat autem aliquis, cur tam cito à discipulis abierit, quam primum ab ipsis ag-
nitus fuit? Respondeo, quia, quod tunc voluit facere, confectum erat. Nam dubios
& intermetum atque spem fluctuantes consolari, iisdem crucis scandalum è medio au-
ferre, & de sua resurrectione, quam ex mulieribus paulò ante rescuerant, certos fa-
cere voluit. Ideo tam de hac quam de morte sua illis prolixè disseruit, vt hæc ita fieri
oportuisse non possunt amplius dubitare. Restabat ergo vnum hoc, vt quod iam fidei
intellectu didicerant, coram quoque viderent, & resurrectionis suæ testes fierent ocu-
lari. Aperit ergo illorum oculos, seque illis verè videndum atque cognoscendum
præbet.

Ne tamen pro carnis ingenio, quod nondum profus exuerant, terrenum quid a-
nimo conciperent, aut perpetuam corporis sui præsentiam sibi necessariam putarent, mox
se subducit, & ita eis occasionem præbet diligentius ruminandi ea, quæ in itinere ex
ipso audierant. Non ergo eis fraudi fuit subitus ille Christi discessus: & desiderio, quo
eos iam magis accenderat, non multo post satisfecit, quando eadem nocte denuò ab il-
lis visus est, & plura adhuc resurrectionis suæ argumenta protulit, vt in sequenti ser-
mone audiemus. Debet autem nostræ etiam institutioni seruire, quòd hinc factum est.
Ne videlicet terrenum quid posthac in Christo quæramus, & ne seruili supersticio-
ne hæreamus in corporis eius præsentia, quod olim officio suo in ara crucis probè
defunctum est. Id enim Christus postquam eius resurrectionem per dies quadra-
ginta abundè probauit, in cælos subiecit, eius autem loco Spiritum Sanctum nobis
dedit, qui & salutis nostræ arrhabo est, & efficaciter in nobis agit, quæ nobis porro neces-
saria sunt. Huius ergo virtute animati & adiuti, animos nostros in cælum attollamus, vt illic
Christo frui possimus ad vitam æternam. de corporis autem præsentia litigent, quibus fabula
esse

Vt Christus ex-
uanuisse dicat-
tur.

Act. 1.

Theodor. lib. 2.
Eccles. histo.
cap. 13.

Cur tam citò
à discipulis
abierit.

Act. 1. 2.
2. Cor. 1.

Se videtur, quod ille de nouissimi seculi impostoribus, supra capite decimo septimo dixit, qui ipsum certis in locis monstraturi sint, vide infra hom. 2. Dominica 25. post Trin.

• *Vi hac actione
discipuli fuerunt
affecti.*

Reliquum est vt videamus, quomodo tota hac actione discipuli isti affecti fuerint, & quam magnos breui tempore progressus in Christi schola fecerint. Vbi primum occurrit, quod non terrentur tam subita eius disparitione aut discessu, neque ignauo metu fatiscunt, sed memori mente ea recolunt, quæ in itinere illis dicta fuerunt, & quis tunc eis animus fuerit, ingenuè fatentur. Nonne (inquiunt) cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via, & cum aperiret nobis Scripturas? Ergo non aures modò eorum Christi verba demulserunt, sed in imos cordis recessus penetrarunt, vbi viuo sensu vim Spiritus percipere. Ardoris autem noui mentionem non temerè faciunt, quem tunc senserint, qui prius præ metu & dubitatione nimium frigebant. Est enim verbum *DEI* instar ignis, vt ipse apud Ieremiam testatur, & idè mirificos habet effectus, si quando intra animos rectè admissum fuerit. Nam carnis affectus excoquit, *DEI* amorem accendit, & totos feruidos facit in ijs, quæ ad eius cultum siue gloriam faciunt. At qui ignem illum in nobis excitet, solus *CHRISTVS* est. Docebant inter Iudæos Scribæ & Sacerdotes: sed nemo vnquam auditus est, qui cor suum ardere diceret. Ad Caiaphæ prunas Petrus calefieri voluit, sed per has tantum non extinctæ fuerunt, quæ adhuc latebant in frigenti corde fidei scintillæ, & ipse turpis abnegator factus est. At nostri illi *CHRISTVM* audiunt, & mox corda eorum flammæ concipiunt nouas, quibus omnis metus, omnis dubitatio, & quicquid carnis ratio hucusque dictauerat, procul expellitur. Probennt ergo sese ad huius exempli regulam, quorquot verbum audiunt, & eius studium profitentur. Nisi enim hoc in animos vsque descendat, nequicquam auditur. At si animis percipiatur, mox igneo ardore homines accendit, qui flammæ & lucem pietatis, per omnia eorum studia, & vitæ totius actiones diffundit. Quod ergo istas hodiè rationes videmus, ex eo est, quod plerique verbum non aliter audiunt, quàm illi, de quibus apud Ezechielem dicitur, quod ipsis cantilenæ instar fuerit. Taceo nunc eos, qui loco cœlestis illius ignis tartareas flammæ animis concipiunt, & odio verbi Dei atque administratorum eius accensi in proprium exitium ruunt. Sunt hæc deploratæ impietas iudicia: quare serijs & assiduis ad Deum precibus opus est, vt animos nostros veri illuminare, & sancto fidei ardore accendere dignetur, qui nos ad veræ pietatis officia animosos & intrepidus reddat, atq; actiones nostras gubernet.

• *Iere. 5.*

• *Ezech. 33.*

• *Redeunt subire
Hierosolymam.*

Hunc enim ignis istius effectum in illis etiam cernimus. Nam eo ipso momento surgentes reuersi sunt Hierosolymam: nimirum, vt quod viderant & audierant, discipulis reliquis annuntiarent. Atqui multa eos detinere poterant, vt saltem in crastinum vsq; rem differrent. Nam sub vesperum demum inclinante iam die diuerterant, quare non dubium est, quia iam noctis tenebræ exortæ fuerint, priusquam iter denud possent ingredi. Deinde horis aliquot ad illud conficiendum opus erat, vt ante noctem intemptam, aut certè concubiam, eò peruenire non poverint. Et credibile est, nocturnas profectioes non admodum tutas fuisse eo tempore, quando ad diem festum ingens ex omnibus locis hominum multitudo confluebat, inter quos multi ad seditiones plus satis propensi, pleriq; autem aperti hostes Christi erant. Sed nihil horum istos detinere potest, quò minus omni mora abrupta itineri sese committant. Pluris enim faciunt gloriam *DEI* & fratrum suorum salutem, quàm sua commoda: quod veræ fidei per caritatem agentis proprium est, sæpè iam diximus. Imitemur ergo istos, neq; nobis graue sit labores & pericula subire, quando de fratrum salute, & Iesu Christi gloria, agitur. Sunt enim hæc veræ pietatis officia, quibus ille vnice delectatur, & eadem dignis premijs remunerat, vt in sequentibus audiemus. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

• *Gal. 5.*

PRÆCATIO REVERENDI ET DOCTISSIMI VIRI, D. PHILIPPI MELANTH., DE ECCLESIA CHRISTI.
• *bene constitutis scholis harum regionum, optimè meriti, cuius memoria est in benedictione, desumpta ex hodierni Euangelij lectione.*

Christe

Christe veni auxilio miseris, sinemq; labori
 Impone, ad cœli collige regna tuos.
 Christe veni, præsensq; tuos tutare Clientes,
 Iudicij tempus scimus adesse tui.
 Christe veni, defende tuos, nec differ in annos,
 Cumq; ita sit visum, Christe venire, veni.
 Vespera iam venit, nobiscum Christe maneto,
 Extingui lucem ne patiare tuam.
 Tu noster Dominus, Tu noster es unicus hospes.
 Ergo tuum serua fortiter vsq; gregem.
 Machina cum mundi senio confecta tabescat,
 Appropera, ser opem, maxime Christe, tuis.

FERIA SECUNDA PASCHATOS, ALIA PRECATIO.

Fili Dei, qui docuisti infirmos Viatores Discipulos tuos: Mane etiã nobiscum Domine, quia
 aduesperascit. Serua Ecclesiã tuã in hac mundi senecta & caligine, & nos in ea doce: Me-
 dere nostrã imbecillitati. Auge nostrã fidẽ languidam. Da, vt etiam corda nostrã gaudeant, ac-
 censa viuifico igne tui Spiritus, vt simus heredes aeterna vita & gloria tua, & ex pulueribus
 terra resuscitati, tua dulcissima consuetudine cū tuis electis, in vita aeterna fruamur, Amen.

DIEI SECUNDI IN PASCHATE TERTIA
 precatio, Luc. 24.

Domine Iesu Christe Fili Dei viui, tibi toto pectore gratias agimus pro tuis beneficijs erga
 Ecclesiã, quod hanc massam nostrã induisti, factus in ea doreor pro peccatis hominũ, &
 reuixisti ad nouã & aternã vitã, vt perpetuò sis Sacerdos & rex noster: fac vt tuã misericor-
 diã grati celebremus, & efficiamur socij illius cœtus, cui te ostēdis, & quẽ de tuis beneficijs eru-
 dis. Familiariter ambulasti cū infirmis viatoribus Emaitis, qui in illa sua caligine & timidita-
 te inter illa sua somnia de regno politico, tamẽ de tua persona & officio, querulo sermone inter
 se colloquebantur. Huic disputationi te miscuisti, vt eorum infirmitati mederi possis. Nos etiã
 tuo Spiritu regis, vt amemus tuum verbum patet factum Ecclesiã. Sint tui Propheta, tui
 Apostoli nostri domestici cohabitatores: habitet tuus sermo inter nos in omni sapien-
 tia, cum vero intellectu tuã doctrina, eãq; vtamur ad adificationem piarum consci-
 entiarum, ad eruditionem, ad consolationem, ad accendendos pios motus inuocationis, rĩ-
 moris Dei, & patientia, non ad curiositatem, hypocrisis, & ad velandas impias cupiditates.
 Tu sis efficax per ministerium, & flecte corda nostrã ad veram assensionem. Emenda stulti-
 ciam nostrã imbecillis animã: mollito tuã presentia duritiẽ nostrã cordis. Fac vt pectora no-
 stra incensa tuo Spiritu ardeat sapientia & agnitione tuã voluntatis, vera cupiditate tuã glo-
 ria, vera dilectione, & omnibus sanctis motibus, tibi placentibus. Tu es Rex & aeterni tui Pa-
 tris, tu sis etiam noster interpret, Serua puritatẽ tuã doctrina, fors in ministerio, & intus in
 corde loquere sapientiã Euangelij, prolatã per te ex sinu aeterni Patris tui, & traditã in scrip-
 turis Moysis, Prophetarũ, & Apostolorũ. Inuato, vt te primũ & unicum scopũ in sacris libris in-
 ueniamus, & intuamur, intelligamus illam arcanã sapientiã ignotã omnibus creaturis de tua
 missione, humiliatione, & exaltatiõẽ ad gloriosum regnũ. Spiritus sanctus ex tuis docilibus au-
 ditibus sonuit hanc precatioẽ, accommodatã huic vltima & delira mundi senecta, in quam
 nos incidimus. Imitatur itaq; toto pectore hãc ardentẽ vocẽ: Mane nobiscũ Domine, quia ad-
 uesperascit, & inclinata est dies. Te expirante in cruce sol, in medio die, subito contra ordinẽ
 nature, splendorem suum amisit, & tristes tenebrã mundum oppresserunt. Tremuit terra, dis-
 siliunt scopuli, tota natura luctum suum testante. Talis est facies postremi temporis, quod
 proxime tuum aduentum ad iudicium antecedit. Oppressus est mundus caligine densa, & hor-
 ribili: sunt constituta contra tuã gloriam magna imperia, quã tibi audacissimẽ & impu-
 denter maledicunt, quã tua beneficia, tuum cruorem, terra blasphemia derident, & terribili
 potentia agnitionem veram, & inuocationem tui, in genere humano delere conantur. Impen-
 det finis Monarchijs & Rebuspub. Tristes in imperijs sunt confusiones, graues seruantur
 & vagantur calamitates, infinita pœna nostrorum peccatorum. Natura rerum fessa,
 & defatigata propter hominum ingratiudinem, & contemptum tui, genuit vnã cum
 tuis electis, & desiderat liberationem ex tantis malis. Audi igitur preces, quã in
 cordibus

DIEI TERTII IN PASCHATE

cordibus tuorum, Spiritus, gemitibus inenarrabilibus, ad te sonat: Mane nobiscum Domine, iam venit vespera, ingruit caligo, mundus est Epicurus: sed tu, qui es Sol iustitie, ne sinas extingui tuam lucem in nobis, Serua tuam veritatem aduersus omnem potentiam diabolorum, luceto in animis nostris. Vre corda nostra igne tui luminis, & non patiaris nos opprimi Epicuris, & blasphemis tenebris. Fac ut diem tuum continuo videamus, & toto pectore propter tuam presentiam latemur. Emigremus te pralucente ex hoc loco caliginoso, & transeramus in veram & novam lucem, quam cupide appetimus, non secus ac miseri viatores, in longis & caliginosis hybernis noctibus, ante diem in locis ignotis oberrantes magno cum desiderio auroram & lucem expectant. Ibi postquam hoc onus caliginum, dubitationum, & pravorum affectuum, deposuimus, intuebamur te in claro lumine, de facie ad faciem. Mane igitur nobiscum, sicut sedisti in hospitio ad tuos amicos conuictores. Frange nobis tuum panem, agnoscamus te ex fractione, ex communicatione tui & tuorum beneficiorum, & aperiam oculos nostros, ut semper te cernamus, conferamus nos, & maneamus in illo agmine, quod tuam resurrectionem pradicat, in quo inchoatur ver illius aurea aetatis, qua in tua consuetudine semper est futura Amen.

DIE TERTIO IN PASCHATE, EVANGELIUM

LVC. XXIII. CAP.

HOMILIA I.

Et inuenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum ipsis erant, dicentes: Surrexit Dominus verè, & conspectus est Simoni. Tum ipsi exposuerunt, quae gesta erant in via, & ut fuerat agnitus ab ipsis in fractione panis. Hac autem ipsis loquentibus, stetit ipse Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Territi verò illi, & expauesciti, putabant, se spiritum conspiciere. Tum dixit eis: Quid turbati estis, & quare disceptationes ascendunt in cordibus vestris? Videte manus meas, & pedes meos: Nam ego ipse sum. Contrectate me, & videte: Nam spiritus carnem & ossa non habet, pro ut me conspiciatis habere. Et cum hac dixisset, ostendit eis manus ac pedes. Adhuc autem ipsis non credentibus praegaudio, & mirantibus dixit eis: Habetis hic esculentum aliquid? Tum ipsi dederunt ei partem piscis assi, & aliquid ex fauo apiario. Et cum accepisset, in conspectu eorum comedit.



NONIAM HOMINI NIHIL TERRIBILIVS EST morte, & huius metu multi saepe in fidei & charitatis leges peccant, non tam utile quam necessarium est, ut in resurrectionis meditatione diligenter verseremur, quae ut sanctorum omnium latissima spes fuit, ita mortis terrores solamitigare & depellere potest. Quia autem huius fundamentum est Christi resurrectionis, hanc nobis certo constare oportet. Ideo ille multa huius indicia discipulis exhibuit, inter quae praeter alijs memoratu digna est historia duorum discipulorum, quam hucusque tractauimus. In illis enim non solum Christi bonitas atque facilitas apparet, verum etiam fidei cum carnis dubitationibus luctantis exemplum proponitur, quo docemur, ut illa tandem Dei spiritu adiuta omnibus obstaculis superior fiat. Qui enim prius animis perplexi & rerum incerti erant, mox ubi se illis Christus manifestavit novis viribus confirmati, testes quoque eorum fieri cupiunt, de quibus paulo ante dubitarent. Nam ut in priori homilia dictum est, per noctis tenebras non

non sine labore & periculo in urbem festinant, ut nuntium istud lætum ferant discipulis, quos adhuc incertos inter spem & metum fluctuare arbitrabantur. Sequitur quis huius studij ipsorum fructus fuerit, & quibus præmijs illos Dominus remuneraverit.

Occurrit inter hæc primum, quod undecim Apostolos cum reliquis suis familiaribus simul congregatos inveniunt, qui ipsis dicunt: Surrexit Dominus verè, & conspectus est Simoni. Ergo qui, ut Christi resurrectionem alijs annuntiarent, venerant, nouum huius testimonium ex illis audiunt, quo in sua fide magis confirmantur. Et sanè non vulgare, sed dulcissimæ consolationis plenū fuit, quod Simoni Petro inter primos sese videndū exhibuit Christus, qui propter turpā eius abnegationē dignissimus videri poterat qui prorsus negligenter. Vicissim verò duo isti alijs quoque consolationē adhibent, dum ex ordine exponunt, quid in via cum ipsis ille egerit, quid locutus sit, & ut tandem ipsa ex fractione panis agnouerint. Est hoc piorum officium, ut mutuis consolationibus sese confirment, & ita quisque in commune deponat, si quid habet, quod aliorum ædificationi possit seruire. Ita Paulus Romanos fratres visere cupiebat, ut & illis donum aliquod spirituale impertiretur, & vicissim ex ipsis consolationem caperet. Et qui ira affecti sunt, eorum studia Deus irrita fieri, aut inutilia, siue infrugifera esse, non sinit. Nam ad illos promissio pertinet: Omnis qui habet, dabitur. Et hæc vsura illa est verè Christiana, qua & nobis ipsis, & alijs, adhæc ipsi Deo, fidelissimo remuneratori, fœneramur.

Accedit in præsentem alter fructus, quem duo illi, vnā cum reliquis Discipulis, ex suo studio perceperunt. Cum enim quæ ipsi viderant, exponunt, ea autem (ut in Marco cap. 16. est videre) nonnullis dubia esse videntur, en Christus in medio eorum constitit, & eos pro more salutauit, dicens: Pax vobis. Ita verò & verbis eorum fidem astruit, ne pro vanis & mendacibus habeantur, & seipsum non modò rediuuium illis sistit, sed omnem suæ meriti fructum amicè ac liberaliter eis offert: Pacem nimirum, sub qua Hebræi omnem incolumitatem hominis, quoad corpus & animam, compræhendunt. Latius tamen pax illa extenditur, quam CHRISTVS nobis acquisiuit. Quia enim nos cum Deo reconciliauit, in ipso pace Dei fruimur, quæ omnem intellectum superat: Eadem verò inter homines quoque pacis veræ & stabilis causa est: quia sub illo capite, ut eiusdem corporis membra, vniuntur, quotquot illum pro suo seruatore agnoscunt. Ut verò tunc sua resurrectionis testibus adfuit, & coram confirmauit ea, quæ ab illis dicebantur: Ita nunquam deerit illis, qui ei testimonium fidele perhibent. Rident multi ea, quæ de toto humanæ salutatis negotio dicuntur, imprimis fabulam purat infelix mundus, si quis mortuos olim resurrecturos, & CHRISTVM ad iudicium venturum esse dicat: Sed non est, ut ista dissumulemus, ne nostra existimatio in periculum veniat. Sæpe enim impij isti illusores in hoc seculo Christi, conscientias eorum compellantis, testimonio conuincuntur: Et quàmuis id non omnibus accidat, olim tamen inuitis illis veniet ipse in nubibus cœli, & suis quidem optatam pacem, plenamque redemptionem, afferet, Impios autem, diris terroribus absorptos, ad Tartara detru-

det. Est autem hoc loco admodum memorabile, quod de Discipulis dicitur, quod nimirum, post certa resurrectionis CHRISTI testimonia, adhuc dubitant, & ne proprijs quidem oculis fidem habent. Nam cum illum coram viderent, & solita voce loquentem audirent, territi & expauesfacti, putant se Spiritum conspicerent. Solet hoc frequenter accidere ijs, quibus aliquid præter omnem expectationem occurrit. Tanta enim est nostrorum sensuum infirmitas, ut, quæ eius generis sunt, non modò admirationem pariant, quæ nos rerum incertos facit, verum etiam exanimes interdum reddant: Neque id dolor solus facit, sed gaudij quoque eundem affectum esse constat. Exemplo sunt in Romana historia duæ matres, quæ, cum totam urbem infelix cladis ad Trasimenum lacum acceptæ nuntium perterrefecisset, præ lætitiâ, spiritu intercluso, extinctæ sunt: Vna quidem in filij sospitis complexu, cui ad portam obuiam facta fuerat: Altera verò, cum, quem domi sedens ut occisum iugebat, subito in conspectum venire vidit. Quid ergo mirum est, si in re omnium maxima Apostoli exempla diligenter obseruare, ut minus tribuamus nostris viribus, quarum tanta est inbecillitas: Deum autem assiduis precibus fatigemus, ut ipse animos nostros illuminare, & sensus confirmare, dignetur, ne in veri cognitione aberrant.

Quid

Discipuli se
mutuo confir-
mant.

Rom. 15.

Matth. 25.

Luc. 19.

Christus con-
suetam resurre-
ctionis testi-
monium confir-
mat.

Philip. 4.

Psal. 14.

Discipulorum
infirmitas.

De spirituum
apparitioni-
bus.

Matth. 14.

Hebr. 1.

Matth. 18.

Act. 12.

1. Petr. 5.

Rom. 8.

Quid verò Discipulos terruit, cum nihil perinde optarant, quam Christum ex mortuis sibi reddi? Putabant (inquit Lucas) se Spiritum conspicerere. Idem ergo hic passus sunt, quod apud Matthæum, quando illum aquis inambulanti cernentes exclamârunt, quòd phantasma aut spectrum esse putarent. Est enim vetus admodum de spiritibus, qui vel hominibus conuersentur, vel illorum loco appareant, opinio, quam apud gentes quoq; locum habuisse, apud Platonem, & alios authores, inuenitur. Vocârunt hi genios, & singulis duos tribuerunt, bonum videlicet & malum. Originem duxit hæc doctrina ex sacris literis, quæ Angelos frequenter olim visibili quoq; specie hominibus apparuisse, & ipsæ eorum agendarum Duces & tutores fuisse tradunt. Imò constat illos adhuc ministratores spiritus esse, qui, ministerij causa, mittuntur propter eos, qui hæredes erunt salutis. Adeoq; (vt David Psalm. 34. ait) Castra metari circa eos, qui Dominum timent. Sed & Christus paruulis suos Angelos tribuit, qui semper videant faciem Dei. Quæ sententia Christianos Hierosolymitanos mouit, vt, cum Petrum, quem illi adhuc catenis in carcere constrictum teneri putabant, ad ostium pulsare ancillula dixisset, Angelum eius hunc esse responderent.

Et de Angelis quidem bonis piè omnino sentiendum est: quia (vt aliàs data occasione monemus) horum consideratio ad vitæ innocentiam & consolationem in periculis grauioribus multum facit. Quòd autem Gentium sapientes singulis malum quoq; Genium siue Angelum (quos κακοδαίμονας vocant) attribuerunt, id verò à Christiana pietate & religione alienum est: Quæ Diabolum quidem instar Leonis rugientis circuire docet, & quærere, quos perdat: eundem verò nihil commercij habere cum ijs, qui Christo verè sunt insiti.

Sed alius adhuc error Gentes decepit perniciosior, quo animas defunctorum oberare, & conspici, crediderunt, Et credibile est multos Iudæorum in ea sententia fuisse, quando constat Pythagoricam illam παλιγγενεσίαν και μεταψύχωσιν, id est, animarum in alia corpora transmigrationem apud quosdam fidem inuenisse. Posteris certè temporibus inter Christianos homines error ille ita obtinuit, vt maximum ex eo quæstum fererint sacrificuli, qui animas aut incertas vagari, aut diris purgatorij ignis cruciatibus torqueri, docuerunt, donec Missarum sacris multoties repetitis redimantur. Quam impietatem cum alibi data occasione refutare soleamus, non opus est nunc de ea aliquid dicere. Quoad Apostolos enim, non tam crasse ignorantibus illi fuerunt, vt aliquid huius ipsis in mentem venerit, Spiritum tamen esse putauerunt eum, qui subito, & prius à nemine obseruatus in medio eorum consistebat. Nobis autem illorum infirmitas incitamento esse debet, vt maiori studio verbum Dei audiamus, quò minus erroneis opinionibus possimus seduci. Nec enim nimia esse potest aliqua institutio, quando in sanctissimis hominibus tam multa extant, quæ nostri ingenij corruptionem arguant.

Christus causa
sua incredulitatis
reprehendit.

Coetèrum, vt ijs, qui Deum diligunt, omnia adiumento sunt in bonum: Ita feliciter quoq; toti Ecclesiæ celsit hæc discipulorum infirmitas. Nam ex ea occasionem arripit Dominus de sua resurrectione, & corporis sui veritate dicendi, quam argumentis grauissimis asserit. Orditur autem ab increpatione graui, qua simul causas incredulitatis aut diffidentiae perstringit. Quid (inquit) turbati estis? & quare disceptationes ascendunt in cordibus vestris? Primum metum ignaum exprobrat, qui vt animos, ita sensus quoq; turbare solet. Exempla in re militari sæpè occurrunt, vbi qui timorem semel animo conceperunt, ita interdum visu falluntur, vt ouium greges, aut in imis vallibus surgentes nebulas, hostium exercitum esse putent: & ijdem frequenter strepitu foliorum cadentium terrentur, vt illum armorum crepitum esse sibi persuadeant. Et in præsentis timor obsticit, vt CHRISTVM discipuli non possent agnoscere, Deinde carnalis prudentiæ rationes in illis reprehendit, quæ causa erat, vt animis altercarent, & intra metum atque spem dubij penderent. Etenim vbi illis locus datur, mens neque veritatem intueri, neque hanc sibi oblatam amplecti potest. Et propriè admodum in hoc argumento ascendendi verbo Spiritus sanctus vtitur. Vt enim nebula ex terra ascendentes, Solis lucem obscurant: ita carnis cogitationes, si admittantur, rationem impediunt, vt verbi Dei lucem percipere non possit. Proest ergò, imò necesse est, illas excutere, & primis inijs obstat, ne apud nos locum habeant. Est autem hoc (vt hisce diebus monuimus) non contemnendum resurrectionis Christi testimonium, quòd eos reprehensione dignos ille putauit, qui de ea dubitauerunt, quamuis eã reuera factã esse totis animis expeterent. Quo

Quo autem supplicio digni erunt, qui dum nostrorum corporum resurrectionem scurriliter negant, illam quoque in dubium vocant? Sed audiamus, quibus argumentis se verò corpore surrexerint, Christus demonstret.

Propositio totius demonstrationis est: Ego ipse sum, id est, non sum Spiritus, siue spectrum, sed ille ipse Iesus, qui ex Maria virgine homo natus sum, qui in cruce mortuus, & sepulchro mandatus sum: ille ipse ergo ex mortuis resuscitatus meum corpus vobis siue. Id probat primum certa & diligenti corporis sui descriptione, quæ partium enumeratione constat. Nam vt Theodoretus annotauit, inter corporis humani propria præcipuum fere est, compositum esse. Nominat ergo Christus pedes & manus, carnem & ossa, sub quibus omnia alia membra atque partes compræhendit. Nam apud Ioannem cum Thoma loquens lateris quoque meminit. Nisi autem illum veras manus, & veros pedes, vera falsi accusabimus, imò impostorem fingamus oportet, qui præstigijs voluerit discipulorum sensibus imponere: denique euerfa & conuicta iacebit huius totius actionis propositio, qua se illum ipsum esse dicit, qui prius cum ipsis versatus fuerat. Possumus ergo argumentum ex verbis eius sic formare: Corpus verum est, quod constat carne & ossibus, venis, neruis, & sanguine, quod denique pedes habet & manus, atque reliqua membra necessaria: Corpus Christi resuscitatum ex carne & ossibus, venis, neruis, sanguine, constat, & membra habet eadem quæ prius. Ergo corpus est verum, neque suam substantiam, & proprietates naturales deposuit.

Facit ad huius argumenti confirmationem, quod ipsos discipulorum sensus in testimonium adducit, adeoq; seipsum illis examinandum præbet. Videte (inquit) manus meas & pedes meos. Item contrectate me & videte. Possunt quidem præstigiatores ferre, vt quæ faciunt spectentur, imò spectatores ipsi alliciunt, quibus imponant: At iidem sua propius inspicere non ferunt, prorsus autem intolerabile ipsis, vt quis manum admoueat, vt vel ipsos vel instrumenta eorum contrectet. Nam etsi oculi fallantur interdum, tactus tamen, si cum visu coniungatur, falli non potest, siquidem homo ratione & communi sensu sit præditus. Procul ergo à præstigiatorum moribus & ingenio Christus absuit, qui corpus suum à discipulis propius inspicere simul & contrectari voluit. Ideò Ioannes doctriam de Christo certitudinem asserturus, ab Apostolis eum prædicari dicit, quem audierint, quem viderint oculis suis, quem denique manibus suis contrectarint. Quod etsi ad totum illud tempus extendi possit, quo Christus cum discipulis suis in terris versatus est, in primis tamen ad hanc actionem, & ea omnia referri debent, quæ post eius resurrectionem acciderunt. Nam quod Christum, priusquam moreretur, Apostoli viderint, & cum eo familiariter egissent, ne impij quidem negabant, sed quod illum ex mortuis surrexerint, & proinde mortis victorem, & humani generis redemptorem, prædicabant, id verò plerisque incredibile, Iudæis autem (vt in actorum libro apparet) auditu quæ post resurrectionem facta. Itaq; corporis Christi veritatē, nemo negare poterit, nisi quæ post resurrectionem facta. Itaq; corporis Christi veritatē, nemo negare poterit, nisi q; ipsum, & Apostolos eius simul omnes, mendacij arguere olet, & suis imaginationibus plus tribuere, quàm ijs, quibus illum resuscitatum coram spectare & tangere datum fuit.

Est autem præter hoc obseruandum, quod dicit: Videte manus meas, & pedes meos: Nam ego ipse sum. Ex eo enim colligimus, ita cum surrexisset, vt ex pristina corporis forma agnosci potuerit. Nam nisi id demus, nequicquam illi eum spectauissent. Ergo tam abest, vt substantiam corporis, & eius propria naturalia aboleat clarificatio, quæ resurrectionem comitatur, vt ne formam quidem prorsus tollat: sed in corpore id solum aboletur, quod corruptibile, & mortale est, ita formæ vitia tantum corrigentur: denique ea solummodo in toto homine tollit clarificatio, quæ iam nobis ex peccato in hærent. Possunt ergo agnosci homines in resurrectione, & quia sensus atq; intellectus tunc perfectissimi erunt, se mutuo omnes agnoscent, neque vllus porro ignorantie locus erit. Huc pertinet, quòd Moysen & Eliam agnouerunt tres discipuli, quando clarificationis Christi in monte Thabor spectatores fuerunt, & inter hunc & alios potuerunt discernere, licet eos antea nunquam vidissent. Et nuper Cleophas eiusque socius CHRISTVM illic agnouerunt (ex priori nimirum forma, radiante licet & illustri) quàm primum oculi eorum aperti sunt. Nec id alicui mirum videri debet, quando simile quid in Moysen, adhuc mortali carne vestito, accidit. De eo enim scribitur, quòd ex Dei colloquio

Christus ipse
vero suo corpo
re surrexit.

Dialogo 2. qui
inscribitur in
confessus.
Iohan. 20.

Sensibus sese
subiecit Chri-
stus.

1. Iohan. 1.

Actor. 3. 4. 5.
10. 26.

Christus ex
priori forma
potuit agnosci

Matth. 17.

Exod. 34.

loquio nouum faciei radiantis splendorem contraxerit, quem etsi Israëlita coram in-
tueri non possent, tamen illum verè agnouerunt. Et debent hæc diligentius confide-
rari, quia non solum ad confirmandam Christi resurrectionem faciunt, verumetiam,
quæ nostra olim in patria cœlesti conditio futura sit, docent, cuius meditatio consola-
tionem dulcissimam affert, quæ sola nobis aduersus omnes huius seculi afflictiones po-
test sufficere.

Christus sui
corporis præ-
sentiam sensi-
bus vult pro-
bare.

Debet præterea hoc loco considerari, quòd *CHRISTVS* corporis sui re-
surrectionem atque realem (vt ita loquar) præsentiam non nudis verbis, aut miracu-
lo occulto atque incompræhensibili, sed eiusmodi argumentis, probat, quæ sub sen-
sum cadunt: Videte inquit quia ego ipse sum. Item: Contrectate me, & vide-
te. Arguit hoc eorum temeritatem, qui hodie realem & corporalem illius præsen-
tiam in cœna mystica statuunt, vbi nullum corporis veri & naturalis indicium appa-
ret. Clamant *CHRISTVM* dixisse: Hoc est corpus meum. Et ex eo colli-
gunt, illud ipsum corpus, quod ex virgine natum est, manibus Sacerdotum contre-
ctari, oraliter (sic ipsi loquuntur) manducari à dignis & indignis, denique denti-
bus manducantium atteri. Agnoscimus nos *CHRISTI* verba, neque ea vn-
quam negauimus. At quòd illi ex eis concludunt, id negamus, quia nullum veri
corporis argumentum *CHRISTVS* nobis in cœna exhibet, & quòd olim tale
quid somniantes Capernaitas duriter increpuit, & ad manducationem Spiritualem re-
misit, quæ non aliter quàm fide perficitur. Vrgent illi modum præsentia miraculo-
sum & ineffabilem. At nos nefas esse putamus, in religione miracula fingere, quo-
rum scriptura nusquam meminit: aut dogmata noua miraculis velle stabilire, quæ ne-
mo videt aut sentit. Quòd si verò illi mysterium hoc ineffabile esse sentiunt, cur
non suæ illos audaciæ, & temeritatis pudet, qua illud effari conantur? Cur Ecclesi-
am *CHRISTI* vocibus illis non minus barbaris, quàm absurdis, fatigant, qui-
bus corpus illius corporaliter, realiter, substantialiter, & oraliter manducari contem-
dunt? Cur illud qualitatiuè & quantitatiuè, non autem localiter, adesse garrunt?
CHRISTVS, vt se vero suo corpore præsentem esse doceret, ad discipulorum
captum sese demisit, suumque corpus illis videndum atque palpandum præbuit. Non
ergò iniuriam sibi fieri poterunt dicere, si quid huius ab ipsis quoque postulemus.
Ita enim nos facere iubent Angeli, qui *CHRISTVM* eo modo & forma re-
diturum esse pollicentur, quo illum in cœlos ascendere Apostoli viderunt. Et ipse
Capernaitas (de quibus supra diximus) ad ascensionem suam remittit, vt vel ex ea
colligant, in corporis sui manducatione nihil crassum aut carnale debere animo con-
cipi. De sensu verborum cœnæ, nuper die cœnæ diximus, & proinde quicquam hic ad-
dere non est opus.

Discipuli ad-
huc increduli
mirantur præ
gaudio.

1. Cor. 2.

Redeamus ergò ad præsentem historiam, quæ nouum incredulitatis argumen-
tum in discipulis proponit. Nam etsi resurrectionem *CHRISTI* non solum mul-
tis & grauibus, verumetiam superfluis (vt sic loquar) testimonijs hucusque demon-
stratam viderent, & hic ipsis nunc sui videndi & contrectandi copiam faceret: ad-
huc tamen non credunt, sed mirantur præ gaudio. Id verò diligenter Lucas anno-
tauit, vt eos ab impijs & contumacibus resurrectionis negatoribus distinguat. Nam
non possunt quidem adhuc credere plena fide, luctantur tamen cum incredulitate
sua, & nihil magis cupiunt, quàm vt verum sit, quod credere nondum possunt. Ita-
que infirmitas fuit, quæ eos impediuit, non contumacia, multò minus impietas. Vbi
rursus apparet, quàm nobis suspecti esse debeant nostri affectus: Nam etiamsi sint,
bono principio enascantur, & cum gloriæ *DEI* atque pietatis studio coniuncti sint,
fidei tamen obstant. Quia enim homo animalis non percipit ea, quæ sunt Spiritus
DEI, carnis autem & vitiosæ naturæ reliquæ in fidelibus quoque locum habent,
frequenter fit, vt fidei mysteria ad rationis suæ calculum reuocent, & tunc de ijs in-
cipiant dubitare, quæ carni difficilia aut impossibilia videntur: & quò magis gaudent
eorum commemoratione, eò plura occurrunt, quæ dubios, & præ gaudio sollicitos,
reddunt. Tunc ergò videndum est, ne affectui ita indulgeamus, vt is fidei semen prorsus
extinguat, quin potius hoc pro virili foueamus, vt locum demus *CHRISTO*, qui
tunc maxime suam erga nos bonitatem declarat, quando nobis auxilio suo opus esse
videt.

Faci

Christus comedit.

Marc. 5.
Iohan. 12.Dial. 2.
Inconfuso.

Act. 10.

Iohan. 11.
Marc. 5.

1. Cor. 15.

1. Iohan. 2.
Rom. 8.

Facit hoc etiam in presenti. Nam ut fluctanti discipulorum fidei succurrat, dicit eis: Habetis hic esculentum aliquid? Et ipsis partem piscis assi & fauum apiamur ei offerentibus accipit, & in illorum conspectu comedit. Eodem igitur argumento suam resurrectionem probat, quo prius verè in vitam restitutos esse probauerat, quos ex mortuis suscitauit. Nam hoc facit, quod de filia Iairi scribitur, cui cibum dari iussit, cum eam à morte in vitam reuocasset. Et Lazarum comedisse legitur postquam resurrexerat. In presenti autem omnem doli suspicionem tollit, quod non ipse cibum secum allatum, sed à discipulis acceptum, comedit. Nec est, quod aliquis obijciat, corpora clarificata non opus habere alimento, & ideo *CHRISTVM* discipulis visum fuisse comedere, cum tamen reuera cibum nullum sumpserit. Nam fatemur nos quoque *CHRISTVM* cibo nequaquam indignuisse, ut neque corpora nostra illo indigebunt, postquam resuscitata fuerint ad vitam coelestem. Non autem ex eo sequitur, neque illum comedisse. Cum enim qui in carne corruptibili adhuc viuunt, multa faciunt honestè & cum decore, quibus minimè indigent, quid obstat quò minus corpora clarificata, quæ membris & suis partibus constant, edere possint, si velint, licet ut edant ipsis non sit opus? Et notum est illud Augustini: Non potestas, sed egestas edendi & bibendi talibus corporibus aufertur. Et ut à contrario argumentemur, quis obsecro de Mose & Elia dubitat, veri ne homines fuerint, nec ne, cum vterque absque cibo naturali per dies quadraginta vitam sustentauerit? Si ergò in corpore mortali & corruptibili agentibus hoc datum fuit, quod propriè clarificatorum est: cur mirum videretur, *DEI* filium in clarificato corpore ad ea se demisisse, quæ corruptibili corpori ferreticis respondentem, qui hoc dilemmate utebantur: *CHRISTVS* à resurrectione vel egens verè sumpsit cibum, vel non egens, visus quidem est comedisse, cum reuera non ederit. Quid ad hæc ille? Cibo quidem (inquit) non egebat corpus, quod immortale factum fuerat. De ijs enim qui resurgunt, dicit Dominus: illic nec vxores ducunt, nec nubunt, sed sunt tanquam Angeli. Quod autem ipse citat, quod conuencens cum Apostolis Dominus iussit, ne Hierosolymis discederent. Dicitur autem Petrus dixit apertius: Qui cum eo comedimus & bibimus, postquam resurrexit à mortuis. Quoniam enim eorum, qui sunt in presenti vita, proprium est comedere, necessariò Dominus carnis resurrectionem ostendit per cibum & potum ijs, qui eam veram esse non putabant. Hoc ipsum autem fecit & in Lazaro, & in filio Iairi. Nam cum eam suscitasset, iussit ei dare, quod comederet: & vna cum Lazaro conuiuium iniit, ostendens eo argumento, veram esse resurrectionem. Hæc Theodoretus. Nos ergò Euangelistarum verbis insistamus, qui *CHRISTVM* verè comedisse tradunt, & cum erudita illa vetustate teneamus, illum etiam verè resurrexisse, & quæ propria sunt corpori humano seruasse: ne dum hic subtilius philosophamur, nobis nostrorum quoque corporum resurrectio in dubium veniat, sine qua salus constare non potest. Exosculemur ergò constanti fide *IESV CHRISTI* bonitatem, qui, ne quæ iusta & grauis dubitandi causa nobis reliqua esset, ad ea vsque sese demisit, quibus minimè indigebat, & ex eo colligamus, illum ne nunc quidem in cœlis agentem nostri pudere, sed illic aduocatum fidum agere pro nobis, ut tandem nos Regni sui cohæredes, & nunquam intermorituræ felicitatis participes reddat. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECVNDA

Et dixit eis: Hi sunt sermones, quos locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum: Oportere impleri omnia, qua scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit eorum mentem, ut

intelligerent scripturas. Et dixit eis: Ita scriptum est, & ita oportuit CHRISTVM pati, & resurgere à mortuis tertio die: & predicari in nomine eius resurpiscientiam, ac remissionem peccatorum, in omnes gentes, incipiendo ab Hierosolyma. Vos autem estis testes horum. Et ecce, Ego mittam promissum Patris mei super vos. Vos autem manete in urbe Hierosolyma usque quò induamini virtute ex alto.



DROLIXE ET DILIGENTER HVCVSQVE LV-
cas vniuersam IESV CHRISTI historiam exposuit, in cuius merito omnem salutem humani generis consistere certò constat, cum solus hic nobis à Patre sapientia, iusticia, sanctificatio, & redemptio factus sit. At quia nulla ad nos vilitas ex eo redire potest, nisi eum propter nos omnia fecisse, & quæcunque fecit ad nos pertinere credamus, discipulis sese non modò ex mortuis rediuuam exhibuit, verumetiam ipsidem diligenter vsum atque fructum suæ mortis & resurrectionis exposuit, illos denique horum præcones constituit, vt, quam ipse nobis meruit, salutem toti mundo prædicarent. Eam actionem in præsentem Lucas describit, & est hæc diuersa ab ea, quam in Gallilæa institutam fuisse Mathæus narrat, quò discipuli postea ex mandato Angeli, qui mulieribus sepulcrum visuris apparuerat, profecti fuerunt. Nam etsi tunc plenius cum illis de hac re egerit Dominus, voluit tamen nunc quoque eam attingere, vt eos in fide resurrectionis magis confirmaret, & officij ipsorum commemoratione à cogitationibus carnis abstraheret, quibus impediabantur, quò minus de ipsius Regno rectè sentirent. Est autem locus iste multa consideratione dignissimus. Continet enim ipsa salutis nostræ fundamenta (vt sic loquar) & totam ministerij Ecclesiastici rationem explicat, in qua videbimus, quæ illa doctrina sit, quam in Ecclesia perpetuò retinere atq; prædicari necesse est.

1. Cor. 1.

Matth. 28.

Ex Scripturis
tradit Christus
omnia sui
regni mysteria

Scripturas
definit.

Rursus autem à Scripturis exorditur, sicuti nuper quoque cum discipulis duobus in via Emauntina fecerat. Hi sunt (inquit) sermones, quos locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum: oportere impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Quibus verbis duo agit. Primò obliuiofam intellectus tarditatem illis exprobrat, qui tam difficiles & stupidi sint in ijs credendis, de quibus ipse toties eos admonuerit. Culpam verò amplificat, quando se non alia illis dixisse docet, quam quæ olim de ipso in Mose, & prophetis atq; Psalmis fuerunt tradita. Fuit ergò inexcusabilis hæc oscitantia, quòd neque Scripturæ veteris vaticinia, neque ipsius CHRISTI verba in mentem reuocarent, cuius domestici discipuli tam diu fuerant. Deinde quia illos totius orbis doctores facere volebat, admonet simul, ex quibus fontibus doctrinam haurire debeant, quam toti mundo prædicent ex Scripturis nimirum, quæ tunc in populo DEI receptæ, & quarum fides atque autoritas diuinis testimonijs abundè erat confirmata. Et ne quis vel ipsis vel ipsorum successoribus sub Scripturæ nomine, aut prætextu imponeret, disertè, de quam loquatur, ostendit: de ea nimirum, quæ libros Moysi, scripta Prophetarum (ad quæ historici quoque libri pertinent, quorum authores fuisse Prophetas constat) & Psalmos, continet. Et quamuis hi quoque inter prophetica scripta numerari possint, voluit tamen eos in præsentem ab illis distinguere, vt eorum meditationem discipulis diligentius commendaret. Habet enim Psalmorum liber multa, quæ in nullo alio Scripturæ sacre libro simul omnia inueniuntur: vtpote varias precandi formas, quibus omnia tentationum genera & omnes vitæ humanæ casus comprehenduntur: gratiarum item actiones, hymnos, & laudes DEI, historicas beneficiorum & operum eius expositiones, fidei & vitæ præcepta, adhortationes, correptiones, comminationes, & cum his consolationes quoque dulcissimas: adhuc veterum minarum & promissionum DEI exempla luculenta, vaticinia item de CHRISTO, quibus eius afflictiones, gloria, vi-

Gloria

etiam impia, continentur. *Historia & triumpho, Regniq̄ue eius per totum orbem felix propagatio euidentissimè describuntur. Merito igitur Psalmorum peculiarem mentionem facit Dominus, quos primitiua Ecclesia in tanto pretio & honore habuit, vt vix vlli fidelium coe- si, Augustini, & aliorum Patrum scripti est videre. Posteris autem temporibus Psalmodia quidem retentæ, sed peregrinæ linguæ vsu inutiles factæ, adhæc multorum canticorum admixtione corruptæ sunt, quibus multa inepta, multa superstitiosa, multa*

Quoad verò huius loci argumentum, nunc istud obsequemur, doctrinam fidei & salutis, quæ Ecclesiæ proponatur, non aliundè, quam ex sacris literis, peti debere. Quia enim homo animalis non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI, si diuinitus reuelerit. At DEVS, qui olim cum Patribus per visiones loquebatur, tandem voluntatem suam scriptis mandari voluit, & in ea re, ceu scribis & amanuensibus, vsus est Mose atque Prophetis. Et vt Isaias & Malachias sui seculi homines de multis querentes ad Legem remittebant: ita CHRISTVS priusquam moreretur ex veteribus Scripturis concionum suarum argumenta sumpsisse, & nunc postquam resurrexit, idem fecisse legitur. Debet ergo hoc ipsum perpetuò obseruari, neque audiendi sunt, qui vel ex suo capite noua dogmata fingunt, vel consilijs opus esse aiunt, in quibus doctrinæ genus, aut forma certa, constituuntur. Si enim Mosis Lex Prophetis sufficere potuit, vt ad hanc omnes relegarent: si CHRISTVS ex illa & horum scriptis docuit, quæcunque ad fidei & salutis cognitionem faciunt: non est quòd hodiè scripturas imperfectiores esse putemus, cum ab illo tempore illis accesserint Apostoli, qui & CHRISTI IESV historiam suis scriptis complexi sunt, & ea in illo euidenter impleta esse tradiderunt, quæ prius obscuriora videri poterant. Incerti autem & dubij fluctuent oportet inter diuersissimas de fide opiniones, quicunq; non contenti scripturis ab hominum auctori- tate pendent.

Ceterum non obiter modò Mosis & Prophetarum dicta discipulis in mentem reuocat Dominus, sed mentem quoque illorum aperuit, vt Scripturas intelligerent. Modum & rationem Ioannes expressisse videtur, qui illum in eos flauisse, & dixisse scribit: Accipite Spiritum sanctum. Nam eandem historiam illic & hic narrari, ex temporis circumstantia liquidò apparet. Et quamuis apud Ioan- nem subijciantur, quæ ad effectum & dignitatem ministerij Euangelici pertinent, id tamen non obstat, quin eadem ratione mentes quoque eorum vera Scripturarum cog- nitione illuminauerit, vt iam ea intelligere inciperent, quæ prius nunquam vide- rant. Et est hoc loco probè obseruandum, quòd dùm ex Scripturis concionatur CHRISTVS, simul occulta Spiritus virtute mentes discipulorum illuminat, vt illas possint intelligere, & mox hoc ipsum, quod prius dixerat, repetens infert: Ita scriptum est, & ita oportuit CHRISTVM pati & resurgere, &c. Hoc enim facto phanaticos illos confutat Dominus, qui Spiritus reuelationes nouas somni- ant absque Scripturis, & has ceu inutiles reijciunt, vt quæ nihil præter mortuam literam contineant. Atqui fateamur nos quoque ipsa literarum elementa, si per se considerentur mortua esse: sed illis ipsis DEI verbum viuum & efficax expres- sum esse dicimus, quo Spiritus, ceu proprio & ordinario instrumento, vtitur in tra- denda DEI voluntate, & patefaciendis æternæ salutis mysterijs. Et ridiculum est Spiritum iactare, qui homines à Scripturis auocet, quæ ipso authore à sanctis DEI hominibus olim prodierunt. Quid quòd Spiritus probare iubet Ioannes Apосто- lus? Quam verò certam illos probandi regulam habebimus, si Scripturæ è medio tol- lantur?

Admonet præterea locus iste, Scripturas expositione opus habere, neque satis esse, vt illas obiter audiamus vel legamus. Habent enim veteris Testamenti libros Iudæi quoque, & cum illis maiorem Euangelicæ historicæ partem Turcæ amplectuntur: Sed nullus ad vtrosque inde fructus redit, ed quòd illi CHRISTVM omninò reijciant velum illud sibiipsis obtendunt (vt Paulus scribit) quod eos in faciem Mosis propius intueri prohibet: hi verò, Mahumæicis fabulis dementati, cru-

Doctrina fidei ex Scripturis peti debet. 1 Cor. 2.

Isai. 8. Mal. 2.

Mentes discipulorum Christi aperit, vt Scripturas intelligant. Ioan. 20.

Scripturas exponi oportet. 2 Cor. 3.

com & morem *CHRISTI* negant, sine qua is nobis salutifer esse non potest. Et quod de linguis peregrinis idem Apostolus tradit, nullum earum in Ecclesia usum esse, nisi interpretis accedat, qui, quod illis dictum est, vulgari sermone explicet, ut ab omnibus percipi possit: hoc ipsum ad omnes Scripturas extendi potest. Nam et si verba, quoad literalem sensum intelligantur, non tamen sensum, qui sub illis latet, omnes semper videre possunt, & ideo scriptura multis arca loco est, quæ thesauros quidem ingentes continet, sed quibus nemo frui possit, nisi clavis adsit, quæ illa referetur. At illius clavis est interpretatio, quæ non sensum modò verborum indicat, sed eundem rebus præsentibus accommodat: quod *CHRISTVM* quodque in præsentibus fecisse videmus. Ne autem sub interpretationis prætextu fallamur, tenendum est, solum *CHRISTVM* esse fidum illum & germanum interpretem, qui, ut finis totius legis est, ita Spiritu suo electorum mentes aperit, ut veritatem intelligere & amplecti possint. Hunc verò non solis Pontificibus aut horum coniuratis largitur, quos illi suo charactere signauerunt, sed omnibus, qui in ipsum credunt, & eum solum audiunt. Et quamvis non omnibus datur perfecta & plena totius Scripturæ cognitio, singulis tamen largitur ille, quod ipsis pro suæ conditionis ratione ad salutem sufficit. Videant modò singuli, ut in precibus assidui sint, & carnis suggestiones suspectas habeant, quibus Spiritus reuelatio maxime impeditur.

Rom. 10.

Summa totius
Scripturæ.

Act. 1.

Rom. 3.

Eph. 2.

Rom. 8.

Col. 2. 3.

Rom. 6.

Euangelium
omnibus præ-
dicari debet.

Quia autem quæri poterat, quid in Scripturis potissimum viderint discipuli, & quid hodiè etiam horum successores spectare debeant, paucis summam omnium Lucas comprehendit, quando Dominum illis dixisse scribit: Ita scriptum est, & ita oportuit *CHRISTVM* pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in eius nomine resipiscentiam, ac remissionem peccatorum in omnes gentes, incipiendo ab Hierosolyma. Comprehenditur istis verbis summa omnium librorum veteris & noui Testamenti, quæ in duobus omnino capitibus consistit, historia nimirum Filij *DEI*, in carne manifestati, & eiusdem vsu siue fructu. Historiam enim vitam, quam in terris vixit, afflictionum & doloris plena fuit, ad totum quoque illius curriculum passionis historia extendi debet. Ad resurrectionem verò omnis eorum gloria, quæ eam comitata & secuta est, gloria pertinet. Debent autem ad ista referri omnes promissiones *DEI*, quæ olim Patribus datae sunt, typi item legales, prophetiæ, historia denique sacra, quæ lineam generis *CHRISTI*, temporum sequentium, adhuc exempla fidelium & infidelium continet. Vtus verò & fructus istorum omnium est, ut in *CHRISTO IESV* habeamus poenitentiam & remissionem peccatorum. Quia enim non solam peccatores, sed in peccatis mortui eramus, impossibile nobis erat ex illis ad vitam resurgere, nisi ea prius è medio auferentur. Id verò mortis suæ merito *CHRISTVS* fecit, qui ita illa expiavit, ut nobis amplius imputari non possint. Itaque ut damnatio nulla illis incumbit, qui ei per fidem sunt insiti: Ita iidem in illo peccatis moriuntur, & in eodem ad vitam nouam & coelestem resurgunt. Et hæc quidem Euangelicæ doctrinæ summa est, quam suis concionibus atque scriptis Apostoli fusius exposuerunt. In præsentibus autem non opus est de singulis multa dicere, cum & veræ poenitentiae, & remissionis peccatorum rationem non vno loco tradiderimus. Sufficiat ergo monuisse, quod duo hæc interdocendum semper coniungi, vtrumque verò in solo *CHRISTO* monstrari, debent. Nam si de sola peccatorum remissione gratuita dicamus, multi ex ea peccandi licentiam captabunt. At si solam poenitentiam quis urgeat, in desperationem multi incident. Quod si verò absque *CHRISTO* tam hæc, quam illa, prædicentur, nox suorum operum iustitiam Hypocritæ stabiliunt, & aduersus *DEI* gratiam, & Christi meritum, pharisæica superbia sese extollunt.

At docet simul Dominus, quibus ista prædicari debeant: Gentibus nimirum vniuersis, vsque ad extremos orbis terrarum fines, ut postea, iam cælum ascensurus, dixit. Initium tamen ab Hierosolyma fieri voluit propter promissiones, quæ apud Prophetas habentur. E Zion exhibit Lex (inquit Isa. 2. cap.) & verbum Domini de Hierusalem. Et Dauid in Psalmo illo celeberrimo, quo totum Messias, ex se

et se nascituri, negotium complexus est: Dominus emittet virgam tuæ potentia ex
Zion. Quo loco virga non aliud, quam Evangelij prædicationem significat, quam Isaias
quoque virgam oris sui dicit, qua terram percussurus sit. Debit autem Iudæorum genti
primo prædicari Evangelium, vt suam bonitatem simul & iusticiam ea in re declararet. Bo-
nitatis enim immentæ, & plus quam paternæ opus fuit, quod genti contumaci, & incu-
rabili, imò vrbi sanguinariæ, salutem gratuitam obtulit. Iusticiæ autem specimen præ-
clarum est, quod ab ingratis & pertinacibus gratiam suam ad Gentes transtulit.

Psal. 110.

Isai. 11.

Denique hac ratione inexcusabiles facti sunt Iudæi, neque Apostolos odij aut
malignitatis insimulare potuerunt, cum hi, ipsis relictis ab Gentes transirent. Et
hæc causa fuit, quod postea etiam vbique gentium in Iudæorum synagogis prædicandi
initium fecerunt: Sicuti ex Pauli actione apud Corinthios apparet. Nam cum illic etiam
Iudæis primis prædicauisset, hi autem ei non sine diris blasphemijs contradicerent, ille
excussis vestibus ad eos dixit: Sanguis vester super caput vestrum: purus ego ab hoc tem-
pore ad gentes proficiscar. Et debent hoc iusticiæ diuinæ exemplum, quod in Iudæos æ-
ditum est, diligenter obseruare ciuitates illæ & gentes, quas nostro sæculo hac gratia De-
us dignatus est, vt renascentis Evangelij lux ipsis primis innotuerit. Nam nisi se illi gra-
tas & obediens præbeant, idem eis, quod infelici Iudæorum populo, accider, & in illis
locum habeat, quod alibi, ait Dominus: Erunt primi nouissimi, & nouissimi erunt
primi. Matth. 20. cap.

act. 18.

Nec minus consideratione dignum est, quod eandem doctrinam ad omnes gentes
extendit. Nam in eo quoque apparet Dei bonitas, qui absque personarum respectu salu-
tem, Fili sui merito quæsitam omnibus offert: imò missis hinc inde legatis omnes ad hu-
ius societatem inuitat. Ideo Paulus scribit, Dei gratiam omnibus hominibus salutiferam
apparuisse. Quorquor ergo pereunt, non illius morositate aut inuidia, sed propria cul-
pa, pereunt, dum sibi oblatam salutem impie asperrantur. Deinde præclarum est hoc
potentia Christi & regni eius per totum orbem propagandi argumentum. Cum ille
Berleheemi ex virgine homo nasceretur, Augustus Cæsar missis hinc inde edictis totius
orbis censum intulit, vt se huius dominum esse restaretur. At nunc Christus, qui ante
pauculos dies in cruce pependerit, excusso mortis iugo vitæ restitutus, suos seruos ad o-
mnes gentes destinat, non vt ex aliorum fortunis suæ ambitioni satisfaciat, sed vt se om-
nium hominum Seruatorem esse ostendat, & æternos regni sui coelestis thesauros plus
quam regia liberalitate in omnes distribuat. Postremò docemur hoc loco, eam salutis
rationem, quæ per Evangelium traditur, vnicam, & omnibus Dei electis communem esse
adeo vt extra hanc nullum sit aliud nomen sub cælo hominibus datum, cuius merito aut
Christum quisquam seruari possit. Nam si quid huius inueniri posset, minimè opus erat,
periculis tantis obijcere. Confutantur igitur hic validissimè, qui vnumquemque in sua
religione, aut patria superstitione seruari contendunt, modo animi intentio bona sit.
Quis enim de gentium intentione dubitet? Nulla certe vnquam tam barbara, tam imma-
nis fuit, quæ Deum sciens volens cultu impio irritaret: Sed omnium hic scopus fuit, quod
nomen illud supremum colere, Deos suis ritibus placare, & sibi propitios reddere, studu-
erunt. Sed nihilominus illos Paulus sub tenebrarum potestate fuisse scribit, & vt per Eu-
angelij prædicationem ad Christum adducerentur opus fuit. Nullum ergo ex sua inten-
tione bona fructum habuerunt. Debent hoc diligenter & sæpè meditari nostri temporis
Epicurai, qui nimium familiariter cum Deo ludunt, dum religionis causam indifferentem
faciunt, ne aliquem hominum offendant. Qui dum hominibus parcunt, Deo Patri & Fi-
lio Dei atrocem iniuriam faciunt, vt alibi oblata occasione copiosè satis ostendimus:

Christi boni-
tas & potesta-
tia.

Tit. 2.

Salutis ratio
vni omnibus
gentibus com-
munis est.

Ephes. 5.

Sed accedamus ad postremum huius loci actum, quo, ad discipulos conuersus, suum
illis officium siue munus commendat, dicens: Vos autem estis testes horum: Et ecce ego
mittam promissum Patris mei super vos: Vos autem manete in vrbe Hierosolyma, vsque
quo induamini virtute ex alto. Quibus verbis tria agit memoratu dignissima, de quibus
ex ordine dicemus.

Primò munus eorum definit longe aliud quam ipsi imaginabantur. Ipsi enim (vt sæ-
pè diximus) regni terreni spem conceperant, in quo sibi triumphos & dignitates pro-
mittebant. Quid verò Christus? Vos (inquit) estis testes meæ mortis & resurrectionis,
& ea omnia in me suum complementum habuisse toti mundo testabimini, quæ olim
à Mose

Apostolorum
munus definit.

DIEI TERTII IN PASCHATE

Johan. 15.
Act. 1.
Proverb. 6.
Deutro. 19.
Act. 4, 5. 22.
Act. 6.
Spiritum san-
ctum pollice-
tur.
Act. 2.
Joel. 2.
1. Corinth. 3.
Luc. 22.
Joan. 18.
Obedientiam
præcipit dis-
cipulis.
Gene. 2.

à Mose & Prophetis prædicta sunt. Idem iam aditurus mortem dicit, & postea in ce-
 lum abiturus hoc ipsum repetit. Vno autem verbo eos de suo officio admonere, & si-
 mul, vt ad illud sese præparent, extimulare voluit. Testes enim in causis controuer-
 sis sistuntur, vt per hos veritas rei cognoscatur. Illorum ergo est, vt non aliud dicant,
 quam quod ipsis probe compertum est, & in eo edicendo fortes & cordati sint, & nihil
 affectui tribuant: Sed meminerint, testem falsum Deo exosum esse, qui vt tales ta-
 lionis poena multentur præcepit. Quanto autem grauius scelus fuerit in causa Dei te-
 stem falsum agere, & quidem cum multarum animarum iactura, quæ mendaci doctrina se-
 ducuntur? Fuit ergo hic non leuis stimulus, quem licet in præsentem non admodum sense-
 rint discipuli, satis tamen constat illos huius postea probe memores fuisse, quando neque
 Sacerdotum & Seniorum minis, neque Imperatorum edictis, neq; diris in auditorum suppli-
 ciorum tormentis adduci potuerunt, vt ea silentio sepelirent, quæ Christus prædicare ius-
 serat. Et huius similiter meminisse debent, qui hodie in Ecclesiæ ministerio versantur. Re-
 liqui verò cogitent Euangelij doctrinam non inanem aut vulgarem prædicationem, sed te-
 stimoniū esse de Iesu Christo, quod sanctissimi homines non ex suo capite, sed ex Filij Dei
 mandato deposuerunt, & sanguine proprio confirmarunt. Nō potest ergo nō immanissimū
 scelus esse, si quis illud negare, aut ei contradicere audeat. Is enim, vt alibi Ioannis Apo-
 stoli verbis docuimus, Deum ipsum mendacij arguit, quod inultum non feret.

Deinde quia munus hoc non laboris modō, sed periculi quoque plenum fore, sciebat:
 ne in primo statim conatu succūberent, promissionem consolationis plenam adhibet, qua
 simul docet, quibus armis, quibusue auxilijs, rem hanc omnē confici oporteat. Dicit enim:
 Et ecce ego mittam promissum patris mei super vos. Id vero de Spiritu Sancto dicit, quem
 aliās quoque illis promiserat aduocatum & consolatorem. Eum autem patris promissum
 vocat, quia illum Deus olim per Prophetas pollicitus fuit. Etenim vt alia testimonia præ-
 tereamus, sufficere hic potest, quod Petrus, post acceptum Spiritum, ex Ioelē postea citauit
 vt eorum calumniam dilueret, qui Apostolos multo ebrios esse dicebāt. Est autē diuinitas
 tis veræ argumentum, quod sibi potestatem mittendi spiritus sancti Christus tribuit: Satis n-
 constat, hunc in nullius alterius, quam Dei potestate, esse. Ad hæc dum illum discipulis pol-
 licetur, euidenter suæ illos imbecillitatis admonet, vt intelligant, se ad munus hoc tam ardu-
 um nunquā idoneos fore, nec quicquam in illo cum laude effecturos, nisi coelitus adiuuen-
 tur. Quid enim in alijs erudiendis proficiat, qui ex semetipso (vt Paulus ait) ne ad cogi-
 tandum quidem idoneus est? Non autem ideo discipulos perterrefacere, sed potius mo-
 destiæ admonere, & simul consolari voluit. Ostendit enim totam hanc causam Dei ef-
 fe, qui suo Spiritu ipsis adfuturus sit, vt quod in mandatis dedit feliciter exequantur. Et
 debet hinc generalis doctrina peti, Regnum *CHRISTI* non carnalibus, sed spirituali-
 bus armis propagari, inter quæ primas tenet Euangelij prædicatio, quam Spiritus San-
 ctus moderatur, & in auditorum animis efficacem reddit. Facit ad huius loci expositio-
 nem, quod Apostolus in posteriori ad Corinthios 30. capite de Apostolica militiæ armis ele-
 ganter & grauius tradit. Nobis autem istius considerationis hic vsus esse debet, ne aut
 nostræ prudentiæ rationibus, aut seditiosorum consilij atque armis confisi, temerè
 tumultuemur, & sub religionis prætextu bella moueamus non necessaria. Nam vt con-
 stat Ecclesiam sæpè legitimis Regum armis feliciter defensam esse: ita extraordinariæ illæ
 defensiones, quas abiq; certa & manifesta Dei vocatione, interdum zelo præcipiti homines
 etiā non mali suscipiunt, ferè eum finem sortiuntur, quem pugna Petri ad montem Oliueti
 habuit: & vtinam nostro seculo non tristiora & infelicia exempla vidissemus.

Postremò obedientiam discipulis præcipit dominus, & huius specimen siue exēplū spe-
 ciali & temporali præcepto requirit. Iubet n. ne ex vrbe discedant, donec virtute ex alto
 induantur, id est, donec Spiritum sibi promissum accipiant. Vt ergò in origine rerū primo-
 induantur, id est, donec Spiritum sibi promissum accipiant. Vt ergò in origine rerū primo-
 rum parentum obedientiā expertus est olim Deus, dum prohibuit, ne ex arbore sciētiae bo-
 ni & mali vescerentur: ita nunc in humani generis restitutione idem præceptum instaura-
 tur. Nam, etsi discipulos ad docendi munus iam pridem destinauisset, etsi eosdem diu priua-
 tim instituisset, & nunc mentes eorum aperuisset, vt scripturas intelligerent, non tamē vult,
 vt ipsi sibi scientiā rerum agendarū ventitent, & præcipiti suarum virium aut propriæ di-
 gnitatis fiducia abrepti ad dicendum excurrant, sed suæ vocationis aut missionis horam ex-
 pectent, quando vberiori Spiritus virtute donandi sunt, vt tanto muneri possint sufficere,
 Et non superuacaneum fuisse hoc obedientiæ experimentum, facillè intelliget,
 qui Adami lapsum, & quæ ex eo in nos deriuata est, totius naturæ vitiositatem,
 propius

propius considerauerit. Ut enim natura scientiæ appetentes sumus, & plerumque, curiositate nimia accensi, ea etiam scire volumus, quæ nihil ad nos pertinent: Ita sæpe nobis ipsis persuademus, nos iam ad quæuis negotia obeunda plus satis esse instructos, nec animaduertimus, ea nobis adhuc deesse, quæ in primis sunt necessaria. Etenim si discipulos consideremus, multum sanè iam illis Dominus contulerat: Veruntamen hærebat adhuc in animis eorum spes regni terreni, qua nihil absurdius, nihil ab eorum functione magis alienum, fingi poterat: Deerat præterea adhuc illis inuicta illi animi fortitudo: deerat donum linguarum & interpretationis, sine quibus impossibile erat Euangelium per totum orbem prædicare. Rectè ergo eos expectare iubet, ne quid intempestiuè tentando, futuri munditatem (ut olim Adamus fecit) perdant, & seipfos, atq; Euangelium ludibrio, totius mundi exponant.

Debent autem hoc ad se transferre omnis loci & ordinis homines, ne quod munus arduum absque legitima Dei vocatione suscipiant. In Ecclesia certè pestilentissimum est istud hominum genus, qui docendi munus appetendo omnem Ecclesiæ ordinem turbant, & sæpe scismaticum auctores sunt: quod in Anabaptistis hodie experimur. In Repub. autem plurimum nocent qui rerum gubernacula capessunt, priusquam legitime ad ea vocentur: sufficere autem putant, quod honesto loco nati sint, & quod se cum sapientia rerum quoque usum aliquem coniunxerint sibi persuaserunt. Meminerint ergo omnes hanc tutissimam in rebus agendis rationem esse, ut Deum expectemus, qui iam olim æternæ suæ providentiæ consilio vnumquemque ad suum finem destinauit, & qui, quos vocat, donis quoque necessarijs instruit, ut functioni suæ satisfacere possint, & olim cum omnibus Electis in gaudium Domini sui *IESV CHRISTI* ingrediantur. Huic debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum. Amen.

Gene. 3.

DIEI TERTII IN PASCHATE

Precatio prima. Luc. 24.

Fili Dei, qui post mortem rediuiuus ostendisti te tuo agmini, & prabuisti gustum discipulis tuis æternæ vitæ & scholæ: Fac ut nos etiam tuo conspectu letemur, vera fide imitemur tuo beneficio vocem tuam, perfundentem corda nostra grata pace, audiamus, eluctemur ex pauoribus inferorum & lati tibi in fide & bona conscientia seruiamus, & te, æternumque tuum Patrem, & Spiritum Sanctum, inchoatione in hac vita, in altera vero consummatione, debita gratiarum actione celebremus. Amen.

EIVSDEM DIEI GRATIARVM ACTIO.

& Precatio.

Oscendisti te in diuturna & crebra familiaritate tuis discipulis, & alijs pijs spectatoribus *IESV CHRISTE*, ut tua Ecclesia certò confirmaretur de tua resurrectione, & scirent discipuli tui, non vidisse se spectrum. Tibi igitur gratias agimus pro tuo amore immenso erga nos. Obsigna etiam in anima nostra huius articuli assensum, ut certo credamus venis: esse tuam naturam humanam, & collocatam esse ad dextram Dei in gloriam Patris, ut nos in ea gestes, & sustentas ad vitam æternam. Maneamus igitur ut palmites in te vivas inchoatio illius consuetudinis & gloriæ, qua conspicietur in cælo. Transferto etiam te in nostram mæstam Ecclesiam. Ostende nobis tuam præsentiam in arumnis: compellato nos tuae pacis, ut iustificati fide pacem habeamus, acquiescentes in te, qui nos vnis, & reconcilias, cum Patre tuo, & per Spiritum Sanctum tuum ad tuum Patrem adducis, ut sine fremitu, & sine hesitatione clamemus: Abba pater. Verè prosteremur aduersus omnes portas inferorum te gestare nostram carnem, nostram naturam sedere ad dextram patris, ut illa tua viuifica carne nos alas & serues ad perpetuam vitam. Et tibi vero cum gemitu gratias agimus, quod illam veritatem tuæ carnis claris & euidentibus documentis ostendisti. Non quidem tuum corpus glorificatum eget corporali alimento, sed in tota natura humana in cælo culina nostri corporis erit otiosa, cessabit etiam generatio, erimus similes Angelis, fulgebit in noua luce, qualis fulget in stellis, lucebimus sicut Sol & Luna, erimus agiles, expediti, sine morbis, sine peccato, sine arumnis, sine usu ministerij. Absorpta fuerunt ille particula ali-

menti

DOMINICÆ QVASIMODOGENITI

menti in tuum gloriosum corpus subito, sicut exigua gutta aqua, infusa in grande vas vini, subito in vini naturam transit. Veris suspirijs illam augustam consuetudinem tuam in vita eterna, qua istis corporalibus oculis non est visibilis, expetimus, eam inchoato per tuum verbum in nobis, in hoc mundo. Reserato tua clavi, tuo digito, tuo Spiritu S. nostras mentes, ut scripturas, qua de te testimonium dant, intelligamus, ut in ea te apprehendamus, & summam Euangelij, quam tu recitasti, in nostris sensibus infigamus. Te, qui eras Mediator inter Deum & hominem lapsum, congruebat mori, ut satisfaceret iustitia aeterni Patris tui. Te congruebat reuiuiscere, ut perpetuo facias applicationem tui sacrificij, & sis efficax in consolatione & defensione Ecclesiae tuae. Fac ut exaudiamus, & reuerenter accipiamus, te iuuantem, tuam doctrinam, arguentem immundiciem, & peccata nostra natura, & monstrantem remissionem propter tuum meritum, & donationem nouae iustitiae & vitae, efficiendae per tuum Spiritum in nostra anima. Hanc fidem in nobis subinde alio & augeto Nate Dei, Fac ut discessuri ea luceat in nobis, ut non inueniamur nudi, sed super induamur iusticia, & gloria aeterna Amen.

DOMINICA QVASIMODOGENITI. QUAM VETVS ECCL

CLESIA NOMINAVIT IN ALBIS, ET EST I.

Dominica post Festum Paschatis. Euangelium Iohan. 20 cap.

HOMILIA PRIMA.

Thomas autem, vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venerat Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius vestigium clauorum & misero digitum meum in vestigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nequaquam credam.

Et post dies octo rursus erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomas: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: Et profer manum tuam, & mitte in latus meum, & ne sis incredulus, sed credens.



AVLVS APOSTOLVS GRAVITER SIMVL ET luculenter ad Rom. cap. 10. scribit: Hoc est verbum fidei, quod praedicamus: nempe, quod si confessus fueris in ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitauit a mortuis, seruaberis. Quo loco solius quidem resurrectionis meminisse videtur, non quod mortem, & quae alia propter nos Christus fecit, & passus est, excludat, sed quod in illa (vt iam saepe diximus) salutis nostrae complementum habet. Per hanc enim mortis vincula abrupta, & eius imperium aboleuit, quod per peccatum in nobis obtinuerat. At quia non ignorauit dominus omnibus saeculis exorturos, qui tam suam, quam generalem omnium resurrectionem, in dubium vocent, sui corporis resuscitationem apud discipulos, quos huius testes constituebant, multis argumentis probauit. Inter quae euidentissimum est, quod praesens historia nobis exhibet. Ne quis enim discipulos nimia credulitate in eius fide consensisse putaret, hominibus rerum imperitis & ab omni dolo alienis facile imponi potuisset, suspicaretur, Thomam ex duodecim discipulorum numero Ioannes producit, qui de Christi resurrectione non modò dubitat, sed illam disertè negat, imò oppugnat, & isdem plane argumentis vitur, quibus hodie vti solent, qui vniuersalè omnium nostrum resurrectione negare consueuerunt. Ea autem demonstratione plus quàm ad oculum facta sic ipse dominus confutat, vt nihil dubitationis sit reliquum, nisi apud eos, qui Christum simul atq; scripturas omnes negare non verentur

Princi-

quibus ad Ecclesiam reditus concedatur: Qua in re Nouatianos olim peccauisse alibi diximus. Oritur ergo passim foeda dissipatio Ecclesiarum, de quibus colligendis, & in unitate conseruandis, nos potius sollicitos esse conueniebat. Discant ergo priores illi Thomam imitati, & quia extra Ecclesiam salutis spes nulla est, ad eam redire studeant: alteri uerò redeuntes benignè excipiant, de quibus illis confirmandis cogitent, sicquæ fructum vtrinque facient haud vulgarem.

Thomæ incredulitas.

Facit ad huius doctrinæ confirmationem, quod sequitur. Thomas enim discipulis de Christi resurrectione testantibus non credit, sed contumaciter se opponens dicit: Nisi uidero in manibus eius uestigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nequaquam credam. Ergo sensibus suis plus tribuit, quam uerbo Dei, & condiscipulis suis, quibus cum iam diu uersatus fuerat. Fuit hæc inexcusabilis contumacia, & multa simul concurrunt, quæ eius peccatum amplificant. Primò non nouum & insolens erat dogma de mortuorum resurrectione, cuius frequens fit mentio in ueteribus scripturis, quod nemo Iudæorum ignorare poterat, cum de ea Pharisei & Sadducei quotidie litigarent. Deinde Christum de sua resurrectione sapius differentem audiuerat: quod illum fecisse ita uulgò notum erat, ut Sacerdotes quoque uerborum eius recordari potuerint, sicuti Matth. 27. scribitur. Ad hæc sciebat Thomas, aliquos iam pridem Christi uirtute in uitam reuocatos esse, inter quos recens adhuc & omnibus nota erat Lazari Bethaniensis memoria. Accedebant his signa, quæ in morte Christi edita fuisse audiuius: quæ ut hostibus metum incusserunt, ita discipulos in uitæ & regni toties promissi spem erigere debuerunt. Postremò discipulos simul omnes mendacij & uanitatis accusat, in quibus nihil huius unquam depræhenderat: adeoque ipse unus & solus multorum relationi fidem detrahit. Unde uerò tanta peruiacia apud illum enata est, qui tãto tempore ex familiarium Christi numero fuerat? Ex eo nimium (ut supra diximus) quod non fidem, sed carnis sensus in consilium adhibet, & horum iudicio, uel potius præiudicio occupatus, neque scripturas sacras neque Christi prædictiones in mentem reuocat, quæ cum discipulorum narratione probè conueniebant. Ipse ergo sibi obstacula ponit, quibus in fide impeditur. Et est hoc carnis ingenium, quod ex suo sensu omnia meretur, & ideo uerbum Dei non admittit, neque huic credit, nisi quatenus rerum

Exod. 17. 18. c.

2. Petr. 3.

uentus illi per omnia respondens, quasi manu tangitur. Exempla huius generis multa in Israëlitis occurrunt, qui tunc etiam de Dei fide atque gratia dubitarunt, quando eam infinitis beneficijs experti erant. In nobis quoque eiusmodi multa experimur, quam primùm de nobis res non ex uoto succedunt. Nuspiam tamen hoc frequentius simul & impudentius fit, quam in resurrectionis articulo. Et si .n. huius exempla euidentissima nobis in rerum natura ob oculos ponantur; quæ scripturis sacris possent fidè facere, non desunt tamen, qui scurrili dicacitate (sicuti futurum Petrus prædixit) omnia in dubium uocant; neque alijs arguendo huius seculi fine, de corporum restitutione, & uita æterna, dicuntur; neque alijs argumētis ista oppugnant, quam quæ sub sensu cadunt. Quis (aiunt) unquam arcano Dei consilio interfuit, ut mundum hunc aliquando perituro esse intellexerit? Quis e cœlis aut ex inferis rediit? Quis oculatus eorum testis produci potest, quæ de his diderunt? Si illa uidere coram, & sensu percipere liceret, tunc tutò credi possent. Quis uerò non plus quam insanos dixerit, si quæ in manibus sunt huius uitæ commoda propter incredam futurorum spem amittamus? Quid autem isti aliud dicunt, quam Thomas, Nisi uidero in manibus eius uestigium clauorum, & misero digitem meum, &c. Nisi quod horum contumacia detestabilior est, quod ille quidem cupiebat uerum esse, quod de CHRISTO resuscitato dicebatur: Isti uerò hoc unum agunt, ut & sibiipsis & alijs persuadeant, uanissima superstitiosorum hominum commenta esse, quæcunque de futura uita traduntur. Solet hoc ipsum in multis alijs articulis fieri, & tanta est plerorumque impudentia, ut pro nihilo ducant, si audacter negent, quicquid Spiritus Sanctus ipsorum affectibus & libidini contrarium docet siue præcipit. Est hoc magnum corruptionis & improbæ perversitatis argumentum, quæ excusationem nullam admittit, quando interea iidem illi absque omni contradictione absurdissimam quæque recipiunt, quæ ab impostoribus excogitantur. Fit enim plerumque, ut qui scripturas audacter negant, Monachorum fabulis fidem habeant, quas illi de Purgatorio igne, de spirituum apparitionibus, de miraculis circa imagines & reliquias editis, absque omni scripturæ sacre, & hystoriarum ueterum testimonio, confinxerunt. Ita uerò decipi, & cum manifesta fortunarum atque salutis æternæ iactura circumduci, merentur, qui Dei uerbo honorem eum, quem debent, deferre nolunt. Interim

Marc. 16.

rim multa obseruatione dignum est, quod dubitatio ista apud Apostolos locum habuit. Quod enim in præsentem passus est Thomas, hoc ipsum reliquos similiter passos fuisse, Marcus testatur, cum illis Christi resuscitatio primùm nuntiaretur. Sed & duos illos, qui Emauntem profecti sunt, Lucas rerum dubios & incertos de illo dixisse scribit. Nos sperabamus eum esse illum, qui redempturus esset Israël. Quibus verbis non obsecrè queruntur, se magna ex parte spe sua frustratos esse, & non modo eius resurrectionem, sed vniuersum nostræ redemptionis negotium in dubium vocant. Magna igitur cura & vigilantissimo studio opus est nobis, quando electa hæc Dei organa tam grauius tentata & concussa fuisse videmus. Et arguitur hisce exemplis illorum impudentia, qui Romanos Pontifices errare posse negant: cum Apostoli in ijs errarint & dubitauerint turpissimè, sine quibus salus nostra consistere non potest. Discant potius omni loci & ordinis homines de semetipsis humiliter sentire, & in solū Deo verbū respicerè, quod ipsos errare nō sinet.

Sequitur altera huius loci pars, quæ ipsam Christi apparitionem describit, qua ille incredulitati Thomæ mederi voluit. Cum enim post octo dies discipuli iterum conuenissent, eodem quo prius modo ad illos venit, & solita salutatione vsus, mox ad Thomam conuersus, & ad omnia propè eius verba respondens, illum inuitat, vt propius ad se accedat, probè inspiciat, attingat, deniq; digitum in clauorum vestigia, & manum in latus eius immittat, neq; amplius de resurrectione ipsius dubitet. Habet tamen eorundem verborum recitatio non obscuram correptionis speciem, qua Christus publicè in toto discipulorum cetero Thomæ incredulitatem accusat & repræhendit: & meritò quidem quando ille publicè peccauerat. Iubet hunc morem in Ecclesia seruare Apostolus (1. Timoth. 5.) vt qui scandali alicuius publici fuerunt autores, publicè corripiantur: vtq; id fiat opus est, vt quamuis illi incurabiles maneant, alij tamen timore aliquo à mali exempli imitatione reuocentur. Sed insunt huic loco etiam alia quædam, quæ diligentiorē considerationem merentur.

Primùm occurrit hîc admirabilis boni illius pastoris Iesu Christi fides atq; bonitas, qua ouium suarum saluti consultum cupit. Etsi enim Thomam toto octiduo dubium & suspensum teneat, occulta tamen virtute eum in officio retinet, ne ab externo Ecclesiæ cætu discedat, & nunc in tempore adest, & quidem sua sponte, cum neq; Thomas, neq; alius quisquam, illum requisuisset. Neq; eo contentus, simul incomparabili indulgentia hoc illi concedit, quod contra fidei leges petierat: vt nimirum corpus suum contrectet, & in vulnerum vestigia digitos inserat. Extant huius generis alia quoq; in scripturis exempla, quæ docent, Deum nostræ conditionis rationem habere, & nostræ ruditati sese accommodare, vt nos sibi lucrifaciat. Nam vt Dauid in Psalmo 103. ait, nouit ille conditionem nostrā, aut amicissimo mortalium ea patienter audiret, quæ nos in morbis, in egestate, in persecutionibus, inq; ijs periculis, quæ ipsi nobis accersimus, aduersus illius bonitatem, iustitiam, atq; veritatem impudenter effutimus. Ex his ergo consolationem petamus in conscientie dubiis cogitationibus, ne statim desperemus, si nos vel ex infirmitate labi contingat, aut de ijs etiā lapsos excitare clemens Dominus, & idem Spiritu suo ignorantie & dubitationibus notis præterea in exemplum trahi hoc Christi factum, vt ipsi quoq; simili studio aliorum saluti consulamus: quod verbi ministros præ alijs obseruare conuenit. Erunt enim planè inexcusabiles, si vel negligentiores vel morosiores quàm par sit, multos oberrare & perire sinant, cum Christus vnus Thomæ salutem tantò studiosè quæserit.

Deinde obseruari debet in illius exemplo, quod omnia Thomæ verba reperit, qui ille eius resurrectionem negarat. Dixit enim: Nisi videro in manibus eius vestigia clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nequaquam credam: Hæc quasi replicans Dominus ait: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & profer manum tuam, & mitte in latus meum: & nec in credulus, sed credens. Ergo quamuis corpore non præsens adfuerit antea, audiuit tamen ista dicentem, neq; aliquid illum latuit eorum, quæ aduersus suam resurrectionem inter discipulos proponebantur. Similia cap. 1. in Nathanaëlis, & cap. 11. in Lazari historia nobis proponuntur. Sunt item exempla, quæ illum non verba modò & facta, verum etiam animi cogitationes & arcana nouisse testantur. Est ergo omniscius: quod vt veræ diuinitatis euidens argumentum est, ita multum facit ad nostram consolationem atq; institutionem. Quia enim

Marc. 16.

Luc. 24.

Christus Thomæ etiam se videndum exhibet.

Bonitatis Christi commendatio.

Christus Thomæ verba reperit.

Matth. 9.

Marc. 2.

Matth. 18.

Matth. 12.

Finis istius
actionis.Cyril. lib. 12.
in Ioan. capite
58.

IOAN. 14.

enim pia suorum colloquia audit, non dubium est, quin illis medius interfuit: quia item gemitus, suspiria, lacrymas nouit, multò magis preces ad ipsius aures penetrant, quas irritas esse non patietur. Rursus cogitemus, imò nobis certò persuasam sit, illum audire & nouisse, quæcunq; à nobis petulanter, impudicè & impiè fiunt, aut dicuntur. Audit ergo lasciuia carmina, audit execrationes, audit periuria, audit scurriles Epicureorum de cœlis & inferis sermones; & quia olim de quouis verbo otioso rationè à nobis exigeret, inultū non ferret quicūq; in his peccauerint. Poterāt hæc latissimè diduci, sed alibi quoq; de ijs diximus.

Postremò, finem siue scopum totius actionis videamus. Compræhendit hunc duobus verbis Dominus, quando ait: Ne sis incredulus, sed credens. Quid verò credere debuit? Quod aadiebat, quod videbat, quod tangebatur: Christum scilicet resurrexisse à mortuis, & in resurrectione retinuisse corporis sui proprietates naturales, quales sunt membris suis constare, visibilem & palpabilem esse, & loco certo contineri. In hunc finem enim vulnerum quoq; vestigia retinere voluit, ne aliud corpus ab illo assumptum esse putarent discipuli, quàm quod in crucem suspensum, & illic clavis atq; lancea vulneratum fuerat. Quærent hic nonnulli, quomodo cicatrices & vulnerum vestigia locum habere potuerint in corpore glorificato & glorioso, quod ab omni corruptione liberum esse debuit. At nos quæstionem hanc curiosam potius, quàm necessariam, esse dicimus, cum scriptura utrumq; testetur: quod nimirum Christi corpus à resurrectione glorificatum fuerit, & simul vestigia illa seruauit. Addimus verò hoc etiã, vulnera hæc Christi non ignominiosa, sed honesta & gloriosa partæ aduersus diabolum victoriæ signa fuisse. Ergo nulla iusta causa fuit, cur ea ex corpore glorioso remouerentur. Ita plariq; veterum senserunt, inter quos Cyrillus non dubitauit dicere Christum illa in cœlos quoq; intulisse, ut ea Angelis & beatorum Spiritibus ostenderet. Quod ut ego affirmare, aut pertinaciter tueri, nolim, cum illud Sacrae literæ nuspium expriment: ita caput & statum totius historiæ de resurrectione Christi firmiter tenendum esse dico: Quod scilicet uero suo corpore resurrexerit, & corporis propria retinuerit, ut nostrorum corporum resurrectionem certò fore crederemus. Minimè ergo eos audiamus, qui corpus eius exinaniunt & quasi deficiant, per dispætationem verò factum esse clamant, quod à discipulis uideri & contrectari uoluerit. Quasi verò, qui ipsa ueritas est, discipulorum oculos inani phantasia ludificauit. Et quæ obsecro salutis nostræ certitudo reliqua erit, si resurrectio Christi, quæ eius cõplementū esse debuit, falsis & imaginarijs argumentis nititur? Aut, quæ ratio monet, ut dicamus Christum à discipulis uideri & palpari uoluisse, ut nunc corpus eius natura inuisibilis & inpalpabile esse credamus? Nos potius nobis dici putemus, quod hic Thomæ dicitur, & credamus Iesum Christum uerè mortuum pro peccatis, & uerè resuscitatum esse propter iustificationem nostri, nunc autem uero suo corpore in cœlis uiuere, quo nos quoq; olim ad se recipiet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA

Et respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia uidisti me Thomas, credidisti. Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Multa igitur etiam alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis quod Iesus est Christus ille filius Dei, & ut credentes uitam habeatis per nomen eius.

NEMO TEMERE FACTVM EXISTIMET, QVOD Euangelistæ in resurrectionis Domini nostri Iesu Christi historia, discipulorum eius incredulitatem simul diligentissimè describunt. Etsi enim ea nõ uulgarem reprehensionem mereatur, neq; ullo modo excusari possit, habet tamen præclarum uisum, quòd & Christi resurrectionem confirmat, quàm ideo pluribus argumentis demonstrari oportuit, & historiæ Euangelicæ ueritatem asserit, ne illam nobis ab hominibus nimium credulis, & qui facile decipi potuerint, traditam esse putemus. Ad hæc discipulorum exemplo docemur, quibus remoris fides nostra maximè impediatur, & quid nos cauere oporteat, ne ad eundem lapidem cū illis offendamus. Et huc potissimum facit, quòd de Thoma narratur, quem reliquis omnibus contumaciorem fuisse audiuimus. Fuit huic
omnis

omnis mali causa, quod scripturarum simul & verborum Christi immemor, carnis rationem in consilium admisit, neq; aliud, quam quod oculis videret, aut manibus suis tangeret, credendum esse putavit. Imponit hoc ipsum etiam hodie omnibus, qui fidei mysteria carnis sensu meriuntur. Quia ubi istud fit, ibi multa solent occurrere, quæ non absurda modo, sed prorsus impossibilia esse nobis ea persuadent, in quibus salutis nostræ principia continentur. Nihil ergo tam necessarium est, quam ut, in vnius Dei verbum intenti, carnem cum omni intellectu & sensibus suis sub fidei obedientiam redigamus, quæ nos vacillare & labi non sinet. Quod ut facilius fiat, nunc in eodem Thoma, qui nuper incredulitatis typus fuit, veræ fidei exemplum Spiritus sanctus proponit, & quæ hinc peti potest doctrinam ad omnes extendit, qui Christo verè credunt, eiusq; meritum fide firma amplexantur. Est igitur locus hic multa consideratione dignissimus.

Quoad Thomam non exprimitur, tetigeritne Christi manus & latus, vel minus. Augustino verisimile videtur, hoc illum non autum fuisse, nimirum quod magistri reuerentia terretur. Quod si (ut pleriq; putant) illum contrectauit, plus quam belluinus ille stupor fuit, qui neq; venerando ipsius Christi conspectu, neq; vocis iam pridem cognitæ sono, imò non etiam seueriori illa correptione vinci & excuti potuit, qua Christum vsum fuisse audiuius. Ita verò in peius proficiunt, & seipsos magis magisq; indurant, qui ab iesto Dei verbo carnis affectui indulgere incipiunt. Caterum vtut ista sese habeant, iam primùm ad mentem redit Thomas, & quasi ex veterno aut profundissimo somno excitatus exclamat: Dominus meus, & Deus meus, scilicet, es tu. Quasi diceret: Iam video te reuera nobis redditum esse, teq; agnosco meum esse vindicem & Deum, cuius diuinam virtutem utiq; agnoscere debuissim, cum tam multa eius documenta in operibus tuis miraculosis viderim. Habent ergo verba hæc non simplicem modò fidei confessionem, sed sibi adiunctam culpæ admittæ deprecationem. Abrupta autem oratione & pauculis verbis vtitur (sicuti in rebus insolitis, & stupore plenis, plerumq; facimus) quia hoc plus habet vehementia, & animi affectum magis exprimit. Apparet item ex confessione ista, fidem eius non omnino extinctam fuisse, quamuis cæcæ carnis rationibus aliquandiu obruta, & quasi sepulta, iacuerit. Iam enim signis evidentioribus excitata in flammam erumpit, quæ prius vix tenui fumo sese exerebat: & plus iam fatetur Thomas, quam prius credere voluerit, imò plus, quam carnis sensus percipere potuerit. Videbat enim tangebaturq; hominem & confitebatur Deum, quem non videbat neq; tangebatur. Et qui Iesum ex mortuis resurrexisse credere noluit, iam non hoc modo credit, sed in resurrectione simul certa redemptionis humanæ & ipsius diuinitatis argumenta agnoscit. Solet hoc frequenter accidere elembus (vt nuper diximus) vt fides in illis per quàm exigua, vel etiam nulla reliqua esse hominibus videatur: sed videt in cineribus delitescentes eius scintillas Deus, & eas leui occasione excitare potest, vt mox alijs suo exemplo præluceant, qui paulò antè prorsus defecisse putabantur. Nemo igitur temerè damnari debet: Singuli autem ex Dei bonitate consolationem petant, qua infirmitati suæ medeantur, ne in tentationum palæstra succumbant.

Est autem aliquid diligentius excutienda hæc Thomæ confessio, vt ex illa discamus, quis & qualis Christus à nobis etiam agnosci debeat. Primò Dominum vocat: qui titulus est illi tribuitur propter redemptionis nostræ mysterium. Vt enim qui bello captos seruabant, aut aliquos ære suo redimebant, eorum Domini aut Heri dicebantur: Ita Iesu Christo hoc nomen in primis conuenit, eò quod nos ex diaboli potestate asseruit, & iam perituros, vel potius planè perditos, seruauit, & sui sanguinis pretio sibi acquisiuit: qua ratione Petrus Christianos populum acquisitum vocat, quem Deus summo iure sibi vindicet. Dicitur præterea Christus in scripturis Dominus, eò quod promissum redemptorem pater æternus decreto in eam dignitatem euexit, vt quodam humanam naturam, & mediatoris personam, imperium in omnes creaturas obtineat. Huic enim ab æterno dictum est: Sede à dextris mibi, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: Postula à me, daboq; gentes, vt sint hæreditas tua, & terminos terræ, vt sint possessio tua. Et ipse apud discipulos ait: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quæ omnia Paulus exponens illi nomen datum esse dicit, quod sit supra omne nomen, & in quo flecti debeat omne genu cœlestium, terrestrium atq; infernorum. Dum ergo Dominum suum esse fatetur Thomas, simul in illo redemptionis beneficium agnoscit, & sese imperio eius humiliter subijcit. Dein de Deum quoq; suum dicit: quod firmissima argumentatione ex priori sequitur. Fieri enim non potest, vt nos ex peccati laqueis, item ex mortis, infernorum & ipsius diaboli, potestate eripiat, simulq; plenam atq; liberam in omnes creaturas potestatem habeat, qui non reuera Deus

Thome confessio.

Tract. 121.
in Ioan.

Qualis agnosci debeat Christus.

1. Pet. 2.

Psalm. 110.

2.

Math. 28.

Philip. 2.

ra Deus. Hæc enim eiusmodi sunt, ut omnes hominis vires & autoritatē longē superēt. Ad hæc scripturæ veteres Messiam ex Davidis quidem familia præfinito tempore nasciturum esse prædicunt, eundē verò simul Deum quoq; verum esse docent. Iſaias Iehouam se vidisse scribit, cui Seraphim acclamârunt: Sanctus, S. S. Dominus exercituum, plena est vniuersa tellus maiestate eius. Quem locum de Christo Ioan. cap. 12, exposuit. Micheas itē illum Bethlehemi nasciturum ait, cuius exitus sit ab initio, à diebus æternitatis, Ieremias verò de eodem vaticinans inter alia scribit cap. 23. Hoc nomen eius, quo vocabunt eum, Iehoua iustitia nostra. Apud Zachariam Pater eum virum sibi coæqualem, aut socium nominat. Quod autem de eius diuinitate scriptura concionatur, hoc ille verum esse operibus abundè declarauit, ut de diuina ipsius virtute nemo sanæ mentis dubitare possit. Sunt autem hi loci probè tenendi contra Arianæ hæresis instauratores, qui hodie mirificis expositionibus eludunt, quæcunq; de æterna illius deitate dicuntur. Sed sufficit illis conuincendis hæc Thomæ confessio, quam ille admisit, quod sine impietatis manifesto crimine facere non poterat, si non vera & orthodoxa fuisset. Scimus enim Angelos nunquam eos tulisse, qui ipsis diuinos honores exhibere voluerunt. Quis ergo Christum hoc passurum fuisse putet, ut talia de illo Thomas falso diceret? Est itaq; ille reuera Dominus & Deus noster, ad eumq; verus & æternus Deus patri cõsubstantialis. Nā nisi hoc demus, vel mendacij Thomas arguetur, vel duos Deos faciemus: ex quibus neutrum sine scelere potest fieri. Porro fidei certitudinem exprimit Thomas, quando Dominum suum & Deum suum, dicit. In hoc. n. fidei & salutis cardo versatur, ut Christum nostrum Dominum & Deum esse, & propter nos in mundum venisse, nobisq; redemptorem & vindicem à patre datum esse credamus. Deum enim & Dominum dæmones quoq; esse nouerunt: sed nihil illis ad salutem confert illa cognitio, quia illius meritum nihil ad eos pertinet. Tantus ergo Theologus repente Thomas factus est, ut paucis verbis perfectè compræhendat, quæcunq; ad Christi, & salutis nostræ, cognitionem pertinent, & fidei confessionem edat, cuius formulam nos quoq; imitari debemus. Quia. n. illa cõtentus fuit Christus, proculdubio veri atq; orthodoxi Christiani erunt, quicunq; talem hodie etiam crediderint, & confessi fuerint. Nimiùm verò temerarij sunt (ne quid grauius dicam) qui hodie propter externos ritus, & humana commenta, eos damnant, qui cum Thoma Christum Dominum & Deum suum esse fatentur.

*Christus acti-
onis huius fru-
ctum ad om-
nes credentes
extendit.*

At dicat aliquis: Audio quidem hæc cum Thoma sic gesta fuisse, quid verò ista ad me, cui Christum neq; oculis videre neq; manibus contrectare datur? Excipit ergo illius confessionem Christus, & ait: Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Præteritis loco præsentium vitior, quod Ebræis familiare esse ij sciunt, qui Ebræâ linguam didicerunt. Non negat autem Thomam beatum esse, sed eorum fidem illi præfert, qui, cum experimenta eiusmodi non videant coram, nihilominus tamen in ipsam credunt. Similis locutio Luc. 11. cap. habetur, vbi, cum mulier quædam doctrinæ eius admiratione abrepta, exclamaret, Beatus venter, qui te gestauit, & vbera, quæ suxisti, respondit ille: Imò verò beati, qui audiunt sermonem Dei, & custodiunt illum. Quibus verbis virginem matrem minimè contemnit, sed beatitudinem atq; salutem hominis non in officijs externis, sed in fidei obedientia consistere docet. Ita in præsentem Thomæ fidem, quæ tot fulcris atq; adminiculis opus habuit, non damnat: sed superstitioni quorundam occurrit, qui Thomam eo nomine beatum prædicant, quod Christum coram videre & contrectare potuerit, cum hoc illius imperfectionem potius arguat, & Christi gratiam commendat, qui indignum eò vsq; tulit. Itaq; verba hæc obiurgationis speciem habent, quod contra fidei leges experiri voluerit, quod simpliciter credere debebat. Fidei. n. proprium est à solo Dei verbo pendere, & hoc audito ea credere, quæ non videntur. Ita hanc definit Apostolus ad Ebræos cap. 11. quando substantiam siue essentiam esse dicit eorum, quæ sperantur, & demonstrationē eorū, quæ non cernuntur: eò quòd nobis quasi præsentia & oculis spectanda proponat, quæ in expectatione sunt, & solius mentis contemplatione possunt percipi, quæ Dei verbo indiuulse adhæret. Conuenit cum ista definitione Abrahami exemplum, quem idem Apostolus contra spem sperauisse scribit, id est, tunc in Dei promissione spem firmā habuisse, cum ipsa rerum natura, cum illa pugnare videretur. Et Petrus credentium fidem eo argumēto commendat, quòd quem non viderint diligant, & in eo exultent gaudio ineffabili & glorioso, quem nunc oculis cernere non detur. Qui ergo eò vsq; profecerunt, ij vitij Thomæ (qualis tunc erat, cum ista fierent) multum præferri merentur.

Debet autem ex hisce verbis doctrina generalis peti, Christum non ijs modò salutarem esse, qui illo seculo vixerunt, & quibus illum coram videre, audire, vel etiam attingere contigit,

*Rom. 4.
Gen. 15.*

partibus omnibus
quicredunt.

Mar. 16.

Acto. 3.

Vfus scripturae
sanctae.

contigit, verum etiam omnibus alijs, qui cum eum neque videant neque contrectent, credunt tamen ijs, quae ab Apostolis olim dicta & scriptis mandata sunt, quos ille rerum abs se gestarum testes esse voluit, Confirmatur igitur hoc loco ministerium Euangelij, vt 17. cap. vbi se pro omnibus illis orare dixit, qui per Apostolorum doctrinam in ipsum credunt. Et simul omnibus ijs confutandis hic locus seruit, qui homines notos ex altero seculo redire volunt, vt per eos edoceantur: aut carnalem Christi praesentiam nobis necessariam esse contendunt. Sunt .n. teste Christo, beati, qui Euangelio credunt, etsi nihil eorum videant, quae illo praedicantur. Ergo miseri & infelices sunt, quicumque huic credere dedignantur. Petiunt argumentum hoc ex ipsius Christi verbis, quae (vt Marcus scribit) in terris hisce vltima pronuntiauit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui non crediderit, damnabitur. Neque hic eos audimus, qui Thomae exemplo sibi delicias faciunt, cui tantum Christus indulget, vt se illi coram spectandum & contrectandum praebuerit. Tunc .n. in terris adhuc ille versabatur, & ex imposito sibi a patre officio istud facere potuit. Nunc vero idem ille in caelum receptus est, quod (vt Petri verbis vtar) illum occupare oportet vsque ad tempus restitutionis omnium. Igitur frustra in terris eum videre cupimus, qui sola mente, per fidem supra caelos eleuata, cernitur. Quod vero Papistae haec Christi verba ad suae transubstantiationis defensionem detorquent, nimis ridicule faciunt. De ijs enim ille loquitur, quae verbo Dei diserte exprimuntur. At quae obsecro in omnibus scripturis fit transubstantiationis mentio? Scio illos coenae verba adducere. Sed Paulus ita interpretatur illa, vt impudentis pernicitiae sit corporalem illius praesentiam statuere.

Ceterum confirmat praecedentem doctrinam Ioannes adiecta Coronide, qua verum usum eorum omnium indicat, quae hucusque exposita sunt. Ne quis enim fidem Christianam incertis speculationibus niti putaret, eius fundamentum atque regulam in scripturis demonstrat, & ait: Multa equidem etiam alia signa fecit Iesus coram discipulis suis, quae non sunt scripta in libro hoc: Haec autem scripta sunt, vt credatis, &c. Quibus verbis totius scripturae sacrae usum tradit, & nos ita ad illam remittit, vt simul hominum curiositatem finibus & cancellis certis coarceat, ne extra scripturas vagando noua subinde dogmata fingant, & novos fidei articulos ex suo cerebro conscribant. Fit hoc frequenter & vix aliud tam difficile est, quam eos qui superstitionibus assueuerunt, intra scripturae limites continere. Hominum bellum apertum susceperint, libris editis scripturae sacrae auctoritatem oppugnant, inque illa negant omnia contineri, quae ad salutem cognitu & creditu necessaria sunt. Hi inter alia hoc etiam argumento vtuntur, quod Christus Iesus proculdubio totis illis triginta tribus aut quatuor annis, quibus in terris vixit, multo plura dixerit aut fecerit, quam quae breuibus hisce Euangelistarum libris potuerint comprehendere: & inde colligunt, esse traditiones non scriptas, quae per continuam successionem in Ecclesia conseruatae sint in hunc vsque diem, & quas non minus obseruare oporteat, quam ea, quae in scripturis exprimuntur. Sed istis in praesenti per concessionem responderet Euangelista, & argumentum in ipsos retorquet, Fateretur enim Christum multa alia signa edidisse, quae in libro hoc suo non continentur: at simul ostendit ista, quae scripsit, sufficere, vt nos in fide Christi instituamus, nosque per hanc deducant ad vitae aeternae possessionem. Qua ergo fronte dicunt aduersarij nostri scripturas non omnia complecti, quae ad salutem hominis necessaria sunt? De veteris testamenti libris Paulus testatur, quod hominem Dei perfectum reddere, & ad omne opus bonum praeparare possint. Quae ergo ratio est, vt scripturarum auctoritate ex noui testamenti accessione aliquid decessisse putemus? Ceterum nos relictis illis impostoribus, Christi clarauit. Primum, quod resurrectionem suam, quam nostrae salutis complementum esse saepe diximus, pluribus signis probare voluit imò per dies quadraginta cum discipulis conuersatus est, (vt Lucas Act. 1. scribit) vt de eius veritate nobis illi certa & comperta tradere possent. Deinde, quod Ecclesiam libris pluribus & superuacaneis onerare noluit, sed paucos atque breuissimos dedit, in quibus nos exerceamus, & ex quibus omnes circa religionem & salutis negotium controuersiae facile componi possunt, si honorem, quem merentur, illis deferamus. Quo consilio mihi factum videtur, vt non modò olim scripta quaedam, quorum Moses & historiae sacrae mentionem faciunt, verum etiam infiniti patrum orthodoxorum libri amissi sint, postquam suis temporibus deseruierunt. Ita enim ad sacrae scripturae codicem nos remittit Spiritus sanctus, vt ad huius verae intelligentiam omnia nostra studia conferamus, atque ijs, quae ibi traduntur, contenti simus.

DOMINICÆ QV SIMODOGENITI

Scripturae sa-
erae finis.

Psal. 2. 110.

Rom. 8.

Ephes. 2.

Rom. 5.

Exponit præterea Ioannes hoc loco totius scripturæ scopum, siue argumentum. Ver-
satur enim circa salutis nostræ rationem, quam ex fide in Iesum Christum pendere, toto
hoc volumine centies est dictum. Potest autem huius Coronidis doctrina tribus capitibus
comprehendi. Primò, quid de Iesu illo credamus docet, qui, ex Maria virgine homo natus
ea omnia in terris fecit atq; passus est, quæ de illo in scripturis commemorantur: Nimirum
quòd sit Christus ille filius Dei: Christi, id est, vncti nomine eum esse monet, quem ventu-
rum esse olim Prophetæ prædixerunt, & eodem omnia comprehendit, quæ de illo passim
traduntur: quòd scilicet Sacerdos ille æternus sit secundum ordinem Melchizedech, qui,
vt æternæ veritatis doctrinam plenè & luculenter nobis tradidit, ita vnico sui corporis &
sanguinis sacrificio peccata mundi expiauit, & fidelis apud patrem pro nobis intercessor
est. Quòd item Rex quoq; sit, qui nos ex communis hostis tyrannide afferuit, & simul tue-
tur, atq; cœlestibus regni sui bonis liberalissimè donat & exornat: ideoq; Ecclesiæ suæ ca-
put sit vnicum, qui salutem dat corpori & omnibus, qui huius mēbra per fidem facti sunt.
At quia hæc eiusmodi sunt, vt humanas vires longè superent, & proinde ab homine nudo
præstari non possint, Filium Dei simul illum esse credamus, qualem nuper Thomas pro-
fessus est. Etenim in eo potissimum nostræ salutis certitudo consistit, quòd Iesum Christū,
quo seruatore gloriamur, Deum & hominem esse constat. Quia n. Deus est, facile quos-
cunq; volet seruare & ueri poterit. At quia idem homo fieri dignatus est, haud dubie illo-
rum saluti consultum volet, quorum infirmitates in se suscepit. In eo igitur tota fides Chri-
stiana versatur, vt Iesum credamus esse Christum, id est, promissum illum humani generis
redemptorem, & verum æternumq; Dei filium. Secundò, fructum aut præmium fidei huius
Ioannes exprimit his verbis: Et vt credentes vitam habeatis. Vitæ nomine Ebraei omnia
comprehendunt, quæ ad hominis incolumitatem pertinent. Hic verò simul prioris condi-
tionis nostræ admonemur: quòd nimirum iræ filij, & per delicta mortui fuimus, vitam ve-
rò in vno Christo nobis monstrat, qui peccata nostra iustulit, nos cum patre reconciliauit,
& vitæ æternæ fecit hæredes. Tertiò medium, per quod ista nobis obtingunt, ostendit, in
nomine eius, id est, propter eius meritum & eius virtutem. Oportuit autem hoc membrum
adijci, partim vt omne nostrorum operum meritum excluderet, partim vt nos remitteret
ad Euangelij prædicationem, per quam solam nobis Christus verè innotescit. Quia verò
de his omnibus alibi prolixè dictum est, hic consulto sumus breuiores. Vtius omnium istorū
& ex illo Iesum agnoscamus esse æternum Deū filium, & vnicum humani generis Seruato-
rem, sicq; per fidem in eius nomine vitam habeamus æternam. Illi debetur benedictio,
honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ QV ASIMODOGENITI,
qua est prima post festum Paschat. & quam vetus Eccle-
sia nominauit in Albis, prima precatio.

Fili Dei, Domine IESV CHRISTE, crucifixe pro nobis & resuscitate, Oramus te
inuoluito anxia corda nostra in tua vulnera: Laua nos efficaci vnda, fluente ex tuo late-
re, auferente sordes nostra inquinata natura, & pasce nos tuo sanguine ad noua vita ali-
moniam: Afflato nos tuo sancto & diuino flatu: Spira in nos flammam substantialem tuam,
& æterni patris tui, vt vnum simus tecum, vt in nobis excitetur noua lux, pax, vita, gau-
dium, vera fides, credens ea, quæ non cernit, vt toto pectore te vnum Deum cum
patre & spiritu sancto, vere agnoscamus, & in te habeamus
vitam æternam, Amen.

EIVSDEM DOMINICÆ SECVNDÆ
precatio Joan. XX.

Vt tu Fili DEI resuscitatus ad nouam & æternam gloriam maestissimo carui tuorum
discipulorum, ostensa luce tua, te immiscuisti: Ita oramus te, vt nostris congressibus
etiam intersis in nostris doloribus, ostende nobis tuam manum, & tuum latus, vt verè sta-
tuamus propter tuam obædientiam nos recipi, & tuo auxilio nos regi & regi. Fac vt cum tu-
is Apostolis serio de tua presentia gaudeamus, & sonet vox tue salutationis in auribus & in
anima

anima nostra, ut in hac vita inchoetur in nobis pax Dei, qua superat omnem intellectum humanum, & ex confirmetur in vita caelesti. Tibi toto pectore gratias agimus, quod in hac vita ordinasti Angelos pacis, instituisi ministerium, per quod in credentibus, meditantibus tuam doctrinam, utentibus Sacramentis, & annuentibus Spiritui sancto mouenti per verbum, verè vis esse efficax. Mittis tuos Apostolos, sicut te misit aeternus Pater tuus: tua sapientia prolata ex sinu aeterni Patris tui instituisi hunc ordinem, ut homines de tua voluntate doceantur, & visibili pignore gratia languida fides confirmetur: Et sicut aeternus Pater tuus verè fuit efficax per tuam vocem & pronunciauit ciues aeterna vita, qui tuae doctrinae crediderunt, ita verè vis efficax esse per Apostolos tuos, quos vocasti immediate, & quos ordinasti singularibus testimonijs, ut essent primi propagatores Euangelij, & similiter per alios doctores & pastores vocatos ab Ecclesia, quorum ministerio tu sedens ad dextram Patris, & dans dona hominibus verè praesens es. Et sicut tu missus fuisti sine potestate pollicica, sine armis: ita mittis tuos ad docendum, nec vis transformari Euangelium in regnum. Tu vniuersam tuam Ecclesiam, docentes & discentes, affla tuo salutari flatu, tua diuina aura, quae prodit ex tuo, & aeterni patris tui, pectore, & est tuus fulgens Spiritus, & emanans ex tua essentia, tua flamma substantialis vniens credentes cum Deo. Ardeant nostra corda illo diuino igne, qui delet sordes nostra natura, spiret in nobis talem lucem agnitionis, & tales motus fidei & dilectionis, quales in tua massa, cui nos per tuum Spiritum inseris, conspiciuntur, ut tibi nos simus similes, hic per inchoationem, ibi in consummatione. Loquere in cordibus nostris tuam dulcem vocem de remissione peccatorum, & foris in ministerio, serua nobis illam doctrinam incorruptam, quae remissionem gratuitam annunciat, & perseverantes in sceleribus denuntiatione ira tua terret. Deploramus etiam, intuentes magnam caliginem Apostoli Thomae, nostram inscitiam, tenebras, dubitationem, & profanitatem, & serio abs te petimus sanationem. Hoc anni tempore in festiua Paschate vetus Ecclesia in fonte & lauacro re-generationis Catechumenos, & recentes Christianos, Ecclesia inferebat, & adhibebat ritus, testificantes de beneficijs FILII DEI, de inchoata veritate in nouo foedere, & de nostra imbecillitate. Vestiebant eos candida veste, significante vestem iustitiae, gestabant in manibus lampadas, communes facientes nos de flamma, ac luce vera agnitionis Dei, & inuocationis, & motuum, accensorum à Spiritu sancto, pascebantur melle & lacte, nominabatur ista Dominica, quae erat dies publica pompa, Quasimodogeniti, ut doceamur, omnes nos esse infantes, accipere nos reuerenter tua dictata, IESU CHRISTE, quae protulisti ex sinu tui patris. Pendemus ex tuo ore, ut tu loquaris in nobis per tuum Spiritum: Sumus imbecilles, fides nostra est tenera & infirma, alimur dulci lacte & melle tuae vocis, nondum vescimur cibo solido, quo potiemur in aeternitate. Tu igitur suscipe & foue nos, sicut sugamus vnam abluentem omnia peccata nostra, & viuificum sanguinem, qui nos alat & seruet ad vitam aeternam. Fac ut nos etiam imitemur & exprimamus vocem, quam te praecunte sonuit tuus Apostolus, iam immutatus à Spiritu sancto: Dominus meus & Deus meus. Tu es ille verus & vnicus Deus, IEHOVA, qui te patefecisti ab initio Ecclesiae tuae, qui missus es à principio, qui semper affuisti generi humano, Tu es omnipotens, ad te Ecclesia omnium temporum direxit suam inuocationem, Tu eripis homines ex summis malis, reddis credentibus iustitiam & vitam. Hanc fidem in nobis ob signato tuo Spiritu. Inuua nos ut tibi credamus etiam sine miraculis, abducamus nostras mentes à processu Physico, non appetamus nouos raptus aut apparitiones, sed satis sit nobis signum Iona, tuo verbo in ministerio verè, sicut voci sonanti de caelo, credamus, nec ille salutaris assensus, productus à tuo Spiritu, ullis contrarijs spectaculis excutiat. Tu es verax, & in illis qui tibi credunt, etiam in media morte, vitam, & illa bona, quae tuum verbum promittit, inchoabis. Hanc fidem sequitur pax & latitia, accedens per te ad aeternum Patrem tuum. Ingens beneficium tuum est, quod Ecclesia tua tradidisti, & commendasti librum Propheticum & Apostolicum, da ut ille sit norma fidei & inuocationis nostrae, ut credamus, te IESUM esse CHRISTUM, regem & Sacerdotem nostrum, natura Deum & verum hominem, & in illa fide vera & viua, non historica, non simulata inueniamus in te vitam & gloriam in omni aeternitate,

A M E N.

H iij

DOMI-

DOMINICÆ II. POST FESTVM PASCH.
DOMINICA MISERICORDIA DOMINI EVANGELIUM IOAN. X. CAP.

HOMILIA PRIOR.

Ego sum pastor ille bonus. Bonus pastor animam ponit pro ouibus. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius oues non sunt propria, vidit lupum venientem, & deserit oues, fugitq;: Lupus autem rapit, ac dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia Mercenarius est, & non est illi cura ouium. Ego sum pastor ille bonus, & agnosco oues meas, & agnoscor a meis. Sicut nouit me pater, ita et ego noui patrem, & animam meam pono pro ouib.



Meres Propheta, non sine Spiritus sancti afflatu, promissum humani generis redemptorem, Iesum Christum, frequenter sub pastoris parabola describit: partim quidem, ut nos nostræ conditionis admoneant, qui ouium instar periculis pluribus expositi sumus, ex nobis ipsis autem præsidij & consilij nihil habemus: partim verò, ut & Dei bonitatem nobis commendent, & simul doceant, quæ sequi & obseruare debeamus, si salutem nostram velimus consulere. Quia verò Satan Ecclesiæ perpetuò insidiatur, & vel falsos pastores excitat, qui impijs traditionibus à Christo abducunt, & Ecclesias horribiliter vastant: vel veram doctrinam præcones priuatorum affectuum illecebris inescatos decipit, ut sua quærentes officij sui obliuiscantur, & suæ fidei commissos turpiter negligant: ipse Dominus totam hanc causam diligenter tractat. Nam ita se verum pastorem esse docet, ut simul alteros quoq; illos suis coloribus depingat, atq; confutet. Ex quos fures & latrones vocauit, ut planè fugiendos & exhibendos esse doceret. In præsentem verò, de alteris cõcionatur, qui doctrinam quidem puram & veram prædicant, interim verò prauis affectibus & commodi priuati studio abrepti, Ecclesias negligunt, suaq; negligentia lupis vastandas exponunt. Hos autem sub Mercenariorum persona depingit: & rursum seipsum cum his quoq; conficiens, totius loci hunc statum constituit, ut se verum pastorem esse doceat, quem audire & sequi debeant, quicumq; saluari cupiunt: idq; duobus potissimum argumentis siue notis probat, quas suo loco videbimus.

Propositio totius loci, quam ex proximè præcedentibus infert, hæc est: Ego sum pastor ille bonus. Bonum pastorem se dicendo, innuit esse malos & infidos (quod & Aug. annotauit) quos postea mercenarios vocabit. Emphasim vero habet articulus, quem Latini per demonstratiuum **ILLE** expriment, Sensus enim est: Ego verus ille & fidelis pastor sum, quem olim per Prophetas Deus promisit, qui perditam requirat, expulsam reducat, confractam obliget, infirmam roboret, pinguem & robustam coërceat, & de quo alibi scriptum est: Pascet gregem suum ut pastor, & brachio suo congregabit agnos, inq; gremio suo feret fectas, aut suauiter ducet, &c. In præsentem verò omisis omnibus, vnum modò argumentum adducit, & certissimum boni pastoris indicium, quo reliqua eius officia omnia comprehenduntur. Bonus pastor (inquit) animam ponit pro ouibus. Quasi diceret. Quis bonum pastorem esse neget eum, cui oues ita cordi sunt, ut vitæ suæ dispendio earum salutem redimere non detrectet? Quid .n. talis non faciat in reliquis, quæ minori cum periculo fieri possunt? Atqui ego is sum, qui ut oues ex luporum faucibus & impostorum laqueis eripiam, in aspidis periculis versor, & nunquam non me illis oppono, qui meam vitam vnam ob causam infidiantur: imò non multò post me pro illis in crucis mortem ignominiosissimam dabo, ut ab æterna morte illas redimam. Sum ergo verè bonus ille & fidelis pastor, quem necessario sequi & obseruare debent, quotquot seruari volunt.

Est hinc primò consideratu dignissima Dei bonitas ineffabilis, quæ is salutem nostram prospexit. Nam ut Isa. inquit: Omnes nos quasi oues errauimus, & nemo vel suæ ipsius vel aliorum salutem consulere poterat. Hic verò Deus priusquam essemus, cum quales essemus futurum, præuideret, ab æterno scilicet suum prædestinavit, qui afflictis rebus hominum opem ferret. Et filius Dei consilio huic sese accommodans in terras venit, atq; homo factus, in assumpta carne

Christus pastor bonus.
 Aug. tract.
 46 in Ioan.
 Ezech. 34.
 Isa. 40.

Bonitas Dei
 qui nobis pastorem dedit
 filium.
 Isa. 53.

ab ijs tamen victum accepit, quibus docendo inferuiebat. Lucas. n. cap. 8. mulieres aliquot opulentiores nominatim recenset, quæ ipsi de suis facultatibus ministraverunt. Præterea, si illorum sententia admittatur, Apostolos simul omnes in mercenariorum numerum referre oportebit, quos Paulus ex Ecclesiæ ministerio vixisse scribit. Cor. 9. Quare mercenarius hoc loco dicitur, non qui legitimum & ordinarium ab Ecclesia stipendium recipit, sed qui solius stipendij causa ad ministeriũ Ecclesiæ accedit, nihil planè huius facturum, si qua alia ratione commodius viuere, aut quæstum maiorem facere posset. Et tales quidem semper fuerunt inter eos etiam, qui veritatis doctrinam purè prædicarunt. Ex horum numero erant, quos Christus in Cathedra Moysis sedere ait, & quorum præceptis obsequi, vitæ verò exemplum cauere iubet. Tales etiam erant qui Pauli tempore per inuidiam & contentionè Euangelium prædicabant, vt eo prætextu ambitioni suæ satisfacerent, & de quibus ipse scribit. Omnes, quæ sua ipsorum sunt, quærunt, non quæ Christi Iesu. Et quàm multi hodie horum similes passim inueniantur, pijs omnes cum gemitu & dolore sentiunt. Vbi tamen etiã atq; etiã cauendum est, ne præcipiti nimis iudicio aliquem dāuemus, quando quo quisq; animo præditus sit, non antè, quàm in periculis grauioribus, & necessitatis tēpore cognosci potest. Neq; ex illis, quàm diu Christum purè prædicant, aliquid periculi pijs imminet, quin potius nostram obedientiam per hos probat Deus, an eum scilicet honorem verbo ipsius deferamus, vt nullo habito personarum respectu, illi simpliciter credamus, vel num fides nostra ab hominum iudicio & autoritate pendeat.

Philip. 2.

Mercenarij
descriptio.Lupus Satan.
1. Pet. 5.

Sed Mercenarij descriptionem ex ipsius Christi ore audiamus. Mercenarius (inquit) & qui non est pastor (verus scilicet & bonus) & cuius oues non sunt propriæ, id est, qui non pro suis agnoscit, quos ipsius fidei credidit Dominus, non cogitat fore tempus, quãdo mihi, principi pastorũ, de illis rationè reddere cogatur: Is (inquã) si lupũ venientem videat, mox oues deserit, & lupo locũ dat, qui miseras rapit atq; dispergit. Ille verò fugit, quia mercenarius est, id est, quia nõ aliũ sui ministerij finè sibi propositũ habet, quàm vt ex eius stipendio cõmodè viuat atq; ditetur, nulla autè vel ouiu salutis vel gloriæ meæ cura tangitur. Hæc (inquã) mercenarij descriptio est: quæ vt rectius intelligatur, quis iste lupo sit, scire oportet, & quomodo is cõtra gregè Domini veniat. Est hic ipse Satã, quem alibi scriptura Leonè rugientè dicit, & qui hoc vnũ agit, vt Christi oues quacunq; occasione dissipet & rapiat. Habet autè omnis generis ministros, quorũ opera vitur. Ex horũ numero sũt hæretici, & falsi doctores, quos Paulus Act. 20. lupos graues nominat: & quidè merito, quãdo nõ alia nocentior Ecclesiarũ pestis est, quã cũ doctrina inficitur, vt venenũ fiat, quod ouiu pabulũ esse debebat. Sequuntur hos proximo gradu scelerũ magistri & disciplinæ publicæ corruptores, quorũ opera fit, vt vita Christũ abnegent, qui illũ ore profitentur, & diabolo seruiat, qui illi in baptismo nomè dederũt. Et hi quidè omnes eò nocentiores lupi sũt quod intra ipsum ouile, & ouiu septa, grassantur, atq; pellibus ouillis vestiti sunt. Accedunt his aliunde tyranni persecutores, qui hostiliter & aperta vi grassantur. Omnibus verò his simul propriũ est, quod oues rapiunt, & dissipant. Rapiunt, n. dum vel ex via salutis abducunt per superstitionũ errores scelerata, vel obsequi nolentes occidũt. Dispergunt verò & dissipant dũ vnitatè Ecclesiæ sectis varijs & diuersis scindũt, aut cætus sacros prohibet, quibus ad seruandã Ecclesiæ societate nihil vtilius & magis necessariũ est. Ab omnib. autè istis, maximũ periculum pastorib. imminet. Quia, n. hos sibi quàm maximè obstare nouit Satan, eos etiã potissimũ oppugnat. Aduersus hos ergo certamina & disputationes insidiosas hæretici instituant, quarum ipsis hic ferè scopus est propositus, vt ouibus inuisos & suspectos reddat. Eoisdè in primis per conuitia & calumnias petunt Epicuræi, omnis disciplinæ oses. Hostiles maximè tyranni infestãt, quorum ea ferè calliditas est, vt Ecclesijs pacè tutã polliceantur, modò hos aut istos pastores siue ministros eijciant, aut sibi tradat, qui seditiosis sermonib. omnia turbet. Et vt olim Alexander Macedo Oratores sibi dedi petebat, quos in Athen. Repub. suis consilijs quàm maximè aduersari sciebat. Ita hodie multi solos ministros Ecclesiæ perunt, quia his sublati sibi ad reliquos facilè viã esse videt. Vtinam verò tunc omnium animis insideret apologus ille Demosth., quo Athen. suos in officio continuit, ne in publicæ salutis custodes aliquid perfidè tentarent. Sed ea est multorum stoliditas, vt canes fidos spontè lupis dedant, aut saltem eijciant, quasi ea ratione luponum rabies extingui possit, qui potius maiori audacia insurgunt, quando neminem esse vident, qui ipsorum conatibus resistat. At vbi res ita constitutæ sunt, tunc discrimen apparet inter fidos pastores & Mercenarios. Illi enim tunc demum omni studio excubant pro Ecclesiarum salute & hæreticos quidem scripturis publicè conuincunt, disciplinæ contemptores seueris admonitionibus atque increpationibus coërcent, aut

aut incurabiles excludunt, ne propter illos Euangelium & fides Christiana male audiat. aduersus tyrannos verò fides consolationibus omnes confirmant: Ecclesias deniq; non deserunt, nisi hoc ipsa ouium salus exigat, & hæ ipsis alio digressis tutius agere possint. Tunc ergo Christi consilium secuti, melioribus temporibus sese seruant. Quod si autem ex suo discessu Ecclesijs ruinam imminere, & scandalum infirmis obijci vident, millies potius perire malunt, quam vnam ex Christi ouibus perdere. Tales olim Apostoli fuerunt, sicuti Act. liber & epistolæ ipsorum testantur, Talis Athanasius fuit, qui per annos 64. Arianorum certaminibus & insidijs exercitatus, interdum quidem fuga sibi consuluit, stationem vero suam nunquam deseruit, quò minus vel docendo vel scribendo Ecclesiæ prodesset. Talis etiam fuit Augusti. qui Hipponensis Ecclesiæ pastorem annis 40. egit, quo temporis spatio & proteruentes hædos grauitè coercuit, & hæreticos Manichæos cum Pelagianis & Donatistis repressit, & ne belli quidem periculis cedens, Ecclesiæ tunc etiam adfuit, quando vrbs à Genfericho obsidebatur. Debet his merito adnumerari Ambrosius, qui & Theodosium propter indignam sanguinis effusionem à sacrorum communione excludere non est veritus, & Valentiniani edictis minacibus fortiter sese opposuit, cum is basilicas hæreticis tradere iuberet. Horum itaq; virtutem & studium imitentur, qui pastores boni haberi volunt. At longè alij Mercenariorum mores sunt. Hi enim suis modò commodis intenti doctrinas falsas & hæreses grassari patiuntur, maximè si eas à viris magnis probari sentiant. Scelerum licentiam sua ignauia fouent, & canes muti sunt, ne quem offendant, cuius amicitiam sibi vtilem esse arbitrantur. In persecutionibus aut primi diffluunt, aut licet corpore maneant, à statione tamen sua discedunt, dum officij sui immores, ad compositiones iniquas & impias descendunt, quibus veritatis doctrina proditur, *Ezech. 34.* & infirmi multi offenduntur. Sunt igitur ex eorum numero, de quibus apud Ezech. loquitur Dominus: Pingue comeditis, lana induimini, quod crassum est mactatis, gregem non pascitis, debile non confortastis, ægrotum non sanastis, contractum non obligauistis, exautem meas non pauerunt. Sed quid iisdem minatur Dominus? Ecce (inquit) ego contra pastores, & requiram oues meas de manu eorum, & faciam eos cessare, ne pascant posthac oues, neq; pastores pascant vltra seiplos, &c. Quibus adde, quæ Zach. 11. & Malach. 2. in eandem sententiam de pastoribus ignauis dicuntur, quæ item Christus Matth. 24. malæ fidei Oeconomo & comessatori denūtiat. Hæc obseruent quæso, qui hodie doctrinas quasuis seminari patiuntur, disciplinam collabi sinunt, imò ipsimet cum ebriosis aleatoribus, deieratoribus temerarijs, scortatoribus, adulteris, vsurarijs, sanguinarijs militibus, & quibusuis alijs, colludunt, & ad omnia conuient, imò in periculis publicis mirificè tergiuerfantur, vt apud omnes in honore sint & pretio. Inueniuntur tales passim, & per hos nostri seculi ingratitude, & Euangelicæ libertatis abusum, Deus punire solet. Non tamen illi impunè hoc ferent, quod faciunt, sed aliquando ignominiam extremam subibunt & de illorum manibus omnium eorum sanguinem requiret Deus, qui ipsorum incuria perierunt. Vide *Ezech. 3. & 33. cap.*

Accedamus nunc ad alteram boni pastoris notam, quam hoc loco Christus describit. Repetit autem propositionem: Ego sum pastor ille bonus. Et mox illud probat: Quia agnosco oues meas, & agnoscor à meis, &c. Quo loco agnoscendi verbum non nudam aliquis rei notitiam aut cognitionem significat, sed simul curam diligentem & custodiam comprehendit. Vt enim reprobis dicitur: Non noui vos, id est, non pro meis agnosco, quos in meam fidem recipere & tueri debeam: Ita suos electos **CHRISTVS** nouisse dicitur, quia illos curat & respicit, neque eos abs se alienari finit. Ideò Paulus dicebat: Solidum fundamentum Dei stat, habens sigillum hoc, nouit Dominus qui sint sui, &c. Est ergo argumentum Christi tale: Qui boni pastores sunt, ij oues suas norunt, adeoq; eas innumerato habent, vt nulla earum ipsis inscijs perire, aut à grege separari possit: quæ cura facit, vt vicissim ipsi quoq; agnoscantur ab ouibus. Atqui ego meas oues noris confirmationem siue explicationem pertinet, quod addit: Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem &c. id est. Quemadmodum me pater pro filio suo agnoscit, meq; diligit, & sibi coninnatissimum habet, ego item vicissim illum patrem agnosco, neq; à nobis animam meam expendo, nunquam poterò eas negligere, quas tanto pretio redimere dilectus sum. Hic verò obseruabimus, quòd quas hucusq; simpliciter oues dixit, nunc dicit **SVAS** oues esse ait.

Christus pastor suos nouit.

Matth. 7.

2. Tim. 2.

Isa. 40.

Ezech. 34.

Ratio

Ratio eius dicti est, cum quod eas pater illi dedit, tum quod eas ipse sanguinis sui pretio acquisiuit. Peritur hinc consolatio dulcissima, qua fidem nostram in omni tentationum genere confirmemus. Præterea officij nos multifariam admonet. Primò enim, qui Ecclesiarum ministri sunt, aut in magistratu versantur, cogitent sibi non cum asinis aut canibus, sed cum ouibus Christi rem esse. Si ergo illum amant, & eius offensam metuant, in ijs pascendis non labori parcant aut industria. Deinde priuatim singuli cogitent, eos, quibus cum vitam degunt, eiusdem gregis cum ipsis oues esse, & proinde neminem eorum lædant, neq; scindant vnitatis Christianæ vinculum. Adhæc dilcant omnes, quid suo pastori debeant: Amorem nimirum atq; obedientiam. Turpe enim & execrabile scelus fuerit, eum pastorem agnoscere nolle, qui nos ouium loco habet, quos optimo iure negligere poterat. Eius ergo exemplo excitati, ipsum totis animis amplectamur, & eiusdem præceptis obtemperemus, quæ verba vitæ æternæ continent: Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA POSTERIOR.

Alias etiam oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: illas quoq; oportet me ducere, & vocem meam audient, sicut & vnum ouile, & unus pastor. Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam, & rursus sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissidium igitur rursus factum est inter Iudæos propter sermones istos. Dicebant autem multi ex ipsis: Demonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non sunt demonium habentis. Num demonium potest cæcorum oculos aperire?

DOCVIT HVCVSQVE IESVS CHRISTVS, SE verum & bonum illum pastorem esse, quem olim per Prophetas Deus promissit. Est hoc diligenter tenendum, primo vt nobis certò constet, quem lequi debeamus, si salutem velimus consequi. Deinde vt ex eo consolationem petamus in omni tentationum genere, quod Dauidem olim fecisse scimus, vna cum Prophetis, qui inter pericula & aduersa sui seculi hominibus salutem in vno Christo monstrauerunt, quem omnia fidi pastoris officia fideliter obiturum esse vaticinati sunt. Caterùm vt doctrina hæc nobis certa & solida sit, duo præterea cognitu necessaria sunt. Primum, quæ nam ad huius pastoris gregem seu ouile pertineant. Alterum, quæ mortis Christi ratio sit, qua & se pastorem fidum esse declarauit, & præcipuo pastoris officio functus est. De vtroq; igitur in præsentia disserit, & ita tractationem istam concludit. Istitis vero mox etiam subiicit Euangelista, quis illius fructus siue effectus fuerit.

Quoad primum, certa & diligenti inquisitione opus est. Fuerunt enim omnibus seculis, & hodie etiam sunt, qui ouile istud Christi, id est, societatem salutis, vel finibus arctioribus concludere, vel nimium extendere & dilatare, conati sunt. In primo Iudæi peccarunt, qui promissiones de Messia, & Ecclesiæ titulum, ad se solbs pertinere putarunt, quod & maiores suos olim his prærogatiuis ornatos fuisse, & in scripturis Dei peculium dici audirent. Reliquas ergo gentes vix alloquio dignati sunt, adeoq; indignas iudicauerunt, quibus sanctis promissiones communicarentur. Et ita omnium animis hæc persuasio insederat, vt Apostolos quoq; post acceptum Spiritum sanctum de vocatione gentium peculiari visione instrui oportuerit, quam Petro oblatam fuisse, Lucas Act. 10. scribit: & idem nonnullos Petro iratos fuisse ait, quod Cornelio Centurioni Euangelium prædicauisset. Nec multò post hæc ipsa res tantas in Ecclesia turbas excitauit, vt concilij Apostolici autoritate eas componi atq; sopiri oportuerit: cuius tamen non tanta fuit autoritas, qui multi Paulo & alijs indefinenter negotium fecerint, eò quod salutis doctrinam ad gentes deferrent. Hodie autem eodem cum Iudæis errore tenentur, qui Ecclesiæ fines ad Romanæ pome-
pomeria

Psal. 23.

Qui ad ouile Christi pertinent.

Exod. 19. Malach. 3.

Acto. 11. 15.

pomeria restringunt, & de necessitate salutis esse aiunt (vt illorum verbis vtatur) omnem animam subesse Romano pontifici. Errant hi omnes, & de Christi regno siue Ecclesia parum honorificè sentiunt, quod eam vel vni genti vel loco alicui certo alligari arbitrantur, cù scripturæ eisdem eius fines, qui sunt orbis terrarum constituent, & absq; gentis & personarum respectu in eam admittantur, quicunq; Christum vera fide apprehendunt. Rursum in contrariam partem aberrant, qui ne quem temerè damnare videantur, quemq; in sua religione seruare posse dicunt. Et huius loci autoritate nimis audacter abutuntur, dum generalem ex eo de vniuersali omnium hominum salute Prophetiam fingunt. Nunc quidem (aiunt) diuersæ sunt hominum de fide & religione contentiones: At quia idem omnibus finis propositus est, quòd nimirum Deo seruire, & in illo seruari cupiunt, nemini suus error siue ignorantia fraudi erit: sed olim in magno illo die Deus omnes homines ad se colliget, & erit ouile vnum & pastor vnus. Et horum quidem sententia admodum plausibilis est carni, & huius seculi sapientibus, quod ad publicam concordiam plurimum momenti conferre videtur, & ideo sectatores quàm plurimos inuenit, adhuc fortassis plures habitura, si Origenem secuti, diabolos etiam tandem saluos fore dicerent. Et hi reuera ex ouili Christi *θηροπόρεον*, vel omnis generis ferarum commixtionem & stabulum, faciunt, quando in illo porcis etiam, & leonibus & vrsis, lupis deniq; & foedissimis quibusq; qui in bestias degenerarunt, locum dant. Nec multum ab horum sententia abudunt, qui cum Chiliaftis aureum seculum fingunt, quo pacem vniuersalem in toto orbe constitui oporteat, vt omnium gentium homines sub Christo pastore tuti & tranquilli degant. Et hi simul Isaia etiam locos detorquent, quales sunt. Commorabitur lupus cum hædo, & partus cum agno accubabit, Iuuenus item & leo, & pecus pingue, simul erunt, & puer paruus ea ducet: Vacca & vrsus pascentur. &c. Vide Isa. 11. At longè aliter Christus loquitur, cuius verba si propius inspiciantur, omnes huiusmodi sententias validissimè confutant. De solis enim ouibus illi sermo est, quarum nomine soli credentes intelligi possunt, vt alibi diximus. Et alias quoq; oues habeo (inquit) quæ non sunt ex hoc ouili, id est, ex Iudæis, quorum pastorem hæcenus egi, reliquis omnibus præteritis. Itaq; de gentium vocatione loquitur, quam olim Propheta etiam apertè prædixerat, quæ toties de eius regno vaticinati sunt: & hanc superbæ Iudæorum confidentiæ opponit, qui se solos ad salutis promissæ consortium pertinere putabant. Quia tamen mysterium hoc nondum manifestari oportebat, tectius loquitur, ne rudes & imperitos offendat. Et se quidem oues alias iam habere ait, & ouium nomine eos dignatur, qui, cùm ista diceret, lupi potius & porci aut immanes bestię, dici merebantur. Sed ad æternum electionis seu prædestinationis decretum respicit, secundum quod in Dei conspectu iam oues erant, licet per innumeras superstitiones dispersi, & ferarum pellibus tecti, oberrarent. Est igitur hæc locutio diligenter obseruanda, ne de aliquo temere desperemus. Potest enim fieri, vt ex electorum numero sit, qui nunc lupum & porcum agit, & non alienus modò ab Ecclesia, verum etiam eius vastator est, sicuti in Pauli exemplo apparet, vt, quod hic de gentibus dicitur, omittamus.

Isa. 11.

Ierem. 16.

Ito. 8.

Philip. 3.

Vnum molò

ouile Christi.

Genes. 7.

Cant. 3

Ioan. 3.

Apoca. 21.

Hic verò obseruabimus primò, quòd diferte vnicum modò sui gregis ouile Christus esse ait, non plura aut diuersa. Est ergo vnica electorum omnium Ecclesia, ad cuius gremium siue societatem, sub vno pastore Iesum Christum, omnes eos colligi oportet, quicunq; seruari volunt. Docent hoc alia etiam parabola, quibus Ecclesiæ mysteria scripturæ adumbrant, & quibus typos etiam veteres connumerare licebit. Sic vna modò arca fuit, in qua diluuij tempore humani generis reliquiæ seruatae sunt. Sic vna modò templum in Iudæorum gente Deus esse voluit, quòd, ceu publicam parochiam, officina adumbrabatur. Eodem, facit quod vnam quoq; sponsam, non plures, Christo scripturæ tribuunt, qui per Solomonem clamat: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & innumeræ puellæ: Vna illa est columba mea, perfecta mea, vnica illa est matri suæ, &c. Plures quidem fatetur esse per totum orbem Ecclesias particulares, sed ex omnibus illis vnam Catholicam seu vniuersalem constitui ait, quam pro sponsa sua agnoscat. Sic vnam modò vineam, vnum corpus, vnam domum scripturæ indicat, quæ Ecclesiam Christi repræsentent. Et hanc in symbolo nobis Apostoli olim tradiderunt. Vt enim vnum Deum confitemur, Patrem, Filium & Spiritum sanctum: Ita vnam agnoscimus Ecclesiam catholicam, quæ omnium sanctorum communio sit siue societas, & in qua sola coelestis gratiæ & salutis thesauri repositi sint, qui remissione peccatorum, carnis

resurrectione, & æternæ vitæ fruitione, continentur. Quicumq; ergo ab huius societate alieni sunt, ijdem salutis etiam consortes fieri non possunt, quam diu alieni manserint. Alieni verò sunt, quotquot fide vera in Christum Iesum destituuntur, qua sola purificamur, vt ex Dei domesticis censeri possimus. Turpis ergo & simul perniciosus illorum error est, qui dum queng; in sua aut maiorum suorum religione seruari docent, multa & diuersa ouilia constituunt. Hi certe dum hominibus parcunt, nec aliquem temerè da-
 minare volunt, in ipsum Deum blasphemi fiunt, & omnem religionem simul è medio auferunt, vt alibi diximus. Nemo igitur sibi ipsi blanditias fingat temerè, sed curent potius singuli, vt Christi oues sint, & ad huius ouile collecti in ipso salutem atq; vitam inueniant. Vt verò dulcissimâ consolationem habet, quòd ouilis istius fines per totum orbem extendi, nec quenquam propter gentis, aut sexus, aut prioris conditionis respectum ab eo excludi scimus: Ita simul officij istud nos admonet, vt omnes eos amore sincero & fraterno complectamur, quos sui gregis oues, imò sui corporis membra Deus nobiscum esse voluit. Quia enim vnũ corpus sumus, vnus item omnium Spiritus, vna & eadem vocationis nostræ spes, adhæc vnus Dominus, vna fides, vnus baptisma, vnus deniq; omnium Deus & pater est, turpe & nefarium fuerit, aliquas causas comminisci, propter quas mutua charitatis & coniunctionis fraternæ vinculam abruppamus.

Ephes. 4.

Deinde obseruemus etiam, quomodo ad Christi ouile nos colligi oporteat. Illas quoq; oportet me ducere (inquit) & vocè meam audient, fietq; vnũ ouile & vnus pastor. Quibus verbis tria complectitur. Primò se totius negotij autorem facit, sine cuius auspicijs & virtute nihil hinc rectè fiat. Innuit hoc, quando se oportere dicit eas ducere. Ipse ergo verus pastor est, & huic vniuersa nostræ salutis gloria transferri debet. Ita verò sectis viâ omnem præcludit, quæ inter Christianos quoq; exoriri solent, si qui Euangelij ministris nimium tribuant: sicuti Cor. exemplo Paulus docet, de quo iam ante data occasione non semel diximus. Deinde modum & rationem huius ductionis exprimit vocis nomine. Per hanc. n. verbum suum vel Euangelium intelligit, cuius prædicatione Ecclesiam generari & colligi, omnis scriptura docet. Tertiò vocem hanc ab ouibus audiri & agnosci ait, sicq; fieri, vt ad vnũ ouile sub vnũ pastorem omnium gentium electi conueniant. At quomodo (inquit) Christi vocem audierunt gentes, cum ad illas ipse nunquam accesserit, quin aperte fateatur, se ad perditas modò Israelis oues missum esse, quo nomine Paulus illum circumscriptionis Apostolum fuisse dicit? Respondet hinc ipse, quando discipulis ait: Ite in orbem vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Quia enim ijdem prius dixerat, Qui vos audit me audit: utiq; ipsius Christi vox in Apostolis sonuit. Ita quicumq; etiam hodie Euangelij doctrinam, Apostolorum ministerio olim nobis traditam, audiunt, & hæc secuti Christum pastorem suum agnoscunt, & huic vni omnem suæ salutis gloriam tribuunt, hi Christi vocem audiunt, & ex ouium eius numero sunt, simulq; cum reliquis electis ad regni cœlestis hæreditatem admittentur. Facit ad huius confirmationem, quod cap. 17. discipulos suos Deo patri commendans, inter cætera addit: Non autem pro eis tantum rogo, sed etiam pro ijs, qui credituri sunt per sermonem eorum in me: vt omnes vnũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint, &c.

Matth. 15.
Rom. 15.
Matth. 28.
Marc. 16.
Luc. 10.

Ecclesie definitio.
Iob. 19.

Est ergo Ecclesia Christi communitio & societas eorum, qui per Euangelium vocati, huic fidem adhibent, & illum vnũ salutis suæ vindicem agnoscunt, fidemq; suâ debito obedientiæ officio testantur. Quæ definitio, vt hypocritas arguit, & ab ouibus, porcos, lupos, vrsos, & eius generis impuras bestias, distinguit: Ita docet, eos demum propagando & defendendo Christi ouili bonam operam nauare, qui Euangelij doctrinam fideliter tradunt, & eam pro virili sua defendunt. Quòd si verò hæc cum Papatu conferas mox patebit, quã indigni sint Ecclesie titulo, qui huic subsunt, cum neq; Christum audiant, neq; sub hoc vno pastore ad vnũ ouile colligantur, sed in sectas infinitas dispersi sint. At quia de hoc alibi diximus, hæc modò annotauisse sufficiat.

Mortis Christi ratio.

Redeamus ergo nunc ad Christi verba, qui cum nuper mortis suæ meminisset, & eo arguementum probasset, se bonum illum pastorem esse, quòd vitam pro ouium salute deponere velit, in præsentis mortis suæ rationem omnem exponit, & simul duo grauissima scandala è medio tollit, quæ infirmioribus in fide ex ea obijciuntur: Primum, quod multi eum, propter acerbum & contumeliosum mortis genus, Deo inuisum fuisse, & proinde hunc illius merito nequaquam placari potuisse arbitrantur. Et horum sententiæ videtur fauere, quod in lege scribitur: Maledictio Dei est suspensus in ligno Deut. 21. Alterum, quòd carnis ratio eum pro seruatore non potest agnoscere, quem hostium vi eò adductum putat, vt ignominiam

redimere, hac verò donare potest. Adhæc, quia hoc omne æterno Dei decreto nititur, non poterit salus nostra dubia aut irrita esse, nisi decretum suum Deus simul irritum facere velit: id quod factum est impossibile. Nam ut David canit, consilium Domini manet in æternum, neq; Deum unquam sui instituti poenitere potest, qui & sapientia & veritas ipsa est.

Psal. 33.

Que nostre mortis ratio sit.

Job. 14.

Philipp. 24.

Philipp. 1.

Job. 1.

Concionis Christi effectus.

Christus suos quoq; habet Patronos.

Cæterum quia Christus ita hominem assumpsit, ut vicissim sua dona nobiscum communia habere velit, admonemur hoc eius exemplo, quæ nostræ etiam mortis ratio sit, & quibus argumentis nos aduersus eius terrores consolari debeamus. Primum, etsi nobis non sit liberum, animas quando nos volumus, deponere, attamen certum est, neminem esse, qui eas nobis eripere possit, priusquam hora illa fatalis venerit, quam nostræ vitæ terminum Deus constituit. Qui enim pilos capitis nostri in numero habet, & passerulos absq; consensu in terram deiici non sinit, multo magis vitæ nostræ dies numerauit, & hominem omnis creaturæ principem, ita protegit, ut nihil illi fortuitum & absq; certo ipsius consilio contingat. Insaniant ergo ut libet tyranni, & cum consilijs vnâ vires quoq; suas in vnum conferant, quotquot rerum vsu, prudentia & potentia instructi sunt, nihil tamen contra nos poterunt, nisi ista velit Dominus, cuius voluntas cum salute nostra coniuncta est. Deinde deponuntur quidem animæ in morte, sed in Dei manum deponuntur, qui eas olim suis corporibus restituet, & vitæ æterna donabit: Imò ipsa quoq; corpora nobis reddet gloriosiora, quam nunc sint, & ab omni corruptione liberata. Deniq; ut Christus per mortem in gloriam patris ingressus est: ita nos quoq; mori oportet, ut animæ, ex hoc carcere liberatæ, vitæ cœlesti fruamur, & olim corpora quoq; deposita omni facultate siue fortunæ referri debet. Ut enim vita in Dei manus deposita non amittitur, sed cum lucro tantum recipitur: Ita quæcunq; in Dei manus deponimus, ea is nobis, prout nostræ salutis cõsultum fore sciet, cum lucro restituet, & si non eadem aut similia dabit, iacturam tamen omnem alijs donis sarciet, quæ nobis vtiliora & magis necessaria sunt. Expectemus ergo Dei bonitatem, & cum Iobo dicamus, si quid bonorum huius seculi auferretur: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum, &c.

Sequitur concionis istius fructus siue effectus memorabilis. Dissidium ergo (inquit Ioannes) rursus factum est inter Iudæos propter sermones istos, &c. Videtur hoc verbis Christi omnino contrarium esse. Dixerat enim vnum ouile ex Iudæis & gentibus fieri oportere, ut sub ipso pastore omnes simul in fide consentiant. Et ecce inter ipsos Iudæos dissensio oritur, quibus, priusquam hæc ille diceret, probè inter se mutuo conueniebat. Et quidem *RVSVM* ait dissidium factum esse, ut ostendat hoc non nouum fuisse, sed prius etiam non semel contentiones ob eius doctrinam fuisse excitatas, sicuti ex tribus capitibus proximè præcedentibus apparet. At meminimus Christum de ouibus modò locutum fuisse, quas simul omnes ad se colligi oporteat, ex auditoribus verò qui tunc aderant, plebsq; fuisse hircos & canes, imò etiam lupos, quibus nunquam poterit cum ouibus conuenire. Neminem ergo eius generis dissidia offendant, quæ ut non noua, & prius inaudita, sic bona & vtilia sunt, eò quòd his oues discernuntur ab hypocritis, qui illis permixti latent, donec res in contentionem apertiore veniat. Audiamus verò vtriusq; partis de Christo iudicia. Primi ad dicendum aduersarii erumpunt his verbis: Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis? Est ergo hic scopus eis propositus, ut omnes ab eo audiendo absterreant. Rationis autem loco priora conuicia reperant, quod malo dæmonio agitatus insaniat. Est hic mos impiorum, quòd non cõtenti sua cõtumacia, simul omnes alios in seculis impietatem secum abriperent student: neq; illis aliud perinde dolet, quàm si quàm plures Christi doctrinæ aures præbere & ea delectari videant. Quia verò rationibus veritatem oppugnare non possunt, conuictijs agunt, & horrendis sectorum, hæresium, diabolorum deniq; nominibus, quæ nunquam non pleno ore detonant, illam inuisam aut suspectam, facere conantur. Fiunt huius generis multa hodie, sed tunc nos vetera hæc exempla in mentem reuocare oportet, quò minus offendamur.

Cæterum impijs aduersariorum Christi vocibus, opponunt se alij, quorum mentes Dei Spiritus assauerat, ut de veritate rectius iudicare possent. Et hi quidem non conuictijs reuerent, sed rationibus idoneis & firmis pugnant. Primum enim re ipsa aduersarios conuincunt, dicentes: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Quasi dicerent: Qui dæmonio agitantur & mente capti sunt, hi aut confusè & absq; ordine quiduis loquuntur, aut

aut etiam impias in Deum voces, & in proximos quosq; conuitia dira effundunt. At nihil tale Christus, qui certo ordine de rebus diuinis & cognitu necessarijs differit, adhuc omnium saluti vnice studet. Ergo iniuriam ei faciunt, qui illum dæmonio detineri aiunt. Et est hic obseruatu dignum, quod ex ipsis Christi verbis argumentum petitur, quo ipsum defendunt. Ergo Christi doctrina eiusmodi est, vt si rectè inspiciatur, ipsa ad suorum seclatorum atq; administratorum defensionem sufficiat, neq; opus sit aliunde præsidia conquirere, quibus illi suam innocentiam propugnent. Accusamur hodie quòd in Deum & diuos contumeliosi simus, quòd Ecclesiæ vnitatem scindamus, Sacramenta prophanemus, peccandi licentiam inuehamus. At hinc non multa & anxia excusatione opus est. Inspiciatur doctrina nostra, quæ ex Euangelij fontibus deriuatur, & mox patebit nobis iniuriam fieri.

Deinde ex diaboli ingenio & natura argumentantur: Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Sensus est: Diabolus ad salutem hominum ex semetipso nihil confert, neq; ille quenquam illuminat, qui potius omnes excæcare & perdere studet. At Christus cæci nati oculos aperuit, & quotidie beneficia salutaria quibusuis ad se venientibus confert. Ergo abundè constat, ipsum nihil cum diabolo commercij habere. Confutatur hoc argumento, qui hodie dæmoniorum adiutores sequuntur, & ab illis opem atq; auxilia petunt, qui eius serui sunt, quem Christus supra ab initio mendacem & hominem dicit. Dicamus deinde hoc exemplo ipsi etiam de re quauis ex effectis eius iudicare. Nam vt Christus ait, ex fructu arbor agnoscitur. Damnatur hodie seductionis & impietatis Euangelij doctrina. Dicamus ergo: Num qui impiè seducunt, ad vnum Deum omnes per Christum remittunt? num in vno hoc omnem salutis rationem ostendunt? Num in Spiritu & veritate Deum colere, carni & peccato mori, & in Christo ad vitæ nouitatem resurgere, docent? Rursus aduersarij suas superstitiones, Ecclesiæ & Spiritus sancti titulo, atq; autoritate, defendunt. Hos ergo similiter effectis ipsis confutemus. Num Ecclesia salutem alibi, quàm in Christo, quærit? Num alterius quàm sponsi sui vocem audit? Num noua onera suscipit? Num contempta libertate, in quam Christus eam asseruit, hominum seruitio sese subijcit? Num abiecto Christi nomine ab hominibus nouarum superstitionum inuentoribus denominatur? Num Spiritus sancti opera sunt, Deum externis laruis colere, sub religionis prætextu aliorum bona inuadere, domus viduarum & Orphanorum deuorare, de salutis certitudine dubitare, scortari, mœchari, idola colere, creaturas inuocare, & infinita alia facere, quæ Dei verbo prohibentur? Ad eundem modum de Papa, Episcopis, & toto illo clero Romanensi, iudicium fiat, & mox patebit, quo loco omnes isti habendi sint. Nobis verò totius tractationis, quæ hucusq; exposita est, hic vsus sit, vt vnum pastorem Iesum Christum agnoscamus, illius tantum vocem audiamus, & relictis superstitionibus ad ipsius ouile colligamur, in quo solo æternæ salutis thesauri repositi sunt: Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, A M E N.

Matth. 7.

DOMINICÆ MISERICORDIARVM

prima precatio.

Pastor bone & vnice animarum nostrarum IESU CHRISTE fili Dei viui, nos tuas ouiculas tenellas & imbecilles inserito tuo gregi. serua ministerium, mitte pios doctores, qui à te, vno pastore, dictata sua accipiant: Loquere etiam intus in cordibus nostris vocem tuam & æterni Patris tui, & da vt eam verè agnoscamus & audiamus: Frigida etiam corda nostra foue in tuo gremio, tuo salutari calore, & nos ouiculas, pendentes ex tuo collo, defende aduersus rabiem diaboli & omnium satellitum eius, & in illa tristi lucta non sinas nos rapi ex manibus tuis: sed da nobis vitam æternam, quæ hic inchoetur in tuo ouili, & deinde in regno patris tui, vbi erimus similes tui, perficiatur. Amen.

EIVSDEM DOMINICÆ SECVNDÆ

Precatio, Iohan. 10. cap.

Magna est miseria generis humani, sed maior est bonitas tua Fili Dei. Iacent tui electi in mundo sicut teneri & imbecilles agni editi in aspera aura, in medio campo, inter terribilia agmina sauarum luporum, insidiantium vitæ & saluti ipsorum. Sed tu fidsime pastor hanc orbam naturam humanam, desertam ab omnibus præsidijs, tibi æterno fœdere copulasti, & in ea nos miseros seruas & defendis, gestas nos in tuo gremio, sicut pastor teneram & gram ouiculam. Foues nos tuo salutari calore, & defendis nos aduersus omnem immanitatem tuorum hostium. Tu es pastor verus & vnicus longè discernendus ab omnibus alijs gubernatoribus

P R E C A T I O .

teribus et pastoribus. Tu es pastor bonus & bonitate perfecta, & communicans tuam bonitatem
 credentibus. In te fulget idea & imago bonitatis aeterni patris tui, te loquente similis bonitas
 in prima creatione in hominem recens conditum est transfusa, quia bonum est communicati-
 num sui. Amissa illa prima bonitate & integritate, tu ex bonitate inenarrabili oues amissas
 recuperasti, factus es pastor precipuus, redemptor & saluator, merito & efficacia tui. Ponis ani-
 mam tuam pro ouibus tuis, soluisti aequiuadens pratum aeterno patri tuo pro peccatis totius ge-
 neris humani, eripuisti electos ex tyrannide diaboli, monstras illis patrem in noua luce, assuescis
 eos ad tuam vocem, illosq; contra omnem potentiam diaboli & omnium luporum tueris. Oramus te veris
 gemitibus, miserere nostri, O bone pastor animarum nostrarum, sumus immundi, sumus cotamini
 ti. Tacemus sicut agra & saucia ouicula, proiecti a tota natura rerum, circumdati grege diabo-
 lorum, & impiorum hominum. Tu vero nos suscipe tua benefica dextera, gestato nos ad tuum
 gregem. Praefice nobis pastores bonos & fideles, qui dictata abs te accipiant, qui tua verba ex-
 primant, sint fideles dispensatores tuorum mysteriorum, non sint lupi ingulantes miseris o-
 uiculas veneno mendaciorum & falsa doctrina, non sint mercenarii, qui sese pascant, qui homi-
 nitibus placeant, qui auram popularem captent, & religionem ad voluntatem hominum infle-
 ctant. Retineant formam sanctorum verborum tui pastoris, & sint exemplum sanctitatis pijs
 auditoribus. Et tu, qui vniversi gregis Dominus es, sis efficax per ministerium tuorum pasto-
 rum, loquere intus in cordibus nostris vocem aeterni patris tui, fac ut eam verè cognoscamus,
 & distinguamus ab omnibus vultibus luporum, & insidiosis cantilenis mercenariorum.
 Tuua ut cognoscamus te, sicut tu cognoscis aeternum patrem tuum. Accendatur in nobis illa lux
 & veritas, quae fulget in te & patre tuo, frigida nostra corda stupefacta ex sensu ira Dei,
 oppressa arumnis & malis inextricabilibus, calefacito & fove tuo statu salutari, tuo Spiritu
 & calore emenda gelu nostra natura, contineto, nos in tuo gremio, & effice in nobis iustitiam
 & vitam, tibi placentem. Sumus ex Ethnicis, ex parte generis humani blasphemia in tuam glo-
 riam: Sed tu, qui ex immensa misericordia tibi etiam ex illa in munda massa hominum Eccle-
 siam colligis, eamq; cum agmine sanctorum patrum & Prophetarum vnus: Serua tibi semper
 inter nos sanctum semen, fac ut semper tuam vocem sonet, & intus te loquentem nobis exau-
 diamus. Sit vnum ouile, vna Ecclesia, collecta ex Iudaeis & gentibus, & vnus pastor. Grauis ti-
 bi est lucta cum inimico tuo diabolo, qui rabie & audacia impia conatur timidam ouem rapere ex
 tuis manibus: Sed tu in aeterno patre tuo, eris victor. Nos igitur miserrimas ouiculas, obsessas
 a tanta potentia hostium, pendentes autem ex tuo collo, fugientes in tuum sinum, defende ad-
 uersus omnes portas inferorum, non sinas succumbere, non sinas nos rari ex tuis manibus, te-
 ge nos in tuo gremio. Osculare nos osculo oris tui, inspirato nobis robur & vitam, quae in hoc
 seculo in tuo ouili inchoatur, & in regno caelesti apud Patrem tuum aeternum consummat,ur,
 AMEN.

DOMINICA IUBILATA
 TE QUAE EST III. DOMINICA

POST FESTVM PASCHATIS EVANGELIUM

Ioan. 16. cap.

HOMILIA VNICA.

Paululum, & non videbitis me: & rursus paululum,
 & videbitis me: quia ego vado ad patrem. Dixerunt ergo
 quidam ex discipulis eius alij ad alios: Quid est hoc, quod
 dicit nobis, Paululum, & non videbitis me: & rursus pau-
 lulum & videbitis me: & quia ego vado ad patrem? Di-
 cebant ergo, Quid illud est quod dicit, Paululum? Nesci-
 mus, quid loquatur. Cognouit itaq; Iesus, quod vellent eum
 interrogare, & dixit eis: De hoc quaeritis inter vos, quod di-
 xi, Paululum & non videbitis me: & iterum paululum, &
 videbitis me? Amen amen dico vobis, flebitis & lamenta-
 bimini vos, mundus autem gaudebit: Vos autem tristes fi-
 etis

etis, sed tristitia vestra euadet in gaudium. Mulier cum parit, dolorem habet, quia venit hora eius: cum autem genuit puerum, iam non meminit afflictionis propter gaudium, quod natus sit homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis: sed rursus videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

IN precedentibus verbis multis Dominus noster Iesus Christus de cruce & persecutionibus piorum distulit, & inter alia consolationis argumenta potissimum inculcauit promissionem Spiritus sancti, cuius officium & effectus simul diligenter exposuit, vt hunc ipsis fidum & sufficientem aduocatum fore scirent, seq; illius organalibentius præberent. Docent autem ista, pios non debere in hoc mundo felicitatem temporariam & carnis gaudia quærere, sed in hoc potius totis animis incumbere, vt quoad carnem mortificati sub cruce Christo seruiant. Cæterum quemadmodum discipuli in Christi admonitiones minus intenti, ob hoc vnum dolebant, quod illum corpore abs se discessurum sibi verò persecutiones, & perpetua cum impio hoc mundo certamina, imminere intelligerent: Ita nobis quoq; durum & acerbum est, quicquid de cruce & carnis mortificatione dicitur. Et ferè ipsi quoq; nos à Christo derelictos esse putant, si non perpetuo manum suam quasi ex cælo exerit, qua nos iuuet, & ex periculis erigat. Redit ergo Dominus ad institutam consolationem, & eam duobus potissimum argumentis confirmat, Breuitate nimirum afflictionum, & diuturnitate vel perpetuitate potius gaudij, quod ipsius beneficio ex illis percepturi sint. Vtrumq; verò argumentum primum proprio exemplo, deinde parabola mulieris parturientis illustrat.

Consolatur breuitate afflictionum.

Quoad primum, præmittit summam eorum, quæ dicturus est, & verbis quidem vitur, quæ obscuriora ipsis fore sciebat, vt magis eos excitet, & ad audiendum attentiores reddat. Paululum (inquit) & non videbitis me: & rursus paululum, & videbitis me: quia ego vado ad patrem, Sensus est: Pauculæ adhuc horæ restant, quibus elapsis ego in mortem tradar, & tunc ad dies aliquot meo conspectu, & mei corporis præsentia carebitis. Sed nõ diuturna erit hæc mea absentia. Nam tertio die resuscitatus me vobis rursus coram exhibebo, & ab eo tempore vobis perpetuò præsens ero: non quidem corpore, sed Spiritus mei gratia & virtute, quæ vos nunquam deseret. Rationem verò huius dicti affert: Quia ego ad patrem vado, id est, per mortem non abolebor, sed potius in cœlestem gloriam transibo, & ideo licet corpore procul à vobis absim, Spiritus tamen mei virtutem ad vos extendam, quæ vos regat atq; tueatur. Ostendit ergo resurrectionis suæ fructum in ipsos quoq; redudaturum esse, & eam fore in hoc mundo piorum conditionem, vt quàmuis interdù morte absorpti videantur, breui tamen melius habeant, & ipsum sentiant suum esse vindicæ atq; tutorem. Itaq; in posteriori membro videndi verbum non de corporeo sensu, & pauculis illis diebus, exponi debet, quibus post resurrectionem suam cum discipulis corporaliter interis versatus est, vt eos in fide resurrectionis confirmaret: sed potius de fidei contemplatione, qua etiam hodie Christum nobis præsentem adesse credimus, & eius non obscura in nobis ipsis experimenta sentimus. Et hoc dicèdo ad Spiritus præsentiam eos remittit, quos in corporis respectu hæere videbat. Debet ad huius loci expositionem referri quòd postea resuscitatus Mariæ Magdalenæ dixit: Abi ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum, & Deum vestrum: Id est, dicito eis, iam tempus illud adesse, quando ego vos Deo prorsus reconciliabo, vt patrem & Deum eundem mecum communè habeatis, egoq; vester protector & vindex sim, atq; cœlesti virtute vos protegere Nos autem non oscitanter obseruemus, quòd molestiam & luctus acerbitatè, quæ ex morte eius sensuri erant, temporis breuitate, & cœlesti suæ gloriæ, in quam abiturus sit, denuldebeamus: nimirum nihil quod nobis accidit perpetuum aut diuturnum esse. Quia enim vita nostræ cursus breuis est, impossibile fuerit, vt quæ hunc comitantur aduersa & miseræ diuturnæ sint. Perpetua autè & æterna erit, quæ has accipiet felicitas in cœlis vbi nobis peccatoribus se locum parauit Christus Dominus. Obseruauit hoc Paulus in posteriori ad Cor. cap. 4. quando sic scribit: Etiam si externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur quotidie. Momentanea enim leuitas afflictionis nostræ excellenter, excellenter æternum pondus gloriæ conficit nobis: dum non spectamus ea, quæ cernuntur, sed ea, quæ nõ cernuntur.

Iob. 19.

Ioan. 20.

cernuntur. Nam quæ cernuntur temporaria sunt: at, quæ non cernuntur, æterna. Cogitemus deinde nos in cœlis habere vindicem, qui etsi corpore absit, diuina tamen virtute nos protegat atq; iuuet. Hæc sibi accommodent singuli & ista meditentur, quoties vel publicè à tyrannis & persecutoribus infestantur, vel priuatim morbos, inopiam, famem, & alia huius generis sentiunt, & mirram inde consolationem accipiunt.

Discipuli non intelligunt Christi promissionem. Luc. 18.

Cæterùm non intellexerunt hæc Christi verba discipuli, & ideo quidam de illis inter se disputare incipiunt, & aiunt: Quid est hoc quod dicit nobis, &c. Nescimus quid loquatur. Ignorantia huius causa est, quod carnis prudentia decepti, partim in corporelem præsentiam intenti erant, partim in illo regnum terrenum atq; omnigenam huius seculi felicitatem somniabant. Quæ causæ fuerunt, quod multa alia quoq; non intellexerunt, quæ à Christo non omnino obscurè dicebantur. Admonemur autem illorum exemplo, hominem ex semetipso mysteria regni Dei non intelligere, sed Spiritus illuminatione opus esse, quæ nostræ rationis tenebras discutiat, & affectuum nebulas suo splendore superet. Nemo igitur sui ingenij viribus atq; industriæ confidat, sed Deum orent, qui se rudes & ignaros esse sentiunt, vt is suæ sapientiæ lucem in cordibus ipsorū accendere discognetur. Est autem laude dignissima discipulorum ingenuitas, quæ non vno argumento se facere solent: sed eam inter se ingenuè fatentur. Deinde non accusant Christum, non de eius fide aut industria conqueruntur, neq; etiam ab eo discedunt, aut contumeliosè proscindunt, quod non intelligebant: sed iam illum interrogare constituerant, quod illos aliàs non semel fecisse scimus. Imitentur horum exemplum, quotquot veri & germani discipuli Iesu Christi censerunt. Fateamur ignorantiam nostram, neq; nos pudeat de ijs interrogare, quæ nescimus. Est enim infelix nimium & nocentissima superbia nolle discere, ne quid ignorare videamur: Et qui hac inflati sunt, eos reijcit Dominus, qui humiles demus. Nam sciens Christus, quod ipsum interrogare vellent, eos præuenit, & re omnè clarius exponit. Vbi rursum diuinitatem suam euidenti argumento probat. Solius Dei nomen est aliorum arcana nonisse, etsi ea nemo reuelet. Nouit aut discipulorum occultos sermones Christus: & ita nouit, vt eorum verba quoq; repetat, quibus de hac re inter se colloquebantur. Et quod hîc facit, illum sæpe aliàs fecisse legimus: cuius meminisse debebant, qui hodie dicacitate scurrili ex Christi verbis ludos iocorūq; sibi faciunt. Audit .n. & nouit ista quoq; & olim seueriter puniet in illo die, quâdo de quouis verbo otioso ratione reddemus. Est aut in primis hîc obseruanda eius bonitas, qua ita nostræ salutis consultū cupit, vt priusquam interrogetur, ipse suam illis operam sponte offerat, neq; eos diu dubios & suspensos hæerere sinat. Experimur eandem facilitatem etiam hodie: sed vtinam tanto discendi studio arderemus, quanto Apostoli flagrârunt. Orditur aut à graui asseueratione Dominus, ne dubitent sibi tristissima quæq; imminere, & proinde in omnem euentum sæper parati sint. Amen amen dico vobis, flebitis & lamentabimini vos, mundus aut gaudebit, &c. Non temerè de istis toties admoneo. Nec .n. leuia certamina vos manent, sed eiusmodi, quæ lacrymas & eiulatus vobis extorqueant. Nam me in crucem suspensio, impij & mundi studios dijs dediti, quasi iam parta victoria, triumphos agent, & tam mihi quàm vobis perulenter insultabunt. Quid ergo vobis tunc reliquum erit, quàm vt dolorem ingentem animo vestro concoquatis, quando nemo erit, qui illum aliqua consolatione aut consilio subleuet? Attamen non idèd vos desperare decet. Etsi enim in humanis nullum consilium vertetur: quando nimirum me ex mortuis resuscitatum videbitis, & ego in cœlestem gloriã euectus inde Spiritum vobis misero, qui ita vos confirmabit, vt de mea victoria & salutis vestra certitudine, deq; regni mei perpetuitate non amplius dubitare possitis. Tûc adeo non turbabit vos amplius meæ mortis acerbitas atq; ignominia, vt potius ex eius recordatione gaudium concepturi sitis, quando per hanc vobis quidem vitam atq; salutem partam esse, me vero in regnum cœleste ascendisse cogitabitis, vnde vos tuebor, & donis ad retinendum salutem necessarijs liberaliter instruam.

Impleta sunt hæc quoad literam paulò post. Quantus .n. discipulorum moeror & quæ acerbis luctus fuerit, quanta item animorum consternatio, quando Christum ab hostibus immanissimis captum, & ignominiosa morte extinctum, viderunt, facillè intelligit, qui diligentius expendit, quanto animi desiderio illum antea secuti fuerint. Nec dubium est, quin doloris acerbiter vehementer auxerit, quod se ignauo metu deuictos, & ex eius sectato-

sectatoribus transfugas factos esse viderent. Quanta vero è contra apud impios hostes exultatio fuerit, ex eo patet, quod neq; supplicij dira facies eos exaturare potuit, quò milaude digna erant. At mox istorum omnium vicissitudo facta est. Cum enim illum è morte resuscitatum esse audirent, subito metu percussi sunt, & qui antea ludam pecunia corruperant, nunc à militibus quoque silentium, aut potius mendacia, magno pretio redimunt. Discipuli verò intellecta eius resurrectione, cum illum sibi redditum viderent, non gaudio perfunduntur, quo omnis prior tristitia absorbetur. Deinde accepto Spiritu sancto Hierosolymis Christum prædicant, doctrinam suam signis confirmant, novos quotidie discipulos colligunt, & tanta cum maiestate, tamq; felici successu, se in illis exercere Spiritus gratia, ut ipsis quoq; hostibus terrori fuerint. Et quamuis multos sibi infestos haberent, multorum insidijs peterentur, persecutionum pericula quotidie subirent, tanta tamen fuit in illis salutis per Christum patre fiducia, ut hæc omnia infracto & lato animo pertulerint, & (ut Lucas scribit) gausi sunt eo nomine, quòd Dei filius eos dilectos iudicaret, qui propter iptum ista paterentur. At quod tunc accidit, hoc ipsum potius in membris suis extinctus esse, & Ecclesiam suam impiorum libidini permisisse, videtur, & verbi sui cursum in angustias redigi patitur, mox triumphos agit mundus hic, canunt epicia impij, ridet, ludunt, & (ut in Apocalypsi scribitur) mutuis donis atq; muneribus transmissis sibi inuicem gratulantur: pijs item sub cruce gementibus scurriliter insultant, fidem suam & spem promissionum Dei iisdem exprobrant, ex eorum afflictionibus argumenta petunt, quibus Christi doctrinam falsi conuincant, suas autem superstitiones probent atq; confirmant. Et cum communis humanitatis sensus commiserationem in nobis excitet, si quando fures, latrones & quosuis alios sceleratos, ad supplicia duci videmus, soli pij digni videntur, quorum cruciatus sicis oculis omnes inspiciant, & qui acerbiore, & tunc multorum fides grauissimè tentatur, ut quemadmodum discipuli promissionum resurrectionis Christi prorsus obliui, illum resurrexisse vix crediderunt, licet do fore, ut ad suæ Ecclesiæ defensionem exurgat Christus, qui hæc tam indigna tamque iniqua fieri patitur. Sed tunc nos non in præsentis rerum statu hærete, sed in ipsum Christum respicere oportet, neq; dubitare, quin in nobis quoq; locum habeat, quod in illo olim factum est. Multa enim (ut Psalm. 34. dicitur) piorum afflictiones sunt, sed ex omnibus liberat illos Dominus. Quod si quando diutius eos exerceri patitur, interea tantum consolationes adhibet efficaces, & virtute Spiritus labascentes confirmat, ut illis ferendis possint sufficere. Neq; moueant nos impiorum exultationes & triumphi. Nam non perpetui sunt illi, & quia inimicum sibi habent Deum, horribilis ferè illorum est exitus, sicuti multorum exempla in historijs testantur: piorum verò luctus tandem exitum habet lætum, quando se quidem à Deo fideliter liberari atq; defendi, impios vero hostes suæ petulantia pœnas exoluere vident. Tunc enim pedes suos (ut Dauid ait Psalm. 58. lauant in sanguine impiorum, id est, exemplis hisce in impios editis suas cogitationes corrigunt, & quos ex illorum successibus conceperant, affectus eluunt, ut neq; impatientius ferant manum Domini, neq; aduersus eum amplius murmurent.

Est præterea in eum quoq; finem obseruanda huius mundi & discipulorum Christi *Mundi & pi- orum ingenio* comparatio, ut tam illius quàm horum ingenium & nōres agnoscere discamus. Gaudet mundus hic, si quando Christi regnum opprimi, veritatis lucem obscurari, & pijs in sumam potestatem redactos extrema quæq; pati videat. At hæc pijs dolorem afferunt acerbissimum, non tam quòd ipsi ista patiantur, quàm quòd Dei gloriam in ipsis periclitari sentiant. Econtra gaudent iisdem, quando Deus ad Ecclesiæ suæ defensionem exurgit, verbi sui lucem accendit, suos in libertatem asserit, & cultum suum antea collapsum instaurat. Id verò mundus hic indignissimè fert, & immani dolore percitus hoc vnum agit, ut Christus & Euangelio eius sese opponat, regnumq; illius funditus euertat. Rursum peccandi quoq; licentia gaudet hic mundus, & ex sceleribus summam voluptatem capiunt, quosque licentia addixerunt, quæ pij & in seipsis, & in alijs omnibus, deplorant, eò quòd quot huic sese addixerunt, quæ pij & in seipsis, & in alijs omnibus, deplorant, eò quòd sunt Dei gloriam inter homines obscurari, & quàm plurimos in exitum abripi videant. Sunt ergo diuersissima inter se mundi huius & discipulorum *CHRISTI* studia & mores: ideoque inter tam dissimiles conuenire non potest. Debet hoc in eum vsum

visum obseruari, ne dissensionibus, quæ nobis cum mundo intercedunt, offendamur: neque velimus cum mundo gaudere, nosq; voluptatum earum consortes facere, quas ille in rebus prophanis atq; illicitis quærere solet. Errant in hoc multi hodie, qui mundi illecebris se inescari patiuntur. Sed iidem (nisi resipiscant) tandem luctus & doloris æterni socij fiant, quo olim Deus infelices huius seculi filios mulcabit.

Confirmatio
ab exemplo
parturientis.

Cæterum vt consolatio ista maiorem fidem habeat, exemplo siue parabola, ex rerum natura petita, eam confirmat, dicens: Mulier, cum parit, dolorem habet, quia venit hora eius: cum autem genuit puerum, iam non meminit afflictionis propter gaudium, quod natus sit homo in mundum: Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, sed rursum videbo vos, &c. Poterant hinc multa dici de parturientibus, quæ ad harum consolationem priuatim, & ad publicam nostræ generationis considerationem faciunt. Sed quia hæc alterius loci sunt, nos ea modo nunc inspiciemus, quæ ad præsens Christi institutum pertinent. Vult autem docere non modò breui finem habituram ipsorum tristitiam, quam nunc ex eius discessu & morte sentiant, sed eandem gaudij veri & nunquam transiguri materiam atq; causam fore. Ipse enim parabolam exponens ait: Rursum videbo vos, id est, reuertar ad vos, vbi à mortuis resurrexero, vosq; clementer & benigne respiciam: & gaudebit cor vestrum, id est, ex animo & solidum gaudium gaudebitis: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis: Itaq; perpetuum erit, neq; vllis rerum tristitiam atque aduersarum vicibus turbabitur. Vt verò hæc in Apostolis verè, quòd ad literam quoq; impleta sunt: Ita quotidie implentur incredentibus, quando persecutiones, & aduersa huius seculi omnia, ipsis ad salutem adiumento sunt, & ex ijs gaudij nunquam finiendi materiam concipiunt. Quia verò in tentationibus vix vlla consolationem nobis sufficit, proderit singulas parabolæ partes, quæ ad huius argumenti tractationem pertinent, excutere.

Afflictiones
non sunt fortuitæ.
Gen. 3.

Primò partus dolores mulieribus non fortuitò incidunt, sed ex Dei decreto & providentiæ ipsius consilio dependent. Eux enim, eò quòd serpentis consilium admisisset, & viro quoq; peccandi author fuisset, dixit Dominus: Multiplicabo dolores tuos, & conceptus tuos, cum dolore paries filios, &c. Et si verò dolores isti ex peccato originem ducant, & peccati poena sint, hoc ipsum tamen multam consolationem parturientibus affert, quòd se in Dei vocatione esse sciunt, qui abs se impositam crucem mitigat, & laxiorem reddit, si ea patienter ferant, & in Christum respiciant fide, qui ideo ex muliere homo nasci voluit, vt suæ mortis merito peccatum omne expiaret, nosque ex poenis æternis eximeret. Admonet de hoc Paulus, quando de mulieris transgressione loquens, addit: Seruabitur tamen liberis gignendo, si manserit in fide ac charitate, & sanctificatione cum modestia. Timoth. 2. Eadem planè est nostrum omnium conditio. Est enim vita hæc plena afflictionum, quæ etiam ipsæ ex peccato originem ducunt, & similiter nobis certo diuinæ providentiæ consilio immittuntur: quòd vt consolationem habet dulcissimam ad omnes pertinentem, ita eos maximè confirmat, qui in certa Dei vocatione ambulant. Ideo Christus alibi quoq; discipulos ad Dei patris providentiam remittit, qui & capillos eorum in numerato habet, & ne passerulos quidem temerè patiatur interire. Et David seipsum eo potissimum argumento solabatur, quòd fugas suas à Deo numeratas, & omnia sua pericula in eius rationario conscripta esse sciret. Psalm. 56. Nihil ergo nobis quoque afflictiones nocere poterunt, quòd ad animam, si in fide constantes perseueremus, quæ nobis in Christo omnia sancta & leuia reddit.

Afflictiones
suis dispensantur
temporibus.

Deinde certo etiam tempore aut hora partus dolores mulierem inuadunt, neque aliquis illos cire potest, priusquam tempus illud constitutum veniat. Et huius non obsecrè hic admonet Christus, cum ait: Quia venit hora eius: inueniens simul aliter fieri non posse, quin istos patiatur mulier, vbi hora illa aduenerit. Ita piorum quoque afflictiones, tam publicæ quàm priuatæ, suis temporibus dispensantur, & vt ante tempus nobis à Deo constitutum nemo nocere poterit, ita hoc iam imminente necessario ferendum est, quicquid nobis imposuerit ille, ex cuius nutu omnia vitæ nostræ momenta dependent. Facit huc, quòd Christus frequenter suæ horæ meminit, ita nimirum suo exemplo docens, vt ipsi quoque in persecutionibus, in morbis, in fame & egestate, in tentationibus conscientia, deniq; in omnibus aduersis cogitemus: Hæc est hora tua, quate Deus exerceri vult, quæ, vt initium habuit certum, ita finem quoq; habebit, neque diuturnior erit, quàm Deo visum est, qui nos supra vires tentari non sinat.

1. Cor. 10.

Tertiò

Tertiò necessarij sunt dolores illi parturientium, partim, quòd sine illis foetus in lucem edi non potest, partim, quòd amorem erga liberos vehementer accendunt, quos tanta cum difficultate matres genuerunt. Similiter nos quoq; in hoc mundo affligi doloribus omnis generis excruciarì oportet. Nisi enim hoc fiat, de carnis mortificatione & regeneratione aut inuolutione nostri nunquam cogitabimus, neq; nos vnquam serium qui salutem in Christo consequi volunt. Cum enim vita hæc carni tantopere arrideat, vt quamuis ærumnarum atq; calamitatum refertissima sit, eam tamen plariq; omnibus alijs bonis præferre soleant, quid non futurum esset, si nihil acerbi aut aduersi admixtum haberet, & omnia nobis ex animi sententia acciderent.

Afflictiones sunt necessaria.

Postremò acutissimi quidem sunt parturientium dolores, mox verò desinunt, & foetus inde prognatus tanto gaudio matrem perfundit, vt angustia eius porro non amplius recorderetur, quando & se ex mortis periculo liberatam, & puerum in lucem editum esse, videt. Ita apud pios multa quidem & magna est doloris acerbitas in afflictionibus, quas in hoc mundo patiuntur: sed (vt antea diximus) momentanea sunt illæ, & tandem gaudium nobis pariunt verum & solidum, quod nemo hominum eripere, nullus item casus aduersus turbare potest. In his enim Christi consortes & socij sumus, qui vitæ & regni quoq; sui socios faciet eos, qui cum ipso affligi & mori sustinent. Quæ fiducia in medijs angustijs mentes piorum exhilarat, quando certos reddit, quòd neq; afflictio, neq; dijs angustijs persecutio, neq; fames, neq; nuditas, neq; periculum, neq; gladius, nos separare possit à dilectione Christi, qua is suos complecti solet. Olim vero gaudium sequemur, impij verò in tenebras exteriores eijcentur, vbi æternus erit ploratus, & stridor dentium. Debent ista diligenter cogitari in omni afflictionis genere, in primis autem in mortis articulo. Nam huius quoq; hora certa est, & certo Dei consilio dispensatur. Vtque moriamur necesse est eò, quòd cœlestis regni hæreditatem caro nostra, qualis nunc est, adire non potest, sicuti in priori ad Corinth. decimo quinto capite dicitur: Caro & sanguis non possunt regni Dei hæreditatem consequi.

Afflictiones non sunt diuturnæ.

Rom. 8.

Apoc. 21.

1. Thef. 4.

Matth. 25. 22.

Et quamuis carni terribilis atq; doloris plenus sit postremus ille agon, breui tamen momento superatur, & ex eo animæ recta ad Christum emigrant, olim ad corpora sua reditura, vt in his quoq; promisso beatitudinis æterno præmio fruatur. Docet præsertim ea locus iste nos iudicare de vero gaudio, & tristitia vera: quòd vt rectè fiat, valde necessarium est, eò quòd natura ad gaudium propensi sumus, à tristibus verò & aduersis abhorremus. Sed meminimus gaudium non mœreri dici id, quòd nobis tristitiæ causam præbet. Id verò faciunt ea omnia, quibus hic mundus delectatur, vt non temerè dici soleat, omnis gaudij finem tristem atq; amarum esse. Rursum inter tristitia minimè numerantur: quæ cum gaudio Spiritus coniuncta sunt, & olim cœlestis vitæ gaudijs commundus & principis eius deuincitur, quàm impiorum triumphos & immoderatam licentiam, qua sibi ipsi interitum accersunt. Ad hos enim pertinet quòd Luca sexto capite dicit Dominus: Væ vobis diuitibus, nam reportastis consolationem vestram. Væ vobis qui impleti estis, nam esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc, nam lugebitis & flebitis. Piatu pauperes quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui esuritis nunc, quia saturabimini: Beati, qui fletis nunc, quia ridebitis, &c. Ista ergo meditemur hodie, & fortes in IESU CHRISTO eluctemur per aduersa omnia, vt olim regni eius hæreditatem æternam gaudeamus. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ IUBILATE PRIMA

precatio.

Iesu Christe fili Dei, qui vis in passione & cruce Ecclesiam tuam fieri tibi conformem, non sinas imbecilles animos nostros frangi metu periculorum, teq; aspectu ne subtrahe nostro:

DOMINICÆ III. POST FEST. PASH. PREC. II.
nostro: sed inter medias etiam ærumnas ostende nobis tuum vultum: mitiga nobis calamitates, & suavi læticia extingue pauores nostrorum cordium, vt in periculis & in ipsa morte tuam præsentiam sentiamus, & cor mœstum verè gaudiat, & gaudium nostrum nemo à nobis tollat, Amen.

EIVSDEM DOMINICÆ SECUNDA Precatio, Iohan. 16. cap.

CONDITA fuit nostra natura, vt perpetuò fruëretur beato conspectu Dei, & sine vllis ærumnis viueret in læticia æterna. Sed propter tristem secessionem hominis, desijt Deus hominem viuificare & beare, & amisit homo dulce gaudium sui cordis, & fuit oppressus consternatione & paoribus inenarrabilibus: Sed ò fili Dei te restituente ordinè præsentia recipientes recipiunt consuetudinem & familiaritatem tuam, & denuo suavi sensu tuæ præsentia perfunduntur. Abducis te à parte damnata generis humani in perpetuū, merguntur impij in hac vita in æternam mortem, terrentur tuo iudicio aduersus peccata sua, sine consolatione exhalant blasphemias animas inter horribiles fremitus desperationis, & in omni æternitate abijciuntur à cōspectu Dei, & cœlestis Ecclesiæ, in cruciatibus horribilibus. Nec verò ita à nobis proficiscere Iesu Christe, nec punito nos tali orbitate, vt salutarem tui conspectu, & vsurā tuæ lucis, amittamus. Occultas te etiam quidem Ecclesiæ tuæ, & sancti, meriti in tristitia mala, læpe anxij tuam præsentiam requirunt, sed abscondis te modicum, & hoc modicum nobis bonum est: Bonum mihi Domine, quod humiliasti me, vt discerem iustificationes tuas: Sed in tempore te nobis denuo ostendes. Vis hanc inquinatā massam nostræ carnis castigari sub cruce, vt expauescamus cogitantes de mole iræ Dei aduersus peccata hominum, quā tu sustinisti, ne nos redigeremur in nihilum. Vis etiam inter illos dolores serio nos confugere in tuas vlnas, abs te petere opem & in calamitatibus ardentius te inuocare. Segnis est nostra natura, vita ista est lubrica, secunda res etiam sapientum & piorum animas fatigant, & socordes atq; magis effrenes reddunt. Sed anima anxiosa est propinqua in cruce, in tua castigatione nostra mens per precationem ad te ascendit, destituta causis secundis, quibus falso adhæserat, coram te sese effundit, & tu ex immensa bonitate prope es omnibus, qui tribulato sunt corde. Tuo etiam consilio inexplicabili, excellentia membra vis fieri conformia tuo corpori in passione, vt extet testimonium illustre de veritate tuæ doctrinæ de futuro iudicio & gloria. Tu iuisti ad patrem, collocatus in gloriā patris, nō fruimur conspectu tuo visibili, regnum tuum non est de hoc mundo, nos autem in mundo sumus, ideo oppugnamur à principe mundi & satellitibus ipsius, & tu sæpe videris emigrasse ex medio nostri. Disputant tui electi in summis malis, anguntur propterea, quod tu videris latere, & species Ecclesiæ sæpe est talis, vt videatur interitura. Mundus ærumnas sanctorum prosequitur sarcasmis & ronchis, sicut tibi pendenti in cruce accidit: Sed tamen tempus hoc breue est, tu reuerteris in hora oportuna. Verè tua hora est tarda, sed iucundissima, sustinemus in hac misera vita dolores parturientis, præmimur sensu peccatorum nostrorum, ærumnis, morbis, morte: Sed tu iuua, vt in nobis nascatur nouus homo, restitutus ad imaginem tuam, qui tecum viuet in perpetuum. Hac fides, hac spes futuræ liberationis extinguat in nobis tristitiam omnem. Ostende igitur nobis tuum vultum, & fac, vt feliciter tua noua creatura crescat: Sedeamus in verbo tuo inuoluti, sicut fœtus in uolucris suæ matris, hauriamus per Spiritum tuum ex tua massa succum, vegetantem nos ad nouam & æternam vitam, non rumpamus hæc vincula tuæ ordinationis ante tempus, audiamus, discamus reuerenter ea quæ tu sonas in ministerio doctrinæ, sentiamus in istis tenebris, in illa caligine, iniuria tui gaudij. Suspiciamus oculis fidei ad illam lucem, quæ nobis illucescet tunc quando redibis visibiliter. Fac vt primordia illius læticiæ gustemus in hoc mortali corpore, vt perpetuò in consternatione animæ nostræ, in nostra decensione, experiamur præsentiam tui Spiritus, qui est substantialis læticia inter te, & æternum patrem stantur, vt fiamus vnum tecum, vt hoc gaudium semper retineamus, & omnia nostra damna læta spe leuemus. Tu in illo fausto tuo reditu ornato nos læticia consummata, vbi delebuntur omnes dubitationes, omnes tenebræ, omnes ærumnæ, vbi tu lucebis in nobis perfectè, & immutabis nos ad imaginem conformem tuo glorioso corpori, Amen.

DOMI

DOMINICA CANTATE,

QUÆ EST IIII. DOMINICA

POST FESTVM PASCHATIS. EVANGELIVM

Ioan. 16. cap.

HOMILIA I.

Nunc autem ab eo ad eum, qui misit me: Et nemo ex vobis interrogat me, quò abeam. Sed quia hac locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego abeam. Nam nisi abiero, Paracletus ille non veniet ad vos: Sin autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quòd non credunt in me. De iustitia verò, quòd ad Patrem abeam, & amplius non videbitis me. De iudicio autem, quòd Princeps huius mundi condemnatus sit.

SICVT CAPVT NOSTRVM, DOMINVM ET MEDIATOREM nostrum, *IESVM CHRISTVM*, oportuit per passionem & mortem suam intrare gloriam suam: Ita vult Filius *DEI* suam Ecclesiam, quam ministerio verbi sui, & legitimo sacramentorum vsu, vsq; ad finem mundi ex genere humano colligit, sibi in passione & cruce conformem fieri in hoc seculo, proutquam eam, ex morte resuscitatam, inenarrabili æternaq; gloria, lætitia & vita ornabit, ut Paulus testatur, fieri aliter non posse, quin nos, qui filij & hæredes *DEI*, cohæredes autem *CHRISTI* esse volumus, cum eo simul patiamur, ut & vnà cum illo glorificemur. Quoniam verò caro nostra per se infirma, & doloris impatiens est, mox in periculis & aduersis succumbit, nisi se aliquo præsentis auxilio subleuari sentiat. Huius ergo diligentem rationem habet *CHRISTVS* Dominus, & ideo à discipulis suis discessurus multis eos consolatur, quos ob suum discessum mærore grauissimò affici videbat, eò, quòd nullum auxilium sibi reliquum fore putarent. Præcipuum vero consolationis argumentum est promissio Spiritus Sancti, quem se, abeuntem ab eis, certo illis missurum esse pollicitus est, & qui omne fidelis Aduocati officium sit præstiturus. Eam promissionem in præsentis magis confirmat & illustrat, idq; grauissimis de causis, ut in toto orationis contextu videbimus, in quo duo tractantur.

Primò cum aliquoties hætenus docuerit Christus Dominus, se corporali sua præsentia Apostolis, quam ipsos retinere, admodumq; cupide desiderare, sciebat, non porro adfuturum esse, nihil amplius dissimulat, sed ideo de singulis ipsos clarè admonet, ut periculis dudum præuisis minus offendantur: Ideoq; ait: Nunc autem ab eo ad eum, qui misit eum, ad Patrem verò se abire dicit, ut ipsum non periturum in morte intelligant, sed in cœlestem gloriam transiturum, & proinde mortis quoq; eius ignominia non terreantur: Imò in periculis cogitent, se vindicem in cœlis habere, qui ipsos tueri & seruare possit. Sed & missionem meminit, ut doceat negotium hoc omne nobis humano consilio gubernari, sed ab æterno diuinæ prouidentia consilio pendere: quod ipsum quoq; ad confirmandos animos plurimùm momenti confert.

Debet autem hic diligenter obseruari ratio, qua in suis instituendis *CHRISTVS* Ratio, qua in suis instituendis, proposita fuissent. Prudenter ergo ea hucusque cœlavit. Rursum, ne se deceptos dicant, dis Christus nunc bona fide illos de omnibus admonet, nec illos antea periculis obijcit, quam probè & est vsus. planè institutos, & ad omnem euentum instructos, videat. Est hoc primùm magna boni- 1. Tim. 2. tatis & fidei argumentum, ex quo generalis consolatio peti debet. Vult enim nos saluos 1. Cor. 19. Deus, & proinde non vltra vires nos tentari patitur, sed inter pericula omnis generis rationes suggerit, quibus confirmati aduersa quæq; effugere possimus. Deinde ministro- rum

2. Tim. 2.

1. Cor. 3.

Ephes. 4.

rum institutioni seruit, exemplum hoc Domini, vt cum fide prudentiam coniungant auditorum captui sese accommodent, & singula suo loco & tempore proponant. Admonet de hoc ille in œconomi aut dispensatoris parabola. Matth. 24. Et eodem Paulus respexit, quando ministrum requirit qui verbum Dei recte secare norit. Quod ipsemet obseruauit ergo fidei Christianæ principia diligenter in initio tradi, vt paulatim altioribus mysterijs asuescant auditores, & tandem viri fiant in Christo perfecti. Præterea singulos hic locus officij admonet, vt Christi doctrina contenti, nolint quicquam ultra eam sapere, aut aliquid curiosius scrutari, quod ille nobis non reuelauit. Docuit enim ille, quæcunq; nobis sunt cognita necessaria, & doctrinæ suæ promissiones æternæ salutis adiecit, quæ satis docent, nihil illi eorum deesse, quæ salutem nostram seruiunt. Et ferè videmus eos inutilibus speculationibus fatigari, imò in errores horrendos incidere, qui ex semetipsis plus quiddam sapere volunt. Possent hæc multis demonstrari & latissimè diduci: sed pijs admonitio ista sufficit, curiosa verò & ambitiosa ingenia vix vllis rationibus mouentur, donec se perniciose irretita, aut etiam præcipitata, sentiunt.

Reprehendit
discipulorum
maerorem.

Iob. 1.

Quia verò Christus discipulos sui discessus mentione contristari quidem videbat, non autem rem ipsam rectè expendere, reprehendit hunc illorum maerorè præ posterum, vt noua ipsos consolandi occasione caperet, & ait: Et nemo ex vobis interrogat me quò abeam: Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Interrogarant quidem illum supra Petrus & Thomas, & non est dubium varias de hac re cogitationes in animis illorum obortas fuisse. Sed quia in carnalè modò præsentiam intenti erant, merito illos reprehendit, quòd non interrogarent de salutis veræ mysterijs, de quibus ipse eos subinde admoneret. Adumbratur verò in eis ingenium carnis nostræ. Est hæc solis terrenis intenta, & in ijs solatium quærit, quæ sub aspectum veniunt. Vt primùm ergo illa eripi videt, mox dolet, neq; de futuris cogitat: multò minus, quis illa eripiat, aut in quem finem ista fieri patiatur Deus. Et hinc ferè fit, quòd doloris impatientia vincimur. Rectius multò Iobus, qui dicebat: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Hæc vt in omnibus alijs diligenter considerari debent, Ita maximè in mentem reuocanda sunt, quòd vel nobis hinc migrandum esse videmus, aut eos nobis mors abstulit, quorù consuetudo nobis utilis vel etià necessaria fuit. Cogitemus quò abeat, qui in fide vera moriuntur, & neq; nobis mors formidabilis erit, neq; nostrorum mortem impatienter lugebitus. Vide quæ in hanc sententiã Paulus scribit in priori ad Thess. 4. cap. Imprimis verò hoc Christi dictum ijs seruit, qui nobis hodie de corporali præsentia Christi litem mouent, qua Ecclesias omnes horribiliter turbant. Si. n. considerarent diligentius, quò ille abierit corpore suo, & quanta eius ad dexteram Patris in supernis maiestas sit atq; potentia, nunq; de carnis præsentia litigarent, quam in cœlos transferri oportuit, vt quæ nostræ redemptionis pretium fuit in terris, nunc in cœlis nostræ salutis arthabo sit. Omisissis itaq; concertationibus in uerbum Dei filium intenti simus, qui in terris omnia præstitit, quæ ad nostram salutem faciunt, nunc verò in cœlis uiuit & regnat, quò nos quoq; olim ad se recipiet.

Spiritus Sancti
domini necessarium est.

His ita de discessu suo explicatis, Secundò nunc docet discessum suum ipsis uilem & necessarium esse, vt ita locum cedat Spiritui, sine quo neq; seruari, neq; officium facere possint. Ita verò dolorem, quem ex discessu sui crebra mentione conceperant, lenire studet, cum ex eo plus commodi rediturum sit, quam ex corporis præsentia, quam modò auferri oporteat. Quia verò totos in hanc intentos esse videbat, non sine graui asseueratione rem istam proponit: Sed ego (inquit) ueritatem dico uobis, expedit uobis, vt ego abeam, & connectit autem hæc præcedentibus, quibus præ posteram ipsorum tristitiam reprehenderat, quasi diceret: Vos quidem maesti gemitis, quòd me digresso, nullum uos amicum aut patronum amplius habituros putatis. At ego, qui uos tenerimè diligo, & cuius fidem hucusq; in infinitis argumentis estis experti, hoc uobis pro certissimo affirmo, quòd uobis conuenientius sit, me ex terris discedere, quam diutius uobiscum uersari, quoad huius corporis præsentiam. Vt. n. & uos ad destinatum uobis munus instruamini, & regnum meum latius extendatur, spiritum mitti oportet, quem uobis aduocatum & Patronum fore promisi. At nisi ego abiero, aduocatus ille non ueniet ad uos. Vt primùm autem hinc profectus fuero ad cœlestes sedes, eum ad uos mitram. Quantum ego Spiritus sancti uirtus & gratia externa corporis præsentiam superat, qua impj quoq; frui possunt, tantò uilior erit mea aduocatio, quam consuetudo hæc externa, quam tanto desiderio expetitis. Forti igitur animo dolore istum superate, & quid uile atq; salutare sit potius, quam quid carni iucundum, respicite, &c.

Hic

Hic autem obseruatu dignum est, quod ait: Expedi vobis. Poterat .n. dicere, Expedi mihi, vt alsidua hac malorum palæstra, & molestissimis certaminibus liberatus, regno mihi in caelis destinato fruar. Si ergo me amatis, nolite obstare, quò minus eò perueniã. Sed qui propter nos in mundum venerat, maiorem semper salutis nostræ quàm suæ rationem habuit, & ideo maluit, quid ipsis, quàm quid sibi, expediat, dicere. Extant huius generis argumenta multa passim, quæ illius erga nos bonitatem commendant: ex quorum consideratione nos illius amorè concipere, & in fide eius confirmari decet, ne ipso relicto Antichristum potius humanum genus in tenebris perire mauult, quàm suum quæstum amittere, quem artibus plus quàm Simoniacis in Ecclesia instituit. Imitentur item hunc Christum affectum omnis loci & ordinis homines. Nam tunc demùm officio suo rectè fungentur ministri, magistratus, parentes deniq; omnes alij, si non quid ipsis vile sit videant, sed quid ijs expediat, quos ipsorum fidei Deus commisit. Deinde, quia iam moriturus sic loqui voluit Christus, nos quoq; dictum hoc nostræ institutioni accommodemus, si quando moriuntur ijs, quorù consuetudo nobis utilis & necessaria fuit. Vt nimirum non, quid nobis, sed quid illis, vile sit, spectemus. Quoad nos enim, credere debemus, nos sub Dei protectione esse, cuius veritas atq; potentia nulli mortalium alligata est. Quoad verò morituros, nihil illis vtilius potest accidere. Liberantur enim huius seculi curis, laboribus atq; periculis, transferuntur autem in caelestem patriam, vbi dolor nullus est, vbi lachrymæ omnes absterguntur, vbi deniq; in Dei conspectu fruuntur facietate omnis gaudij. Inhumani ergo aut stulti sunt, qui hanc illis felicitatem invident.

Imprimis autem hinc considerari meretur, quod præcipuum huius loci caput est, quomodo Ecclesiæ suæ adsit, eamq; regat Christus Dominus. De hoc .n. hodie vbiq; disputatur, & multi illum ab Ecclesia simul & Sacramentis excludi vociferantur, nisi eum corpore tuo nobis præsentè adesse dicamus. At sicuti regnum eius Spirituale est, ita Spiritus virtute & gratia illud administrat, neq; ad eã rem corporis præsentia nobis opus est. Docet hoc in præsentem argumento quàm euidentissimo. Dicit .n. Expedi vobis, vt ego abeam. Quod de corpore intelligi debere necessariò omnes fatebuntur, nisi quis dicere velit, expedire nobis, vt diuinam virtutem & Spiritum suum à nobis auferat: quod nemo dicet, nisi qui cù vera ratione omnem quoq; pietatis sensum exuerit. Quod si verò illum abire vile fuit, non vtiq; porrò necessaria est corporis eius præsentia, quã nostri aduersarij tam infestis clamoribus propugnant. Potest hoc exemplis probari, quæ mortali adhuc corpore indutus in terris edidit. Tunc enim Centurionis famulum è morbo restituit, & aulici illius regij filium curauit, licet corpore procul ab illis abesset. Discipulos item ad prædicandum emissos gubernauit atq; protexit, ne quid mali paterentur. Num ergo eius nunc minorem virtutem esse putabimus, postq; ad Patris dextram confidens omnem in caelo & in terris potestatem accepit? Imò corpus ex hoc mundo in æternas beatorù sedes transferri, quas nobis scriptura in caelis, extra hunc corruptibilem mundum, monstrat, vile simul atq; necessarium fuit. Primò propter ingenium carnis nostræ, quæ quoad externis præsidijis intenta est, mentem ad caelestia euehere non potest, & ita neglectis potioribus circa res minus viles occupatur. Voluit ergo corporis sui conspectum & præsentiam nobis auferre Dominus, vt non in hanc, sed in eius meritum, respiciamus, & ipsum in caelesti regno quæramus, eoq; magis in fide nostra confirmemur, quòd illum caelesti gloria & potentia instructum esse, & proinde nobis seruandis sufficere scimus. Ideo in sequenti capite discipulos patris tutelæ committit, et Stephanum exhibuit, vt doceret, auxilium & salutem, quam ex ipso habemus, nobis non ex carnem suæ præsentia, sed eius merito & virtute caelesti, obtingere. Quod Paulus obseruans in caelos euehere debuit, quia hoc poscebat æternum Dei decretum, vt nimirum peccatis terra ijs omnibus, quæ ad humani generis redemptionem pertinebant, assumptam ex nobis carnem in regni caelestis gloriam transferret, & inde mitteret Spiritum Sanctum, quo doctrinam discipuli regnum suum in toto orbe propagarent. Postulabat denique hoc ipsum nostræ redemptionis & salutis ratio, vt humanam naturam in caelos eueheret, & ita nobis caelorum fores aperiret, quæ propter peccatum occlusæ erant, adeoq; nos ipsos, quos per carnem assumpserat (vt Cyrillus loquitur) in caelos collocaret: qua ratione Paulus etiam ait, nos in CHRISTO IESU vnâ excitatos, & in caelis collocatos esse. Ephes. 2.

Quomodo
Christus adsit
suæ Ecclesiæ.

Matth. 8.
Ioan. 4.

Matth. 28.

Acto. 7.

agendum erat, abundè præstitit: eandem verò ex terris in cœlos transferri, non vtile modo, verumetiam necessarium fuit, vt nobis in cœlesti regno locum faceret, & in terra ad huc agentes Spiritus sui donis instrueret, qui & salutis nostræ arrhabo est, & solus ea in nobis operatur, quæ ad regni Christi administrationem faciunt.

Spiritus Sancti effecta.

Et hoc quidem ipse Dominus in præsentis docet. Ne enim vulgare quid polliceri videatur, Spiritus Sancti donum ab effectis commendat, sic dicens: Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, &c. Est autem arguendi verbum forense, & idem est, quòd aduersarium argumentis conuincere, & ita causam, de qua agitur, contra illum obtinere. Voluit autem eiusmodi verbo vti, quia de regni sui administratione loquitur, in cuius descriptione veteres etiam Prophetæ similibus locutionibus vti consueverunt. Huius autem loci hic sensus est: Spiritum meum vobis promisi, qui aduocati instar vobis adsit. Quæ promissio non debet vilis aut vulgaris censeari, sed potius animum ad dere in quouis tentationis genere. Nec enim otiosus erit Spiritus ille, sed efficacissimè omnia ea ager, quæ ad regni mei propagationem faciunt, & omnes homines ita inter animos ipsorum conuincet, vt vel mihi spontè cedant, vel inuiti quoque & reluctantes damnationis sententiam in sese recipiant. Quia verò hæc Apostolis dicit, qui Spiritus Sancti organa futuri erant, omnem ministerij Ecclesiastici rationem, hoc loco tribus capitibus compræhensam, proponit, quæ nobis ex ordine consideranda erunt.

1. Arguit de peccato.

Psal. 32.
Rom. 4.

Act. 2.

Primò, arguet (inquit) mundum de peccato. Id est, ostendet omnes homines peccatores esse, & eos non verbis modò & externis signis, verumetiam propriæ conscientie testimonio conuincet. Exponit autem hoc per causæ redditionem: Quòd non credunt in me. Huius verò meminit, non quòd sola incredulitas peccatum sit, sed quòd nos ab ipso separat, qui solus peccatum mundi tollit, & proinde causa est, vt peccata nobis imputantur. Sensus ergo est, Spiritum Sanctum per Euangelij prædicationem ita penetraturum esse hominum conscientias, vt non modò peccata sua agnoscant, verumetiam sentiant se miseros & mortis reos esse, quòd ad CHRISTVM recipere dedignantur, qui solus illa expiat. Coepit hoc mox sub initium Euangelicæ prædicationis fieri. Cum enim ipso die pentecostes, quo primùm datus fuit Spiritus Sanctus, Apostoli concionem haberent publicam, multi corde suo compuncti sunt, & ab ijs salutis consilium petierunt, qui ipsos summæ iniquitatis accusauerant. Sed & hostes Christi conuictos fuisse ex eo apparet, quòd hoc potissimùm nomine Apostolos insectati sunt, quòd se ab illis innoxij sanguinis reos agi sentirent. Etsi enim peccatum nollent agnoscere, conscientie tamen stimulos non poterant effugere, qui ad CHRISTI mentionem omnia ipsis infesta faciebant. Et hunc Spiritus Christi effectum adhuc hodie Iudæi sentiunt, quos plerumque ad nomen I E S V exhorrescere videmus, & de illo sibi infesto conqueri. Similiter quosuis alios per Euangelij prædicationem intra annos suos argui & conuinci constat, vt multi hoc dissimulent, & arguentem ipsum Spiritum sua contumacia protelare, aut suffocare conentur. Est ergo hic perpetuus Spiritus Sancti effectus, quòd per Euangelij prædicationem homines peccati conuincunt, & simul ijs iram quoque Dei terribilem ob oculos statuit, qui Christum vnicum gratiæ mediatorem, contumaciter spernunt. Quòd Paulus non obscure testatur, quando de Euangelio loquens, quòd potentia Dei sit ad salutem omni crediti, per idem illud iram Dei quoque è cœlo manifestari dicit super omnem impietatem & iniustitiam hominum.

Rom. 7.

Euangelij prædicatione inchoanda à redargutione peccatorum.

Genes. 3.

Docet autem hic locus Euangelij prædicationem à peccatorum redargutione inchoari debere. Quia nisi se peccatores, & morti atque iræ Dei obnoxios esse homines intelligant, de salute sua nunquam serid cogitabunt, vt neque agrotus medicinam quaerit, qui morbi sui vim, & ex eo imminens periculum, ignorat. At peccata nostra ipsi non agnoscimus, eò quòd furo mirifico illa Satan velare solet, & ex illis ferè voluptatem capitaro, cuius figmenta & cogitationes prauæ sunt. Opus ergo est efficacibus testimonijs, quibus conuincamur. Et huc quoque facit, quòd Luc. 24. Euangelij doctrinam in penitentia & remissionis peccatorum prædicationem Christus distribuit. Seruatus est hic ordo iam inde ab origine rerum. Ipse certè Deus primos parentes primùm transgressionis reos egit, deinde eius agnitione consternatis primùm transgressionem saltem mulieris olim instaurandæ adhibuit. Idem legis per Mosem latæ hunc præcipuum vsum esse voluit, vt, per hanc conuicti, redemptore sibi opus esse intelligant, & promissum Messiam

Messiam eò constantius amplectantur. Quàm serio autem Prophetæ hominum sui seculi scelera arguerint & accusauerint, sermones eorum euidenter docent. Idque eos ex Dei mandato fecisse, ex Isaia 58. cap. patet, ubi sic ait: Clama ex gutture, ne parcas: exalta in str tubæ vocem tuam, & annuntia populo meo prauaricationem tuam, & domui Iacob peccata sua. In nouo autem Testamento Ioannes Baptista, qui primus in eo verbi minister fuit, ab hoc ipso articulo fecit docendi initium: vt & ipse Christus, cuius ille præcursor erat. Apostolos autem hunc ordinem vbique obseruauisse, ipsorum tum conciones, tum epistolæ, abundè testantur. Seruit hoc ministrorum institutioni, ne vel canes muti sint, qui omnia dissimulando peccandi licentiam foueant, & puluillos consuunt (vt Ezech. ait) quibus suauiter indormiant, qui ad pœnitentiam debebant excitari: vel horrent, quorum feroces Spiritus cognatæ nobis corruptionis sensu erant frangendi. Quia enim Spiritus sancti opus est mundū arguere de peccato, non poterunt illius ministri aut organa censerī, quicunq; ad omnia conuiuent, aut etiam homines inani iustitiæ suæ persuasione decipiunt. Discant item ex hoc loco singuli patienter ferre ministros, à quibus sua peccata argui sentiunt, aut liberius accusari. Est enim hoc (vt modò diximus) Spiritus Sancti opus, quod impedire aut prohibere nemo tentabit absque impia & scelerata audacia, quam Deus inultam abire non sinit, vt in illorum exemplis apparet, qui olim Prophetis frenum iniicere, aut dicendi leges præscribere ausi fuerunt.

Meminerint potius omnes esse hoc summum Dei beneficium, quando fidos monitores excitat, qui tera peccatorum redargutione ad respicientiam nos hortentur, qui alioqui in sceleribus nostris perituri eramus. Exemplum huius rei in Dauide habemus, qui procul dubio periisset funditus, nisi ipsum Nathan libera & graui redargutione in viam reuocasset. Quod ipsum de nobisipsis fatebimur, si in nosipos descendere libeat, & in gentē effari, quod illic inueniemus. Ideo Christus Apostolos salem terræ dicebat, quod eos seruat, qui in sceleribus suis iam putrescebant. Et idem Marci nono suos admonet: Habete Salem in vobisipsis, & pacem inter vos mutuo habebitis. Possent hæc infinitis exemplis confirmari, sed sufficiat, quod non vno loco falsos Prophetas Deus accusat, & eos publicorum malorum præcipuos authores esse ait, qui instar talis infatuati veram doctrinæ acrimoniam amiserant. Vide Isa. 56. Hof. 9. Iere. 23. Ezech. 13. cap. &c.

Videamus nunc secundum Spiritus Sancti effectum, qui in Ecclesiæ ministerio legitimo sese profert. Arguet (inquit) mundum de iustitia. Potest hoc bifariam intelligi, & à CHRISTI instituto non aberrabimus opinor, si vtrumque sensum coniungamus. Primus Sensus est, vt de ipsius Christi iustitia locus hic exponatur, quod illi testimonium perhibiturus sit Spiritus Sanctus per Apostolos, quando suam virtutem in illis potenter exeret. Quod reuera factum fuisse scimus. Quando enim illi in nomine CHRISTI signa edebant, dæmonia eiciebant, & admirabili constantia totius mundi furores vincebant, facile erat videre, illos superna & diuina virtute instructos esse, & CHRISTVM, cuius illi ministri erant, in cœlis regnare: sicque illius iustitia & innocentia asserbatur aduersus eorum calumnias, qui impii iustitia locus hic exponetur, quod nimirum Spiritus Sanctus omnes homines, falsæ & fuit, quæ nos coram tribunali Dei tuetur, quis item cultus huic gratus & acceptus sit. Fauet vtrique sensui ipsius Christi expositio, quam subiicit. Arguet (inquit) mundum de iustitia, quod ad Patrem abeam, & amplius non videbitis me. Quibus verbis in Dei iudicio consistere possint. Omnes enim peccauerunt, & destituuntur gloria Dei. Non est iustus, aut qui faciat bonum, ne vnus quidem. Et iustitiæ nota sunt instar sordidorum Centonum. Alterum, vbi nam iustitia vera inueniatur, docebit. Isa. 64. Penes me nimirum, qui ad Patrem abeo. Id est, qui nunc quidem moriar, & mortis mea merito peccata mundi omnia expiabo: & (vt Daniel prædixit) iustitiam sempiternam reducam, non manebo autem in morte, sed resuscitatus carnem quoque meam in cœlestem patris gloriam subueham, & ita iustitiam credentibus conferam omnibus numeris absolutam. Resurrectionem autem & ascensionem potissimum allegat, quia in his no,

Matth. 5.

2. Arguit de iustitia.

Rom. 3.

Dan. 9.

1. Cor. 15.

his nostræ iustificationis & salutis complementum est. Nisi enim resurrexisset, maneremus adhuc in peccatis nostris, ut Paulus ait: qui idem illum propter peccata quidem nostra mortuum, propter iustificationem verò nostram resuscitatum esse testatur.

Tertiò in quo nam cultus Dei iustus & legitimus consistat, Spiritum traditurum ait, quando addit: Et amplius non videbitis me. Quibus verbis omnem cultum tollit, quem in Ceremonijs externis & corporalibus exercitijs, homines superstitioni constitunt. Si enim corpus suum ita à nobis abstulit, ut illum ne videre quidem possimus oculis corporeis, nulla certè externa officia ad illum usque pertingent. His ergo supra pauperes destinavit, in quos conferri vult, quæ in ipsum conferre vellemus, si in terris adhuc ageret. Dei verò cultum in Spiritu & veritate nobis monstrat, qui si de potissimum perficitur, quæ ut mentes nostras ad Christum usque euehit, ita nos totos illi consecrat, Alterum ergo prædicationis Euangelicæ caput est, ut non modò crassiora peccata arguantur, verum etiam iustitia humana damnetur, vera autem iustitia monstratur in solo Iesu Christo, qui fide apprehensus nos iustificat, & simul totos Deo consecrat, ut hinc non inanibus & frigidis ceremonijs, sed in spiritu ac veritate, colamus. His ergo Christi verbis dogma illud Apostolicum nititur: Sola fide in Christum homines iustificari. Quòd cum ad Spiritum sanctum auctorè ille referat, frustra nobis hodie aduersarij, ut illud confutent, Patres, Concilia, Canones, & alia huius generis, obijciunt. Nos enim salutis mysteria non hominum traditionibus niti scimus, sed Dei verbo, cuius interpretes est Spiritus sanctus. Ab hoc autem traditam esse eam iustificationis rationem, quæ in nostris Ecclesijs doctorina ista displicet: sed caueant iidem, ne dum plus quàm Icario volatu Dei Spiritum superare contendunt, non maria modò, sed ipsam quoque Stygiam paludem, laculq; tartareos, suo casu nobilitent.

3. Arguit de iudicio.

IOAN. 8.

LUC. 10.

ACTO. 17.

At quia non ignorabat, multos ex hac doctrina peccandi licentiam capturos, multos item hoc nomine illam calumniaturos esse, tertium adhuc Spiritus effectum subiicit: Arguet mundum de iudicio. Intelligit autem iudicij nomine mundi restitutionem vel reformationem, quæ eiectione eius principe facta est, & qua ipse humanum genus in libertatem asseruit. Et huic sensui fauet, quod addit: Quia princeps huius mundi iudicatus siue damnatus est. Idem ergo hinc dicit, quod supra cap. 12. Nunc est iudicium huius mundi, nunc princeps huius mundi eiectione est foras. Id verò re ipsa præstitum esse, Spiritus sanctus euidenter demonstravit, quando per Apostolos non modò ex priuatis hominibus mali daemones eiectione sunt, verum etiam cultus nefarij sublatis, oraculis silentium impositum, morum licentia frænata, & totius mundi reformatio facta est. Nunquàm enim ista fieri passus esset Satàn, nisi ipsum constrinxisset prius Christus, & ex regno male occupato deturbasset. Sic ergo vult in presenti dicere: Et si humanam iustitiam Spiritus Sanctus damnabit, me verò vnicum iustitiæ & salutis auctorem esse ostendet: minime tamen quiduis agendi licentiam hominibus concedet. Nec enim modò hoc meo meriti beneficiù prædicabit, sed simul ostendet, diabolum quoque per me ex mundi imperio deiectione esse. Quod etsi multi nolint agnoscere, Spiritus tamen signis, & insperata totius orbis reformatione, illos conuincet, ut tale quid factum esse non possint negare. Monebit ergo ut se quoque reformandos præbeant, neque posthac seruiant diabolo, quicumque iustitiæ & salutis, cuius ego auctor sum, consortes esse volunt. Hic mihi totius loci huius sensus simplicissimus, & Christi instituto convenientissimus, esse videretur. Quia verò de singulis capitibus alibi fusius est dictum, & nunquàm non de illis dicendi occasio occurrit, ea in præfati breuiter perstrinximus. Nobis autè inter alia hic quoque istorum usus esse debet, ut discamus, quæ doctrina in Ecclesijs retineri debeat. Non alia nimirum, quam Spiritus sanctum auctorem habet. Ea autè tribus hisce capitibus continetur: Quòd omnes homines peccatores, & ideo mortis æternæ mancipia sint: Quòd iustitià nobis Deus in illo offerat, quæ sola fide potest apprehendi: Quòd iustificati in Christo suam dignitatem tueri, neque posthac diabolo seruire debeant, quem ille ex sua possessione deiecit. Si qui ergo aliud docent, ij anathema sint, etsi angeli de caelo fuerint. Aliud verò docent Papistæ, qui vires hominis extollunt, operum nostrorum iustitiam constituunt, CHRISTI merito Diuos & sexcenta alia coniungunt, quæ & morum licentiam fouent, & tandem desperationis causa sunt, sicque diaboli regnum multis modis stabiliunt. Eos ergo audiant, si quibus perire liber. Postremò obseruari debet, quòd etsi de Apostolorum ministerio loquatur, tamen omnia ista Spiritui soli tribuit, qui hæc per illos facturus sit.

Gal. 2.

Illi ergo ministri fuerunt, operis autem per illos confecti gloria ei soli debetur, qui incrementum dedit. Est is *CHRISTVS IESVS*, vnicum Ecclesiae caput, quam suo Spiritu & verbo vocat, colligit, regit atque conseruat. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA

Adhuc multa habeo, quae vobis dicam, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille, Spiritus nempe ille veritatis, introducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quaecumque audierit loquetur: & quae ventura sunt, renuntiabit vobis. Ille me glorificabit: quia de meo accipiet, & renuntiabit vobis. Omnia quae habet pater, mea sunt: propterea dixi, quod de meo accipiet, & renuntiabit vobis.



RAECLARA ADMODVM, ET MVLTA CON-

sideratione dignissima, est Pauli Apostoli sententia, quam in posteriori ad Corinth. cap. primo pronuntiat: Sicut abundant afflictiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & consolatio nostra. Docet enim, Christum non redemptorem modò & vindicem esse, qui nos semel ab interitu eripuerit, verum etiam fidelem atque potentem suorum protectorem esse, qui nos non supra vires nostras tentari patiat, & qui pro diuina sua virtute infinitas habeat nos consolandi, & confirmandi rationes. Inter has autem efficacissima est, quam intra animos nostros Spiritus Sanctus efficit, qui & salutis nostrae arrhabo est, & in quouis casu abunde monet, quid nobis facto opus sit. Ideo huius promissionem frequenter inculcat Dominus alibi, & eandem in hoc sermone consolatorio, quem iam mortem aditurus apud discipulos vltimum habuit, multoties repetit. Vtq; pluris apud eos fieret hoc Spiritus Sancti donum, atque eius consideratione magis confirmarentur, nuper illius effectus diligenter exposuit, & illic simul omnes Apostolici & Ecclesiastici muneris partes breuiter complexus est. Quia verò mœstis & sollicitis multa occurrunt, quæ illis novos terrores, metumq; nouum, quotidie pariunt, promissionem istam amplius illustrat atq; confirmat.

1. Corinth. 10.

Principio autem, quia tantorum mysteriorum adhuc rudes, & simul in ijs percipiendis tardiores erant, ipse verò eadē breuius perstrinxerat, nunc præoccupatione breuitatē istam excusat, & tempus fore docet, quando hæc omnia probè intellecturi sunt. Ait enim: Adhuc multa habeo, quæ vobis dicam, sed non potestis portare modo, &c. Quasi diceret, Poterant hæc prolixius tractari, & præter hæc etiam multa alia restant, de quibus vos admoneri oportebat: sed quia vos adhuc tardiores & insuper marore atque tristitia oppressos video, vt ad ea minus nunc sitis attentis: nihil iam addo præterea. Non tamen vos perpetuo ignorantes esse patiar. Cum enim paracletus ille toties iam promissus venerit, res reddet, quæ vobis cognitu necessaria sunt, &c. Elucet autem in his verbis eximia Iesu Christi bonitas, qui nullum præceptoris optimi & indulgentissimi officium intermittere Primò enim captui discipulorum sese accommodat, ne illos difficiliorum mysteriorum tractatione oneret, quos tardiores adhuc, & ad ea minus idoneos esse sciebat: Alienus plinè ab eorum ingenio, qui sublimiori volatu, & obscurioribus disputationibus, gaudere vt apud rudes & imperitos reconditæ & incomparabilis eruditionis laudem acquirant. Deinde rudes & tardos non abijcit Dominus, nec etiam correptione aciori terreat, sed potius spe melioris profectus amicè consolatur, ne animum despondeant. Reticeat ergo bonus ille Doctor est, qui linum fumigans non extinguit, & arundinem quassatam non conterit. Debet nos hæc eius fides excitare, vt qui hunc ferre nolunt, eos sibi spontè accerant, qui suis modò intenti aliorum salutem negligunt, traditiones mutiles & graues obrudunt, consciências horribiliter excruciant, qui in seruitutem adigunt, qui excedunt, qui accipiunt q se se insolèter atrollunt, q deniq; in facie cadunt, vt nullâ iniuriæ aut contumeliæ genus omitant

pleniorum mysteriorum Evangelij cognitionem promittit.

Isa. 42.

quod Corinthijs olim euenisse, Paulus scribit, & vtiā non hodie passim huius generis exempla haberemus. Imitentur præterea Christi exemplum ministri omnes Ecclesiarum vt simili modestia & prudentia vtantur in ijs instituendis, quos fidei ipsorum Deus commisit.

Spiritus non docet modo, sed etiam ducit

Nunc præterea obseruabis, quod de Spiritu Sancto loquens, non docendi sed ducendi verbo vtitur. Ille (inquit) introducet vos in omnem veritatem. Ita enim innuit, nobis nō institutione modo aut simplici doctrina, sed etiam ductu vel manu ductione opus esse. Causa est, quod & cæci & imbecilli sumus & proinde facile offendimus, quam primiti nos nostro arbitrio Deus permittit. Exempla quibus hoc probetur, in Iudæis & gentibus habentur, & hodie multa occurrunt in ijs qui regni Dei mysteria & salutis æternæ causam ad humanæ rationis calculum reuocant. Nos autem ista officij admonere debent, ne confidentiores simus, & ex nobis ipsis sapere velimus, sed Spiritus ductum sequamur, qui nobis in scripturis quasi manum porrigit, & Dei vias ceu digito monstrat. Oremus præterea frequenter Dominum, vt & vias tuas nobis semper monstrare, & nos per eas ducere dignetur. Fecit hoc Dauid quando orabat: Vias tuas notas fac mihi Domine, & assuefacito me semitis tuis: Duc me in veritate tua. Vtiā sic viæ meæ parentur, vt custodiam decreta tua: Ne sinas me aberrare à mandatis tuis. Psalm. 25. & 119.

Authoritas doctrinae apostolicae.

Facit præterea locus hic ad asserendam doctrinæ Apostolicæ autoritatem. Auctoritas huius Spiritum sanctum ostendit Dominus, & eum vocat Spiritum veritatis, vt ostendat nihil ab illo falsum aut erroneum prodire posse. Deinde eundem ipsos in omnem veritatem introducturum ait, ne quis spiritum multa calauisse putet, quod maligni & inuidi præceptores facere, consueuerunt. Nihil ergo deest doctrinæ Apostolorum, sed plenæ & perfectæ omnia continet, quæ ad veram certamque salutis, & regni Dei (quatenus illud in hac carne agentibus manifestari opus est) cognitionem pertinent. Apparet hoc euidenter, si eius argumentum aut capita inspiciamus, vnâ cum promissionibus, quibus illam Dominus commendat. Continet enim doctrinam de Deo & voluntate eius, quam fusissime per omnes partes exponit. Christum item nobis prædicat, in quo tota salutis nostræ ratio continetur. Fidei articulos omnes dilucide explicat. Ad hæc omnes diuini cultus partes comprehendit, & simul mores vitamque nostram omnem instituit. Effectus vero eius est vita æterna, quam omnibus pollicetur Dei filius, qui illam fide apprehendunt. Prædicat (inquit) Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Quis verò ei doctrinæ aliquid deesse dixerit, quæ salutem illis conferret æternam, qui eam recipiunt? Quid? An non Paulus veteris testamenti scripturæ hoc tribuit, quod hominem Dei perfectum & ad omne bonum opus idoneum reddat?

Marc. 16.

2. Timoth. 3.

Quæ ergo infania fuerit, doctrinam Apostolorum imperfectam dicere, quæ prioris illius est complementum? Est ergo hic locus probe obseruandus aduersus omnes, qui vt suas traditiones stabiliant, scripturæ sacræ & Apostolicæ autoritatem conuellunt, & ad hoc Christi verbis, violenter detortis, abutuntur. Colligunt enim ex illis, non omnia reuelata fuisse Apostolis, & ideo nouas Spiritus reuelationes audiri debere, quæ quod in scripturis desideratur, sarciant. Olim sanè omnes insipientissimi hæretici (vt Diui Augustini me exhorret sensus humanus, hac occasione Euangelicæ sententiæ colorare conabantur: quasi hæc ipsa essent, quæ Apostoli non potuerunt portare. Sed & sub Apostolorum nomine reuelationes nouas fixerunt, inter quas Pauli Apocalypsim, fabulis plenam idem patet numerat. Nostro autem seculo aduersarij nostri, vt à scripturis sacris omnes auocent, aut saltem, quæ his debetur, reuerentiam in hominum animis extinguant, hoc potissimum uigent, apud rudes & imperitos, Apostolos non plenam omnium mysteriorum Ecclesiæ cognitionem habuisse, sed multa reseruata fuisse posteris temporibus reuelanda, in quorum numero deinde ea recensent, quæ patrum & conciliorum autoritate decreta & recepta esse contendunt. Et hoc ipsis argumentum est præcipuum, quo totum illud superstitionum absurdissimarum chaos tuentur. Sed multæ rationes sunt quibus dolus illorum arguitur. Nā vt demus, quædam reseruata fuisse, quorum cognitio Apostolis perpetuo negari debuerit, quia tamen illa non expressit nominatim Dominus, nimis temerarij sunt, qui hoc vel illud in eorum ordine numerare audent. Quibus enim argumentis id probabunt, si quis contradixerit. Deinde ridiculum est tales fingere Apostolos, qui cum aliiorum regni Christi mysteria cognouerint, ea non potuerint ferre, quæ nihil præter ceremonias, partim ritu dignas, partim impias, continent. Sed & ipsius CHRISTI verbis conuincuntur.

Tract. 97. in Iohannem.

Nec

Nec enim posteris demum temporibus, sed ipsis Apostolis, Spiritus ille promittitur, qui os in omnem veritatem sit introducturus. Et hunc eis datum esse, nemo negare potest, nisi qui & *CHRISTVM*, & Lucam Euangelistam, mendacij accusare velit. Fundus ergo est ille suo officio, neque aliquid eorum Apostolos coelauit, quæ ad saluiferæ illius veritatis cognitionem faciunt. Quod si verò illi quid coelarunt Ecclesias, malæ fidei dispensatores fuerint oportet. Sed hoc nemo pius dicet, nos certe istud vel cogitare impium & nefarium esse sentimus. Adde his, quod ex capite 14. die Pentecostes adduceatur, Spiritum nempe promitti, non quia noua & prius inaudita dogmata tradat, sed quia ea suggerat, quæ ex Christo quidem audiuerant, non autem memori mente tenebant. At Christus se omnia illis manifestauissimè ait, quæ ex patre ipse audierit. Plenam ergo & perfectam veritatis & salutis humanæ cognitionem Apostoli habuerunt. Minimè igitur audiri debent infelices illi factores, qui suarum traditionum centones doctrinæ sanæ consulant. Nos potius Apostolorum doctrinæ insistamus, quam ideo in scripta referri voeatur Spiritus sanctus, vt ad huius canonem omnia alia dogmata examinari possint. Moneat autem nos salutis periculum, quo vix aliud præsentius & grauius excogitari potest. Quam primum enim à verbo Dei scripto disceditur, mox Satanæ ianua patet, & occasio illi datur introducendi, quæcunque hominum saluti noxia esse nouit. Est enim carnis ingenium natura curiosum & audax: Facile ergo sibi indulget, nisi scripturæ cancellis coherceatur. Exempla huius mali in Mahumete, in Monachis, & Anabaptistarum Prophetis, infinita extant, de quibus data occasione, alibi dicitur.

Facit ad horum confirmationem, quod subiicit. Describit enim Spiritus Sancti officium, quo erga ipsos illum fungi oporteat, idque tribus capitibus comprehendit. Primò qualem doctrinam traditurus, & vnde eam accepturus sit, docet, quando ait: Non loquetur à semetipso, sed quæ audierit loquetur. Dicitur ista humano more, & nonstro captui sese accommodat Dominus. Nam legato confert Spiritum Sanctum, qui, si fidus sit, non sua placita profert, neque causam agit priuatam, sed ea diligenter proponit & vrget, quæ ipsi in mandatis sunt data. Non ergo de Spiritus Sancti deitate, vel essentia hoc exponi debet, quasi Patre & Filio minor sit, & ex illis discat: Sed de eius effectu & officio, quo ille fungitur, & sensus est: Nihil tradet hic Spiritus, quod non sit diuinum, aut quod à mea doctrina alienum sit. Itaque illi tuto credere & obedire poteritis. Quod si vero Spiritus Sanctus hoc nomine commendatur, quod nihil tradat diuersum à Christo, quam obsecro fidem merebuntur homines, qui sua figmenta nobis obtrudunt, quæ cum Euangelij doctrina ex Diametro pugnant? Deinde quid traditurus sit indicat: Et quæ ventura sunt (inquit) renuntiabit vobis. Quod non ita accipi debet, quasi circa futuram modò res Spiritum occupari oporteat, sed huins meminit, vt partim ostendat, non alium fore hunc Spiritum, quam qui olim per Ioëlem promissus sit, qui cap. 2. sic scribit: Effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filia vestra: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt: partim vt consuleret eius doctrinam perfectam & omnibus partibus absolutam fore. Si enim in futurum verè præstitum esse Apostolorum scripta testantur, in quibus manifesta vaticinia continentur de Antichristo, & Antichristianis doctoribus, de sacrorum nundinatione, de nouissimo seculi moribus, securitate & ingratitude erga Deum, de improviso Domini aduentu ad iudicium. Vide 2. Thessalon. 2. 1. Timoth. 4. 2. Pet. 2. 3. 1. Thessalon. 4. & 5. Quin huc referri debet totus liber Apocalypicos, qui Ecclesiæ perpetuum cursum sue statum, vsque ad nouissimum diem describit. Vbi rursus euidentissimo argumento eorum temeritas confutatur, qui Apostolis non omnia reuelata esse dicunt, quæ ad finem dei & salutis mysteria plenamque eorum cognitionem faciunt. Quis enim hæc eos latuisse credat, qui de futuris nos tam disertè admonuerunt?

Nos potius Domini bonitatem agnoicamus, & in ista vaticinia intenti simus, ne ipsius locum demus, de quibus Apostoli vaticinati sunt. Quia enim iam olim nos Spiritus præmonuit, in excusabiles plane erunt, quicunque se nihilominus decipi & circumduci patientur. Discimus item ex hisce *CHRISTI* verbis, quæ & qualis futurorum cognitio nobis necessaria sit, & vnde ea peti debeat. Non

Spiritus
sancti
descriptio.

ea nimirum, quam Astrologi nugatores & arioli arroganter sibi vendicant (hos enim ad regnum Christi nequaquam pertinere, imò inde eijciendos esse, Mich. cap. 5. aperte dicit) sed quæ in Prophetarum & Apostolorum scriptis continetur, quorum author est Spiritus in le veritatis, qui vt neminem fallit, ita non circa res superuacaneas occupatur, vt curiositati nostræ satisfaciatur, sed ea tradit, quorum cognitio ad salutem nobis necessaria est. Imò de bellis, peste, fame & similibus vaticinia proponit vniuersalia, quibus simul monemur, quibus rationibus illa omnia effugere aut propulsare possimus. His ergo contenti simus, ne dum nostræ curiositati indulgemus, nosmetipsos in errores abducamus, qui nobis tandem exitium afferant. Tertio finem huius doctrinæ indicat: Ille me glorificabit. Et mox per causæ redditionem subiicit: quia de meo accipiet & renuntiabit vobis, id est, quia meus Spiritus & mihi essentialis est, non habet aliquid, quod non mecum commune habeat, ideoque non potest alium suæ doctrinæ finem constituere, quam vt me glorificet. Factum hoc bifariam. Primum, quando publice de illo testimonium perhibuit, & ipsi soli omnem nostræ redemptionis gloriâ transcripsit. Deinde quando eius cognitione in totum orbem diffudit, & illi ex omnibus gentibus discipulos adduxit. In his enim duobus **IESU CHRISTI** gloria, quoad nos consistit vt illum redemptorem nostrum agnoscamus, nosque totos ipsi consecremus. Id vero inter nos creaturam esse Spiritum Sanctum testatur.

Nota
Spiritus Sancti
et sane
doctrina.

Docet autem totus hic locus, quibus notis Spiritus, & doctrinas omnes, probare possimus, quod factò opus esse Ioannes monet in sua Canonica cap. 4. Spiritus Sancti proprium est veritatem docere, cum e contra Satan mendacij Pater sit. Deinde non ex semetipso loquitur Spiritus Sanctus, sed & nihil nisi diuinum profert. Satanam autem ex suis loqui, & propria figmenta obtrudere cap. 8. Christus dicit. Postremo Spiritus Sanctus Christum glorificat, hunc tradit, hunc solum eminere vult, & fortissimè omnia deijcit, quæ aduersus illum excitantur. Ergo qui spiritu sancto ducuntur, ij quoque nihil ex seipsis fingunt, sed ea docent, quæ olim Deus in scripturis reuelauit. Iidem de periculis olim prædictis suæ fidei commendatos diligenter admonent. Inprimis vero curant, vt explosis superstitionibus vni Christo cedat vniuersa nostræ salutis gloria. Quo Paulus respiciens in posteriori epist. ad Corinth. cap. 10. scribit: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed Dei potestate valida ad subuersionem munitionum: dum ratiocinationes demolimur, omnemque sublimitatem, quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, & captiuum ducimus omnem cogitationem ad obediendum Christo, &c. Hæc quicumque docendo præstant, horum doctrina ex spiritu Dei promanat. At qui his contraria faciunt, hi mendacij spiritu ducuntur, quocumque tandem titulo sese vendicent. Quòd si ergo ad ista examines Romanensium doctrinam, qui nobis hodie aduersantur, mox quis illos spiritus agat intelliges. Nam ex semetipsis & patribus suis alia loquuntur, quam quæ Dei filius in terris agens docuit, quod omnes videbunt, qui ipsorum traditiones cum huius præceptis conferent. Negant item quæ **CHRISTI** Spiritus ventura prædixit. Si enim ijs fidem haberent, nunquam protego ea facerent, quæ Apostoli Antichristum & eius conu-ratos facturos vaticinantur. Præterea non Christum, sed Diuos cœlites, imò seipsos glorificant quando se huius vicarios esse contendunt, & hominis vires atque meritum ita extollunt, vt sua Christo gloria negetur. Ergo mendacij spiritum sequuntur, neque aliquem moueat, quod Apostolici, & Ecclesiæ capita seu columnæ, haberi volunt, & à multis pro talibus habentur.

Trinitatis mysterium
& Christi maiestas.

Ceterum ne hoc arrogantius dixisse putetur, De meo accipiet, mox eius dicti rationem subiicit: Omnia quæ habet pater mea sunt, Propterea dixi, quod de meo accipiet, & renuntiabit vobis. Rursum verò adorandæ in vno Deo Trinitatis mysterium nobis commendatur. Omnia enim habet pater & legitimum in ea, quæ ipse creauit, Dominum obtinet. Quæ autem is habet, simul etiam sunt filij. Ad eadem suo quasi iure accipit, & quibus vult communicat Spiritus Sanctus, quem pro suo arbitrio, vbi ipse velit spirare Christus cap. 3. docet, vt Dominica Trinitatis audiemus. Eadem ergo Patris, Filij & Spiritus Sancti potestas est: & quia hæc in solum Deum cadit, tres etiam illæ personæ vnus Deus sunt. Quia tamen in Mediatoris persona hîc loquitur Christus, eius dignitas & maiestas nobis hoc loco consideranda venit, vt cogitemus, quis & quantus ille sit, quo seruatore & Mediatore gloriatur. **VIVS**

Vnus vero huius considerationis esse debet, vt ad illum amplectendum excitemur, & ex eadem consolationem petamus in quavis tentatione. Quaecunque enim pater habet, ea Christi quoque sunt. Habet autem ille iustitiam, veritatem, inuictam potentiam, sapientiam, vitam, salutem, & felicitatem veram atq; perfectam. Eadem ergo Christum quoque habere non dubitemus. Rursus Christus se & bona sua omnia suis communicare solet, & eius promissio est: Qui credit in me, in me manet, & ego in eo: & ideo Paulus illum nobis sapientiam & iustitiam factum esse, & propter hunc omnia nostra esse dicebat. *1. Cor. 1. Ioan. 1. & 3.* Et in ipso vita erat (inquit Ioannes) & vita erat lux illa hominum. Item, Ex eius plenitudine omnes accepimus, &c. Hunc ergo vera fide apprehendant, qui tantorum bonorum consortes volumus fieri. Et simul ex eo consolationem petant in omni tentationum genere. Cur enim peccatorum conscientia succumbant, qui Christum habent, in quo suam iustitiam nobis Deus communicat? Cur de Dei promissionibus dubitent, quorum est Christus qui veritas ipsa est, & in quo illae omnes sunt, etiam & Amen? Cur Satanæ & mundi potentiam formident, qui Christo coniuncti sunt, qui solus aduersus omnes hostes sufficit, & effugij vias monstrare potest, vbi nostrae rationes omnes deficiunt? Cur famem inopiam, mortem metuant, qui se in Christo omnis boni satietatem, & vitam ipsam, habitum pauculis verbis comprehendat. Simus ergo fortes & constantes in *IESV CHRISTO*, qui vt omnis boni & salutis vnicus est author, ita oves suas perpetuo errare non sinit, & in se credentibus nihil deesse patitur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum Amen.

DOMINICÆ CANTATE PRIMA

Precatio.

Domine *IESV CHRISTE* qui dixisti, Quanto magis Pater cælestis dabit Spiritum Sanctum petentibus, effunde in nos Spiritum gratiæ & precum, qui mentem nostram doceat, extinguat dubitationes de tua & aeterni Patris voluntate, deleat omnem incredulitatem, monstrat vero iustitiam veram, qua est fiducia intuens tuum transitum, tuam obedientiam præstitam aeterno Patri pro redemptione nostri: addat etiam cordi nostro verum robur, vt non expauescamus iniqua iudicia diabolorum & mundi, sed vere in nobis luceat tua claritas, qua est radius lucis sparsus ab aeterno Patre & a dōyco in tua humanam naturam, & ex illa in nostram, vt & in hac vita & in æterna in nobis glorificetur aeternus Pater tuus, Amen.

EIVSDEM DOMINICÆ SECUNDA:

Precatio, Ioan. 16. cap.

Tu Fili DEI *IESV CHRISTE* sedens ad dextram aeterni Patris exaltatus in gloriam & lucem diuinam, tua Ecclesia vivit in exilio, gemit & desiderat tuam consuetudinem inter arumnas huius miserae vite, tu consolare nostra mœsta corda, imprime nobis sensum huius tue viuifica promissionis, fac vt vere credamus, quod nobis tuus discessus utilis sit. Tu es exaltatus, vt sis caput omnia complens. Totum genus humanum funditus perijisset nisi tu nostram massam assumisisses. Vere igitur tuus abitus est nobis fructuosus. Sedes ad dextram Patris, vt in nos effundas de tuo Spiritu. Hoc igitur donum abs te cum desiderio petimus: iuua nos, vt tuo Spiritui nos reuenter subiiciamus. Furit mundus, inquinatus idolatriæ & horribilium scelerum turpitudine: Etiam sapientes & modesti non intelligunt, & deplorant huius miserae naturæ immundiciem, & caliginem, ingrati homines tuum beneficium aspernantur, vt etiam tuam missionem derident. Da vt nos inueniamur in numero eorum, qui vocem tui Spiritus, accusantis nostras sordes, nostram ignorantiam, & nostram peccata, audiamus, & nostros morbos serio agnoscamus, & medicinam abs te petamus. Caro & sanguis sapientiam Euangelij non capit, tegit suam immundiciem folio fici, disputat de frenatione Locomotivæ, ostendat gloriose illam suam squallidam iustitiam, que nec peccatum nec mortem tollit, nec reddit vitam anxio cordi. Tu nos doce nostram iustitiam esse tuum transitum ad patrem, qui est meritum & efficacia tui.

Tuo

DOMINICÆ V. POST FESTVM PASCHA.

Tuo transitu ad patrem placata est ira aeterni Patris tui, tuo transitu in vitam reddita est nobis iustitia & vita aeterna. Magna quidem rabies est diabolorum & organorum ipsius, sed te iuuante vincemus. Iniquissima sunt iudicia sapientum in hoc mundo de tua veritate, & de tua Ecclesia: Sed Spiritu tuo Sancto reuelante sequimur sapientiam patefactam in Euangelio, qua longè posita est supra captum creaturarum, & scimus diabolum non futurum esse victorem, tua presentia & efficacia caput ipsi conteris, & eum ad aeternam damnationem adiuu dicasti, tandem etiam toti generi humano turpitudinem ipsius ostendes. Sumus infirmi oppressi tetra caligine, non possumus portare excellentiam tuae lucis, sed tu auge nobis fidem, & nos infirmos tuo Spiritu obsigna, ille nos ducat in veritatem agnitionis & inuocationis tuae, excitet in nobis verum robur fidei intentis in verbo tuo in summis malis, credentis remissionem peccatorum, & firma spe expectantis integram liberationem. Ille nobis monstrat tuam gloriam, tuam & aeterni patris tui voluntatem & similem conformitatem in nobis accendat, ut perpetuò unum sumus cum Deo, Amen.

DOMINICA VOCEM IV
CVNDITATIS, QUÆ EST V.

POST FESTVM PASCHATIS EVANGELIUM
Ioannis 16. cap:

HOMILIA PRIMA.

Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, quacumq; petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis. Vsq; nunc non petistis quicquã in nomine meo: Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit perfectum. Hac per prouerbia locutus sum vobis: Veniet tempus, cum iam non per prouerbia loquar vobis, sed apertè de Patre meo renuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: Et non dico vobis, quod ego rogaturus sim patrem pro vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quod è Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundum: Iterum relinquo mundum, & proficiscor ad Patrem.



MNES QUIDEM SVAE BONITATIS THE-
sauros, & inestimabile aeterni regni sui gaudium, Deus nobis in Filio suo, Iesu Christo, exhibet: Sed ea est carnis & ingenij nostri infelicitas, vt pauci admodum eo, quo decebat, studio ad tanti gaudij & salutis verae hereditatem contendant. Causa huius mali est crux, perpetua fidei Christianae comes, & quod persecutionibus continuis in hoc mundo vexantur, quotquot in Christo pie viuere instituunt. Multum ergo profuerit, vt omnem crucis atque persecutionum eiusmodi rationem, probè teneamus, & certis firmisque consolationibus instructi simus. Quapropter non temere factum est, quod Dominus, à suis discessurus, summa diligentia exponit, quæ nobis in tota hac causa cognitu & obseruatu necessaria sunt. Docuit enim quid passuri sint, & simul ostendit ipsos non primos esse, quibus ista accidunt, neque eos meliorem sortem sibi debere polliceri, quam ipsius esse videant. Deinde varijs promissionibus eos est consolatus, inter quas ea (vt ante ostiduum diximus) quæ de Spiritu sancto habetur, facile primas obtinet. Quia vero nouas subinde curas & cogitationes ipsi pariebat discessus Christi recordatio, à cuius corporali presentia hucusq; toti pependerant, redit in presenti ad fructus & commoda, quæ ex eo maxima percepturi sint, & quorum auctor est Spiritus, qui non priusquam ipse ex mundo discederet, dari aut miti potuit. Sunt autem duo præcipuè, quæ in presenti illis pollicetur, & quorum promissio æquè ad omnes credentes pertinet.

2. Tim. 3.

Primum

Primū est certa & solida omnium, quæ cognitu necessaria sunt, scientia, quæ eos *Plena salutis*
 timbare aut fluctuare non patiat. In illo die (inquit) quando ego ad dextram patris con- *cognitio pro-*
 sidens vobis Spiritum meum misero, qui mentes vestras illuminabit, & donis necessarijs *mittitur.*
 instruet, non rogabitis quicquam. Quasi diceret: Nunc quidem plæraq; vobis obscura
 sunt, & quia regni mei conditionem non intelligitis adhuc, circa multa hæsitatis & incerti
 estis, quomodo res vestras debeatis instituere, vbi ego à vobis digressus fuero. Sed non est,
 quod hæc cura vos anxios & sollicitos habeat. Tanta enim cœlestis illius lucis, qua Spiritus
 mentes vestras perfundet, virtus erit, vt omnes tenebras discutiat, dubitationi nullum am-
 plius locum relinquat, & proinde non opus sit porro quæstiones mouere de rebus, de qui-
 bus iam dubitatis. Conueniunt ista cum Prophetarū vaticinijs, qui similia de regno Mes-
 sia prædixerunt. Apud Ierem. cap. 31. sic legitur: Inseram legem meam in interiora eo-
 rum, & in cor eorum scribam eam eroq; Deus eorum, & ipsi erunt mihi populus. Et non
 docebit quisquam vltra proximum suum, aut vir fratrem suum, dicens: Cognoscite Do-
 minum: Sed omnes me cognoscent à minimo eorum vsq; ad maximum eorum, &c. Isaias
 autem cap. 54. sic ait: Plena erit terra scientia Domini, perinde, ac dum aquæ maris inun-
 dant. Et huc Paulus respexisse videtur, quando omnes scientiæ & cognitionis thesauros in
 Christo reconditos, & hunc nobis à Deo sapientiam factum esse scribit. Quod verò in præ- *Colos. 2.*
 senti pollicetur Christus, hoc in Apostolis verè præstitum esse videmus, quòd ad salutis & fidei *1. Cor. 1.*
 doctrinam atq; pericula, quæ eius nomine subeunda fuerunt. Nec minus hodie promissio-
 nis istius veritas in credentibus conspicitur, quando homines illiterati, scemina ite & pueri
 de fidei articulis disserere, ad quæstiones propositas egregiè respondere, & quasvis obie-
 ctiones confutare possunt, vt illos ex christiana Catechesi plus fructus reportauisse vide-
 as, quàm doctores aliquos Seraphicos ex multorū annorum studijs, quos in Philosophorū
 & Scholasticorum lectione contriuerunt. Videmus etiam Idiotas interdum ex vinculis si-
 gnoscamus. In illo die non rogabitis me quicquam.

Interim meminimus, hoc Christi dicto minimè abrogari prædicationem verbi & do-
 cendi munus, quod in Ecclesia perpetuò conseruari vult Deus. Est enim hoc necessarium
 propter carnis nostræ ingenium, quæ Spiritui reluctari solet, & mox à veritatis semita de- *Ioan. 8. 10.*
 niat aut subsistit, quàmprimū admonitiones & correptiones cessant. Deinde debemus
 hoc officium Deo, vt quem Patrem & Dominum nostrum dicimus, eiusdem vocem audi-
 amus, & ei obtemperemus. Ideo Christus hæc filiorum Dei notam esse dicebat, quòd ver-
 bum eius audiant: & vt id faciamus, non vno loco Deus præcipit. Turpiter ergo errant,
 qui verbum Dei negligunt, & vt hoc audiant non necesse esse clamant, eò quòd iam antea
 satis instructi sint, & Spiritus sancti suggestionibus ducantur. Nam hoc dicendo non
 obscure sese produnt, quòd non sint ex filiorum Dei numero: & dum Spiritum sine
 verbo iactant, ferè suis opinionibus in errorem abducuntur, quas illi ex Spiritu Dei
 profectas esse arbitrantur. Nemo igitur huius loci autoritate abutatur, quo Christus
 nos de fidei & salutis nostræ certitudine admonere voluit, non autem abrogare docendi
 munus, quod æterno decreto in Ecclesia sancitum & amplissimis promissionibus tam
 veteris quàm noui Testamenti commendatum esse constat. Obseruemus autem hoc lo-
 co, qualis sit fidei cognitio. Non incerta nimirum & fluctuans, qualem fingunt, qui ho-
 mines perpetuo de salute dubitare docent: Sed certa, solida, & stabilis, quæ dubitationem
 se potest, cum Christo nitatur, qui veritas ipsa est, & ex Spiritus sancti reuelatione obtin-
 gat, qui sese animis credentium insinuat, atq; ab Apostolo salutis arrhabo dicitur. Hinc est
 quòd alibi credentes *θεοδιδυκτοι*, id est, à Deo docti dicuntur. Seruit ergo hic locus ad con-
 futandum hominum traditiones, quibus verbi diuini doctrina corrumpitur, homines et
 Spiritus sancti schola abducuntur, & tota salutis nostræ ratio in dubium vocatur. Est autē
 ingens corruptionis nostræ argumentū, quòd cum Christus Iesus æternæ veritatis doctri-
 nam perfectè, simpliciter, & perspicuè tradat, plariq; tamen inutiles & laboriosas traditio-
 nes præferunt, quibus cum animi tum corpora miserrimè diuexantur.

Alterà huius loci promissio est, quòd nihil eorum ipsis sit defuturum, quæ ad salutem *Nihil de futu-*
 conseruandam faciunt. Id verò testatur iisdem propè verbis, quibus antea precandi solu- *rum promittit*
 ciam confirmauit: Amen amen dico vobis, quæcunque petieritis à Patre in nomine *eorum, quæ ad*
 meo, dabit vobis, &c. Sensus est: Non est quòd alicuius rei necessariæ inopiam metuatis, *salutem faciūt.*
 & ideo animo sitis deiecto, & nimis anxio. Ita enim ego vobis patrem conciliabo, vt
 L nihil

nihil non daturus sit, quæcunq̃ ab eo petieritis. Hactenus quidem nihil petistis in meo nomine, id est, non opus fuit quicquam aliunde petere, aut meum nomen inter orandum prætexere, quia ego abundè vobis prospexi, vt nihil defuerit eorum, quæ ad vitam conseruandam necessaria sunt: & in mea præsentia habuistis desideriorum omnium plenitudinem. Nunc autem grauiora certamina & maiores labores vos manent, & pluribus quoque rebus opus erit, vt officio vestro satisfacere possitis. Sed dabit omnia benignus Pater, qui & rogari vult, & suorum preces propter me clementer exaudit. Petite ergo indubitata fiducia in meo nomine, & dabitur vobis, quod petitis: vt gaudium vestrum sit perfectum, id est, vt plenum & solidum habeatis gaudium, quando vos Deo propitio vti, & salutis certos esse, sentitis, &c. Docet locus hic, per fidei & gratiæ doctrinam non abrogari preces, & reliqua pietatis exercitia, vt quidam calumniantur. Sentiant enim pijsuam infirmitatem, quæ eis ex naturæ corruptione inhæret. Et quia Spiritus illos salutis suæ certos reddit, simul etiam ad preces excitat, vt Christo Mediatore freti intrepidè ad thronum gratiæ accedant, animi sui desideria liberè exponant, & ex eo ipso voluptatem capiant singularem. Si qui verò omnium securi preces cum publicas tum priuatas negligunt, ij fide in Christum, & gratia Dei, frustra gloriantur: & semetipsos abundè prædunt, quod neque suam infirmitatem, neq; in Christo exhibitum beneficium adhuc satis intelligant.

Ebr. 5.

Recta & vera
precandi ratio.

Simul verò rectam precandi rationem nobis hîc tradit Dominus, de qua iam sæpe diximus. In qua primum est, vt non alius, quàm vnus Deus inuocetur. Solus enim hic animi nostri desideria verè nouit, & quidem melius, quàm à nobis exponi possunt. Solus etiam iuuare potest in quauis necessitate, quia solus est omnipotens. Et ad iuuandum propensus est, cum nos tenerrimè diligit, & saluos uelit eos, quos ad suam gloriam condidit, & in *CHRISTO* elegit, priusquam mundus hic crearetur. Confirmatur hæc doctrina expressis Dei præceptis, & sanctorum exemplis, quæ in scripturis literis plurima occurrunt. Secundò in nomine *IESV CHRISTI* preces fieri debent: quod tum fiet, si hunc nobis aduocarum & mediatorem statuamus. Quis nobis eo est, quia sine illo nobis non pater accessus ad Deum, quem infinitis modis offendimus. Sine me (ait ille) nemo venit ad patrem. Hinc ille mos Ecclesiæ originem habuit, quo ferè bona nobis dari, aut mala auferri, petimus per Dominum nostrum Iesum Christum. Quem morem veteres quoque non omnino ignorarunt. Erant enim nondum illis plenè reuelata fuit eius cognitio, Messiam tamen patribus promissum esse sciebant, qui foederis, cum his facti, esset mediator: & ideo inter precandum semper in illum respicere consueuerunt. Huc enim facit, quod tam frequenter foederis & promissionum Dei, patrum item suorum mentionem faciunt, quibus promissiones illæ olim datæ fuerant. Quin ipsum quoque *CHRISTVM*, id est, vnctum Domini interdum nominant, utq; huius regnum Deus suscitaret precantur: sicut in precatione Annæ matris Samuelis, & Psalmis aliquot est videre. Peccant ergo in veras precandi leges, quicunque diuis Mediatoribus vtuntur, & preces suas propter diuinam virginem, aut reliquos sanctos coelites, exaudiri putant: vel etiam in illis suæ iustitiæ merita allegant, Phariseum sicut imitati, cuius impiam & hypocriticam confidentiam Christus reprehendit. Luc. 18. sicut ij. Dominica post. Trinitatis explicatur.

Ebr. 5.

1. Sam. 2.
Psalm. 84.

Iacob. 1.

Accedat autem inter precandum fides certa & indubitata, sine qua nulla erit inuocationis vis siue autoritas apud Deum. Vt enim is inuocari se vult, & sua bona nobis liberaliter offert: ita nos de sua bonitate dubitare non sinit. Ideo Marci ij. Christus ait: Quæcunq̃ inter orandū petitis, *CREDITE*, quod accepturi sitis, & erunt vobis. Et Iacobus nos usq; disceptatione orare iubet. Nam qui disceptat (inquit) similis est fluctui maris, qui ventis agitatur, & iactatur: neq; existimet homo ille, se quicq; accepturum à Deo. Non debet autem promissio Christi simpliciter & in genere de omnibus accipi, quæcunq̃ ex carnis affectu petimus: sed ad ea restringi, quæ ad Dei gloriam faciunt, & nostræ salutis sunt vtilia. Minimè ergo seruit illa ijs, qui iniqua & iniusta petunt, aut quæ ab ipsorum uocatione aliena sunt, qualis olim erat filiorum Zebedæi postulatio, in Christi regno primas partes petentium: aut qui ea postulant, quæ Deus dare non potest, nisi à suo ingenio discedere, & vel iniustus & iniquus, vel etiam crudelis, fieri velit. Faciunt hoc, qui illū precibus suis aduersus hostes suos in uisionem accendere conantur, aut ea sibi dari cupiunt, quæ ipsis exitio forent, aut quibus in aliorum perniciem uterentur ipsi, si ea à Domino acciperent. Preces ergo nostras diuinæ uoluntati subijcere, & hîc imprimis fidei obedientiam adhibere oportet,

oportet, quæ sola omnium actionum nobis regula esse debet. Hic verò apparet, quæ causa sit, cur multorum preces non exaudiantur: quod nimirum aut iniqua & perniciofa petunt, aut temerè Deo præscribunt, dum nulla quidem fide instructi, impudentia verò & temeritate impia abrepti, in eius conspectum veniunt. Corrigant isti hæc sua vitia, & mox sentiant precibus suis pondus aliquod accedere. Sunt autem hæc simul plena dulcissimæ consolationis, & validissimè eos confutant, qui hodie de corporali Christi præsentia digladiantur. Quid enim præterea requiras, quando Spiritus nos ducit in omnem veritatè, & salutis fiduciam seu certitudinem in animis nostris efficacissimè confirmat: pater verò propter nomen filij sui preces nostras clementer suscipit, & omnia benignè largitur, quæ nobis ad salutem necessaria sunt? De corporis ergo præsentia litigent, qui meritum Christi & eius effectum ignorant. Nos omisissis contentionibus illo vno contenti simus, & cum fide coniungamus gratitudinem, & Christianæ pietatis studium, quæ nos à vero aberrare non patientur.

Quia verò in his multa institutione opus est, utramq; promissionem diligentius exponit & confirmat Dominus. Quod ad priorem sic ait: Hæc per proverbia locutus sum vobis, veniet tempus, cum iam non per proverbia loquar vobis, sed apertè de Patre meo renuntiabo vobis. Quasi diceret, Hactenus quidem de quibusdam obscurius disserui, aut potius vobis obscurior visus fui, quod vobis de multis quærendi occasionem dedit: Sed ubi à mortuis resuscitatus carnem meam in cælos subuexero, tunc Spiritum mittam, & per hunc, quæcunq; ad patris mei veram cognitionem faciunt, apertè explicabo, ut quicq; rogare non sit opus. Finis verò & usus istius expositionis est, ne propter ignorantiam quam tunc sentiebant, animum despondeant, sed certa maioris profectus spe animati impositum sibi munus sedulo exequantur. Est autè hic Dei mos, quod interdum obscurius nobiscum agit: non quod plenior salutis cognitionem nobis inuideat, sed quod singula suo tempore faciat, & interea nostræ rudilitatis & inscitie sensu nos humiliat, ut eò maiori studio discendi accendatur, quò indoctiores & rudiores nos esse temperimus. Agnoscamus ergo Dei consilium, neq; abijciamus statim ceu inuile & superuacaneum, quod primo intuitu non intellegimus. Erit .n. tempus, quando ex illis fructus non vulgaris enasceretur. Interim precibus insistamus apud eum, ut suo Spiritu animos illuminet. Imprimis verò obseruabis, quod ait: Aperte de patre meo renuntiabo vobis. His enim testatur, nihil noui ipsis expectandum esse præter eam doctrinam, de qua iam antè dixerat, Doctrina mea non est mea, sed patris qui misit me, Finem verò & usum eius hunc indicat, quod ad patrem nos deducat, & cum eo nos coniungat, in quo vno tota hominis felicitas continetur: quando extra Deum nihil inuenitur, in quo hominis mēs acquiescere possit. Sunt ergo impostores, quicunq; vel noua dogmata ex semetipsis fingunt, vel alio, quam ad Deum Patrem, remittunt, & salutem in rebus vanis aut inutilibus monstrant. Vendicant hi sibi ipsi magnificos titulos, quibus sibi auctoritatem conciliant. At nos cum Apostolo dicimus: Si angelus è cælo aliud Euangelium prædicet, præterquam prædicatum est, anathema esto. Galat. 1. cap.

Porro alteram quoq; promissionem repetit Dominus, & docet, quomodo intelligi debeat, quod de precibus in suo nomine faciendis dixit. Poterat enim quis cogitare: Ergo ne vobis irascitur pater perpetuò, quod vobis apud eum intercessore opus sit? Vel numquid irascitur vobis, aut saltè miseris & calamitosos contemnit? Subijcit ergo: In illo die in nomine meo petetis: Et non dico vobis, quod ego rogaturus sim patrem pro vobis, Ipse enim Pater amat vos, &c. Sensus est: Iussi quidem orare in meo nomine, Id verò non ita accipi debet, quasi pater vobis infensus sit, aut vos odio implacabili persequatur. Imò amat ille vos, & ideo sine difficultate ab eo impetrabitis, quæcunq; vobis necessaria sunt. In meo tamen nomine debetis preces vestras ei offerre, quia me ille Mediatores constituit, & propter meritum meum ijs placatus iam est, qui prius filij iræ erant. Non ergo se suo officio abdicat Christus, aut se intercessorem fore negat pro nobis, sed crassis & ineptis contentionibus eorum occurrit, qui ista secundum huius seculi morem accipiunt, & patrem perpetuò iratum fingunt, cuius genibus filius supplex aduoluatur, ut iam fulmine suo in parte euacuat, ex cuius virtute omnis istius intercessionis ratio dependet. Docet ergo his minimè opus esse, eò quod suæ mortis & sanguinis meritum sufficiat, & tantæ apud patrem dignitatis sit, ut propter illud nobis perpetuò placatus esse velit. Ideo addit: Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quod ego à Deo exiui: Id est, quod pater meus sum Dei filius, qui ab illo missus in mundum veni, ut humanum genus cum illo in gratiam

Expositio prioris promissionis.

Ioan. 7.

Alterius promissionis expositio.

gratiam reducam. Validissimè ergo confutat hoc loco Christus eos, qui Diuorum intercessionem defundunt. Hi enim eo potissimùm argumento nituntur, quod ea nobis apud Deum opus sit, quem illi nobis iratum, & iam iam pœnas de nobis sumpturum, fingunt. At nobis cum eo res est, qui nos amat: imò qui (vt cap. 3. Christus ait) sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum pro nobis tradiderit, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quæ ergo insania est iratum & minacem fingere eum, qui se nobis propitium exhibet, & qui rectè inuocari nequit, nisi certam de eius gratia & bonitate spem atq; fiduciam concipiamus? Sed diligenter considerari debet diuini amoris causa, quam Christus in præsentis allegat. Ipse pater amat vos (inquit) quia vos me amatis, & credidistis, quod ego è Deo exiui. Quæ verba non ita accipi debent, quasi nos Deum a-mando eius amorem mereamur. Quomodo enim illum amabunt, quem ne nouisse quidem possunt homines, nisi ille eos prior eligat, & se eis manifestet? Et Ioannes Apostolus amoris huius rationem exponens in sua Epistola cap. 4. sic ait: In hoc est charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexerit nos, &c. Paulus verò nos illi recon-ciliatos esse scribit, cum inimici essemus. Rom. 5. Gratuito igitur suum amorem nobis of-fert Deus in Christo: quem si nos fide vera amplectamur, iam amorem suum erga nos continuat, & maioribus quotidie beneficijs illū declarat. Ideo hîc simul fidei meminit, quâ Dei donum esse, & non sine singulari patris nos trahentis gratia nobis obtingere, omnis scriptura testatur. Itaque de eo amore loquitur, quem discipuli conceperant, postquam ab illo uocati, & eius cognitione illuminati fuerunt. Ita locum hunc D. Augustinus quoque intellexit, cuius hæc verba sunt: Prorsus donum Dei est diligere Deum: quomiam ipse, vt diligeretur, dedit, qui non dilectus dilexit. Quia verò dilectio Dei in nobis nulla esse potest sine fide, neq; hæc illius expertus est vnquam, vtramq; simul nobis Domi-nus hoc loco commendat, vt & eos confutet, qui Dei amantes haberi volunt, cum fide om-nino destituantur: & eos arguat, qui fidem profitentur, nulla autem eius experimenta præbent, cum in Dei dilectione toti frigeant. Simul verò euertitur hîc omnis nostri meriti gloriatio: quando constat, nihil in nobis esse, cuius ergo diligi mereamur. Solus Chri-stus nostræ cum Deo coniunctionis Mediador, & proinde vnicus salutis nostræ author est.

Ephef. 2.
Ioan. 6.
Matth. 16.

Quid de Chri-
sto debeat
credi.

Mich. 5.
Matth. 2.

August. tract.
102. in Ioan.

Quia verò in mentionem fidei incidit, qua sola à nobis ipse apprehenditur, breui compendio docet, quid de se credi debeat. Exiui, inquit, à patre, & veni in mundum: Iterum relinquo mundum, & proficiscor ad patrem. Primum quis sit docet, quo ad suam essentiam: Verus nimirum Dei filius, qui ante secula ex patre genitus, ipsi co-æternus & coessentialis sit: In mundum verò venerit per incarnationem, vt homi-nem quoque in personæ vnitatem assumeret. Idem ergo hîc dicit, quod olim Michæas, qui in Bethlehem nasciturum prædixit, cuius exitus sit ab initio, & à die-bus æternitatis. Deinde officium quoque & fructum totius mysterij exponit, quod ip-si exequendum commiserit Pater: Iterum relinquo mundum, & proficiscor ad pa-trem, id est, ideo in mundum veni, & homo factus sum, non vt in terris hisce vi-tam degam aut hîc regnum terrenum constituam: sed vt mortis meæ merito pecca-tam expiem, & inde carnem quoque ex mortuis resuscitatam in coelos eueham, vt in regni cœlestis consortium tota humana natura admittatur. Itaque paucis hisce ver-bis, se verum Deum & hominem esse docet, qui mortis suæ merito peccatum ex-piet, resurrectione mortem vincat, ascensione coelos aperiat, & regnum sibi de-stitinatum, in assumpta etiam hominis natura, occupet. Continentur his quæcunq; ad salutarem IESU CHRISTI cognitionem faciunt, & in his tota nostræ re-demptionis summa comprehensa est: in qua primum firmiter tenere oportet, nos re-emptorem habere Dei filium, qui non aliam ob causam in mundum venit, & homo factus est, quam vt causam nostram suscipere posset. Idem verò, vbi salutis nostræ negotium in terris hisce peregit, ad patrem redijt, à quo nunquam discesserat, & ita reliquit mundum, vt eundem minimè deserat. Nam, Augustinus ait: exijt de patre, quia de patre est: & in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit, quod de virgine assumpsit. Reliquit mundum corporali discessione, perrexit ad patrem ho-minis ascensione, nec mundum deseruit præsentis gubernatione. Est hæc summa Christi-anæ fidei, quam, qui firmiter tenent, in illo salutem consequentur: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum,

A M E N.

HOMI.

ma & imperfecta illa fides seu cognitio fuerit, vbi veritatis lucem aliquantò propius inspicere ceperunt, licet à perfecta mysteriorum Christi notitia multis adhuc parasangis distarent. Idem ergo illis euenit, quod scholasticis, qui suam infantiam & incitiam priorem tunc demùm verè sentiunt, quando in literis aliquem incipiunt progressum facere, mox verò huius quoq; fiducia elati se ad summum eruditionis fastigium ascendisse putant, cum nondum ex primis rectè dicendi & scribendi præceptis emerferint. Seruiat ergo exemplum hoc nostræ institutioni, vt cogitemus, nos quoad in carne viuimus ad perfectionem cognitionis cœlestis peruenire non posse. Ex parte enim (inquit Paulus) intelligimus, & ex parte prophetamus. Itaque nostræ conditionis memores, quotidie proficere studeamus, vt olim coràm videre liceat ea, quæ nunc in ænigmate, & quasi per speculum intuemur.

Christus discipulorum confidentiam exprimit.

Sed Christum audiamus, qui confidentiam discipulorum grauiter retundit, dum illis suæ infirmitatis admonet, & quid ipsis euenturum sit, docet. Ait enim, Nunc creditis? Ecce venit hora, & iam venit, cum dispergemini quisq; in sua, meq; solum relinquetis. Habet autem interrogatio illa acrem reprehensionem, & totius loci hic sensus est: Nunc subitò tantùm profecistis, vt vos mea omnia intelligere, & fidem in me profiteri, audeatis? Video quidem vos istud magno animo facere: sed videte, ne vos in tanto conatu vires deficiant, eoque turpior sit vester lapsus, quo maior est vestra præsumptio. Qui enim nunc vobis videmini fide certa armati, & in omnem euentum instructi esse, vix dum hora ista elapsa metu consternati dispergemini, & dum quisq; sibi consultit, me inter hostium crudelissimorum manus solum relinquetis. Conuenit autem cum Christi verbis rei euentus. Nam ea ipsa hora, cum eo ad montè Oliuæ egressi, quando Iudam aduentare, & ab hoc deductam cohortem illi manus iniicere viderunt, mox turpi fuga dilapsi sunt, neque puduit eos hostibus eum relinquere, quem & Dei filium, & suum Dominum atque magistrum hucusque professi fuerant. Exprimitur hoc exemplo carnis ingenium, quod impijs quoque suam aliquando vim atq; naturam exprimit. Quando enim veritatem homines intelligunt, & salutem sibi à Deo offerri sentiunt, nullum autem ex illius doctrina periculum imminet, facile credunt, & fidem suam non modò profitentur, verum etiam illa superbiunt, seq; ad omnia paratos & constantes fore promittunt. Quàmprimùm verò tristior aliquis casus incidit, & pericula eos vndiq; circumstant, qui sibi ipsis omnia lata & tuta pollicebantur, subitò deficiunt, & suo lapsu ijs scandalum obijciunt, quos prius suo exemplo excitârunt. Exemplum huius rei euidenter scripturæ in filijs Israël proponunt. Cum enim sub duro & immani Pharaonis imperio agentibus, Deus per Mosè & Aaronem suam opem & liberationem promitteret, hiq; Dei promissiones, & ministerium suum, signis & miraculis confirmarent, omnes credidisse dicuntur, & auditis Dei seruis sese reuerenter incuruârunt. At iidem postea, cum res primo conatu non succederet, & Pharaon eos grauioribus operis siue laboribus opprimeret, mox viros illos, optimè de se meritos, & quorum conatus saltem laudem merebatur, tanquam publicæ pacis turbatores & gentis suæ hostes, ad Dei tribunal citant, & illis amarulenter in faciem dicunt: Videat Dominus super vos, & iudicet, quia fœtere fecistis odorem nostrum in oculis Pharaonis, & in oculis seruorum eius: vt daretis gladium in manum eorum ad occidendum nos. Neque ista tunc modò dicunt, quando seruitij huius tam diri iugum adhuc sustinebant, sed inde magnis signis & portentis educti, iidem & similibus conuictis sanctissimos Dei seruos proscindunt, quoties aliquid ipsis præter expectationem accidit. Fecerunt idem **CHRISTO** reliqui Iudæi, qui enim in publico docentem & multis miraculosè medentem magno studio secuti fuerant, postea eundem captum, & Pilato traditum, non modò deseruerunt, sed ad immane crucis supplicium postularunt: & ex tot millibus, qui ipsius beneficentia subleuati fuerant, ne vnus quidem repertus est, qui eius innocentia patrocinium ferret. Huius generis exemplorumque fidei initia, cum Euangelij doctrina primùm magno cum successu prædicaretur, & noui quotidie discipuli accederent? Quales verò plerique sint hodie, res ipsa loquitur. Sed neminem offendere debet ista hominum leuitas, cum neque nota sit, aut insolens, neque **CHRISTO** & regno eius aliquid derogat. Discamus potius cognito carnis ingenio, neque nobis ipsis, neque vlli alij mortalium, fidere, sed in vno Deo spem & fiduciam omnem repositam habere. Et ne quid simile nobis contingat, semper

Exod. 4.

Exod. 5.

Exod. 7. 8. 9.

10. 11. 14. 16.

17. 17c.

semper cogitemus, non esse regni Christi rationem, quam multi sibiipsis imaginantur, qui ex eo diuitias, honores, mundi amicitiam, & omnia secunda sperant. Quia enim non est de hoc mundo, nihil huius nobis in eo polliceri debemus, sed nos ad crucem preparare & omnis generis afflictiones, quæ illud perpetuo comitari solent, vt postea audiemus. Deinde ad Christum accessuri vires nostras examinemus, & nobiscum rationem subducamus, num ijs possimus ferendis sufficere, quæ Christianis accidere solent. Monet hoc diligenter Christus Luca 4. cap. ex Architectura, & re militari, adductis parabolis, quæ totum hoc negotium mirificè illustrant. Addamus huic examini preces ardentes, vt Deus suo Spiritu largiat, quod nobis deest, neue nos grauius, quàm vires nostræ ferre possint tentari pariat. Proderit item causam probè nouisse, quæ plerosque mouet, vt Christum relinquunt. Notat hanc non obscure, quando ait: Dispergemini quisque in sua. Defectores ergo & transuga fiunt, qui ad sua respiciant, & sibi suisque rebus consultum volunt. Quod ad enim priuatis commodis studemus, nihil poterimus pro Christi gloria pati aut facere. Ideo affectus ille omnino exuendus erit, quod ipse etiam Dominus monet, quando eos demum ad crucem suscipiendam idoneos fore docet, qui semetipsos abnegauerint.

1. Cor. 10.

Porro vt magis nostræ institutioni seruiat ista tractatio, docet etiam Christus, quo praesidio siue auxilio fulciatur, ne suis dilabentibus, ipse etiam succumbat. Nam quasi per correctionem subiicit: sed non sum solus, nam pater mecum est. Quasi diceret: quid me solum dico fore, cum patrem mihi perpetuo praesentem habeam, cum quod filius eius sum, tum quod ab illo missus eius mandata exequor? Quam rationem supra capite octauo adduxit, Pharisaïs dicens: Qui me misit mecum est. Non relinquit me solum pater, quia ego, quæ placita sunt ei facio semper. Hoc autem non tam sui causa dicit, quam vt nos consoletur, ne spem omnem abijciamus, si quando nos ab amicis & intimis deserui, vel etiam perfide prodi, videmus. Quod enim de seipso Christus dicit, hoc ad se transferre possunt omnes, qui in ipsum credunt. Per hunc enim Deo ita reconciliati sunt, vt is ab illis nunquam discedat, sed aduersus omnes hostes, cum visibiles, tum invisibiles, tueatur eos, quos semel in suam curam & protectionem suscepit. Imò hoc Dei ingenium est, vt tunc maxime se nobis praesentem exhibeat, quando nullum nobis in humanis auxilium est reliquum, Vidit hoc olim David, quando dicebat: vbi pater meus, & mater mea, desituunt me, Dominus colligit me. Psalm. 27.

Christi fiducia que fuerit.

Quod ipsum nos quoque firmiter credere debemus, cum promissiones passim extent quibus Deum in omnes credentes eodem ingenio praeditum esse docemur. Quid, quod angelos nobis custodes dedit, qui circa timentes ipsum castra metantur? Psalm. 34. Neminem ergo aut hostium multitudo & rabies, aut amicorum defectio, aut domesticorum perfidia, aut clientum ingratitude terreat, cum certè constet Deum nobis adesse, & Angelorum praesidio eos tueri, qui se illi tutos adduxerunt. Neque nos moueat, & quando Dei manus nuspian videtur, & animus noster inter pericula & dolores nos ab illo derelictos esse exprobrat. Idem enim ipse Christus expectus est, qui non modò à patre derelictus, verum etiam ab illo puniri videbatur, quando in cruce pependit. Tanta certe fuit in eo doloris acerbitas, vt exclamaret: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? At idem mox sensit patris virtutem, qui ipsum ex mortuis restituit, & in caelestem gloriam euexit. Eadem ergo spe confirmati dicamus cum Apostolo: Si Deus nobiscum quis contra nos? Rom 8. cap.

Christus solus redemptor nostr.

Interim non temerè factum putabimus, quod discipuli simul omnes Christum reddiderunt. Nam etsi istud humanae infirmitatis vitium fuerit, & ipsi hoc nomine reprehendi mereantur, idem tamen hoc ad nostræ redemptionis mysteriū pertinet. Quia enim solus ille ab hostibus captus, solus victus, & postea in crucem suspensus fuit, neque aliorum ex suis tam diri supplicij socium habuit, constat ex eo ipsi etiam soli omnem debent nostræ redemptionis gloriam. Minimè ergo audiendi sunt, qui hunc aliò transferunt, dum alios Seruatores & redemptores fingunt, quos in necessitate constituti inuocant. Faciunt hi & Christo & Diuisi iniuriam, dum illum quidem suo honore spoliant, hos vero tales fingunt, qui nunc suam CHRISTO gloriam ereptam velint, cuius olim vindices accerrimi fuerunt. Quia tamen de hoc alibi commodius dici potest, hæc modò paucis attingimus.

Dan. 10.

Conclusio concionum Christi.

Ioan. 6. 14. Philip. 4.

Christiani in mundo affliguntur.

Psal. 84. Rom. 5.

Christus vicit mundum.

Ebre. 2. Luc. 11.

Ioan. 12. 16.

1. Ioan. 5. Phil. 4.

Restat concionum istarum omnium conclusio, quæ talis est: Hæc locutus sum vobis, ut in me pacē habeatis: In mundo afflictionē habebitis: sed cōfidite, ego vici mundū. Primò scopi & vsū indicat omnium eorū, quæ hucusq; dicta sunt. Est is, ut in Christo pace, & animorū tranquillitate fruamur. Hæc vero assequitur, q̄ in vnū illum intenti, ab eius verbo & promissionibus toti dependent, neq; eorū similes fiunt qui nouas quotidie salutis rationes aut noua præsidia quærendo sibijpsis labores & curas accerfunt, & sæpe grauissimorum quoq; malorum auctores sunt: Hic ergo Euangelicæ doctrinæ nobis scopus sit vnicus, vt in vno Christo acquiescamus, qui solus verba vitæ æternæ habet, & in medijs afflictionibus pacem nobis largitur, quæ omnem mundi huius intellectum superat. At ne quis ista de pace huius seculi, & felicitate temporaria, intelligat, altera parte, quid hic nobis sperandum sit docet. In mundo (ait) afflictionem habebitis: Sed cōfidite, ego vici mundum. Est hæc vna ex celeberrimis Iesu Christi sententijs, digna quæ non in publicis modò et priuatis locis, sed omnium animis inscribatur, vt in oculos semper occurrat, & diligenti meditatione perpetuò ruminetur. Continet enim quæcunq; ad vitam Christianam pertinent, & simul docet vbi spes & fiducia omnis collocari, vnde item consolatio vera peti, debeat, qua in omni tentationum genere confirmemur.

Quoad primum, eorum errori medetur qui sibi in Christo læta omnia pollicentur, & quæ Christianorum fors sit in hoc seculo, docet. In mundo (inquit) afflictionem habebitis. Ergo in Christo non opes, non honores, non voluptates, non otium & securitas, quæri debent, sed ad crucem & omnis generis tribulationes sese præparent, quorū in illo volunt piè viuere. Nam vt Paulus ait, per multas afflictiones oportet nos ingredi in regnum Dei. Testantur hoc exempla sanctorum ab ipsa rerum origine, quos omnes diuersis casibus iactatos, & tristia multa passos fuisse, legimus: & idem hodie experiuntur quicunq; se totos Christo consecrant. Neque aliud sperandum esse res ipsa docet. Nam si mundi huius statum per se consideres, communis hominum vita miserijs & ærumis referta est, quas per peccatum ingressas esse scripturæ testantur. Et his pij quoque obnoxij sunt, propter inhærentes in carne eorum peccati reliquias, quæ in vniuersum expurgari non possunt, quoad in carne viuimus. Sed accedant his aliæ ex mundo, quæ pijs propriæ & peculiæ sunt. Quia enim ille lucem veritatis odit, (sicut capite tertio Christus grauitè admonuit) eos enī ferre nō potest, penes quos illa fulget, & qui iā longe lateque propagare student. Hinc ergo initium sumunt persecutiones, quas non modò exterij hostes mouent, verum etiam domestici, & interdum Parentes, fratres, cognati, coniuges denique & proprij liberi: qui omnes ferè eo grauiori odio contra pios exardescunt, quò indignius ferunt, quod ex suis aliquos esse videant, qui ipsis exosam lucem sequuntur. Exempla quibus hoc probetur, passim occurrunt, & idem quotidie experimur. Non autem his nos offendi decet, quando **CHRISTVS** illa prædixit. Cogitemus item ista non temerè fieri. Primo enim fidem nostram, in afflictionibus, ceu aurum in igne probari oportet. Deinde carnis nostræ petulantiam ita coercet Dominus, quæ secundis insolecit & contra Spiritum insurgit. Præterea mundi huius fastidium ista gignunt, & celestium bonorum desiderio animos accendunt, qui aliàs terrenis addicti illa facile negligunt. Quid ergo offendimur afflictionibus, quando in his nihil nouum aut insolens nobis accidit, & illas non sine causis necessarijs **DEVS** immittit?

Quia vero natura infirmi sumus, consolationem adhibet Dominus, & docet, quo argumento spem & fiduciam nostram in persecutionibus fulcire debeamus, cōfidite (inquit) ego vici mundum. Mundi nomine intelligit quicquid salutis p̄torum aduersum est, ipsum nimirum satanam, huius organa, homines impios & sanguinarios, peccatum, mortem & inferos. Vicit hæc omnia **CHRISTVS**, quando peccatum mortis suæ merito expiauit, mortem resurrectione sua exarmanuit, & ipsum Satanam regno suo expulit, vt nunc nihil in nos iuris ipse habeat, neque per suos quid amplius possit, quàm illi **DEVS** permittit. Vis autem argumenti seu consolationis istius in eo est, quod nobis mundum hunc & eius principem **CHRISTVS** deuicit. Quia enim propter nos homo factus est, & se totum nobis impendit, omnium, quæ fecit & passus est, fructus ad omnes eos pertinet, qui ipsum fide vera recipiunt. Vis Ioannes in Epistola sua eadem ait esse victoriam nostram, quæ mundum vincit: & Paulus se omnia posse gloriatur in **CHRISTO IESV**, qui ipsum corroboret. Et

Et huc referri debent exempla sanctorum vtriusque testamenti, qui & cognatos sibi carnis effectus, & aduersariorum horribiles minas, vna cum diris supplicijs superauerunt, quando omnia potius sufferre & perpeti, quam à Christo deficere voluerunt, in quo sibi salutem & victoriam partam esse sciebant. Crebro igitur meditemur hanc sententiam Dominique, quæ summam omnium, quæ hucusque dicta sunt, continet. Et quodad mundum & huius vitæ curriculum, non aliud nobis polliceamur, quàm crucem & dira persecutionum pericula. Quod si quando respirare datur, Dei bonitatem agnoscamus, qui nostræ infirmitatis rationem habet, & bene vtamur otio aut pace nobis concessa. Interim armemur fidei constantia, & in quouis certamine firmiter teneamus Iesum Christum, qui vt exëplo suo nobis præiuit, ita suo etiam auxilio aderit, vt omnibus aduersis superiores facti, olim in cælis cum ipso regnemus, pro cuius nomine nunc ista patimur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

DOMINICÆ VOCEM IVCVNDITATIS prima Precatio.

Aterne Pontifex nosser Iesu Christe, qui es ad dextram Patris semper interpellans pro nobis, & qui dixisti: Amen Amen dico vobis, Quicquid petieritis Patrem &c. Accende in mentibus & cordibus nostris Spiritum clamantem Abba pater, vt cum fiducia accedamus ad thronum gratiæ, & tu suscipe gemitus afflictarum animarum, quæ tibi prope sunt: miserere nostri secundum tuam promissionem: Defende Ecclesiam tuam aduersus tyrannidem diabolorum & hominum: Serua politias, quæ præbent hospitia Ecclesiæ, fac nos vna cum nostris vasa misericordiæ, & organa salutaria Ecclesiæ, & multis hominibus. Denique da vt gaudium tuum in nobis sit plenum, vt tibi seruiamus in fide & lætitia sine caligine idolatrica, & sine peccatis contra conscientiam, donec transferamur in æternum tuum regnum, & fruamur conspectu diuinitatis in tota æternitate. Amen.

EIVSDEM DOMINICÆ SECUNDA precatio Joan. 16. cap.

Fili Dei Domine Iesu Christe dulcis est tua vox ad Ecclesiam tuam, ante vltimum agonem pronuntiata: Amen Amen dico vobis, quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: Non fruimur tuo conspectu visibili, non te amplectimur brachijs, cumlati sumus hostibus seuisissimis, sola oratione & gemitibus accensis à tuo Spiritu nostra anxia corda sursum transferimus, ea coram te effundimus, & opem ab æterno patre tuo tui fiducia poscimus. Tu es caput Ecclesiæ tuæ, tu impetrasti remissionem peccatorum & æternam vitam credentibus: Te Pater semper exaudit: Ideo te nominato & interpellante impetrabimus ea, quæ petimus secundum tuam voluntatem. Vt tui Apostoli confisi tua præsentia erant segniore: ita saepe res secunde timorem Dei & inuocationem etiam in electis debilitant: Sed tu excutias nobis istam securitatem. Fac vt sentiamus nostram imbecillitatem, vt assidue petamus incrementa lætitiæ inchoata in nobis. Sonet in nostris auribus & cordibus perpetuo tua promissio: Petite & accipietis, Loquere in nobis FILII DEI tuam veritatem aperte, sine tenebris idolatricis, vt vere statuamus nos etiam diligi ab æterno patre tuo, & nostras imbecilles voces & nostra infirma suspiria tecum, qui stas ad dextram patris tui semper interpellans pro nobis coniungamus. Reliquisti mundum corpore, sed præsens nobis es, virtute eiusdem corporis, & viuus apud patrem, vt simili vita tecum viuere incipiamus. In tua difficili lucta te adesto, vt non relinquant nos Orphanos. Fac vt altè infigamus anima nostra Epilogum dulcissimum sanctæ tuæ valedictionis. Habemus in mundo afflictionem, gerit tecum & cum tua Ecclesiæ perpetuum bellum Diabolus: Sed satis sit nobis quod in te habemus pacem: Te iuuante vincemus in media morte, habebimus protectionem abs te in hac vita, secundum tuam voluntatem, & decedentes etiam sentiemus lætitiæ cordis acquiescentis in te, & cum sanctissimo desiderio expectentis migrationem & beatam tui consuetudinem. Tu vicisti mundum, qui apparuisti, vt destruas opera diaboli, tuo spiritu incende hanc fiduciam tua victoria in nobis, & da vt ea fruamur hic, & in æternitate. Amen.

DOMINICÆ EXAVDI,
DOMINICA EXAVDI,
QUÆ EST VI. DOMINICA

POST FESTVM PASCHATIS EVANGELIVM
Ioannis 15. & 16. capitibus.

HOMILIA VNICA.

Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus inquam ille veritatis, qui à Patre procedit. Ille testabitur de me. Sed & vos testabimini, quia à principio mecum estis.

Hac locutus sum vobis, ut non offendamini. Monebunt vos synagogis: imò veniet tempus, cum, quisquis interficiet vos, putabit se cultum prestare Deo. Et hac facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me. Sed hac locutus sum vobis, ut cum venerit tempus illud, meminertis eorum, quod ego dixerim vobis. Hac autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.



VAMVIS OMNIVN HOMINVM VITA LABO-

1. Tim. 3.

ris plena sit, & perpetua afflictionum atque miseriarum palestra dici mereatur, imprimis tamen hoc in pijs Christi cultoribus locum habet, quos propter veritatis lucem sic odit mundus, ut Paulus testetur, fieri non posse quin persecutionem sustineant, quicunq; in illo piè viuere instituerunt. At quia hoc carni admodum graue est, diligenti doctrina & institutione nos ad certamina ista preparari oportet. Itaque obseruat hoc Dominus diligenter, & cum saepe aliàs de his discipulos admonuerit, tamen in postremo suo discessu nouam de iisdem tractationem instituit, qua omnia ea complectitur, quæ nos in fide confirmare, & inter pericula quæuis constantes atq; intrepidus facere possunt. Et capite quidem decimoquinto, vsq; ad postremam partem eiusdem, quæ hodiernæ lectionis initium est, multis non tantum exposuit Christus Dominus, quid sua membra de hoc mundo sibi polliceri debeant (nempe omnis generis pericula, quæ ipsis ab impijs in hac miseriarum valle expectanda sunt, vbi primum causa indicatur, cur impij pios ita persequuntur, quod scilicet Deum, quem pij rectè agnoscunt & celebrant, ignorent: postea etiam omnis excusatio tyrannidis & crudelitatis, quæ in pios exercentur, illis eripitur, & ostenditur tandem à Christo, omnes suos & suorum hostes, voluntaria ac malitiosa ignorantia, peccare: Ideoq; ipsos coram Deo esse inexcusabiles, & proinde cæco pronòq; furore in æternum exitium ruere.) Verum etiam simul in se certam salutis fiduciam suos habere iubet, quibus etiam promittit Spiritum sanctum, qui fidi aduocati instar illos regat, roboret atque tueatur, ne existiment huius virtutem atque potentiam, mundi furoribus impediri aut opprimi posse.

Ad huius verò necessariæ doctrinæ illustrationem, illud quoque sedecimo capite subiicitur à Christo, quo primum plenius ab ipso describuntur furiosi impiorum conatus. Deinde etiam diligentius repetuntur, quæ pijs in fide confirmandis seruire poterant, de qua parte tribus hanc proximè præcedentibus Dominicis satis prolixè dictum est. Nunc promissionem Christi de missione Spiritus Sancti factam, & descriptionem furiosorum conatum, quibus pij ab impijs impetuntur in hoc mundo, videamus.

Prior pars huius loci est, qua Christus Dominus promissionem Spiritus sancti repetit non sine graui causa. Poterant enim his omnibus auditis discipuli omnem de paganando CHRISTI regno spem abijcere, adeoque animum deponere priusquam ab illo sibi impositum munus aggredierentur. Occurrit ergo huic dubitationi, & ait: Cum autem

spiritus sancti promissio repetitur:

autem venerit paraclerus, quem ego mittam vobis à patre, spiritus inquam ille veritatis, qui à patre procedit, ille testabitur de me, &c. Quasi diceret: Etsi indomita sit huius mundi aduersus me & Euangelium meum ferocia, nunquam tamen mei regni cursum impediet. Venior enim, quem iam antè promisi, paraclerus, spiritus nimirum veritatis, & hunc ego mittam. Qui cum non humanus sed diuinus Spiritus sit, & ex ipso Deo procedat, sua virtute omnem aduersariam potestatem facile superabit, & quantumuis reluctans multis mihi testimonium perhibebit, partim in Electorum animis, quos de salute per me acquisita certiores faciet, partim in impiorum quoque conscientijs, quos conuincet, vt velint nolint mihi cedere cogantur. Quin vos illo confirmati in toto orbe de me testabimini, & vestro ministerio multi vbique terrarum in mei cognitionem adducentur, mihi que seruient.

Neque contemni aut reijci poterit vestrum testimonium, cum ad hoc delecti sitis, & mihi iam inde ab initio familiarissimi fueritis, & proinde certam habeatis rerum abs me gestarum notitiam. Hic istius loci sensus est, & Trinitatis quidem adorandæ mysterium hic non obscure attingitur, cum ipse Filius Patris & Spiritus sancti mentionem faciat: non tamen hic ex professo de Spiritus processione disputare voluit, sed potius discipulos hoc argumento confirmare, quod Spiritum Dei sibi auxiliatorem & consultorem habituri sint, qui ipsorum ministerium feliciter ad suum finem dirigat. Nimis ergo arguti, vel etiam contentiosi fuerunt Græci, quando huius loci autoritate euincere voluerunt Spiritum Sanctum ex solo patre procedere. Quia enim pater & filius vnum sunt, seipsum hic non excludit, quando patrem nominat. Sed quia hæc alterius loci sunt, & mysteria ista quoad in carne viuimus, perfectè cognosci non possunt, nos simplici fidei doctrina contenti, nunc ea inspiciamus, quæ ad præsentem tractationem pertinent.

Vbi primum occurrit, irritos & vanos esse hostium Christi conatus, quibus regnum eius opprimere & Euangelij cursum impedire instituunt. Est enim ille Rex Regum, cui omnis potestas data est in cælo & in terra, & ideo frustra aduersus illum pugnant, qui, si ipse illis Spiritum vitæ subtraxerit, moriuntur, & in puluerem redeunt. Deinde inde spirituale est regnum eius, & Spiritus virtute propagatur: Quapropter armis carnalibus eueri non poterit. Spirat enim Spiritus hic, vbi vult, non ab hominum arbitrio pendet, & iustar venti omnium animos perflat & incendit: qua de re cap. 3. ipse Dominus cum Nicodemo, vt Dominica Trinitatis audiemus, disseruit. Itaque nihil quam exitium & ignominiam referunt, quotquot cum illo certamen audent suscipere. Est hoc probarum exemplis omnium seculorum, vt alibi demonstraui: & nostro tempore multum vidimus, quæ his possunt fidem facere. Nobis autem istorum vsus esse debet, vt fortes & constantes in fide impiorum furoribus non cedamus.

Deinde de officio Apostolorum nos hic locus admonet, quod est Christo testimonium perhibere: quod nimirum sit verus & æternus Dei filius, qui in carne manifestatus, sua mortis & resurrectionis merito omnia ea perfectè præstiterit, quæ ad humani generis redemptionem faciunt. Iubet hoc ipsum ille iam cælum conscensurus, dicens: Vos eritis mihi testes in Ierusalem, & in tota Iudæa, Samariaque, & vsque ad vltimas terras. Et hæc causa est, propter quam illos sibi familiares habuit Dominus, quod suorum dictorum & factorum conscios fecit, quod ex mortuis rediuius se illis spectandum & palpandum exhibuit, quod cum illis edit & bibit: nimirum vt rerum omnium oculati testes essent, & proinde inde fide digni. Qua autem animi constantia, & dicendi libertate, officio hoc suo functi sint, Actorum liber, & ipsorum scripta abundè testantur. Facit hoc ad Euangelij commendationem, quod ob hanc ipsam causam testimonium Iesu Christi dicitur. Non erit testimonium est, quod delecti in hunc finem discipuli, & Spiritu Sancto illustrati, tulerunt de filio Dei, qui propter nos incarnari, mori, resurgere, & in cælos ascendere voluit, vt miseros nos ex peccati seruitio & mortis atque diaboli tyrannide affereret. Quotquot ergo illi contradicunt, aut illud reijciunt, ij non in Apostolos modò, sed in ipsum DEI Filium, sed in Spiritum Sanctum, sed in patrem ipsum, contumeliosi sunt. Vidit hoc Ioannes, quando in Epistola sua scribit: Qui credit in Filium DEI, habet testimonium in semetipso: qui non credit DEO, mendacem fecit eum, quia non credit testimonio, quod testificatus est DEVS de Filio suo.

Mundi aduersus Christum conatus irriti sunt.

Officium Apostolorum quod fuerit. Acto. 1.

Matth. 28.

Marc. 16.

Luc. 24.

Ioan. 20.

Act. 293. 4. etc.

Est

Est ergo peccatum omnium atrocissimum, non credere Euangelio, quod Apostoli prædicarunt, & in quo ipse pater per Spiritum sanctum filio suo testimonium perhibet. Est autem hodie nihil vulgariius illo peccato quando in hoc multi laudem quarunt, quod Euangelicam doctrinam pertinacissimè oderunt, & se eius hostes perpetuos fore profitentur. Interim meminerimus omnium, qui Christiani dici volunt, hoc ipsum munus esse, ut Christi testes sint. Nam fidei confessionem ab omnibus ille requirit, quam liberam & ingenuam esse decet, neque nos eius pudeat, quem non puduit propter nos extrema quæque spondere. Non tamen sufficiet, verbis illum confiteri, nisi vita & mores confessioni huic respondent, ut sæpe aliàs est dictum. Oremus patrem nostrum cœlestem ut ipse Spiritu Filij sui nos, & nostros regat, ut & singuli officium faciamus, & regnum filij sui, Domini & Mediatoris nostri, Iesu Christi, quotidie propagetur.

Postea secundo loco infert Christus Dominus statum siue scopum totius tractationis. Hæc locutus sum vobis, ut non offendamini, id est prædico ista, ne vobis meliorem fortunam pollicendo, postea aduersis & vndique imminentibus persecutionum periculis, tanquam re noua & insolita territi, de fide mearum promissionum dubitetis, & ab instituto vel officio vestro discedatis. Ita enim natura comparatum est, ut ijs offendamur, quæ nobis præter spem eueniunt, minus autem ijs moueamur, quæ nobis iam pridem sunt præuisa. Est ergo doctrina hæc admodum necessaria. Quia enim plerique homines Dei fauorem ex felici rerum huius seculi successu meriuntur, & in religione quoque bona temporaria quarunt: Vix aliud tam vulgare est, quam quod grauius plurimi offenduntur, quando pios continujs afflictionibus exerceri, impios autem florere, & quasi perpetuos triumphos ducere, vident. Neque vulgariius modò hominum fides hic tentatur verum etiam eorum, qui præ alijs instructi, & ab ipso Deo ad grauius functiones delecti sunt. Nota est enim illa Ieremiæ querela: Qui fit ut via impiorum prosperentur, & feliciter agant, omnes, qui imprudenter præuaricantur? Et Asaph Propheta in Psalmo 73. parum abfuisse fateatur, quin pedes eius mutassent, & generationem filiorum Dei reprobaret, quando impios prosperè & feliciter agere videbat. Et apud Habakuk Prophetam pij clamant: Cur aspicias præuaricatores, & dissimulas cum impius iustiorum se deuorat? Facis homines ut pisces maris, & sicut reptile, quod non habet ducem, etc. Omitto multa huius generis, quæ in scripturis occurrunt, Accedant his impiorum insultationes qui creditibus inter pericula tuam fidem & doctrinam exprobrare, & ex malis, quæ patiuntur illam profcindendi occasionem arripere solent. Et quid hodie multi patiantur in eiusmodi tentationibus, nemo non audit & vider. Opus ergo est, nos de istis crebro admoneri, & argumentis solidis instrui, quibus carnis & satanæ suggestiones eludamus. Elucet autem hic fides & bonitas Christi singularis, quæ is erga suos vtitur. Nec enim, ut impostores solent, magnificis modò promissionibus nos allicit, mala autem & pericula dissimulat: sed ingenue prædicit, quid nobis in hoc mundo euenturum sit, & certamina nos manere docet, quæ nos non sine labore & sanguine superare oporteat, priusquam promisso cœlestis regni brauiio potiamur. Neminem ergo ille fallit, & si qui in periculis istis deficiunt, hoc ipsorum ignauia fit, quia admonitiones istas non admittunt, aut earum non sunt memores.

Quia verò hucusque in genere locutus erat de odio, quo illos mundus hic persecuturus sit, ne id vulgare, & non vsque adeo periculosum, fore arbitrentur, nunc euidentius, & quasi per species, exponit, quid passuri sint. Primum mouebunt vos (inquit) Synagogis. Id est hæreseos & impietas vos damnabunt, & à piorum consortio excludent. Erat hæc inter Iudæos extrema ignominia, & maximum fortunarum omnium dispendium coniunctum habebat, cum externa quoque commercia talibus negarentur. Voluit autem sub hac specie omnia alia infamiae genera complecti Dominus, quibus infelix mundus pios notare solet. Non obscure autem admonet, piorum hostes fore non eos modò, qui à fidei Christianæ professione alieni sunt, & apertas cum Ecclesia Dei inimicitias exercent, sed illos illo tempore erant sacerdotes & scribæ, & inter hos Pharisei imprimis, qui propter singularis iustitiæ & sanctimoniam, supremum in Iudaico populo locum obtinebant, qui tunc solus Ecclesiæ titulo censebatur. Quid autem isti cum Apostolis egerint, utq; eos ceu publicos templi & sacrorum omnium hostes damnarint, Lucas in Actis non vno loco commemorat. Quod autem à Iudæorum sacerdotibus & senioribus facti est, hoc ipsum sub Imperatoribus, qui Christianam religionem persecuti sunt, postea factum fuisse constat.

Piorum in mundo afflictiones.
1. Excommunicantur.

Ierem. 12.

Hab. 1.

constat. Nam vt Euseb. lib. 8. scribit, Diocletiani edictum fuit, ne qui ex Christianis ad publicos honores admitterentur, prius admissi è gradu suo deijcerentur, & infames fierent, militibus eriperetur baltheus, & si quis seruorum Christianus mansisset, libertatem non posset cõsequi. Cuius generis multa hodie fiunt sub principibus Papistis. In primis autem excommunicationis telo contra nos pugnant Romani pontifices, qui Apostolorum successores, Christi Iesu vicarij, & totius Ecclesiæ pastores, haberi volunt: & horum artibus atq; stimulis excitati principes aqua & igne interdunt ijs, qui purioris fidei & doctrinæ sectatores sunt. Sed & inter priuatos homines aliquos est inuenire, qui respectu dignantur germanos Christi discipulos, & ab eorum colloquijs ceu viso angue resiliunt. Atqui hoc illud est, de quo nos in præsentī Christus admonet. Nos verò in eum finem respicere oportet, quem ille potissimum spectauit hæc dicendo, qui est, ne iniquis causa nostra Deo probatur, qui eius vindex & patronus erit fidsissimus. Et in quantumuis excelso dignitatis gradu constituti sint, qui aduersus nos fulminant, non tamen ratæ erunt ipsorum sententiæ, nisi eis ex Dei verbo autoritas & pondus accedant. At cum hoc illos turpiter abuti constet, inanes crepitus sunt eorum minæ, & (vt in Psalmo 109. scribitur) ipsi quidem maledicent, sed Dominus benedicet: cuius rei exemplum olim præcessit in Balaamo, cuius successores & imitatores eos esse Petrus in posteriori sua epistola testatur. Cogitemus præterea, ex hoc magna ex parte pendere salutem nostram, vt ab ijs separemur, qui Christi hostes sunt. Ab his enim eiectos ille colligit, vt 9. cap. Ioan. in patre cæci nati factum est. Ideò Petrus Hierosolymitanis salutis consilium petentibus inter alia dicebat: Eripite vos à natione ista praua. Et hic nos excitare debet impiorum zelus & exemplum. Cum enim illi piorum consuetudinem ferre nullo modo possint, & in ijs deuitando tanto studio vtantur, turpe fuerit, si qui Christi cultores dici volunt, non necessaria illorum commercia sectentur, quæ olim diuinis legibus seuerissimè prohibita sunt, & quæ Paulus grauius prohibet, monens ne iugum ducamus cum infidelibus. Sed & ipse Dominus nos ex Babylone exire iubet, ne & peccatorum & pœnarum eius socij efficiamur. Vehementer ergo peccant hodie, qui dum horum minus sunt memores, primo quidem sibijpsis scandala, & defectionis occasiones, temerè obijciunt, deinde verò aduersarios suos in superstitionibus confirmant, quando eorum consuetudinem tanti faci-

Num. 23. 24.

2. Pet. 2.

Acto. 2.

2. Cor. 6.

Apoc. 18.

At quia excommunicationis fulmen facile contemnunt, qui fide vera donati sunt, secū dum adhuc adjicit Dominus: Imò veniet tempus, cum quisquis interficiet vos, putabit se cultum præstare Deo. Quibus verbis testatur, non contentos fore hostes, si ipsos extrema ignominia notent, nisi insuper vitam eripiant, & vt hoc quoq; periculum amplificet, quo hoc prætextu facturi sint docet: eo nimirum, quòd gloriæ Dei vindices videri velint. Quasi diceret: Ipsi quidem zelum veræ religionis profitebuntur, vos autem iudicabunt omnium mortalium sceleratissimos, imò apertos Dei hostes esse, propter quos ille mundo iratus omnis generis mala immittat, neq; alio sacrificio magis placari possit, quàm si vos è medio tollamini: Quapropter eò crudelius in vos sæuiet, quòd ex vestra morte Quæ enim alia causa Cainum mouit, vt fratrem occideret, quàm quòd hoc viuo se Dei fauore nequaquam frui posse putabat? Quid aliud Esauum in Iacobi fratris odium extinguit, quàm quòd ab eo sibi benedictionem præreptam, & Deum propter illum sibi iratum esse suspicabatur? Pharaonem quoq; contra Israëlitas hæc suspicio accendit, quòd in regno suo non aliter, quàm horum excidio, consuli posse arbitraretur. Et contra Ieremiam hoc nomine impij maxime insanierunt, quòd propter illum Reginam cœli sibi infensam esse dicerent, cuius cultum ille aboleuisset. Quid? Annon ipsum Christum mortales haberi iudicauerunt? Eodem prætextu contra Apostolos quoq; vsi sunt, vt ex multis alijs exemplis apparet, ijs autem potissimum, quæ de Stephano & Paulo narrantur. Factum est idem deinceps sub Romanis Imperatoribus, cum Ecclesiæ fines latius propagarentur, & fictiorum Deorum cultus ubiq; locorum deficeret. Siue enim aquarum inundationibus agri vastarentur, siue nimius & diuturnior æstus fruges adureret, siue lues grassaretur, siue bella insurgerent, aut quæcunq; alia calamitas imperium affligeret, aduersus Christianos conclamabatur, hi ad leones, ad cruces, ad rogos, & omnis generis supplicia, poscebantur, & eorum sanguine iram Deorum placandam esse omnes vno

2. Occiduntur cum infamia.

Gen. 4.

Gen. 25. 27.

Exod. 1.

Jerem. 7. 44.

18. 20. 26.

ore dicebant, sicuti apud Tertullianum Athenagoram, Cyprianum, Iustinum & reli-
quos patres, est videre, qui eam ob causam Apologeticos libros scripserunt, quibus à
Christianis calumnias eiusmodi depellant. Estq; hæc singularis Satanæ astutia, quod
cæco Zelo suos incendit, ut furiosorum instar contra veros Dei cultores ruant, dum
huius cultum conseruare & tueri student. Experimur hoc ipsum hodie passim, quando
multi sunt, qui tempestates noxias, rerum omnium penuriam atque caritatem, seditio-
nes, bella ciuilia, Turcicas clades, & quæcunque alia mala priuata & publica, non ali-
unde oriri clamant, quàm ex Euangelij prædicatione, quæ veterem religionis formam
aboluerit, & Diuorum cultum sustulerit, quorum intercessione maiores nostri Deo pro-
pitio sint vsi. Neque pudet nostros aduersarios veritatis doctrinam sub plausibili
Diuorum nomine oppugnare, qui eius præcones fuerunt, & eandem sanguinis sui tes-
timonio confirmauerunt. Tanta denique est illorum rabies, ut principibus viris inter-
dum persuadere conentur, non antè illos vel contra Turcas feliciter pugnatos, vel
maiorum publicorum finem inuenturos esse, quàm Euangelium istud nouum (sic enim
illi loquuntur) vnà cum suis sectatoribus funditus excindant. Et hic quidem Zeli nostri
fructus est, si veritatis cognitione destituatur, quod non modò superstitionibus immer-
git, verumetiam infano earum studio dementatos sanguinarios reddit. Quod in eum
finem nos obseruare conuenit, ne zelo nostro facile locum demus, & simul caueamus
eorum insidias, qui suo Zelo feruntur, neq; in Dei verbum respiciunt, quæ vnica nobis
fidei & vitæ, consiliorum deniq; omnium, regula esse debet.

Cur mundus
pios persequatur.

Porro veram tanti furoris causam indicat, cuius in fine decimoquinto capite mo-
dò meminit. Quia non nouerunt Patrem neq; me. Rationem huius dicti in festo
Apostolorum Simonis & Iudæe prolixè annotauimus, cuius summa est, quod neq; Pater
sine filio cognosci potest, cum in hoc vno se nobis manifestet, neq; filius cognoscitur,
nisi incarnationis eius finem atq; ipsius officium intelligamus, cui illum Pater destinauit.
At qui ista intelligunt, non possunt illum & eius doctrinam non amplecti & amare.
Vnde colligitur omnes eos vera Dei cognitione destitui, quicunq; Christi doctrinam,
& propter hanc, pios persequuntur. Quia autem ignorantia ista voluntaria est (ut
alibi monuimus) excusationem planè nullam admittit. Nunc Christi institutum obser-
uamus, qui eius nos idè admonet, quo facilius contemnamus odia, & iniqua iudicia
eorum hominum, quos Dei cognitione prorsus destitutos esse audimus.

Quid enim de his speres aliud, quàm quod de tota religionis causa, & pijs omni-
bus, iniquissimè iudicaturi sint? De Socrate narratur, quod, cum per forum
transeunti, petulans quidam iuuenis colaphum, præter omnem causam, impegisset,
& multi, ut eum in ius traheret, hortarentur, dixerit: Quid verò, si me calce feris-
set, asinus? An hunc quoq; apud Iudices accusandum censeretis? Respondentibus illis,
Nequaquam, eò quod cum animali, ratione destituto, in foro contendere absurdum
& ridiculum foret: Excepit ille, an verò hunc magis, quàm asinum, ratione vti arbi-
trari, qui absq; omni causa immerentem verberat? Poruit ergo apud Philosophum
personæ consideratio tantum efficere, ut ab homine lasciuo & petulante acceptam iniuri-
am patienter ferret. Quantò minus igitur offendi debent, qui in Christi schola instituti
sunt, si ab ijs se damnari & affligi videant, quos ab omni puriori numinis cognitione ali-
enos esse nouerunt? Habet ista consideratio fructum vberimum. Primò enim pati-
entes nos facit, si cogitemus, nos propter Christum hæc omnia sustinere, qui nostri cau-
sa mortem ignominiosissimam subire dignatus est, & qui suorum vindex simul & remu-
nerator est fidelissimus. Deinde vindictæ cupiditatem restringit, ne odio prosequamur
hostes, quorum infelicem conditionem, propter communem humanitatis sensum, com-
miseratione potius & dolore prosequi debemus.

Vsus harum
prædictionum
Christi.

Cæterum ne ista temerè dici putemus, statum & usum totius tractationis repetit:
Hæc locutus sum vobis, ut cum venerit tempus illud, memineritis eorum, quod ego di-
xerim vobis. Vult ergo nos istis prædictionibus, ceu antidoto aut remedio, uti aduer-
sus scandalum, quod ex cruce nobis obijcitur. Et sanè nullum firmitus est fidei sul-
cum, quàm verbum Domini, si, quæ illo traduntur, memori mente versemus. Ita
enim intelligimus, nihil nouum aut insolens nobis accidere. Deinde omnia ista non
temerè fieri, sed certò diuinæ prouidentiae consilio gubernari. Præterea quid à nobis inter
hæc fieri debeat, docentur. Quod ergo multi turpiter in periculis deficiunt, ex eo fit,
quod

quod non in Dei verbum respiciunt, sed à carnis sensu & mundi iudicio dependent. Est autem hinc nobis doctrina generalis petenda, non sufficere, si Dei verbum semel atit itera audiamus, sed illud animis recondi, & crebro in memoriam reuocari, debere. Et quia admodum multa sunt, quæ verbum ex animis nostris auferre, vel in illis suffocare solent (sicuti Dominica sexagesimæ in sementis parabola Luc. 8. Dominus docet) valde necessaria est hæc doctrina, quæ nos ad studium & meditationem verbi frequentem exciter. At quia hæc pleriq; negligunt, non mirum est docendo, monendo, & hortando, parum profici, & ipsa quoq; iudiciorum Dei exempla contemni.

Sed obijceret aliquis: Cur ista non dudum prædixisti, aut cur in hunc vsq; diem reseruanda putasti? Præoccupat ergo quæstionem hanc, & ait: Hæc vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: nunc autem ab eo ad eum, qui misit me. Prædixerat quidem multa, cum eos primùm ad prædicandum emitteret, vt Matthæi decimo scribitur, & non semel monuit, ne sibiipsis meliorem sortem polliceantur, quàm suam in hoc mundo esse videant. At non tam expressè singula exposuit, vt hoc loco, quæ ipsis euentura sint. Cur verò hucusq; distulerit, docet: Quia vobiscum eram, &c. Quibus verbis ostendit, his non opus fuisse hucusq;, quando ipse, fidi patroni atq; tutoris instar, ipsis adfuerit, ne quid mali paterentur. Et sane non caruit miraculo, quòd cum rudes & nulla auctoritate præditi essent, tutò tamen terram Iudæam & Galilæam obire, in Christi nomine prædicare, & signa facere, potuerunt. Quod illos ex sua protectione habuisse, ipse indo, ego seruabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius ille perditionis, &c. Quorum verborum sensus est, quòd ipso discedente, & assumptam ex nobis carnem, ad dexteris æterni Patris, in cœlestis vitæ consortium, euehente, qui illis antehac fidus Patronus & protector fuerit, nunc alio patrono & Tutori (Spiritu nempe sancto, multoties à se promisso) opus habeant. In patris verò nomine se eos seruasse ait, non quòd se à patre inferiorem, aut minorem faciat, quòd ad diuinam naturam, aut quòd omni curæ & gubernationi Ecclesiæ suæ in posterum longum valere renuntiet, sed in Mediatoris persona loquens, se diuinæ voluntatis ministrum & executorem hæctenus fuisse docet, & nihilominus posthac etiam suam curam & studium omnibus suis pollicetur, sicut testatur Dominus, dicens: Non relinquam vos Orphanos. Ecce vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Hic enim est idem ille Christus, qui vt olim suos seruauit, ita hodie etiam totius suæ Ecclesiæ, & singulorum fidelium propugnator, protector, & bonus ille pastor est, qui, cum sit custos Israël, neque dormit, neque dormitat, multo minus patitur, vt quisquam rapiet oues suas de manibus suis. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum

Cur istas prædictiones hucusq; Christus distulerit.

A M E N.

DOMINICÆ EXAUDI PRIMA
precatio.

Esu Christe Fili Dei inuoco te fide, quamuis languida, fide tamen. Spira ex æterni Patris & tuo pectore in cor meum Spiritum tuum Sanctum, veracem, qui se meis spiritibus, natis in mea natura, permisceat, & mentem atq; cor meum ad verum Deum copulet, vt in me etiam luceat veritas Dei, & in latitia accendatur in me conformitas cum Deo. Et quia mirando consilio tu fili Dei Ecclesiam tuam in hac vita vis esse subiectam cruci, largiatur mihi ille tuus Spiritus verum animi robur, ne iniqua iudicia hominum, contumelias, aut ipsam etiam mortem, expauescam: sed facito, vt inter medias arumnas verè meminisse possim eorum, quæ tu nobis dixisti: Et quamuis tuo visibili conspectu nunc non fruor, effice tamen, vt timida & imbecillis mea natura in cruce & morte tuam præsentiam intus cernat & sentiat, & inconstanti agnitione & inuocatione tui, ad visibilem consuetudinem Dei & Ecclesiæ, angelorum & hominum in caelos transferar. Amen.

EIVSDEM DOMINICÆ SECUNDA
Precatio, Iohan. 15. & 16. cap.

Null præstantius æternus Deus homini condito communicare potuit, quàm sese: Ita rursus tu Fili Dei nullum nobilius donum tuis electis omnibus promittere potes, quàm transmissio-

DOMINICÆ PENTECOSTES

missionem Spiritus tui procedentis ex tuo & aeterni Patris pectore, expropeventi ille salutaris Spiritus ex Patre, & à te credentibus mittitur: Iste est substantialis ille amor, ille sanctus agitator, inter Patrem & Filium in eadem essentia, easdem excitans virtutes, illum eundem diuinum flatum aeternus Pater & Filius spirant in corda piorum hominum, ut similem nouitatem anima renata imprimat, qualis lucet in essentia veri Dei. O bonitatem excellentem, o munus nobilissimum: Ista est vita & letitia aeterna viuere vita conformi Deo, esse unitum cum Deo, & beatis Angelis, in simili agnitione & simili iustitia. Iste est paracletus piorum in hac miseriarum valle. Nostra natura est orphana, amisit propter peccatum suum patrem, est muta & elinguis: excussit λόγος oratorem, & sapientiam aeterni Patris, excussit Spiritum Sanctum rectorem, est timida, nuda, pauida, fugitans conspectum Dei vindicis. Filius Dei tollit nostram orbitatem, reddit nobis Patrem, Patris & sui societatem, per eundem Spiritum: Ille est noster paracletus, Aduocatus, illustrat nostram animam diuina luce, quam loquitur λόγος ex sinu Patris: suscitatur motus & agitationes, conformes illi luci & sermoni: Consolatur pauida corda, erigit ea conspectu Dei, interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: Opitulatur nostrae infirmitati: Quae nostra infirma mens & lingua non potest capere, & effari, ipse implet in arcano pectore Patris. Vestit nos luce sua, & iustitia: & tegit nostram immundiciem. Diabolus suo blasphemio afflatu turbat animas hominum mendacis contra legem Dei, & afflat agitationes & appetitiones sceleratas. Iste est autem Spiritus veritatis, docens mentes piorum, imbuens eas vera noticia Dei, fleētens animam ad veram inuocationem, ad veram obedientiam, imprimens cordi sanctos motus congruentes cum lege Dei. Hoc tantum munus abs te Domine IESU CHRISTE poscimus. Tu dixisti: Quanto magis dabit Pater caelestis Spiritum Sanctum petentibus. Effunde igitur in nos de tuo Spiritu, qui testimonium de te dicat: qui ea efficiat rata in natura nostra, quae sonant in voce tua promissionis: qui nos confirmet ut etiam simus testes intrepidi de tua veritate, & abs te nunquam deficiamus. Ardet odio tui immani diabolus: Ecclesia tua ex arcano tuo consilio est subiecta cruci. Coniunguntur in tua membra à sapientibus huius mundi crimina, quae in hac vita sunt tristissima. Dicuntur esse desertores veteris Ecclesiae, turbatores pietatis, concordiae, pacis. Projiciuntur à potentibus tanquam natæ aquara & piacula: Iudicantur tollendi, ut Deus desinat irasci toti populo, optaret ut in cruore illorum natæ possint. Tu FILI DEI tuo Spiritu adde nostro anxio cordi verum robur, ut non frangamur propter pericula illa, nec abs te deficiamus. Non illa accidunt nobis merito nostro sed ideo, quia tu eos, repugnantes tua voluntati, deseruisti, & tradidisti in potestatem Diaboli, qui eos excacauit, ut nec te, nec Patrem tuum agnoscant. Iunato nos, ut in medijs arumnis, erecti tua voce, meminisse possimus eorum, quae tu nobis dixisti, ut sentientes tuam praesentiam intus in anima, in te inueniamus pacem, & innixi perpetuo tuo verbo, sinem fidei nostra aeternam vitam adipiscamur, Amen.

DOMINICA PENTECOSTES NOVI TESTAMENTI
DE VISIBILI EFFUSIONE SPIRITVS SAN-

cti. Acto. 2. cap.

HOMILIA I.

Et dum compleverunt dies Pentecostes, erant omnes unanimiter congregati in eodem loco. Et factus est repente à caelo sonitus, quasi irruente flatu violento, & impleuit totam Domum, ubi sedebant. Et visa sunt illis dissecta lingua, tanquam ignea, seditq; super unumquemq; illorum, & impleti sunt omnes Spiritu sancto.



INTER PROMISSIONES, QUIBVS SALVATOR noster Iesus Christus Apostolos suos frequenter consolari solet, omnium creberrimè repetitur, quae de Spiritu sancto est. Nam quando illos coram principibus causam dicuros esse praedicit, hoc argumento metum omnium animis

animis eximit, quod Spiritum sanctum consultorem habituri sint, qui & argumenta, & eloquendi facultatem, suggerat. Et cum mortem iam aditurus esset, eandem spiritus sui promissionem terq; quaterq; iterat, quem ipsis consolatorem, consultorem, & rerum agendarum ducem, fore pollicetur. Deniq; a mortuis resuscitatus & promissionis illius denovo illos admonet, & Spiritum ipsos Hierosolymis expectare iubet. Atqui minime suauacanea censi debet tam diligens promissionis huius iteratio. Nam & Apostolorum institutioni seruire potuit, ne vel imparati ad muneris tam ardui functionem excurrerent, vel periculorum metu consternarentur: & nobis hodie utilissima est, cum inde colligere contemni posse. Cæterum, ne qua tantæ rei obscuritas vel ambiguitas restaret, toties promissum Spiritum non occulto aliquo inspirationis modo Apostolorum animis inseri, sed visibiliter, & non sine publico miraculo mitti oportuit: quod & reuera factum esse, & quomodo id factum sit, in præsentia diligenter, & summa cum perspicuitate, Diuus Luitius inspectæ excuciantur.

Ioan. 14.
15. 16.
Acto. 1.

Priusquam verò Euangelistæ verba aggrediamur, de spiritu sancto quædam dicenda erunt, vt, quid Apostoli acceperint, probè intelligamus. Primò enim minime putabimus, spiritum sanctum vel ante hoc tempus non fuisse, vel illo in vniuersum caruisse Apostolos. Nam illum ab æterno esse, Deo consubstantialem, multis veteris scripturæ testimonijs liquet. David certè à spiritu Domini exercitus cælorum conditos esse fatetur. Psalm. 33. Et Petrus Christi spiritu Prophetas olim præditos fuisse docet, quo reuelante illi, & afflictiones in Christum venturas, & eiusdem gloriam, prædixerint, 1. Pet. 1. Sed & Archangelus Gabriel, spiritus sancti operatione, virginem Mariam concepturam, & parituram esse pollicetur. Luc. 1. Quod ad Apostolos verò, illos spiritu Dei in vniuersum caruisse ante hunc Pentecostes diem, nemo sanus affirmare poterit. Magna enim licet illorum fuerit infirmitas & imperfectio, Christum Iesum tamen & cognouerunt, & promissum humani generis saluatorem esse ingenuè confessi sunt, quod ipso Christo teste absq; spiritus reuelatione fieri non poterat, Matth. 16. Ioan. 6. Deinde nec de substantia spiritus sancti historiam hanc exponere licebit, quasi ea (quam tertiam Trinitatis personam veteres dixerunt) in Apostolorum animos demissa, & illis inclusa fuerit. Ea enim loco certo contineri non potest, sed (quæ diuinitatis propriissima nota est) omnia penetrat & replet tam in cælo, quam in terra. Quod David respiciens ait: Quo discedam à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, & si sternam lectum meum in infernum, ades, &c. Psalm. 139. Constat ergo de operatione & donis spiritus sancti historiam hanc omnem exponi debere: & spiritum sanctum Apostoli accepisse dicuntur, eò quòd ille (qui aliqui incompræhensibilis est) in illis efficaciter operatus est, & illos omnibus donis intruxit, quibus ad tanti muneris executionem instructos esse oportebat. Quo sensu passim in scripturis Deum & spiritum Dei præsentem, adeoq; in seipsis habere dicuntur, in quibus ille operatur, & qui sese ab illo proba carnis ac mundi desideria potius, quam spiritus sancti regimen, sequi constituerunt. Euidetiora tamen hæc erunt ex ipsius historię contextu, in quo primùm temporis notatione, deinde Apostolorum personas, postremò autem missionis huius modum, ordine inspicimus.

Vt spiritum sanctum accepisse dicantur Apostoli.

Ioan. 6. 14.

A temporis notatione, non tam historico more, vt maior rei gestæ fides sit, Lucas orditur, quam vt mysteriorum maximorum nos admoceat, quorum rationem cum primis habuit, diuina prouidentia. Fuit autem dies Pentecostes, quem alibi festum hebdomadæ sue nouarum frugum, scriptura nominat: eò quòd illo die panes propositionis ex nouis frugibus offerrentur. Pentecostes nomen ex numero sumpsit apud Græcos, quòd quinquagesima post Pascha die celebraretur. Ceremonias, quæ illo die obseruabantur, qui volet requirat. Leuit. 23. & Deut. 16. cap. Præcipuum verò in hoc erat promulgatæ legis memoria, quam illo die diuinæ maiestatis voce editam fuisse scriptura sacra monet Exod. 20. Non temerè autè præsentī negotio hunc diem diuinitus destinatum fuisse patebit, si & populi frequentiam, quæ tunc maxima esse solebat, consideremus, & Christum verissimè ac optimum veteris legis interpretem esse animaduertamus. Ea enim Dei consuetudo passim cernitur, quòd, quæ salutis nostræ seruiunt, omnibus notissima & maximè publica esse cupit. Vult enim, Paulo teste, omnes homines saluos fieri, & in veritatis cognitionem peruenire.

1. In Pentecostem missus est spiritus sanctus.

DOMINICÆ PENTECOSTES

Matth. 5.
Ioh. 6. 17.

venire. 1. Tim. 2. Commodissimum ergo erat, in celeberrimo festo, & maxima hominum frequentia, Evangelicæ prædicationis initium fieri, & ut plures simul erudiri possent, & missi Spiritus miraculū, in varias gentes breui vulgatum, Apostolis quodammodo ad prædicandum viam sterneret. Et in Apostolis observat Dominus, quod ipsum, quando in terris agebat, observavisse legimus. Nam ut publicos locos delegit, in quibus prædicaret: Ita festis diebus Hierosolymas proficisci solitus fuit, ut tam miracula, quam doctrina ipsius pluribus innotescerent. Imò Paschalis festi tempore crucifigi voluit, ut salutaris mortis ipsius notitia, & citius & latius vulgaretur. Prodest autem divinæ bonitatis argumenta diligenter observavisse, quæ redemptionem, per Christum factam, toti humano generi divinitus offerri, & ad omnes pertinere, docent. Nec enim aliunde firmior consolatio in tentationibus peti poterit. Non equidem Christum Iesum Salvatorem & Redemptorem esse, Satan facile negaverit. Eo autem in fide nostra oppugnanda stratagemate vitur, quod redemptionem, quæ in Christo habetur, ad nos pervenire negat, & Christi meritum, eiusq; terminos, ex nostra dignitate vel dignitate metiri docet. Et hic non potest non succumbere fides nostra, quando nemo est, qui non se salute indignissimum esse depræhendat, ubi suam naturam penitus inspexerit. Atqui fidem iam mutam em fortissimè suffulcit eorum consideratio, quæ Christum vniuersalem Salvatorem omnium credentium esse docent, & liberalem salutis authorem, qui quàm pluribus benefacere gaudeat.

Epistola 119.
ad Ianuariū.

Sed diligentius inuestiganda est altera causa, qua propter legem, olim hoc ipso die promulgatam, Christi Spiritum in Pentecoste datum fuisse diximus. Constat enim, omnia quæ in veteri populo contigerunt, typos & figuras fuisse rerum futurarum, quibus perficiendis Christus Iesus ab æterno prædestinatus est. Quare non superuacanea nec curiosa mihi videtur. D. Augustini observatio, qui in præsentis historiæ consideratione, illam cum veteris Testamenti typo, legis promulgatione, confert, cum magna omnium circumstantiarum similitudo & mysteriorum plena Analogia vtrinque depræhendatur, quàm ipsius Augustini verbis exponendā esse diximus: Occiditur ovis (inquit) celebratur Pascha, & interpositis quinquaginta diebus datur lex ad timorem, scripta digito Dei. Occiditur Christus, qui tanquam ovis ad immolandum ductus est, sicut Isaias 53. cap. testatur, celebratur verum Pascha, & interpositis quinquaginta diebus datur ad charitatem Spiritus Sanctus, qui est digitus Dei, &c.

Sed & Paulus Apostolus Evangelij prædicationem, cuius initium die Pentecostes factum est, cum legis promulgatione diligenter confert, & illa collatione illius auctoritatem asserere conatur. 2. Cor. 2. Et Christum Iesum legis finem esse, scriptura docet, cuius interpretem verum ipse sese proficitur. Matth. 5. cap. Nullum itaq; missioni Spiritus Sancti tempus commodius designari poterat, quam quinquagesimus à Paschate dies, legis memoria celebris. Hinc enim admonemur, eundem esse veteris & noui Testamenti Spiritum, non duos & diuersos, ut olim Manichæi somniabāt. Nec enim legis interpretem sese præbisset Christus, si illa ab alio quàm Dei Spiritu fuisset promulgata, nec tam salutari miraculo illius memoriam commendari & celebrari voluisset. Deinde veram legis sententiam non alunde quàm ex Christi Spiritu hauriri posse, admonemur. Quia enim illi vnus Christus satisfecit, cui illa nos pædagogi instar adducebat (Galat. 4.) frustra in illius consideratione versabuntur, quicunq; Christi Spiritu, & fide in Christum, quam is in nobis gignit, destituntur. Quæ causa est, quòd Iudæos adhuc velamen habere Paulus testatur, quo impediti in Mosis faciem inspicere, id est, verum & genuinum legis sensum intelligere, non possint. 2. Cor. 3. Frustra igitur nobis legem & huius opera Iudæi & Pseudochristiani, humanæ iustitiæ assertores, obijciunt, quando & Christus legis finis sine scopus est, & sine hoc nulla legis cognitio vera esse potest. Interim etiam veteris Testamenti temporibus arguuntur, qui illius nullam inter Christianos rationem haberi debere existimant. Quasi verò non eadem hodie, quæ olim, Dei voluntas sit, & quasi non nobis quoque legis manuductione ad Christum sit opus, ut, de nostra iustitia desperantes, Dei iustitiam in Christo Iesu per fidem apprehendere discamus. Ceremonias equidem legis aboletas esse fatemur, quia in Christo figuræ omnes impletæ sunt: saluus tamen & integer manet vsus legis, quæ nostram iniustitiam, & ingenitam naturæ corruptionem, arguere, & satisfactionem omnem in Christo monstrare debet.

2 Apostolorū
conditio.

Porrò Apostolorum personas quoq; inspicere conuenit, ut, quid illi hoc tempore fecerint, intelligamus. Vbi quædam ex primo capite repetenda erunt. Primò enim Christi,

si, iam ccelos ascensuri, mandato ipsos paruisse audiuius, qui Hierosolymas reuerti, & illic promissum Spiritum expectare iusserat. Eò igitur reuersi, ibidem in hunc vsq; diem conlitterunt, quò Spiritus missus est, vt paulò post videbimus, quando Lucas hæc Hierosolymis contigisse disertè docet. Deinde vnauitatem, & concordia studium, illis tribuit. Nec enim per urbem dispersi & palantes oberrauerunt, nec rixis & contentionibus (vt sæpe alias) conflictati sunt, sed vnauitè vnò in loco congregati mansere. Coniungendum his tertium, cuius supra quoq; mentio facta est, quod nimirum in precibus perseverauerunt assidue. Nec enim putandum est, illos in precibus remissiores factos esse, quando & periculis vndiq; circumstantibus premebantur, & ad functionem sibi commissam (vt ex Matthiæ electione conijci potest) sese non oscitanter preparabant.

Acto. 1.

Vt homines ad accipiendum Spiritum sanctum preparari oporteat.

Seruiunt hæc publicæ omnium nostrum institutioni. Non docent, vt eos preparari oporteat, qui Spiritum Sanctum sibi quoq; donari, & illius dona augeri, cupiant. Opus hoc nobis est propter ingenitam naturæ nostræ corruptionem. Quo nisi regeneremur, regnum Dei videre non dabitur. Ioh. 3. Opus eodem propter mundi exemplum, & carnis desideria, quibus à salutis via frequenter reuocamur. Opus illo etiam propter tentationes, quibus salutis & redemptionis nostræ certitudinem in dubium vocare satan sæpe conatur, & facile vincit, nisi Spiritu Christi, qui (vt Paulus monet 2. Cor. 1. & 5. Eph. 1.) salutis nostræ certissimus arthabo est, confirmemur. Atqui idem ille in animam malignam non ingreditur. Preparatione igitur opus erit, qua illius capaces reddamur. Primus in hac locus obedientia debetur, qua nos diuinæ voluntati, & ipsius præceptis, subijci conuenit, in ijs quoq; rebus, quæ nostræ rationi & periculosa & noxiæ vel saltem superuacua videri poterant. Qua enim ratione fieri posse putabimus, vt Spiritu Dei donentur, qui Deo rebelles esse non erubescunt? Non fert Deus, vt lege & verbo suo glorientur, qui inobedientes esse pergunt. Psal. 50. Quanto minus ergo Spiritu suo tales donare desiderant. Nam quia Deus ipsa charitas est, illius studium à suis vnice requirit, imò hanc charitatis fraternitatis Spiritu dignos Christus iudicet, quicunq; odio, æmulatione, simultatibus, & apertis inimicitijs, scinduntur, & ita se à Christi corpore, quæ Ecclesia est, alienos esse probant. Porro obedientia & concordia studio preces ardentes & assiduas coniungi oportet, Nam licet Deus Spiritum suum gratis polliceatur, & eundem ex mera gratia donet, à nobis tamen orari vult, & vt illum oremus, tam Dei ipsius maiestas, quam officium, quo illi obstricti sumus, requirit. Nec aliud euidentius fidei nostræ argumentum edere possumus, quàm si precibus à Deo impetrare studeamus, quæ nostræ saluti fert à facie tua, nec Spiritum tuum sanctum à me auferas. Psa. 51. Et Christo iubente ipsi quos confirmat, ne quis frustra se Spiritum à Deo petiturum esse existimet, cum ait: Si vos cum sitis mali, nostris bona dona dare filijs vestris: quanto magis pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum poscentibus se? Luc. 11. cap. Tria ergo hæc, obedientiam, vnauitatem, & preces, Apostolorum exemplo coniungamus hodie, & mirificos in vera pietate progressus, ac saluberrima spiritus sancti incrementa, in nobis sentiemus.

Spiritus Christi auctor Concordia & Sanctimonie.

Docet præterea Apostolorum consideratio spiritum Christi, qui per Euangelij prædicationem operatur, concordia & sanctimonie spiritum esse, non dissidiorum, & carnalis licentiæ, authorem, vt quidam hodie clamitant, qui hoc nomine Euangelij doctrinam suspectam & inuisam reddere conantur, quòd per hanc dissidia seminari, & quibus audendi licentiam plantari, dicunt. Sed facile est illorum calumnijs respondere. Vt enim vnauitatem & concordiam Apostoli illum receperunt: Ita illorum concordiam post acceptum spiritum minimè interurbatam, sed indies magis magisq; confirmatam fuisse constat. Et idem in omnibus credentibus eiusdem spiritus effectus est. Nec enim fieri potest, vt dissidiorum auctor in illis sit, quos sub vno capite, Christo Iesu, vnitos, vnus & eiusdem corporis membra, ac eiusdem regni coheredes, facit. Et vt eiusdem corporis membra, quæ vno spiritu animantur, dissidere, impossibile est: ita inter se dissidere non possunt, quotquot per Euangelij doctrinam Christo adducti, ipsius spiritu donantur. Quod autè illi de carnis licentia obijciunt, minimè agnoscent. Hanc .n. per Euangelij prædicationem quàm maximè oppugnari fatebuntur, quotquot vel minimum ipsius gustum

gustum percipere. Nec externo tantum verbo illam oppugnat Christi Spiritus, sed simul animos Deo consecrat, ut, qui paulò antè peccati mancipia fuerant, Dei viventis templa efficiantur. Interim non inficiamur, complures esse, qui Evangelij prætextu ad dissidia seminanda, & carnis licentiam placandam, abutantur. Sed num id Evangelio fraudi esse debet? Vel quis cordatus Magistratum damnat, quod huius prætextu multi tyrannidem affectando, patriæ libertatis oppressores extiterunt? Quin potius usum magistratus respicimus quem in eum finem institutum esse constat, ut priuatorum hominum libidini, violentiæ, & tyrannidi, occurratur. Ita Evangelij hunc usum, & hunc Spiritus sancti effectum esse agnoscamus, quod veram concordiam sanctamq; vitæ honestatem vnicè promouere solet. Imò si verum fateri libeat, non alia concordia Deo accepta esse potest, quam quæ in Christo Iesu inter fideles Christi verbo & Spiritu regeneratos extat: nec alia esse poterit vera sanctitas & innocentia, quam cuius Spiritus Christi author est. Quam enim sine hoc homines simulant, hypocritica est, & Dei iudicium sustinere nequit, ut potest à Christi iusticia aliena, quæ fidelium defectus sarcire solet.

3.
Modus missionis Spiritus sancti.

Repente sonitus fit è caelo.
Gen. 15.
Exod. 14.

Luc. 16.

Violentus flatus totam domum replet.

Subiungit his Lucas missionis huius modum, qui visibilis fuit, tum propter Apostolos, ut maiorem ex Spiritus præsentia in commisso sibi munere fiduciam conciperent, tum propter nos, ut certò constaret, Christum Iesum Ecclesiam suam nunquam deseriturum, sed inuisibili sua gratia defensurum, quam visibili Spiritus sui missione dignatus erat. Huc enim præclara illa promissio pertinet: Non relinquam vos Orphanos, &c. Ioan. 14. Item: Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Matth. 28. Ceterum de modo rei gestæ hîc obseruato tria dicuntur, quæ nobis excutienda restant.

Primò repente fit tonitus è caelo. Nec mysterio caret, quòd subito vel de improviso ista eueniant. Nam perpetuus hic Dei mos est, quòd promissiones suas tunc verissimè præstat, quando minimè sperare licet, imò quando nulla in humanis spes superest. Sic promissam ante annos circiter quadringentos ex Aegyptiaca seruitute liberationem tunc demum exequitur, quando omni libertate exuti Israëlita, horrenda tyrannidis exempla in recens natis cernere coguntur, nec quicquam habeant, quod tutò sperare possint. Ita hoc loco Spiritum sanctum, cuius aduentum ab ascensione Christi per dies vndecim distulerat, nunc subito, & quasi nil tale opinantibus, mittit. Docemur autem exemplis eiusmodi patientia uti, in expectandis Dei promissionibus. Quia enim veritas ipsa est Deus, fallere non poterit. Et quia ipse Dominus est, nos verò serui sumus, illum nos expectare non autem illi præscribere conuenit. Expecta Dominum (clamat David) forte sit, & roboretur cor tuum, & expecta Dominum. Psal. 27. Et Propheta ait: Si distulerit, expecta eum. Certissimè enim veniet, neq; moram, necet. Habac. 2. Ceterum è caelo fragor ille siue sonitus descendit, ut sciremus, cœlesti & diuino Spiritu donatos Apostolos, cœlestis & diuinæ doctrinæ nobis præcones factos esse, non humanæ, cuius authoritas atq; fides in dubium vocari debeat. Seruit hoc illorum stultiæ confutandæ, qui ex altero mundo è caelis nimirum vel inferis, cum impio Epulone doctores requirunt, & quæcunq; de salutis ratione & hominis officio dicuntur, hoc vno scommate eludunt, quòd neminem vtiquam vel è caelis vel ex inferis rediisse clamant, qui de illorum locorum conditione nos certiores fecerit. Ita verò animos impios, omnisq; religionis vacuos, produunt. Nisi enim frontem omnem perficuisissent impijssimi homines, scirent Dei filium è caelis delapsam in carnem venisse, & eundem à mortuis resuscitatum regni cœlorum mysteria exposuisse fidelissimè. Scirent è caelo descendisse Spiritum sanctum, qui per Apostolos ea locutus est, quæ illi de salutis nostræ ratione & officio nostro nobis tradidère. Atqui nouum quoddam doctrinæ genus expectant, quòd si vel Angelus è caelo afferret, non fidem mereri, sed anathema haberi debebat. Vide Galat. 1. cap.

Secundò flatus quidam siue ventus violentus irruens, totam domum, in qua Apostoli habitabant, replet. At flatu siue vento Spiritum significari, dubium non est, quando ipsum Spiritus nomen translaticium esse, & diuinam potentiam sic denominari constat, eò quòd omnia penetret, & sua operatione res vniuersas conseruet. Et Ebræi voce Ruach vruntur, quæ tam de vento, quam Spiritu, usurpari consuevit. Voluit aut in præsentem Christum venti symbolo uti, ut Spiritus sancti vim & efficaciam, quæ humano captui incomprehensibilis est, nullisq; hominum viribus superari potest, nobis quodammodo ob oculos statueret. Præstat verò ipsum huius rei interpretem audire. Nam apud Nicodemum de Spiritus sui operatione, qua credentes regenerari solent, disputans ait: Spiritus ubi vult, spirat, & vocem eius audis: sed nescis, vnde veniat, & quò vadat. Ioan. 3. Ut enim ventorum

ventorum causas & origines, multum licet inuestigatas, nondum adhuc certo designare potuit humani ingenij solertia, multò minus verò ventis limites & terminos constituere potest: Ita Spiritus sancti operatio humanum captum longè superat, licet eam in animis nostris efficaciter sentire detur. Et vt nullis hominum siue consilijs siue viribus ventorum status impediti possunt: Ita Spiritus Christi, qui per Euangelium operari solet, hominum vires non metuit, nec illis impeditur, quò minus, quando & vbi vult, vim suam exerat. Imò ridiculi illorum conatus esse depræhenduntur quicunq; hoc cum Deo certamen suscipiunt, quo Spiritum & verbum Dei quasi in ordinem redigere, & intra limites, abs se præscriptos, continere volunt. Exempla huius rei multa extant, inter quæ primus locus Apostolis meritò debetur. Illis enim hoc mandatum erat à Domino, vt Euangelij prædicatione totum orbem terrarum implerent. Videbatur hoc ab hominibus Idiotis & contemptissimis nullo modo fieri posse. Opponebant se etiam illorum conatui, quotquot coram mundo vel potentia vel sapientia titulo præclari habentur. Perrupit tamen totum orbem Apostolorum ministerio Christi Spiritus, quem status iste vehemens adumbravit, & inuito mundo mundiq; principe Euangelij doctrina per omnes gentes vulgata est. Confo-
dire student. Viuit enim adhuc Christus, qui ex alto illorum consilia ridet, & cuius Spiritus spirat vbi ipse vult, nec hominum arbitrio regitur. Psalm. 2.

Tertiò, apparent linguæ dissectæ, tanquam igneæ, quæ vbi singulorum capitibus infederunt, omnes repleti sunt Spiritu sancto. Ventum quidem Spiritus sancti symbolum fuisse diximus. Sed visibile etiam præsentia Spiritus signum accedit, ne quid dubij relinquatur. Is enim Dei mos est, vt interna & Spiritualia dona, quæ fide sola percipi possunt, & in animis resident, externis symbolis obfignet. Quæ propter Analogiam & infallibilem Dei veritatem, cuius signacula siue sigilla sunt, rerum signatarum nomina accipere consueverunt. Eadem ratione fit, quò de linguis, quæ Apostolorum capitibus infederunt, Lucas differens, perinde loquitur, quasi ipse Spiritus capitibus infederit. Atqui nec linguas hæc Spiritum sanctum essentialiter fuisse, nec illis hunc fuisse conclusum, euentissimè constat. Quis enim Spiritus sancti substantiam igneam esse dixerit, nisi si quis cum Persis delirare velit, qui ignem numinis loco adorabant? Quis item Spiritum sanctum, quem omnia penetrare, & vbiq; præsentem esse, scriptura docet, parua linguarum specie concludi potuisse existimet? Adhæc non ipsum Spiritum capitibus infedis, sed Apostolorum animos Spiritu sancto repletos fuisse, Lucas testatur. Et frustra capitis verticem teneret Spiritus, nisi in animos sese insinuans vim & efficaciam suam exerat. Symbola ergo præsentia Spiritus sancti linguæ fuerunt, nec comunicari poterit.

Porrò vt in omnibus signis, quibus Deus vti consuevit, mira cum rebus signatis similitudo cernitur: Ita hic quoq; non alio signo Spiritus præsentia vel euentius vel magis propriè adumbrari poterat. Linguarum species Apostolorum functioni quam maximè conueniebat, quos prædicationi destinârat Dominus. Earundem verò dissectio linguarum donum repræsentabat, quo illis cum primis opus erat, siquidem vbiq; terrarum *CHRISTO* testimonium ferre, & ab omnibus intelligi debebant. At ignis Elementum, Apostolorum vocem ex Spiritus operatione efficacem fore significabat. Per hanc enim Spiritus quæcunq; in nobis terrena & caduca sunt, ceu ignis aliquid flagrantissimus, consumit. Per eandem Spiritus animos hominum ardenti cœlestium amore incendit, vt terrenis omnibus à tergo relictis, ad sola æterna regni cœlestium bona aspirent. Hac ipsa Spiritus sanctus homines, nimio peccati torpore segnes, calefacit, vt ad omne opus bonum agiles ac idonei efficiantur, & omnia possint in Christo. Atqui ardor ille, & igneus zelus, propria illorum nota est, qui Christi Spiritu aguntur: quem quicunq; in se extinctum sentiunt, Spiritu gloriari desinant. Possem hic multos alios Spiritus Christi effectus recensere, nisi de illis commodius in sequenti sermone dici posset, quo quid in Apostolis effecerit, exponeretur. Nos Christi veritatem & bonitatem agnoscamus, quæ Ecclesiæ suæ prospectum voluit. Et Apostolorum exemplo præparemur, vt ipsi quoq; Christi Spiritu donati, vero & sancto Dei amore accendamus, & in obendis vitæ Christianæ officijs strenui, pro germanis Dei filijs agnosci possimus, hæredes olim futuri viuientis Dei, cohæredes autem Christi Iesu: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

3.
Linguæ dissectæ
sicut tanquam
igneæ.

DOMINICÆ PENTECOSTES
HOMILIA SECUNDA.

Et cœperunt loqui alienis linguis, prout Spiritus dabit illis eloqui. Erant autem Hierosolymis habitantes Iudæi, viri religiosi, ex omni gente earum, quæ sub cœlo sunt. Vulgato igitur rumore hoc, conuenit multitudo, & confusa est, quod audiret unusquisq; sua lingua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ac mirabantur dicentes inter sese: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audimus eos sua quisq; lingua, in qua nati sumus? Parthi & Medi, & Elamitæ, & habitatores Mesopotamiæ, Judææ & Cappadociæ, Pontis & Asiæ, Phrigiæ & Pamphyliæ, Ægypti & partium Libyæ versus Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi & Proseltyti, Cretes & Arabes, audimus eos loquentes nostris linguis magnifica Dei. Stupebant ergo omnes, ac mirabantur, dicentes inter sese: Quid sibi vult hoc? Alij autem irridentes dicebant: Musto pleni sunt.



VAMVIS PROMISSIONES DOMINI ET Saluatoris nostri Iesu Christi, Apostolis primùm datæ sunt, & ad illos solos pertinere videri possunt, constat tamen easdem generales esse, & ad omnes credentes extendi debere. Nam vt Apostoli propter imperfectionem suam, & omnis generis vitia, Spiritu sancto opus habuerunt, nec sine Spiritu opus & auspicijs commissum sibi munus obire potuissent: Ita nobis quoq; eodem Spiritu opus est, cum illo destituti, nec vitam Christianæ instituere, nec sine huius operatione tentationes retinere possemus. Nemini ergo vel inutilis vel superuacanea censei debet præsentis historiæ consideratio, quæ & Apostolicæ doctrinæ autoritatem fortissimè asserit, & nos instituit multifariam. Docet enim, vt ad excipiendum Spiritum præparari, & vt Spiritus diiudicare debeamus. De primo in priori homilia dictum est. Alterius ratio ex præsentis loco disci poterit. Pergit enim in historiæ descriptione Lucas, & effectus Spiritus sancti, quos tam in Apostolis quàm in illorum auditoribus, exeruit, commemorat.

Donum linguarum.

Ab Apostolis verò dicendi initium sumens, duo illis tribuit, quæ ex Spiritu sancti operatione acceperunt. Primum est, quod mox accepto Spiritu alienis, ijsq; diuersissimis linguis loqui cœperunt. Est hoc ingens miraculum & stupendum, quo nescio an aliquod maius inter homines vnquam contigerit. Quis enim ignorat, quanti laboris & industriæ opus sit, si quis à pueris diuersas linguas discere conetur? Homines verò adultos vix vnam aliquam discere, & perfectum illius vsum assequi, posse videmus. At Apostoli, adultæ & profectæ ætatis homines, adhuc rudes & Idiota, qui pueritiam & iuuenilem ætatem non in literarum studijs, sed manuarum artificijs contriuerant, vno quasi momento non minus tantum vel alterius, sed omnium simul linguarum cognitione & vfu insignes ac præclari fiunt. Quis hinc euidentis Dei opus non agnoscat? Quis non Spiritus sancti operationem admiretur? Quid enim tam breui tempore humani ingenij industria siue dexteritas efficere potuisset?

Nec verò superuacaneum est hoc miraculum, quod nudæ duntaxat & inani ostentationi (vt quæ à circulatoribus & præstigatoribus fiunt) seruire debuerit: Sed Apostolis in commissio sibi munere obeundo utilissimum, & summopere necessarium. Quia enim hos totius orbis doctores **CHRISTVS IESVS** constituerat, vt illorum ministerio Euangelij doctrina in vniuersis gentibus vulgaretur, illos ab omnibus intelligi necesse erat. At quomodo ab omnibus intelligi poterant, si sua tantum lingua vbiuis terrarum vti potuissent? Imò non aliam ipsis hucusq; maiorem in sua functione ra-

one remoram obiectam fuisse puto, quam quod necessaria diuersarum linguarum cognitione se destitutos viderent. Et tantum fuit diuersitatis linguarum incommodum, quod audax humanæ superbix facinus (vt Moses docet) inuexerat, vt per hoc saluberrima Evangelij doctrina impediri, illiq; ad diuersas gentes aditus præcludi videretur. Sed omnem difficultatem siue remoram vno momento Deus remouet, & primo statim Spiritum putabatur. Potest hinc communis & generalis consolatio peti, ne quis in Dei ipso Deo ambulans de illius ope & gratia diffidat. Solent equidem multa talibus ab ipso Deo obijci, quæ, quò minus commissam sibi prouinciam exequi possint, obstare videntur. Sed non tam illos impedire vult Deus, quam illorum fidem & patientiam exercere. Constanti ergo fide & intrepido animo ea etiam, quæ humanas vires excedunt, agredi oportet, & Dei fidam manus in ijs experiemur, quæ nobis effectu impossibilia erant. Sic Mosi nec exilium nec linguæ balbuties obstare potuit, quin Israël in Aegypto educeret. Imò cum Dei vocationi insistentibus mare rubrum obijceretur, & coeptum cursum inhiberet, illud è medio tolli & exicari oportuit. Transeo infinita huius generis exempla, quæ tum in sacris tum in prophanis historijs passim occurrunt. Horum itaq; memores inuictam animorum spem concipiant, quicumq; vel doctrinæ Antistites sunt, vel in Magistratu constituti, publicam populi curam sustinent. Meminerint horum & priuari homines, & pari constantia vocationi suæ insistant. Consummabit enim opus suum Dominus, quod in nobis coepit, siquidem nos laboris, qui illius nomine sustinendus est, non piguerit.

Obseruemus autem hoc loco, Christum Iesum, qui Idiotas & rudes elegerat Apostolos, isdem non prius per orbem prædicandi copiam fecisse, quam vbi instructissimos reddidit, omniumq; peritissimos, quæ ad docendi functionem necessaria sunt. Qui enim paulò antè solam Syrorum linguam nouerant, & ne hanc quidem tam perfectè, quin ex pronuntiatione (vt in Petro patet) pro Galilæis agnosci possent, nunc omnium linguarum cognitione instructi prodeunt. Accedit scripturæ veteris pericia, quam eodem Spiritu auctore exactissimam consecuti sunt, vt illorum conciones testantur. Arguit hoc Anapabristarum insolentem barbariem, qui à stiuâ & bobus imparati ad docendi munus prorumpunt, & tunc demum se verè Apostolicos esse arbitrantur, si & bonis literis & bonis moribus destituti, omne sapientiæ studium contemnant, & Ecclesiæ ordinem vniuersus auertant. At tam abest, vt Apostolorum exemplum ipsis patrocinetur, vt potius illius autoritas ipsos ad ea studia releget, quæ ministro verbi necessaria sunt. Paulus certe Ecclesiæ Antistitem *διδασκων*, id est, docendi facultate instructum esse vult, nec simplicem Articulorum fidei & salutis cognitionem in illo requirit, sed talem postulat, qui etiam scripturæ studia enutritum fuisse testatur, assidux lectioni incumbere iubet. Fatemur equidem non ea omnium linguarum cognitione opus esse, quæ Apostolis miraculosè concessa fuerit, nec nostrum est, tale quid à Deo petere, qui, si nonis Apostolis opus fuerit, eos & sine quibus Scripturæ sacræ libri commodè & sufficienter explicari non possunt: De Ebraea & Græca dico, quarum illa vetus testamentum conscriptum extat, hac verò nouum interpretacione versari docet. 1. Cor. 14. Quibus quicumq; carent, solidam & certam scripturæ sacræ cognitionem assequi nunquam poterunt. Dum enim ab aliorum interpretacionibus pendent, ijs similes videri possunt, qui alienis oculis videre, alienis auribus audire, & alienis pedibus ambulare instituunt. Linguarum cognitioni rerum notitia, & imprimis dicendi facultas, accedant oportet, quibus si quis careat, nã is mihi perexiguo cum fructu in Ecclesiæ ministerio versari dicetur.

At quia hæc non omnibus miraculosè conferri solent, & paucis alijs contigit, quod hic de Apostolis legimus, nostra in ijs assequendis industria, noster labor, & noster studiorum assiduitas, requiruntur. Vbi & scolarum vsus sese exerit, & earum ministerio opus esse patet, qui verbi ministerio destinatos à pueris instituunt. Nec quenq; ignorare arbitror, in populo Dei scolarum rationem præcipuam semper habitã fuisse. Hæc referri debent quæ de filijs Prophetarum & illorum collegijs habentur, quibus sanctissimos Prophetas, Samuelem, Elisæum, & plures alios, magna cum sollicitudine & cura præfuisse constat. Et Apud Prophetam grauissimè reprehēdi legimus eos, qui dissolutioni

Gene. 11.

Apostolis non nisi instructissimis sit prædicandi copia.

2. Tim. 3.
1. Tim. 4.

Scholæ.

morum

• morum disciplina Dei & Ecclesiæ ministerio destinatos iuvenes corrumpebant. Amos 2.
 • Enimuerò quantum in religione propaganda & seruanda momenti habeat vera & legitima scholarum institutio, sanctissimi principes olim perspexerunt, qui vt hæc saluæ & incolumes manerent, illis non modò consilijs & autoritate sua, verumetiam opibus suis, succurrendum esse putârunt, quod ex vetustissimorum Collegiorum foundationibus facile deprehenditur, quæ postquam ita degenerauerunt, vt ocioforum hominum, gula & ventri deditorum, vel ineptè superstitionum, lustra facta sint, horribilis inde Ecclesiarum ruina & vastitas enata est. Quod non obscure Iulianus Apostata, homo versipellis & subdolis, præuidit, qui ideo à literarum studijs Christianos repelli volebat, vt ignorantia & inscitia impediti, Philosophorum argutijs & ludibrijs paterent. Nisi ergo Iuliani socij & æmuli haberi velint Christianorum principes, scholarum curam sibi cum primis commendatam esse debere intelligant.

Spiritus sanctus mutat & instruit linguas.
 1. Cor. 2.

• Sed ad Apostolos reuertamur, quos linguarum dono per Spiritum Sanctum instructos fuisse diximus. Quamuis enim in solis Apostolis hoc effectum fuisse videri possit, latius tamen hoc ipsum extendi debet, & perpetuus hic Spiritus Sancti effectus est, quod linguas credentium mutat & instruit. Quia enim homo animalis non intelligit ea, quæ sunt Spiritus Dei, de iisdem, vt par erat, differere non potest, & quoties de diuinis rebus disputare instituit, toties suam prodit stultitiam, & infantiam, quod Ethnicorum Philosophis accidisse, Paulus docet. Rom. 1. Ad hæc vanitate delectatur homo, & turpiloquio gaudet, imò frequenter ad blasphemias linguæ habenas laxat, quod in filiorum huius seculi quotidianis sermonibus facile animaduertitur. Accedit hisce malis, quod ne tunc quidem loqui potest homo, quando religiosissimus haberi vult. Cum enim precibus Dei opem implorare instituit, vel cogitationibus vanissimis mens distrahitur, vel peccatorum conscientia turbatur, quò minus certa animi fiducia orare possit. At quæ sine fide manat oratio, efficax esse non potest. Cæterum omnibus hisce vitijs Spiritus Christi medetur, Quia enim mentes hominum regenerat, & iisdem veram Dei & mysteriorum salutis cognitionem instillat, idoneos reddit, vt de Dei natura, voluntate, & iudicijs differere possimus. Et linguas, quæ blasphemijs, obrektionibus, conuitijs, periurijs, obscenisdicterijs & omnis generis impuritati assueuerant, in Dei laudem & gratiarum actionem soluit, vt ea loquantur, quæ Dei gloriam prouehunt, & quæ aliorum ædificationi seruiunt, abstineant verò ab ijs, quibus boni mores corrumuntur. Rursum, quia adoptionis Spiritus effectum Paulus exprimit, dicens: Non accepistis Spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis, per quem clamamus Abba pater. Item Spiritus testatur vnà cum Spiritu nostro, quod simus filij Dei, &c. Rom. 8. Et rursum: Quoniam niam estis filij, emisit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba pater. Galat. 4. Quo etiam referri debent Christi promissiones amplissimæ, quibus patrem in suo nomine orantes exauditurum pollicetur. Ioan. 14. & 16. Obstet præterea Spiritus hic carnis cogitationibus, & mentes salutis ac gloriæ Dei studio inter precandum accendit.

Genes. 11.

Contra blasphemias turbulenter loquos,

• Præterea hic nouum quoddam Spiritus Christi miraculum ædit. Vt enim Apostolorum linguas diuisit, vt diuersa omnium gentium idiomata sonare possent: Ita omnium gentium fidelibus vnã & eandem linguam largitur, qua ex vniuersis mundi partibus vnũ & eundem patrem vno & eodem sono, & vna eademq; fide, inuocant. Sicq; vnitæ sunt linguæ, quas insolens & audax superbia dissipauerat. Et hæc mihi illa lingua Chanaan videretur, qua Propheta vrbes Aegypti, adeoq; omnium gentium, locuturas esse variat, Isa. 19. cap:
 • Quòd si verò Spiritus sanctus hominum linguas mutat, vt quæ sancta & diuina sunt, ac ædificationi multorum seruiunt, loquantur, vt deniq; certa animorum fiducia Dei opem implerent: facile patet, quo Spiritu agantur, qui blasphemias & execrationes plenis buccis tonant, qui conuitorum & maledicentiarum virus spirant, qui obscenitas & turpibus verbis multorum animos offendunt, nulla vel sexus vel ætatis ratione habita: qui deniq; in precibus vel omnino frigent, vel creaturas inuocare, & gloriam vnus Dei illis ascribere non verentur, vel saltem certa illa Deum inuocandi fiducia destituuntur. Non enim sancti illius Spiritus, sed maligni & immundi effectus hi sunt. Atqui Christus ex cordis abundantia os loqui testatur. Matth. 15. Talium ergo corda ab immundo Satanæ Spiritu certò possideri constat. Non temerè ergo Christus Iesus, nos ex dictis nostris vel

vel iustificari vel condemnari fatetur. Matth. 12. Et David inter vitæ præcepta grauiter omnino hoc primum numerat: Custodi linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Psal. 34. Adde, quod & Paulus Apostolus scurrilem linguæ petulantiam, omnemq; sermonem spurcum, à Christianorum ore alienissimum esse iubet, & turpiloquium in eorum peccatorum Catalogo numerat, propter quæ ira Dei contra inobedientes filios enascitur. Ephes. 4. & 5. Colofs. 3. Familiarissima ergo sit Christianis hominibus Davidis oratio dicentis: Pone Domine custodiam ori meo, conserua ostium labiorum meorum. Psal. 114.

Videamus autem alterum quoq; in Apostolis Spiritus sancti effectum, quem ex toto præsentis historię contextu colligere datur. Est is magnanima & omnis trepidationis expertus Christi Iesu Confessio. Publicè enim hunc passim quibusuis obuijs prædicare incipiunt, & diuersis linguis magnifica Dei opera enunciant, vt auditorum verba testantur. Christi verò prædicationem vel Euangelium *μεγαλεία τῶ θεῶν*, id est, magnalia Dei vocant: quia in Christo vniuersa Dei maiestas omnium euidentissimè cerni solet. Et licet multa extent Dei opera, quibus suam naturam, & virtutes suas, nobis cognoscendas præbet, in illis tamen Christi negotio primus locus facilè deberet. In hoc enim diuinæ iustitiæ rigor conspicitur, qui nec filio proprio parcere voluit, vt dignis pœnis peccata exlerit nos, vt filium proprium in cruce potius morientem, quàm nos æternum damnatos, quando de filij vita agebatur, cur in alijs falleret? Hoc ipsum insuperabilem Dei omnipotentiam nobis commendat, qui vili & mortali carne tectus Satanam deuincere, & Sapientiæ verò, inscrutabilis hoc specimen est, quo ea via in redimendo humano genere inueniri potuit, quæ & misericordiæ Dei inferuiret, & iustitiæ diuinæ rigori satisfaceret. Denique quisquis, quæ in Christo contigerunt, perspexerit, is Dei maiestatem, quatenus nobis, in hoc carnis carcere agentibus, patere potest, plenissimè perspexit. Rescè ergo Dei magnifica prædicauisse dicuntur Apostoli, quando Christum prædicauerunt.

Spiritus sanctus magnanimos reddit in Christi Confessione.

Iohan. 3.

Debet verò etiam alter hic Spiritus sancti effectus ad omnes verè credentes extendi. Vt enim Apostoli, qui, non multis antequam hæc gererentur diebus, periculorum metu superati Christum deseruerant, & clausis præ timore foribus latitabant, statim, vt Spiritu sancto donati sunt, omni metu posito, Christum publicè prædicare incipiunt, & in qua quidem vire, quæ Christi sanguinem fuderat, & in qua acerrimi Christi hostes rerum ponebantur, nec etiam multitudinem verentur, quæ maxima conuenerat: Ita quosquæque idem Spiritus afflauit, eos omni metu liberatos in Christi confessione sic animat, vt in vna Christi gloria asserenda se occupari debere existiment, nec quenq; admittunt, qui vel mundi illecebris retrahere, vel minis ab instituto absterrere conatur. Nobis autem pro hoc Spiritus dono quàm maximè laborandum est, quando à vera fide confessionem nullo modo separari posse constat. Christi enim vox est: Quisquis me confitebitur coram hominibus, illum & ego confitebor coram patre meo cœlesti, &c. Matth. 10. Et quemcunq; mei ac meorum sermonum puduerit, coram generatione hac aduersus angelis sanctis. Marc. 8. Ex quibus suum illud Apophthegma Paulus desumpsit: Corde credebatur ad iustitiam, ore autem fit Confessio ad salutem. Rom. 10. Hæc obseruare conueniebat nostri seculi tergiversatores, qui fidei confessionem inter indifferentia numerant, quasi sufficiat animam fide imbutum esse, nec aliqua fidei significatio requiratur. Caloriantur quidem fide isti homines, sed illius vim & ingenium prorsus ignorant. Fidei enim Spiritus sanctus necessariò coniungitur, qui nec ipse torpet, nec eos torpere sinit, quos suo afflauit numine. Et quia idem amore Christi animos accendit, quo abrepti vnum Christum querunt, vnum illum in ore habent, vnum illum per tela, perignes (vt Poëtæ verbis utar) sequuntur, absurdum foret, eos Christi nomen & fidem negare, qui Spiritum eius hauserunt. Quòd si istorum hominum sententia valere debet, & stultitiæ & dementiæ Martyres omnes meritò accusabimus, qui diris cruciatibus sese temere obicerint, cum simulando illos (si dijs placet) effugere potuissent. Quantò sanctius Iulianum milites egerunt, qui vbi Imperatoris dolo se circumuentos per ignorantiam dijs thus adoleuisse senterunt, per errorem commissum dissimulatæ fidei facinus publicè testati sunt,

sunt, & Christi gloriam, quam errore violauisse videbantur, mortis supplicio sibi afferendam esse putauerunt. At nostri illi scioli venia & laude dignum facinus, imò summam hanc sapientiam esse existimant, si perfida dissimulatione Christi fidem conculcent. Præstaret sanè illos omnino frigidos esse, quando calidi esse nolunt. Sed quia tepidi sunt, et uomet illos dominus, Apo. 3.

Auditores Apostolorum ex omnibus gentibus.
 Porro quia de Apostolis & ijs, quæ in ipsis Spiritus sanctus operatus est, hucusq; diximus, ad ea tandem transire conuenit, quæ inter Apostolorum auditores contigerunt, quorum ingentem multitudinem illico conuenisse, Lucas dicit: Numerantur autem plurimæ gentes, & hæc quidem inter se diuersissimæ, ac longissimis locorum spatijs distantes, quod ad miraculi amplificationem facit, quando inter tam longè disitos nulla potuit esse linguarum affinitas. De gentium verò harum nominibus, situ, origine, moribus, differere non huius loci est, quando illa ex Geographorum libris commodissime peti possunt: Et de omnibus quidem in genere dicitur, quod attoniti, vel etiam territi miraculo hoc & *παρρησία* Apostolorum, obstupuerint. Fit hoc quando Euangelium prædicatur. Terrentur huius prædicatione boni & pii: sed salutaris ille terror & stupor est, quia aures præbent, & salutis doctrinam auidè amplexantur. Terrentur impij quoque: sed in beluinum stuporem terror ille desinit, quem postea impijs sanis & penitentibus diuersis excutores conantur. Vtriusq; stuporis exempla hoc loco proponuntur, quando utrumq; auditorum genus hic adfuisse, Lucas scribit: De singulis ergo quædam erunt dicenda.

Pij & Religiosi.
 Primò religiosi quidam & pii viri adfuisse dicuntur, ex Iudæorum gente quidem oriundi, sed qui per gentes omnes dispersi diuersas sedes tenebant. Patet enim ex historijs, varias dispersionis Iudæorum causas in Babylonica captiuitate & ab eo tempore fuisse enatas. Nam & maxima illorum pars inter Assirios mansit, nec redeundi libertate, per Cyrum ipsis concessa, uti voluit. Dispersit eos, qui redierant, Antiochi rabies, & aliorum tyrannis, de quibus plura dicere omittimus. Interim si qui religiosiores erant, diebus festis frequenter Hierosolymam adire solebant, ut cæteris sacris & sacrificijs, à Deo per Mosè institutis, interessent. Ex quorū numero non paucos conuenisse dicitur, quibus pietatis & religionis laudem Lucas tribuit, eò quod in Dei promissionibus & præceptis pijs meditationibus vterentur, & promissum mundi Saluatorem constanti spe expectarent. Magnum verò hoc est diuinæ bonitatis argumentum, quæ inter Iudæos, propter peccata hinc inde dissipatos, electorum reliquias ad salutem seruare voluit, sicut per Prophetas olim prædixerat. Vide Isa. 1. & 10. Rom. 10. &c. Et ex ijs quidem non paucos hoc ipso die Hierosolymam pertrahit, quo Spiritus sanctus Apostolis datus est: ut inter primos per Apostolorum prædicationem Christo lucriferent, quemadmodum circa finem huius capituli, Petrum dixisse legimus: Vestra est promissio, & filiorum vestrorum, & omnium, qui procul sunt, quoscumq; aduocauerit Dominus Deus noster.

1. Tim. 2. 7. Cap.
 Nunc verò illi ingens Dei miraculum, quod in Apostolis editum videbant, admirantur, imò obstupescunt, & illud ipsum multis verbis celebrant, nihil eorum omittentes, quæ ad huius amplificationem facere poterant. Nam & Apostolos Galilæos esse fatentur, & de propria diuersorum Idiomatum elocutione ingenuè testantur, simulque gentium, quarum linguis illos uti audiebant, catalogum contexunt. Non tamen in hoc stupore subsistunt, sed ulterius progressi, rei huius finem & usum inquirunt, quando aiunt: Quid sibi vult hoc? Docemur horum exemplo, qui nam idonei Euangelicæ doctrinæ auditores sint, & in quibus hæc fructus dignos possit edere. Tales sunt, qui religione nõ omnino vacui, ad Dei miracula humiliter obstupescunt, nec in externa duntaxat illorum contemplatione hærent, sed de fine & usu eorundem diligenter cogitant. Horum studia frustrari non sinit Dominus, cuius hæc voluntas est, ut homines in veritatis cognitionem veniant. Et Salomonem dixisse legimus: Si sapientiam, ut aurum, quæ sineris, inuenies illam. Prouerb. 2. Ac Christus: Quarite (inquit) & inuenietis. Mat.

Illusores, canes & Porci. Prou. 3. Isa. 66.

His verò aliud hominum genus opponitur, quos canum & porcorum nomine Christus appellat, scriptura verò alibi illusores vocat. Nam fuisse dicit Lucas, qui tam Apostolos, quam illorum admiratores, irriderent, dicentes: Musto pleni sunt. Proponitur autem & horum exemplum, ut videamus, quòvsq; tandem illorum progrediatur impietas, qui veritatem & uota mente persequi cœperunt. Incurabiles enim fiunt, nec vllis

illis vel verbis vel operibus emendari possunt. Quo enim miraculo mouebuntur, quos
 præsens hoc mouere non potuit, quo nullum vnquam maius, inter homines editum est.
 Sed adeo non mouentur, vt inde potius calumniandi & blasphemandi occasionem arri-
 piant, & terribilo ebrietatis vitio tribuunt, quam vel inuiti operationem Spiritus san-
 cti esse intelligebant. Extant multa eius generis exempla, quorum omnium hic finis est,
 ne offendamur iniquis mundi huius de veritate iudicijs. Perpetuum enim hoc est, vt Eu-
 uangelij doctrina alijs quidem sit odor vitæ ad vitam, alijs verò odor mortis ad mortem.
 2. Cor. 2. Et Christum crucifixum Iudæis offendiculum, Græcis vero stultitiam censerit,
 Paulus admonet. 1. Cor. 1. Relinquamus ergo tales dei iudicio. Nos verò Euangelij do-
 ctрина ita nos accommodemus, vt ea per Spiritus sancti operationem in animis nostris
 viuificata, dignos fructus edat, ex quibus pro verè credentibus agnoscamur, æternisq;
 frui possimus Euangelij promissionis in Christo Iesu: Cui debetur benedictio, honor,
 gloria, & potestas, in æternum, Amen.

DOMINICA PENTE- COSTES EVANGELIUM

Iohan. 14. Cap.

HOMILIA I.

Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid est, cur te nobis sis manifestaturus, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat, & sermo quæ auditis, non est meus, sed eius qui misit me, Patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem ille, nempe Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæ dixi.

MULTIS ET GRAVIBVS ARGUMENTIS IN PRAE-
 cedenti tractatione vsque ad horum verborum lectionem, discipulos suos
 Christus dominus consolatus est, inter quæ postremum fuit, quod suos cul-
 tores, qui ipsum verè diligunt, ipse vicissim diligere, & seipsum illis plenius
 manifestare velit. Quod docet nos, veram Christi cognitionem supremum
 omnium bonorum esse, quæ in hac vita agentibus obtingere possunt. Est enim cum fide
 coniuncta, per quam illi inserimur, & bonorum, quæ nobis acquisiuit, efficiamur con-
 sortes. At quia tanta est humani ingenij tarditas, vt in tradendis coelestis regni mysterijs
 vix vlla diligentia sufficere possit, hoc ipsum, quod dixit, modò plenius exponit atque
 confirmat: idq; per occasionem, quam ipsi præbuit Iudas, non Iscariotes ille proditor,
 sed Iacobi minoris frater, quem & Thaddæum & Labbæum vocant, & cuius Epistola
 inter Canonicas numeratur. In qua tractatione multa simul occurrunt, quæ diligentem
 considerationem merentur.

Dependet autem ex præcedentibus Christi verbis huius tractationis occasio. Dixe-
 rat enim, mundum non posse capere Spiritum veritatis, quem suis discipulis ipse daturus
 sit. Item: Adhuc paululum, & mundus non amplius me videbit, vos autem videbitis
 me. Quæ verba cum non probè intelligeret Iudas, & Christi cognitionem ita ad solos
 duodecim discipulos restringi putaret, non sine admiratione & dolore aliquo illa accipit,
 & ait illi: Domine, quid est cur te nobis sis manifestaturus & non mundo? Quasi dice-
 ret: magnum quid accidisse oportet, cuius causa te ipsum totum mundo neges, cum Pro-
 phetæ

Occasio præ-
 sentis tracta-
 tionis.

*Psal. 72.
Isa. 49.*

*Pij de seipſis
modeste ſenti-
unt, aliorum
autem inerti-
tu dolent.*

Gen. 18.

2. SAM. 7.

Luc. 5.

Matth. 8.

Luc. 10.

Rom. 10.

Rom. 9.

pheta regnum Meſſiæ, & veritatis lucem, ad omnes gentes extendant. De illo enim ſcribitur: Dominabitur à mari vsq; ad mare. Item, Dabo te in foedus populi, & in lucem gentibus: Et videbit omnis caro ſalutem Domini. Quid ergo factum eſt, quòd iſtas promiſſiones abolere, & te ſolis nobis manifeſtare velis? Vt verò in mundi vocabulo erratum ſub hoc ſimpliciter omnes homines intelligit: Ita non obſcurè prodit ſuam oſcitantiam, qua factum fuit, vt minus attenderit ijs, quæ Dominus de ſui dilectione, & præceptorum ſuorum obſervatione, dixerat, & quibus myſterij huius cauſas (quæ nimirum nobis cognitu neceſſariæ ſunt) abundè declarat. Et quod plærung; fieri ſolet, ijs negligētis, quorum conſideratio vtiliſſima eſſe poterat, inutili curioſitate regni Dei myſteria alius ſeruari conatur. Quod ipſum hodie faciunt, qui curioſis & temerarijs diſputationibus de prædeſtinatione & electione Deū quaſi in ius vocant, dum ab eo rationem exigunt, cur hos quidem vocet atq; trahat, alios verò negligat. Attamen vitium hoc mitigat in Iuda zelus egregius, qui iſta dicere illum compulſit, & in quo multa concurrunt, quæ laudem merentur. Primò enim maximi æſtimat reuelationis Chriſti beneficium, & hanc ſingularem gratiam eſſe agnoſcit, quòd ille ſeiſum miſeris mortalibus manifeſtare velit. At Dei gratiam magni facere & admirari, pietatis veræ principium eſt. Deinde modè ſentit de ſemetipſo & diſcipulis reliquis, quando mirum illi videtur, quòd præteritis multis alijs beneficium hoc ipſi ſolis conferri debeat. Præterea dolet ipſi tantum bonum mundo negari, quamuis hunc ipſiſ in ſeſtum & inimicum hæcenus ſenſiſſet. Ita verò ſolent, quotquot ſincero pietatis affectu ſunt præditi. Quia enim ſeiſos & naturæ ſuæ corruptionem probe norunt, de ſemetipſis quidem humiliter admodum ſentire, Dei verò beneficia maximi facere, conſueuerunt. Abraham certe, cum ſe à Deo in colloquio familiarè admitti videret, ſeiſum quaſi admirans, & ad extremum vsq; extenuans, ait: En obſecro, induxi animum, vt loquerer cum Domino meo, qui puluis ſum & cinis. Dauidem verò neq; regni maietas, neq; victoriarū ſucceſſus, extollere potuit, vt prioris ſuæ conditionis immemor aduerſus Deum ſuperbiret. Imò cum prioribus beneficijs promiſſionè de Meſſia, ex eius poſteritate natiuro, Deus adijceret, cum magna admiratione exclamaret: Quis ſum ego Domine Deus, & quæ domus mea, quòd me tantopere euehis? Similiter Petrus, cum ex admirabili piſcium captura Chriſtum agnoſciſſet, dicebat: Exi à me Domine, nam homo peccator ſum. Et nota eſt pij illius Centurionis reſponſio: Domine non ſum dignus, vt tecum meum ſubeas. Deniq; omnium Sanctorum vox eſt, quæ in Pſalmo oda-uo habetur: Et quid eſt homo mortalis, vt memoriã eius habeas, & filius hominis, vt eum inuiſas? Vides ergo, quid de illis iudices, qui, ſuarum virium & propriæ iuſtitie atq; meritorum fiducia elati, Deum ſibiſ debitorum conſtituunt, & importuna ſuorum operum commemoratione ab illo quaſi laboris ſui mercedem exigunt. Referunt hi non Chriſti diſcipulos, ſed Phariſeos, quos hoc in more habuiſſe Euangelica hiſtoria teſtatur. Cæteri non humiles modò ſuæ indignitatis conſeſſores & magnifici beneficiorum Dei æſtimatores ſunt germani Chriſti diſcipuli, verum etiam ob aliorum hominum perditionem vehementer dolent, etiamſi ab illis peſſimam gratiam ſibi referri ſentiant. Quo argumento teſtantur, ſe Dei gloriam pluris facere, quam priuatos affectus, quibus homines carnales ad vindictæ cupiditatem accenduntur. Et in hoc etiam Chriſti ingenium atq; mores referunt, quem Iudaici populi perditionem, & ingrataræ vrbis excidium, cum gemitu & lacrymis prædiſſe ſcimus. Paulus certè dies & noctes pro Iudæis preces faciebat, & pro iſdem cupiebat anathema fieri, qui odio implacabili eius vitæ inſidiabantur. Et Moſes Iſraelitarum ſaluti conſultum cupiebat, quamuis ingratiſſimos iam ſæpe expertus eſſet, ne Dei gloria & nomen in illorum excidio periclitaretur. Exod. 32. Erant hæc illis diligenter conſideranda, quibus datur Euangelij libertate frui, cum tam multi ſint, quibus hoc aut omnino negatur, qui idè in ſuis erroribus malè pereunt: aut non niſi cum ſummo fortunarum ſimul & vitæ periculo conceditur, vt cæcus oculos habeant, in quibus Dei verbum audiant, preces ad Deum publicas fundant, & ſacramentis à Chriſto inſtitutis legitime vtantur: agnoſcant illi quæſo Dei beneficium, gratos ſeſe eidem præbeant, doleant autem ob aliorum miſeriam atq; calamitatem, & cum Iuda hoc noſtro dicant: Domine: quid cauſæ eſt, cur teiſum nobis manifeſtes, & non alijs quoq; innumeris, qui potentia, opibus, & ſplendore externo, nos ſuperant? Qui obſecro nos ſumus, quos otio & pace abundare ſinis, reliquis inter perſecutiões perpetuò periclitantibus, qui iã annis amplius 40. & ſanctiores ſunt? Hæc (inquã) nos cogitare & dicere oportebat, qui iã annis amplius 40.

Eccle.

Ecclesias rectè constitutas habuimus, quas inter mundi vndiq; tumultuantis furores Deus hucusq; mirabiliter seruauit. Sed ô ingratos & ignauos, qui & ista nunquam cogitant, & insuper pace & otio ad scelera, & immanem morum licentiam, abutuntur. Sed Christum Iudæ respondentem audiamus.

Facit hoc ea ratione, vt regni sui mysteria non alius scrutetur, neq; primam salutis causam exponat, quæ in æterno Dei decreto fundata à libera & gratuita electione dependet, sed eam attigisse contentus est, quæ ad præsens institutum faciebat, vt nimirum discipulos ad veræ pietatis studium, & fidei constantiam, excitet. Repetit ergo, quod prius dixerat: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, &c. Quibus verbis non negat, regnum suum, & salutem, cuius ipse nobis author est, per totum orbem ad omnes gentes extendi oportere, neq; de hoc editis veterum Prophetarum oraculis contradicit: regni verò sui & salutis huius vsum siue fructum ad eos restringit, qui ipsum vera fide amplexantur, & vitam viuunt verè Christianam. Sensus ergo verborum hic est: Quæris tu, cur me vobis manifestare velim, non autem mundo: & hinc falsò colligis, salutem ad vos solos pertinere. Atqui ego nihil huius dixi, sed in genere omnibus ijs meam gratiam pollicitus sum, qui me ex animo diligunt, & dilectionem istam fidei obedientia testantur. Quia verò te minus attentum fuisse videro, agedum idem hoc iterum dico, tu, quid velim, diligenter perpendito: Si quis me ne quid faciat, quo ego offendi possim. Fiet ergo, vt pater meus illum vicissim nouo & maiori amore complectatur: Imò pater & ego (qui natura vnum sumus, neq; à nobis inuicem possumus diuelli) veniemus ad illum, & mansionem apud illum faciemus perpetuam. Rursus, qui me non diligit, sermones quoq; meos non seruat. At talis omnino est mundus, id est, homines mundo & carni dediti. Hi enim me non diligunt, quem suis studijs contrarium esse vident, & ideò neq; præcepta mea seruant, sed omnia meæ voluntati contraria faciunt, adeòq; scientes volentes mihi aduersantur. Hæc ergo causa est, quòd me illis manifestare & propitium exhibere non possum. Vobis autem hoc benedicere & placere perrexeritis. Hic (inquam) huius loci sensus est simplicissimus, & præ-

Cur Christus
sui cognitione
mundo neget.

Nota Ecclesia
& fidelium.

sentis instituto quàm maximè conueniens: in quo hæc nobis obseruanda veniunt. Primum, qua nota vniuersa fidelium Ecclesia, vel etiam singuli fideles, à mundo discernantur: Nimirum obedientia fidei, quæ ex sincero Christi amore promanat. Quia enim Ecclesia sponsa Christi est, fidelis dici non potest, si alterius, quàm sponsi sui, dictis obtemperet. Ideò in Psal. 45. ei dicitur: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: obliuiscere populi tui, & domus patris tui. Rursus quia fideles oues Christi dicuntur, illorum fuerit pastoris sui vocem audire & sequi: vt supra cap. 10. dictum est, & dominica post pasch. audiuius. Præterea cum Ecclesia domus Dei, singuli verò credentium illius domestici serui, imò filij & hæredes, censeantur, decet sanè, vt sui Patrisfamilias verba attentè audiant, nisi abd cari & eijci velint. Frustra tamen auditur Christi sermo, nisi simul fide apprehendatur, & eiusdem amor nos in illius obsequium rapiat. Ex quibus colligitur, Ecclesiæ Christi membra non esse eos, qui verba eius reijciunt, & illi debitum obedientiæ officium negant. Excluduntur ergo ab eius consortio Iudæi omnes, qui non contenti Christum neglexisse, illum insuper conuitijs & probris incessunt. Excluduntur etiam Turcæ, qui etsi Christum Prophetam agnoscant, & aliquam historiam in Mahumetem suum transferunt. Excluduntur præterea, qui Christum qui non nobiscum profitentur, sed non vnum illum audiunt, illi non obtemperant, nisi illi fidunt, vitam deniq; suam ita instituunt, vt nihil in illis videre queas Christiano nomine dignum. Neq; hic mihi aliquis illorum multitudinem, splendorem, victorias & successus obijciat. Scimus enim pauciores esse electos, si cum reproborum turba confendantur, & nullum esse personarum respectum apud Deum, nisi qui in Iesu Christo fundatur, qui solos nos illi gratos & acceptos reddit.

1. Tim. 3.

Mat. 20.

Acto. 10.

Christianorum
dignitas.

Deinde magna, & omnem huius mundi gloriam longè superans, Christianorum dignitas hoc loco considerari debet, quam tribus membris comprehendit. Primum, Bather meus (inquit) diliget eum, qui me diligit & præceptis meis obtemperat. Continet hoc omnem felicitatem non huius tantum vitæ præsentis, sed etiam futuræ, & si nihil aliud accedat, solum sufficere potest ad excitandum eos, qui non omnem pietatis sensum

simul exuerunt. Addit tamen secundo loco: Et veniemus ad eum. Venire aut abire dicitur Deus humano more, quando gratiam suam nobis vel declarat, vel negat. Promittit ergo, quod Deus pijs semper præsens futurus sit sua virtute, gratia, spiritu, vt non tui modò sint inter huius mundi procellas, verumetiam indies magis magisq; proficiant. Tertio, Et mansionem apud eum faciemus. Quibus verbis continuationem gratiæ pollicetur, & quod veri credentes viua Dei templa futuri sint. Ita hoc Paulus exponit in posteriori ad Corinthios sic scribens: Vos templum estis Dei viuentis, sicut dixit Deus: Habitabo in eis & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Est hæc incomparabilis dignitas, qua nihil homini in hoc seculo maius & excellentius obtingere potest: & eadem omnem felicitatem atq; salutem comprehendit. Quid enim ijs deesse poterit, qui Deum semper sibi præsentem, imò hospitem suum, & ipsos inhabitantem, habent? Placent sibiipsis mirifice, quos Reges suo alloquio dignantur, aut ad quos illi aliquando diuertunt. At quid illud esse dicemus, si cum hac Dei facilitate conferatur, qui eum æternum & summum bonum sit, in nobis tamen hospitium sibi deligit, qui & peccatores, & omnibus modis miseri atq; calamitosi, sumus? At tamen non sufficit ista audiuisse, sed eorundem usum nos tenere oportet, qui in duobus potissimum consistit. Primum in omni aduersorum genere nos ista consolantur. Qui enim Deum sibi præsentem habent, ijs non egestas, non morbus, aliquis, non mundus aut illius princeps, nõ deniq; ipsa mors, nocere potest. Si Deus nobiscum (inquit Apostolus) quis contra nos? Aut quæ tanta vis erit, quæ huius templum factos ab eo separare aut diuellere queat? Huius ergo memores cum Dauide dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid mihi faciat homo: Dominus lux mea & salus mea, à quo nam timerem? Dominus robur vitæ meæ, à quo expauescerem? Deinde excitare nos debet hæc Dei bonitas, vt hospites istos excipere & retinere studeamus. Excipitur autem Deus Pater, cum Filio & Spiritu sancto, per fidem, quæ & ipsum, & promissiones eius, apprehendit: Retinetur autem per obedientiam fidei, quæ carnis mortificationem, vitæ honestatem, innocentiam, & omnes alias virtutes hominis Christiani, complectitur. Neq; fieri potest, vt Deo, qui sanctus est, per omnia cum ijs conueniat, qui ab his alieni prauorum affectuum desiderijs indulgent. Notum est enim illud Domini: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. At si hodie fidem & obedientiam fidei quæras inter homines, vix vspiam reperies. Nam etsi fidem multi profiteantur, eandem tamen factis negant, dum in periculis turpiter deficiunt, & ad illicita auxilia conuertuntur. In communi verò omnium vita eos omnino mores passim est videre, quos Christus commemorat, quando de statu nouissimi seculi corruptissimo differit. Quid ergo mirum fuerit, si irati Dei manum experiamur, & à nobis ille suam gratiam auferat, qui iam pridem ab illo secessionem fecimus, imò qui ad nos venientem in die rejicimus?

Rom. 8.

Psal. 118. 27.

96.

Sermonis
Christi auctoritas.

Cæterum quia suorum sermonum obseruationem toties iam commendauit, ne quid insolentius dicere videatur, eius rationem reddit, & doctrinæ suæ auctoritatem asserit. Subiicit enim: Et sermo quem auditis, non est meus, sed eius, qui misit me, patris. Sensus est, Ne miremini, quod tantum mihi tribuo, vt ipsum Patrem illis propitium, imò contubernalem fore pollicear, qui meum sermonem seruant. Nam hic sermo, quem ex me auditis, non est meus (nimirum quod ad hominem, quem assumpsi) sed diuinus est, & mihi à patre creditus, qui me ab æterno præordinauit, vt humani generis non modò redemptor, verumetiam doctor atq; magister sim. Itaq; qui me audit, patrem audit, & proinde illo propitio utetur. Faciunt hæc ad asserendâ Christi & doctrinæ eius auctoritatē, de qua dixi.

Nunc tamen obseruabimus diligenter, de quo nam sermone loquatur Dominus: de eo nimirum, quem ex illo quotidie audiebant discipuli, & cuius prædicationem ipsis postea commisit. Est is Euangelium, quo docetur, Iesum esse Christum, id est, regem & sacerdotem, adeoq; vnicum humanæ salutis authorem. Hoc enim ex ipsis Christi ore audiverunt Apostoli, hoc illis postea suggessit Spiritus sanctus, vt paulò post audierunt, & hoc ipsum tanta constantia, & tam vnanimi consensu illi prædicauerunt, vt Paulus Ana-thema pronuntiet tam angelos quàm homines, qui diuersum prædicare audent. Minime ergo audiri debent, qui hodie verbum quoddam nobis fingunt non scriptum, & huius prætextu sua somnia aut figmenta hominibus obtrudunt. Imitetur potius singuli hanc Iesu Christi modestiam, qui doctrinam suam, non priuata, sed publica patris sui auctoritate commendat. Pudeat igitur suæ temeritatis Pontifices, & alios quosuis, qui suas traditiones recipi volunt, quâuis à scripturis & verbo Dei scripto alienissimas esse nõ possint negare. Nos

Gal. 1.

Nos nemini locum demus, nisi qui legitime vocatus & missus cum Christo dicere possit: Sermo, quem auditis, non est meus, sed eius qui misit me. Num autem quis istud verè dicat, mox patebit, si quod docetur, ad Scripturæ Canonem examinemus. Neque temerarios censeri debent, qui doctrinæ examen instituunt. Vult enim Apostolus iudicium penes eos esse, qui in Ecclesia confident. Et idem, omnia probate (inquit) quod bonum fuerit teneat. Et Ioannes scribit in priori Epistola cap. 4. Ne cuius Spiritui credatis, sed probate Spiritus, an ex Deo sint, &c.

1. Thes. 5.

Ac probè sciebat Dominus, discipulos rudiores & tardiores adhuc esse, quàm vt mysteria hæc possent capere. Ne ergo sua illa ruditate territi animum desponderent, repetit promissionem de Spiritu sancto, & ostendit fore tempus, quando hæc omnia intelligant, & fructum ex ijs percipiant vberimum. Dicit autem: Hæc locutus sum vobis apud vos manens: Paraclerus autem ille, nempe Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, &c. Ita verò vult dicere: Multis ego coram præsens vobiscum egi, & plenè tradidi, quæcunquæ ad salutem cognitu & obseruatione necessaria sunt. At vos nihil horum intellexistis hætenus, & ideò vos nunc varijs & molestissimis cogitationibus diuexari scio, quando me iam discessum parare auditis. Sed ego vos animo tranquillo & præsentem esse iubeo. Paraclerus enim ille, quem promisi, & quem pater meo nomine, id est, propter me, cuius merito ille Paraclerus est, mittet, ille vos nihil calabit, & partim quidem docebit omnia, quæ nunc obscura vobis videntur, partim suggeret etiam, & in mentem reuocabit ea, quorum modò non recordamini: & tunc ad omnia, quæ ego vobis iam mandatis dedi, instructissimi eritis. Pulchrè autem adorsanda Trinitatis mysterium paucis compræhendit, & discretè personas tres in vna indiuitia Deitate nominat: Nimirum patrem, qui mittit filium, cuius nomine mittitur: & Spiritum sanctum: qui missus sit verus suæ doctrinæ atq; voluntatis interpret. Pollicetur autem hunc interpretem, ne ignorantia sensus discendi fastidium in discipulis pareret, quod plerumque enasci solet, si nos aliquandiu nihil profecisse sentiamus. Ideo ad nos etiam promissionis huius vsus pertinet, ne statim abijciamus discendi studium, si quid non intelligimus. Solet enim aliquandiu suspensos tenere Deus, vt fidem & spem notam exercent. Tunc ergo cogitemus hoc nostro bono fieri, & fore aliquandiu tempus, cum nobis luce clariora erunt, quæ nunc Cimmerijs tenebris obscuriora videntur. Insunt præterea hisce Domini verbis nonnulla, quæ diligentius considerari debent.

Repetitur promissio Spiritus sancti.

Primum est **CHRISTI** exemplum. Nouerat is rudes & indociles discipulorum animos, & quòd alio demùm tempore ista intellecturi erant. Attamen docuit illos, & eadem quotidie inculcauit, ne suo officio deesset, cui illum pater destinauerat. Imitari eum debent ministri, ne populi vel ruditate vel pertinacia sese auocari aut impediri patiantur. Etsi enim ipsis cum hominibus res sit, Dei tamen serui sunt, cui olim rationem reddituri sunt, & præmium se dignum accepturi, quamuis omnes homines ingratos & rebelles sentiant. Deinde fit plerumque, vt doctrina post aliquot tempus suum fructum referat, quæ cum primùm proponeretur, planè sterilis & infrugifera erat. Vbi enim ipso euentu confirmatur, tunc in mentem multi ea reuocant, quæ olim audierunt, & pii quidem à propria conscientia admoniti respiciunt, impij verò & reprobj suo interitu verbi Dei veritatem confirmant, & suo exemplo posteritatem ad ardentius pietatis studium excitant. Denique vt semen, quod aliquandiu sub glebis, pruinis item & niuibus, delituit, suo tandem tempore germinat, & fructum fert diu desideratum: Ita Dei verbum, quòd æterna obliuione sepultum videbatur apud homines, tandem aliquo improviso casu quasi visuicatum suam vim exerit. Exemplum eius rei in Prophetarum historijs extant. Nam quantum fructum Ieremie sermones ijs attulerunt, qui in Babylonico exilio detinebantur, ex Danielis nono capite apparet, quos illo docente à plerisque contemptos fuisse scimus. Et hodie magna ferè est eorum autoritas, quæ fidi Dei ministri ante annos complures prædixerunt, quibus pauci fidem habuerunt, cum in viujs essent, & officio suo fungerentur. Nunquam ergo in cassum laborant verbi præcones, & ideò illos patientia armari, & simul constanter pergere, conuenit, ne dum fructum præsentem nimis præcipiti desiderio habere volunt, spe sua frustrati succumbant. Quod autem illis dicitur hoc ipsum priuatim parentes quoq; in liberorù institutione, & publicè magistratum in populi gubernatione, & morù disciplina, obseruare conuenit, ne populi improbitas & proteruita ipsos è statione

Christus discipulos docet, quos nihil horum intelligere se sciebat.

statione sua deiiciat, in quam à Domino constituti sunt. Rursum qui suos doctores aut gubernatores fidos experiuntur, illorum monitis sese libenter submittant, ne olim magno suo malo verum esse sentiant, quod nunc credere nolunt.

Externa prædicatio sine Spiritus operatione non prodest. 1. Cor. 3.

Deinde multa consideratione dignum est, quod Spiritum sanctum promittit Christus, qui abs se traditam doctrinam in discipulorum animis illustret, & efficacem siue frugiferam reddat. Ergo nullus externæ prædicationis effectus est, nisi interna Sancti Spiritus operatio accedat, ut nec agriculturæ, nisi Deus à coelo det incrementum. Quo simili Paulus grauitur utitur in priori ad Corinth. ubi de seipso & Apollo alijsque ministris loquens, inter alia ait: Quis est Paulus? Quis Apollos? nisi ministri, per quos credidistis, & ut cuique Dominus dedit? Ego plantavi, Apollos rigauit, sed Deus dedit incrementum. Itaque neque is, qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed Deus, qui dat incrementum. Quod autem de seipso & Apollo dicit Apostolus, hoc omnium Prophetarum & Apostolorum exemplis confirmatur, qui procul dubio cum populi contumacia non tam diu luctari voluissent, si in ipsorum fuisset potestate & arbitrio incredulorum animos mutare. Quid autem de his dicere attinet, quando Dei filius discipulos, qui ipsum coram docente audiuerant, ad Spiritum sancti scholam remittit, qui interna virtute semen illud verbi frugiferum facturus sit? Seruit autem hæc consideratio nobis multifariam. Primò enim monet ministros, ne sui officij gra- du superbiant, & in ipsas hominum mentes sibi ius & imperium temere vendicent, in quibus se nihil posse audiunt. Deinde auditores simul & ipsos ad preces excitat, ne nuda & inani auditione contenti sint, sed simul huic preces adiungant, ut Spiritus luce animi illuminati fructus sua vocatione dignos ferant. Docet præterea, ne homines sibi magistros faciant, & in sectas scindantur, quod olim Corinthijs accidisse scimus, cum in verbi præcones nimium intenti Christum minus obseruarent, cuius illi ministri erant. Agnoscenda quidem sunt in Dei seruis dona, quibus ille eos ornauit, non autem ultra suum gradum euehi, neque illis tribui debet, quod solius Christi est, in cuius nomen baptizati sumus. Quod si omnes obseruarent, religionem à superstitionibus magis purgatam haberemus. At quia de his alibi quoque dicitur, hæc modò annotauisse sufficiat.

Officium Spiritus sancti.

Nunc, quod præcipuum huius loci caput est, videamus, quod nam Spiritus sancti munus sit vel officium, aut quid in Apostolis operari debuerit. Compræhendit hoc Dominus duobus membris. Primùm, ille (inquit) vos docebit omnia: nimirum, quæ ad salutem consequendam cognitu necessaria sunt, quæ scilicet sit mei regni conditio, in quo hominum salus consistat, quod vestrum sit officium, & quam doctrinam toti mundo prædicare debeatis. At ne quis ex hoc dicto nouum aliquod doctrinæ genus speraret, & ita sese illudendum præberet impostoribus, qui reuelationes iactant, mox alterum membrum, quasi expositionis loco, subiicit: Et suggeret vobis omnia, quæ dixi vobis. Nihil ergo noui docere debuit Spiritus sanctus, sed ea in mentem reuocare & illustrare, quæ Christus plenè quidem & perfectè tradiderat, Apostolis autem obscuriora visæ fuerant, eò quod cæca humanæ rationis caligine & carnis affectibus præoccupati, neque illa intelligere potuerunt, neque de illis seruandis fuerunt multam solliciti. Et sanè Spiritu doctore opus fuit, quando impossibile erat, quæ ex Christo audiuerant, nisi Spiritus suggestionibus adiuuarentur.

Contra huius loci abusum.

Est ergo intolerabilis eorum temeritas, qui hæc Christi verba violenter detraquent, & iisdem abutuntur, ut probent, Apostolos non omnia, salutis & religionis christianæ, mysteria tradidisse, sed multa reseruata fuisse, quæ illorum successoribus singulari Spiritus reuelatione manifestari debuerint. Fuit hoc omnibus seculis communi ne principium, ex quo suos errores hæretici & impostores omnes deriuarunt. Vidit enim Satan, se ad decipiendum non posse compendium breuius & efficacius inuenire, quam si eorum doctrinam aliquo modo suspectam redderet, quos totius orbis Doctores Dominus constituerat. Ita enim ostium aperuit omnibus, qui noua commenta inuehere ausi sunt, & simul Canonem, siue lapidem illum verè Lydium, ex Ecclesijs abstrulit, ad quem doctrinæ & Spiritus omnes probari debent. Olim certè (ut omnes alias hæreses nunc omitramus) Manichæi promissionem hanc Christi, non in Apostolis, sed in suo Mani siue Archimanichæo impletam esse contendebant, sicuti D. Augustinus ad Quod vult Deum de Hæresibus annotauit. Eadem insania Cataphryges quoque

quoque seduxit, quorum autor siue dux fuit Montanus. Et Turcarum deliræ super-
 stiones hoc potissimum fundamento nituntur, quod Mahumetem suum pleniori
 Spiritus virtute illuminatum ea perfectius tradidisse putant, quæ in CHRISTI
 & Apostolorum doctrina desiderantur. Sed quid de his dicere opus est, quando idem
 error Papistas maxime detinet, quod multa creditu & obseruari necessaria esse con-
 tendunt, quæ in scripturis Apostolicis nusquam contineantur? Reperti enim sunt, &
 hodie etiam passim prodeunt, qui hoc commentum libris publicis constantissime de-
 fendunt, & ita scripturas sacras, & ipsum Spiritum sanctum, publicè accusant, vt qui
 salutis mytheria malignius tradiderit. Inde verò colligunt, posteris demum tempo-
 ribus in Concilijs multa reuelata, & ex Spiritus suggestione decreta esse, quorum ea-
 rum debeat esse autoritas, quæ eorum est, quæ in sacris literis continentur. Ita ve-
 ro suas traditiones scripturis æquant, & traditionem Ecclesiasticam esse clamant, quic-
 quid scripturæ testimonijs non potest probari. Neque eo contenti Spiritum sanctum
 Romanæ sedis ita affigunt, vt in scrinio pontificis contineri dicant, quicquid credi-
 tum necessarium est, & eò tanquam ad Delphicum oraculum remittunt omnes eos,
 quos de sensu mytheriorum Dei aliquid dubitare vident. Sed facile omnes isti con-
 futantur, si hunc locum propius inspiciamus: Primò enim ipsis Apostolis Spiritum
 Christus promittit, qui illos omnia doceat.

Ergo non ad eorum successores demum ista promissio restringi debet. Nam si
 hoc fiat, maior erit horum, quàm Apostolorum autoritas, quas Dominus suæ doctri-
 næ & operum omnium testes esse voluit. Deinde Spiritus ille non noua tradere, sed à
 Christo tradita suggerere debuit. Ergo Christi spiritus non est, quisquis noua & Aposto-
 lorum scriptis contraria docet, nisi vel istos falsi accusare, vel Spiritum sanctum sibi ipsi
 contrarium dicere libeat. Præterea Spiritum hunc Apostolis datum fuisse scimus vñdeci-
 mo ab ascensione Christi die, & quidem visibiliter, neque sine stupendis signis atque
 miraculis, ne quæ superesset dubitandi occasio. Functus est itaque suo officio, &
 omnia illis suggessit, neque eos falli & errare passus est, quibus illum paraclerum &
 consultorem Dominus miserat. Et quia iidem fideles Christi ministri fuerunt (quod non
 de testati sunt) non dubium est, quin fideliter omnia tradiderint, quæcunque in man-
 datis acceperant. Quapropter impudentissimi impostores, & in Apostolos simul atque
 Spiritum sanctum contumeliosi sunt, qui illos non omnia plenè tradidisse aiunt, & suas
 traditiones literis Apostolicis æquiparare audent. Vfus verò istorum omnium nobis hic
 esse debet, vt primò quidem non dubitemus de fide historiarum Evangelicæ & Apostolicæ
 doctrinæ autoritate. Quia enim spiritum sanctum sibi tam familiarem habuerunt, nihil eos
 fugere potuit, & idem nihil dolo malo vel cœlare vel corrumpere voluerunt. Deinde non
 audiamus eos, qui aliquid ab hac diuersum prædicant. Prætexunt illi successionem A-
 postolicam, Concilia, Patres. At nos illud Pauli ipsis obijciamus: Si angelus de cœ- Gal. 1.
 lo aliud Euangelium prædicet, præterquam vobis prædicauimus, Anathema esto. Ita-
 que Apostolicæ doctrinæ vestigijs insistamus, quodad fidei & vitæ leges. Docuerunt hi
 vnum IESVM CHRISTVM, qui nobis à Deo factus sit Sapiencia, Iusti- 1. Cor. 1.
 tia, Satisfactio, Sanctificatio & Redemptio. Huius consortes fieri docuerunt eos, qui
 ipsum fide vera amplectuntur. Iusserunt autem fidem operibus testari, peccatis mori,
 & ex semine verbi renatos in vitæ nouitate ambulare. In his ergo sumus totis animis, &
 in illo vitam consequemur æternam. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas
 in æternum, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

Pacem relinquo vobis, pacem illam meam do-
 vobis, non sicut mundus dat, ego do vobis. Ne tur-
 betur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quod ego
 dixi vobis, A beo, & redibo ad vos: Si diligeretis me, gau-
 deretis utique quod dixerim, A beo ad Patrem: Quia Pater
 maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt

cum

cum factum fuerit, credatis: Non amplius loquor multa vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus, quod diligo patrem: & sicut mandauit mihi pater, sic facio: Surgite abeamus hinc.



TOTO HOC CAPITE DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS discipulos suos, ob suum discessum sollicitos atque consternatos, amice consolatur, vt ad omnem fortunam intrepidi in agnita veritate constanter perseuerent. Etsi verò cum illis ista coram egerit, eadem tamen non minus hodie nobis seruiunt. Nam vt illis dolorem mouebat corporalis CHRISTI discessus, Ita frequenter à nobis quoque discessisse, nosque omnino reliquisse videtur, quando omni malorum & periculorum genere circumuentis nulla gratiæ & auxiliij eius indicia apparent. Tunc ergo in mentem reuocare oportebit, quæ hic dicuntur: quod nimirum etsi nullis externis signis suam præsentiam declaret, reuera tamen sua virtute & Spiritu nobis adsit, qui nos regat, doceat, & omnia ea fidelissimè præstet, quæ ad nostram salutem tuendam faciunt. Quia verò carni nostræ vix aliquid sufficit, in præseati primam hanc consolationem ita concludit, vt, quæcunq; hæc dicta sunt, in breuem summam colligat, vt & animis nostris tenacius infideant, & facilius (quando opus est) à nobis in mentem reuocari possint.

Christus discipulis valedicit

Et in initio quidem statim totius sermonis repetens illis valedicit: Pacem (inquit) relinquo vobis, pacem illam meam do vobis: non sicut mundus dat, ego do vobis: Ne turbetur cor vestrum, neque formidet. Pacem illis pollicetur ex communi Ebraeorum more, qui, cum veniunt, cumque discedunt, pacem amicis imprecari solent, cuius nomine salutem & incolumitatem omnem intelligunt. Ne verò hanc eius promissionem vulgarem esse, & à communi valedicendi more nihil differre putarent, diserte inter hunc & illam distinguit, dum & SVAM pacem pollicetur, & se illam dare dicit, non sicuti mundus facere consuevit. Sensus ergo verborum est: Ego quidem corpore à vobis discedo, & multa vobis præter expectationem vestram accidit, quæ fidem labefactare possint. Sed non ideo animum despondere, aut metu absorberi, quæ fidem labefactare possint. Sed non id est, benedictionem veram, quæ vobis omnia lata atque secunda faciet. Neq; hoc facio ex vulgi aut mundi huius consuetudine, qua fit, vt verbis quidem pacem homines sibi inuicem precentur, animis verò inter sese hostiliter dissident, aut si quam maxime amicis consultum volunt, nihil tamen præter amicam suæ voluntatis significationem præstare possunt. Ego enim re ipsa præstabo, quod verbis polliceor, & meam pacem (cuius nimirum ego author sum) sic conferam, vt nihil vobis accidere possit, quod salutem vestræ officiat, & simul prosperè & feliciter cedant, quæcunque ex meo iussu institueritis. Sitis ergo imperterrita mente, neque locum aliquem detis affectibus, qui ignobilem metum incutient, aut vos ex vestra statione deiciant, in quam ego vos collocaui, &c.

Pax Christi quæ sit.

Coeterum, vt promissio ista nostræ etiam consolationi seruiat, scire oportet, quæ nam illa pax Christi sit, quam nobis pollicetur. Sunt enim, qui hanc de pace & felicitate huius seculi intelligunt, & ideo grauitè offenduntur, quando turbas & persecutiones passim oriiri vident. Sed horum sententiam ipse Dominus tam hic quam alibi confutat, quando se non pacem, sed gladium mittere ait, quo coniunctissimi quicq; à se inuicem diuellantur. Est ergo pax ista Christi spiritualis, & proprie inter Deum & nos facta est, cui ille nos reconciliavit, cum propter peccatum inimici eius essemus. Ita eam Paulus exponit ad Romanos: Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum. Paritè pax ista conscientie tranquillitatem, ne vel inferorum terroribus, vel iræ Dei animi tranquillitatem inuictum robur & fidei constantia, quæ nullis periculis siue aduersis expugnari potest. Ideo pacem hanc Paulus in medijs afflictionibus durare, & proinde omnem huius mundi intellectum excellere scribit. Et quia hanc in animis nostris obsignat & confirmat Spiritus Sanctus, qui omnibus pijs communis est, eosdem ille in vnum quoq; corpus coniungit, vt inter se charitatem colant non fucatam, & concordie studeant

Rom. 5.

Philip. 4.

ipsum hanc promissionem primo loco repetere, ut dicamus, non aliud esse efficacius consolationis argumentum, quam quod ex Spiritus sancti præsentia, & eiusdem nouissimo aduentu, petitur. Nec enim orphani aut miseri censeantur, qui Spiritum veritatis ducent atque aduocatum habent: neque spe sua frustrabuntur, qui olim Christum in nubibus cæli venire videbunt, ut promissa æternæ felicitatis præmia ipsis largiatur. Altero argumento docet, quod nam abire velit, ut ostendat, ipsos ex illius abitu gaudium potius, quam dolorem, debere concipere. Ait enim: Si diligeretis me, gauderetis utique, quod dixerim, ab eo ad patrem, quia pater maior me est. Quibus verbis hoc dicere videtur: Qui verè aliquos diligunt, ij illorum commoda proprijs anteponunt, & quamuis aliquid molestiæ ex eorum absentia oriatur, hanc tamen longè superat gaudium, quod ex illorum gloria & incolumitate capiunt. Atqui ego non in locum aliquem abibo, ubi quid aduersi patiar, sed ex mundo hoc infelici transibo ad patrem, ut semel exutus omni molestia æternum cum illo gaudeam, qui maior me est, id est, qui in æterna & cœlesti gloria constitutus nullis huius sæculi miserijs exercetur, quas ego nunc in mortali carne sustineo. Si ergo me verè diligitis, & (quod veræ dilectionis proprium est) mihi ex animo consultum vultis, non dolere vos decet meo discessu, sed potius gaudere, eum & ego malis omnibus liberer, & vobis quoque ad cœlestia viam aperturus sim.

Hic verborum Christi sensus est simplicissimus, & cum statu huius sermonis probe conuenit. Ex quo apparet, Arianos olim hoc loco turpiter abusos fuisse aduersus veram & æternam Christi deitatem, quasi quodam hanc partem se maiorem dixerit. Atqui nihil hic de sua deitate disputat, sed ut discipulos, ob suum abitum dolentes, consoletur, se ad patrem abire ait, & in Mediatoris persona loquens, hunc secum confert, non quod ad diuinam naturam, secundum quam illi æqualis est (ut sæpe aliàs docuit) sed quod ad carnem assumptam, & huius sæculi statum, secundum quem non patre modò, verum etiam seipso (ut veteres loquuntur) minor fuit: quando semetipsum exinanuit, & homo factus serui formam assumpsit, in qua patri obediens fuit usque ad mortem. Non ergo extra statum præsentis argumenti verba hæc diuexari debent, & mox apparebit, nihil hic dici, quod æternæ CHRISTI deitati quicquam derogat. Interim carnalem in discipulis affectum perstringit, qui ipsum quidem amabant tenerrimè, sed in corporis præsentiam solummodò intenti, non spectabant, quid ipsorum saluti simul, & illius gloriæ, maximè conduceret. Quales hodie multi inueniuntur, qui ex amicorum morte plùs doloris quam gaudij percipiunt, dum in præsentem modò consuetudinem, & sua commoda, respiciunt, non autem cogitant, quam multis quamque grauis malis illi exempti sint, & quanta sit ea felicitas, qua nunc in cælis fruuntur. Debet ergo hæc ratio nobis etiam semper ob oculos versari, ut tam in nostræ mortis articulo, quam in nostrorum obitu, ex ea consolationem petamus. Cogitemus mortem transitum esse ex lacrymarum valle in cœlestem patriam, ubi in Dei conspectu satietate bonorum cœlestium fruemur, quæ omnem huius mundi felicitatem longè superat. Quod qui seriò cogitant, ij & suam mortem fortiter ferent, & quamuis in suorum obitu aliquid humanitus patiantur, dolorem tamen omnem mox absterget cœlestis vitæ recordatio, qua fiet, ut ipsi potius suos sequi, quam illos in terras hæc reuocare cupiant.

Vsus concionum Christi.

His autem repetitis eorundem usum quoque tradit Dominus, & doctrinam suam illis grauitè commendat, dicens: Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut, cum factum fuerit, credatis. Quibus verbis supra quoque cap. 13. in concione illa, qua ad discipulos post mortem pedum habuit, usus est. Continet autem hæc sententia usum verum omnium concionum CHRISTI, adeoque omnium vaticiniorum, quæ in scripturis describuntur. Est is, ut cum ea fieri videmus, quæ olim prædicta sunt, non offendamur, sed ex illis petamus argumenta, quibus fidem nostram fulciamus. Si enim tanta est eorum certitudo, quæ de futuris olim prædixit Spiritus, cur de ijs dubitemus, quæ de perpetua Dei erga genus humanum voluntate & regni ipsius mysterijs traduntur? Quocirca ergo pios atque aduersus afflictionibus tentari atque exerceri videmus, tunc in mentem nobis veniant, quæ olim Christus prædixerit, & quem simul nobis ostenderit afflictionum finem seu usum: Similiter, si quando in oculos incurrit sæda & incurabilis nouissimi huius sæculi corruptio, quæ & scandali plena est, & multos de Dei gratia desperare iubet, tunc simul eorum quoque

quæ reddebatur, quæ olim in scripturis de nouissimorum temporum moribus prædicta sunt: & cum ea cum illis per omnia conuenire videmus, certò credamus ea etiam euentura esse, quæ ex eiusdem Spiritus suggestione de fine huius seculi, de mortuorum resurrectione, de nouissimo Christi aduentu, deq; sempiternis piorum premijs, & impiorum pœnis, ibidem traduntur. Excitemur ergo his visis, & leuemus capita nostra, vt diem nostræ redemptionis dignè excipiamus. Possent ista latissimè deduci, sed pijs occasionem præbuisse sufficiat.

Pergamus ergo in Christi verbis, qui cum grauissimum fore sciret scandalum, quod ex cruce & morte sua oriturum erat, denuo eius rationem exponit, vt illud è medio auferat. Præmittit autem patheticam planè sententiam, qua attentos reddere voluit: Non amplius multa loquar vobiscum. Quasi diceret: Sunt hæc quasi nouissima verba, quibus vos alloquor: Vos ergo illa attentis audite auribus, & memoriam. Sed vt cognoscat mundus, &c. Comprehendit autem multa his verbis, quæ ad mortis suæ mysterium explicandum faciunt: improbum scilicet satanæ aduersus se conatum, suam item innocentiam & diuinam virtutem, æternum patris decretum, & suam dilectionem, qua moueatur, vt illi obtemperet. Sensus itaque est: Magno quidem conatu aduersus me satan insurgit, & iam sibi parat idoneos milites, quibus me totum opprimat: sed non habet in me quicquam, id est, nullum illi in me ius est, aut imperium, cum quia Deus, tum quia omnis peccati expers, & proinde morti etiam non iam obnoxius. Quæ etiam causa est, quòd nihil aduersus me proficiet. Quia tantum Deo Patri ita vitum est, permittam me ad tempus eius conatui, vt me, quòd assumptum hominem, ignominiose occidat, vt toti mundo constet, quàm impendisse ego patrem diligam, quòdque omnia faciam ex eius mandato atque decreto, quod est vt morte mea veteris serpentis caput conteram, dum ille mihi & regno meo insidias struit. Non ergo in morte & crucis ignominia vos hædere oportet, sed eius causas & finem intueri, sicque nihil erit, quod vos turbare, aut à fide abstertere, possit. Insunt autem his verbis nonnulla, quæ diligentius considerari debent.

Premium, quòd diabolum principem mundi vocat. Atqui hominem initio in eum finem creauerat Deus, vt eum princeps aliquis in omnes creaturas imperium haberet. Sed excidit ille à dignitate sua, quando diaboli consilium Dei præcepto anteposuit, & ita iusto Dei iudicio factum est, vt mundi dominum ille inuaderet tyranni instar, ex quo homo deiectus fuit. Et ea quidem fuit omnium hominum conditio, vt diaboli mancipia essent, quòd CHRISTVS venit, qui assumpto homine cum tyranno illo congressus, illum vicit, victum constrinxit, & vasa eius diripuit, homines nimirum, in quos sibi ius & imperium vendicauerat. Ideo Paulus de gentibus scribens, illas sub tenebrarum potestate tristem & infelicem seruitutem seruisse ait, imò tam Iudæos quàm gentes iræ vasa fuisse testatur, quæ æternam damnationem meruerint. Et est eadem adhuc omnium eorum conditio, qui CHRISTVM redemptorem non recipiunt, & per illum parto salutis beneficio frui nolunt. Propterea ista crebro & diligenter considerauisse, vt & peccatum detestemur, quod CHRISTI beneficii causa fuit olim, & quod plures adhuc hodie in illo luto detinet: & nos suæ mortis merito asserere dignatus est.

Docet præterea hæc consideratio, quid de ijs sperari debeat, qui toti mundo & carnalibus, huic principi diabolo adhuc seruiunt. Non possunt illi veritatis lucem ferre, & proinde odio implacabili omnes eos persequuntur, penes quos illam lucere vident. Est hoc probatum omnium seculorum exemplis, & idcirco stultissimè faciunt, qui sibi nescio quam concordiam pollicentur, aut etiam istorum minis & conatibus, tanquam re noua & inaudita offenduntur.

Deinde obseruabis, quòd diabolum contra se venire ait, cum hoc à Iuda, Sacerdotibus, & horum seruis, militibus item, factum fuerit, qui ad illum capiendum sese iam instruxerat. Sed diabolo hoc opus omne tribuitur, quia eius impulsu istud fecerunt: quo nomine apud Lucam illos potestatem tenebrarum esse ait. Debet hinc generalis doctrina peti, diaboli nimirum seruos & mancipia esse omnes eos, qui huic sese regendos præbent, eius impulsu aduersus Christum conspirant, & illius verbum siue Ecclesiam persequuntur. Neminem ergo illorum successus & victoriæ offendant. Sunt enim momentaneæ,

Mortis Christi
mysterium.

Diabolum principem
mundi.

Luc 11.

Ephes. 5.

Diabolo tribuitur
quod tuas
conspiratis
faciebat.

montanæ, & paulò post eadem cum suo principe stipendia recipient à CHRISTO iudice, qui suorum vindex est acerrimus. Neque illos magnifici tituli defendent, quibus ferè seipfos palliant, dum & legitimi reges, & Ecclesiæ Antistites, Papæ, Episcopi & sanctissimorum patrum successores dici volunt. Habebant enim hæc omnia, qui olim in Christi mortem conspirarunt, quos ille nihilominus potestatem tenebrarum ipsiq; diabolum vocavit.

salutis per
Christum par-
te certitudo,

Habet præterea locus hic, quæ ad asserendam salutis nostræ certitudinem non parùm faciunt. Inter quæ primum est, quòd satanam nihil aduersus se iuris habere ait: At qui habet ille ius mortis (Ebre. 2.) in omnes peccatores. Ergo Christus omnis peccati immunis fuit, & moriens non suum (vt ita dicam) debitum exoluit, sed propter nos innocentia eius vsus est, quam ideo etiam multis testibus probari oportuit, vt illum pro nobis mortuum esse constaret.

1. Cor. 1.

Debent enim huc referri, quæcunq; coram Sacerdotibus, Pilato, & Herode, cum illo acta sunt, qui omnes partim inuiti, partim volentes, eius innocentia testimonium perhibuerunt. Deinde dilectus ille Dei filius est, Christus, & proinde non potuit non placere patri, quicquid ille pro nobis fecit aut passus est. At quia interdum filij charissimi quædam contra officium faciunt, ipse se omnia, sicuti pater mandauit, facere testatur. Quæ ergo ratione ille improbet aut irritum habeat, quod ex ipsius mandato fit? Hæc si in vnum collata diligenter expendantur, firmissima nobis argumenta suggerent, quibus grauissimas quasque tentationes, & ignita satanæ tela, superemus. Potest enim ex his certò colligi, quòd si nihil in Christum iuris habet Satan, vtique nihil etiam habebit in eos, qui huic per fidem insiri sunt, & quibus ille à Deo factus est Sapientia, Iustitia, Sanctificatio & Redemptio. Idem quoque propter CHRISTVM filij Dei censentur, & quia Spiritum adoptionis acceperunt, illo gubernantur, vt olim cum Christo cœlestis regni hæreditatem accedant.

Christus ex vr-
be progreditur
obuiam morti.

Sequitur huius sermonis conclusio: Surgite, eamus hinc. Ita verò ad mortem sese accinxit cui volens obuiam processit, vt nimirum sua obedientia nostræ inobedientia culpam expiaret. Quia verò discipulos, vt se comitentur, excitat, non obscure docet, exemplum eius imitari debere omnes eos, qui ex discipulorum eius numero censeri volunt. Surrexit ille, & relicto vrbe sanguinaria, in hortum ad montem Oliueti exiuit, vbi se ex patris decreto captum iri sciebat. Surgamus & nos ex luto studiorum nostrorum carnalium, & relicto mundo hoc impuro, superstitioso & sanguinario exeamus obuiam Deo, qui gratiam & oleum lætitiæ, Spiritus sui dona, nobis offert, eiusq; voluntati nos patienter subijciamus. Ita enim duce Iesu Christo aduersa omnia superabimus, Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DIEI PENTECOSTES QUÆ EST A DATA lege 3094: anni vertentis 1585. post incarnationem Christi,
PRIMA PRECATIO.

Spiritus Sancte Deus, qui effusus in corda Apostolorum visibiliter in linguis eorum subsisti, inuocato: Accende etiam in pectore meo lucem veræ agnitionis Dei: Et tu, qui es flamma substantialis æterni Patris, & Filij, copula meum etiam cor cum vero Deo, emenda frigus mee nature, & foue eam tuâ salutari statu & igne, vt in ea excitentur tales motus, qualis tu es, vt ego verè sim domicilium diuinitatis in hac vita, militans bonam militiam, & fruens pace, qua filius Dei pectora credentium perfundit, & deinde in æterna consuetudine coram lucem & gloriam Dei cernam, Amen.

EIVSDEM DIEI PENTECOSTES
SECUNDA PRECATIO.

SI quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum & veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus. In Pentecoste Iudaica post exitum populi ex Aegypto ante annos 3094. Tu FILII Dei Domine IESV CHRISTE, qui tuum exercitum in deserto vagantem visibili specie comitabaris, & stans in cacumine Montis Sinai inter tonitrua & fulmina ardente toto monte, propositiones legis pronuntiasti, &

asti, & pectora rea ex agnitione peccati arguisti & terruisti, eaque denuo tua praesentia erexit, & errabunda tua agmina texisti. Tu idem Mediator & Rex Ecclesiae tuae, in Pen-
 teocolle Novi Testamenti impleuisti promissionem tuae valedictionis, effudisti in visibili
 specie flammaram Spiritum Sanctum in Apostolos, & eos armaisti dono multarum lin-
 guarum, ad doctrinae tuae propagationem. Haec tanta bona nobis etiam dato & seruato
 perpetuo. Fac ut tuam legem amemus, intellectum illius sincerum retineamus, voce le-
 gis arguentis peccata nostra agnoscamus, & abs te opem expetamus. Tu etiam tuo
 spiritu renoua immundam nostram naturam. Te dicente aeternus Pater tuus hanc mun-
 di machinam produxit: In te lucet idem omnis sapientiae Patris: Tuus Spiritus obum-
 brans res conditas fouet, & sicut gallina matrix incubando vitalem flatum illis inspirauit:
 In hominem vero imprimis transfudit spiraculum vitae, animam rationalem, ornatam sa-
 pientia & iustitia diuina. Idem ille salutaris ventus suo flatu corda sanctissimi caeteris tuo-
 rum Apostolorum & piarum matronarum impleuit, & in linguis eorum specie flamma-
 rum visibiliter fudit. Tu Fili Dei eodem tuo flatu & flamma emenda frigus nostrae imbe-
 cillis naturae, vire nostra corda igne tuae legis, sana ea tua consolatione, eamque firmi-
 ter loquere in nobis per tuum Spiritum, foueat ille nostram animam, sicut teneri pul-
 li hauriunt vitalem calorem ex pectore suae matris. Ex tuo & aeterni Patris tui pectore
 procedat ista sanctissima agitatio, quae nos ad Deum verum copulet, ut perpetuo
 tibi adhaereamus, ut furculus suo trunco, ut membrum suo capiti, Regat linguam no-
 stram etiam illa salutaris flamma, ut vox nostra seruiat tuae gloriae: nunc etiam donum
 linguarum Ecclesiae tuae seruato. Mitte multos sinceros interpretes tuae doctrinae, qui
 sonent ea, quae sunt analogae fidei. Et quia, patefacta semel doctrina, vis Ecclesiam
 ad illam normam esse alligatam, serua studia & scholas, in quibus docentur linguae; qui-
 bus vox tuae doctrinae comprehensa est, & artes, quas tu generi humano, tanquam
 instrumenta necessaria ad docendum, monstrasti. Petimus hoc tantum munus ex tua
 promissione: O vocem dignam aeterna memoria: Si quis diligit me, &c. Pronunci-
 as, seruantes tuum sermonem, illos qui sunt custodes tuae doctrinae in fide & bona
 conscientia, vere diligi a tuo patre, & talium pectora esse domicilia diuinitatis. Ni-
 hil tristius est quam abiectum esse a Deo in pauores & cruciatus aeternos. Nihil dul-
 cius est, quam habere placatum Deum, & diligi a Deo. Hoc tantum bonum promittis
 tuis auditoribus. Nos igitur etiam beato tuo caeteri insere, quem amat pater tuus, qui
 habet remissionem peccatorum propter tuum meritum, & in gratiam & hereditatem vi-
 tae aeternae recipitur. Neque solum vis nobis praetens esse dilectione, & iustitiae tuae impu-
 ratione: sed etiam naturali participatione, & reali conformitate cum Deo effectione. Homo
 deceptus a diabolo Deum rectorem excusit, & talem superbiam induit, quod velit se guber-
 nare etiam sine Deo. Tueatur Deus vitam tuam, caetera a teipso pete, dicunt Sapientes
 huius saeculi, & praedicant eum virum, cui omnes spes ex seipso pendunt. Sed o caecitatem
 deplorandam, quam miserabiliter & turpiter humana sapientia sine Deo impingit, in
 quam triste exitium diabolus hominem desertum a Deo proijcit. Tu igitur misertus no-
 strae infirmitatis ordinem interruptum per peccatum restituis, vis corda credentium rur-
 sum fieri domicilium & templum diuinitatis. Vbi que quidem praesens est diuinitas, totam
 mundi machinam & singularum rerum substantias sustentans, quam diu vult: destruens
 etiam easdem, vbi vult, & seruans ordinem politicum in vita: Sed in sola illa anima habi-
 tant in simili luce, iustitia, & vita. Fulget in filio gloria paternae lucis, massam humanam,
 quam sibi aeterno foedere $\lambda\omicron\gamma$ copulauit, eodem Spiritu perfundit, eundemque in pe-
 ctora credentium effundit, ut similia in ipsis efficiat. Nam & suam & nostram massam $\lambda\omicron\gamma$
 per eundem Spiritum viuificat. Hoc est initium aeternae vitae in hac misera & caduca
 vita. Ille spiritus imaginem Dei, quam $\lambda\omicron\gamma$ praesens in nostris mentibus loquitur, ani-
 ma nostrae imprimi, accendens lucem & agnitionem conformem Euangelio, flecit nos
 ad veram invocationem, excitat in voluntate sanctos motus, congruentes cum lege Dei,
 quales in ipsa natura humana glorificata Christi lucent: Ille medetur nostrae infirmitati.
 Egre ditur a Patre, missus per Filium, ut nos renouet ad imaginem Christi: Regreditur
 ad Filium & Patrem, ut nos cum Deo copulet, & gemitu inenarrabili pro nobis interce-
 dat, & pectus aeterni Dei ad misericordiam erga nos stimulet. Ita condita est nostra natura,
 ut ex bonis Spiritualibus sint bonae ratiocinationes, & concinni motus: Quomodo igitur
 non optimas cogitationes, & optimos motus, gigneret iste optimus spiritus, qui natura

Deus est? & ideo se nostris Spiritibus, natis in nostra natura, & discurrentibus in corpora, a se renatis substantialiter permiscet, vt imprimat lucem & nouitatem aliam a sapientia & iustitia naturali. Sape igitur hos gemitus repetimus: Tu que λόγος viuens nostris in mentibus assis, Et flatu accendas pectora nostra tuo. Conuerte nos Domine, & conuertemur: Reuerte nos ad agnitionem nostrorum peccatorum, erige nos voce Euangelij, & fac, vt promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Tu nos confirma, vt tantum donum retineamus, vt non implicemur laqueis diaboli, non effundamus tam augustum hospitium nostris sceleribus, vt ambulemus accurate, non vt fatui, indulgentes omnibus stultis cupiditatibus, vitemus occasiones lapsuum, & subinde feruenti oratione hoc tantum donum nobis seruari & augeri petamus. Reuocet nobis ille tuus Spiritus in memoriam ea, quae tu dixisti: Firmiter retineamus fundamentum sanæ doctrinae prolatae ex sinu tui Patris, non quæramus nouos & Enthusiasticos raptus extra & præter verbum: Non excogitemus commentitia numina & cultus, sed tantum sequamur ea, quae tu dixisti: Munde quærit voluptates, quærit conseruationem sui status, suæ gloriæ & opum: præcipue vltima ætas delira est, & Epicurea. Sed tu corda nostra perfunde vera pace, quae nos sustentemus in lucta conscientia, pugnantis coram iudicio Dei, & in agone, quando fiet separatio animæ & corporis: Tunc dato vt memores simus tuæ vocis: Non turbetur cor vestrum. Vado & redeo ad vos. Nunquam subtrahes nobis tuum dulcem conspectum in anima, & certo redibis, vt nos resuscitatos in tuum regnum colloques. Letamur igitur de tuo abitu ad patrem, quia pater maior te est. Tu nobis parasti locum, & beatam mansionem, in domo Patris tui, euectus ad dexteram Patris, & reueres respectus personæ missæ vsque ad finem mundi. Non desine nobis applicare merita tui Sacrificij, semper pro nobis interpellas, manes Sacerdos & rex noster, donec regnum Patri tuo trades. Verè igitur vt Mediator à diuinitate mittente impetras illa bona, quae promissisti credentibus. Tu fuisti victor in lucta cum diabolo, vt nos frueremur tua victoria: posuisti animam tuam volens, vt esset λύτρον pro multis, præstitisti obedientiam æterno Patri in illo cursu humiliationis, vt tua morte nobis restitueres vitam. Obfigna igitur in nobis hanc fidem & iustitiã. Facito, vt perpetuò maneamus fideles custodes tui testamenti, donec in vita æterna adipiscamur decimas, & tibi similes, cernentes Deum facie ad faciem, efficiamur, Amen.

DIE SECUNDO IN PENTECOSTE, EVANGELIUM

IOAN. III. CAP.

HOMILIA I.

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum unigenitum dederit: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum: Sed vt seruetur mundus per eum.



QUÆMADMODUM IN CORPORIS MEDICINA certam morborum cognitionem habere conuenit, vt, quæ pharmaca adhibenda sint, Medicus intelligat, & illa sibi adhiberi agrotus patiatur: Ita in salutis humanæ negotio ante omnia peccatorum, & corruptæ naturæ, notitia opus est, vt salutem extra nos quærendam esse sciamus, & vnicum huius autorem patienter admittamus. Quia verò tanta est in nobis natura corruptio & cœcitas, vt peccata nostra videre non possimus, sed & voluptatem singularem captemus ex illis, quæ nos totis animis odisse oportebat, multiuariam peccata arguit Deus, vt horum cognitione nos ad salutis studium excitet. In hunc enim finem olim lex data fuit, &

fuit & de Spiritu sancto Christus testatur, quod mundum peccati conuincat. Idem Apostolis Euangelij prædicandi munus committens, illos à pœnitentia exordiri iubet. Ad pœnitentiam alicui persuadere impossibile est, nisi peccatorem esse conuincas, & infelicem peccati conditionem illi ob oculos ponas. Quapropter eodem ordine Christus quoque procedit in tota hac tractatione, quæ ipsi cum Nicodemo intercessit, quam ab initio huius cap: Euangelista noster descripsit. Quia enim is ex Pharisæorum numero erat, qui superarum virium, & propriæ iustitiæ fiducia, inflati gratiam Dei non magnificiebant, principio statim, vt fiduciam hanc retundat, regeneratione opus esse docet, & eam ostendit esse humanæ naturæ corruptionem, vt nemo suis viribus cœlum conscendere possit, vt vel intelligat, regni cœlorum myseria, vel illius hæreditatem, suorum operum meritis consequatur. Postquam autem de hoc in præcedentibus verbis, quantum satis erat, differuit, vt sequenti Dominica Deo dante dicemus, transit nunc ad tertium huius tractationis caput, & veram salutis consequendæ rationem illi monstrat in seipso, qui verus & vnicus il- fontem in mera Dei gratia atque bonitate aperit. Postremo, quod dixit, solidissima rati- one confirmat.

Quod ad primum, quia ipsi cum Scriba & cum Iudæo res erat, quem crucis prædicatione sciebat offendi, typum ex Mose profert, vt ostendat hanc salutis rationem, non nouam, aut hætenus inauditam, sed iam olim typis legalibus adumbratam fuisse. Quod enim Moses (inquit) olim fecit, quando patribus in deserto propter immisos serpentes periclitantibus, æneum serpentem ex stipite sublimem suspendit: hoc ipsum in me fieri oportet, vt in crucem suffixus humano generi salutem feram. Extrat historia Num. 21. cap. vbi sic scribit Moses: Et profecti sunt de monte Hor per viam maris rubri, vt circumirent terram Edom: & in via abbreviata est anima populi. Locutusque est populus contra Deum, & contra Moysen: Cur effecistis, vt ascenderemus ex Aegypto, vt moreremur in solitudine? quia nec panem habemus nec aquas, & anima nostra cibum hunc leuissimum sustinet. Misit igitur Dominus in populum serpentes ignitos, qui populum mordebant: & mortuus est ex Israël populus multus. Veniens itaque populus ad Moysen, dixerunt: Peccauimus quia locuti sumus contra Dominum & contra te: ora Dominum, vt auferat à tibi serpentes istos. Et orauit Moyses pro populo, dixitque Dominus ad Moysen. Fac tuetur illum, & pone illum in signum: & erit, si quem non morderit serpens, in- Christus adducit. Nec temerè cum multis alios typos proferre posset, huius præ alijs meminisse voluit: nimirum quod in hoc vniuersa nostræ salutis ratio omnium euidentis- sime adumbretur.

Nam primò indicat typus iste, quæ nam sit omnium nostrum conditio: eadem nimirum quæ Israelitarum fuit, quando in deserto agebant. Infestabantur illi à serpenti- bus, quos vrentes siue ignitos vocat Scriptura, eò quod venenum inspirarent ardentissi- mum, quo miseri totis visceribus inflammati æstuabant, potu autem adeò non subleua- bantur, vt potius ex eius abundantia ruptis & præfocatis membris vitalibus perirent. Vi- dentur enim serpentes illi dipsades aut presteres fuisse, quibus hæc nomina Græci à siti & inflammatione imposuerunt. Ita postquam verus ille serpens, satan, Adamo peccati virus inspirauit, & peccati seruum fecit, malum istud hæreditaria contagione omnem po- steritatem peruasit. Ardemus ergo prauis cupiditatibus, & naturali inclinatione alius ad libidinem pronus est, alius habendi desiderio flagrat, alius honores & gloriam huius seculi sicut, alius vindictæ cupiditate inflammatus, nihil aliud quam vulnera, sanguinem atque cædes, spirat.

Denique nemo est mortalium, quem non pestilentissima desideriorum carnalium sitis infestet. Quod si bibere libeat, & affectibus indulgere, adeo non restinguitur sitis il- la, vt potius magis inflammata mortem & exitium nobis acceleret. Et quia tales natura sumus, nihil etiam ad salutem nostram ipsi possumus conferre: non plus (inquam) quam paralyticus aut hydropticus, qui, membris omnibus miserè debilitatus, ab aliorum auxilio dependet. Extra nos ergo remedium quæratum oportet, nec quicquam nostris vel viribus vel meritis debet tribui. Et hoc quidem nostræ salutis principium est, si corruptæ natu- ræ nostræ miseriam agnoscamus. Quod nisi fiat, in nobis ipsis hæremus, neque nobis alio medico opus esse arbitramur: quæ proxima ad perditionem via est, sicuti Pharisæo- rum cum veterum tum recentium exempla abundè testantur.

DIEI II. PENTECOSTES

Coeterum vt corruptionem nostram & infelicem statum typus iste adumbrat, ita *Aeneus serpens Christi typus* simul docet, vbi nam vita salusque quæri debeat: In Christo nimirum, cuius typum in serpente isto æneo propositum fuisse, ipse disertis verbis testatur. Vt enim serpens iste vnicum & commune remedium erat omnibus, qui à serpentibus ignitis mordebantur: Ita *CHRISTVS* Iesus communis & vnicus omnium seruator est, qui ab interitu liberari cupiunt. Docet hoc ipse, quando apud Prophetam ait: Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. Quo etiam illud Euangelicum pertinet: Ego sum via, veritas & vita: nemo venit ad patrem, nisi per me. Vnde Apostoli suam illam sententiam desumpsisse videntur, qua docent nullum aliud nomen sub cælo hominibus datum esse, in quo nos seruari oporteat, quam Iesum Christum. Quod vnum sufficit ad confutandum omnes sectas, quæ salutem extra Christum quærere docent. Pulchre autem serpentis ænei typus Christo conuenit. Vt enim ille serpentis formam quidem representabat, veneni autem omnino expers, imò etiam salutaris erat: Ita Dei filius homo factus, formam quidem carnis peccatricis assumpsit, à peccato autem alienissimus fuit, eò quod non communi hominum more ex viri & mulieris congressu, sed ex Spiritu sancto conceptus, & ex virgine Maria natus sit. Talem enim illum esse oportebat, vt sufficiens pro peccatis nostris victima posset fieri. Et in hunc finem illius innocentiam atque sanctitatem nobis scripturæ commendant: nec alius etiam virginis Mariæ in salutis negotio vsus est: quod vtinam obseruarent, qui neglecto Christo, Mediatoris officium in illam transferunt, & nos eius hostes esse clamant, quando in vno Christo acquiescimus.

Christus exaltatus saluat.

Præterea, quomodo Dei filius, Iesus Christus, nobis salutaris fiat, idem serpentis ænei typus ostendit. Nam vt illum exaltauit instar signi & vexilli Moses: Ita exaltari oportet (inquit Christus) filium hominis, &c. Et obserua, quod hoc ita oportere fieri, ait: nimirum quod nostræ saluti aliter consuli non posset. Potest autem bifariam intelligi ista exaltatio, & vtrique ad salutem nobis est necessaria. Primo enim exaltatus est Christus, quando sublimis in cruce pependit. Deinde Euangelij prædicatione illum in toto orbe instar vexilli exaltauit pater, vt ad ipsum colligantur, quicunque salutis hæres fieri cupiunt. Vt vero in cruce illum mori oportuit, vt suæ mortis merito peccata nostra expiaret: ita non minus necesse fuit, vt eius meritum per totum orbem diuulgaretur, & per Euangelij prædicationem coram omnibus oculis quasi crucifigeretur (vt de Galatis Paulus scribit) vt in illo vno salutem omnem repositam esse omnes intelligerent. Vtrumque ergo exaltationis genus hic comprehendit, vt etiam cap. 12. cum ait: Vbi exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Et hic nobis diligenter obseruandum est, quæ hodie ratio sit exaltandi Christum, vt nobis ille salutaris fiat. Tribuunt hic multis in templis in vijs & compitis, domi item in cubiculis, & sacellis priuatis, crucifixi imagines habeantur. Ad hoc nuppiam ille iussit, nec quicquam tale eius Apostoli præceperunt, & constat veterem Ecclesiam per annos circiter quingentos imagines habuisse nullas, sed Dei præceptum sanctè custodiuisse, quo illæ prohibentur. Et quàm parum pietati verè seruiant imagines, res ipsa loquitur, cum inobedientiam manifestam sibi coniunctam habeant, & superstitiones pariant, quibus à vero & spirituali Dei cultu hominum mentes auocantur. Exaltatur autem Christus per Euangelij prædicationem, quæ vt omnes homines conuincit peccati & mortis reos esse docet: Ita in vno illo nobis iustitiam, satisfactionem, sanctificationem, vitam atque salutem, monstrat. Deprimat ergo prædicatione ista, quicquid superstitio & sapientia humana excogitat, vt solus Christus in hominum animis emineat, vt vnicus humani generis Redemptor agnoscat. Si qui igitur Christi gloriam euehere aut tueri volunt, Euangelij doctrinam prouehant atque tueantur: & ita plus proficiant, quam si omnes locos tam publicos quàm priuatos imaginibus impleant, quæ nobis adhuc in terris cruentum & lacerum repræsentet Dei filium, qui, deuicta morte & Diabolo, in cælesti gloria Patris sedet & regnat.

Christus per fidem: noster fit.

At non minus nouisse oportet, quomodo *CHRISTVS* hic noster fiat, vtque nos salutis per ipsum acquiræ confortes reddamur. Docet hoc, cum ait: Vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quomodum se vnicum salutis nostræ mediatorem esse docuit.

*Isai. 42.
Ioan. 14.
Act. 4.*

*Rom. 8.
Hebr. 5.
Ioan. 8.
Luc. 1.
Matth. 1.*

Gal. 3.

*Ier. 23.
1. Ioan. 2.
1. Cor. 1.
Ioan. 17.
Act. 4.*

docuit: Ita vnicam modo & omnibus communem rationem proponit, quæ nos salutis huius participes reddat: Fidem nimirum, quæ passim in scriptura hoc nomine nobis commendatur. Conuenit hoc etiam pulchrè cum typo serpentis olim in deserto suspensi. Vt enim ille à Deo quidem in hoc destinatus erat, vt mortiferis serpentum morsibus mederetur, nemini autem proderat, nisi qui in illum respexisset: Ita in filio quoque Deus exhibuit, quæcunquæ ad salutem sunt necessaria: At vt ille nobis salutifer fiat, fide opus est, qua Dei consilium agnoscamus, & in illo spem salutis omnem collocemus. Hæc enim vnica est ratio, qua Christum olim pro nobis mortuum, & nunc in cælis regnantem apprehendimus, & quæ facit, vt propter illum non imputentur nobis peccata nostra nosque ex eius verbo & spiritu renati innouemur, adeoque ipsum in nobis viuentem atque regnantem habeamus.

Ideo toties in Euangelio sententia ista repetitur: Qui credit in me, habet vitam æternam. Cui particulares istæ consentiunt: Fides tua te seruaui, Fiat tibi secundum fidem tuam. Hinc quoque suum illud dogma petierunt Apostoli: Sola fide nos iustificari, atque saluos fieri. Quia enim (vt diximus) solus Christus nobis à patre factus est iustitia, & redemptionis precium: idem verò non alia ratione, quam fide, apprehendi potest: sequitur præter hanc nihil in nobis esse, quod nos iustitiæ & salutis in illo exhibente consortes efficiat. Quia vero ista salutis ratio carni lenicula videretur, & eadem multum offenduntur, quasi securam quiduis agendi licentiam hominum animis inserat: Paulò diligentius erit videndum, quid sit fides, & quid illa in hominum animis operetur: & mox patebit, sub fidei vocabulo plus à nobis exigì, quàm prima fronte appareat, nec temere illi omnem nostræ salutis rationem acceptam ferri.

IOAN. 3. 5. 6.
MATTH. 9.
LUC. 7.

Credere dicuntur, qui ijs, quæ audiunt, fidem vel assensum præbent. Germani *Globen* à verbo *Globen* deduxerunt, quod est aliquid seriò, & cum solenni stipulatione polliceri, & *Globen*, id est, credere dicuntur, qui promissis eiusmodi fidem adhibent. Deo igitur credere, est illius verbis atque promissis assentire: & in Deum credunt, qui promissionum eius certa fiducia confirmati, in illo spem collocant. In Christum itaque credunt, qui illi fidunt, & in illo sperant. Dicimus ergo fidem, de qua hic agitur, esse certum & firmum animi assensum, ex Dei verbo enatum, quo CHRISTVM talem agnoscimus, qualem illum nobis scripturæ proponunt. • Docent autem illum esse verum & Patri coæternum Dei filium, qui ex Maria Virgine homo factus, peccata nostra in sese transtulerit, eadem mortis suæ merito expiãrit, mortem resurrectione vicerit, cælos sua ascensione nobis patefecerit, & illic ad dextram Patris confidens, vnicus sit humani generis Redemptor, nosterque apud Patrem Mediator atque Aduocatus, adeoque summus & æternus Ecclesiæ suæ Rex & Sacerdos, qui illam in terris peregrinantem suo Spiritu regat, & sua virtute conseruet: in nouissimo autem die venturus sit ad iudicium, vt suis quidem promissa vitæ æternæ præmia, impijs verò, & à regno suo alienis, poenas sempiternas, retribuatur. Hæc ferè eorum summa est, quæ de CHRISTO sacre literæ tradiderunt. Quicumque ergo talem agnoscunt, & firmo animi assensu sibi talem factum esse intelligunt, hi in illum verè credunt, & ad illos salutis per hunc acquisitæ promissiones pertinent. Et hanc fidei Regulam Christus ipse nobis tradidit, quando se pro illis orare dicit, qui in ipsum credant per sermonem discipulorum, id est, qui talem agnoscunt ex fide, qualem Apostoli prædicarunt.

Fides quid sit.

Fidei effecta.

Non ergo inanis opinio est Fides, neque temerè in mentibus nostris concepta persuasio, cuius ipsi nobis authores sumus; sed fiducia certa est, quæ vt Dei verbo & promissionibus nititur, Ita à solo Deo animis nostris inseritur, & illius spiritu conseruatur. Quapropter neque otiosa est fides, neque emortua, sed effectis pulcherrimis, & omnem humani ingenij captum superantibus, virtutem suam exerit. Qui enim Christum per fidem ita agnoscant, vt modò docuimus, illi primo in vno hoc omnem salutis suæ spem atque fiduciam collocant, nec alia quærunt pro peccatis suis sacrificia, non alias satisfactio- nes excogitant, nec ab alijs excogitatas recipiunt, non alijs apud Deum mediatoribus sue aduocatis vtuntur; sed ad vnum illum confugiunt, in illo vno sperant, neque aliud nomen sub cælo datum esse sciunt hominibus, in quo nos seruari oporteat. Deinde cum hunc sibi Regem & Sacerdotem factum esse intelligant, ab illo etiam vno dependent, illum solum audiunt, docenti credant, monenti obtemperant, increpantem & castigan-

castigantem patienter ferunt, deniq; verbo illius rationem & intellectum omnem, vna cum affectibus suis, per fidei obedientiam subiiciunt, neq; ad suae rationis calculum reuocant, quae ille praecipit siue pollicetur, sed illis firmiter inhaerent, licet non modò communem sensum verumetiam naturae cursum illis aduersari videant. Quo fit, vt in periculis in-trepidati, in afflictionibus constantes, & in omnem eventum instructi, patientia sua omnes mundi huius, & principis mundi conatus atque potentiam vincant. Postremò per fidem hanc non modò apprehendunt Christum, sed illi etiam inferuntur, vt in illo vnanimes, & vicissim ipsum in sele viuentem habeant, illius spiritu ducantur, & ex verbi eius semine per spiritum regenerati, ipsum in omnibus suis dictis factisque referant: sicque fructus ferunt vberimos, sicuti ipse 15. cap: in viris & palmitum parabola docet. Hi (inquam) fidei in Iesum Christum effectus sunt, quorum exempla in Abrahamo, Dauid & in Apostolis, sanctisque Martyribus passim occurrunt. Et de his, non de nostrae intentionis operibus Iacobus loquitur dicens: Ostende mihi fidem tuam quòque rationis &c. At si ista diligenter examines, illa non vires modò nostras sed ipsum quòque rationis humanae captum superare videbis. Quis enim, si carnis rationem audiat hominem egenum & miserum, qui post omnis generis ignominiam in medio latronum suspensus expirauit, Dei filium esse credat? Quis salutis authorem dicat eum, qui ipse in hostium manus peruenit, & ab illis sibi exprobari audiuit: Descende nunc de cruce: alios seruauit, seipsum seruare non potest? Quis Deo gratum & acceptum Mediatorem putet esse eum, quem in cruce clamantem audit: Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti? Aut num humanarum virium esse dicemus, abnegatis & mortificatis carnis affectibus omnia relinquere, spretis terrenis coelestia sectari, contemptis praesentibus absentia sperare, Ad haec inter afflictiones perpetuas veram felicitatem, & in ipsa morte vitam aeternam sibi polliceri.

Marc. 15.

Ephes. 2.
Ioan. 6.

Haec certè eiusmodi sunt, vt illa nunquam praestituri simus, nisi Deus efficaci spiritus operatione animos nostros illuminet, imò innouet atque trahat, vt carnem reluctan-tem superare possimus. Ideo Paulus fidem Dei donum esse dicebat, nimirum illud Christi secutus: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Ergo non leuicula est salutis ratio, quae fide in Christum nititur, sed vires humanas longe superat: neque eadem operibus bonis inimica est, sed opera verè bona in nobis parit: adeoque in Christum credere plus quiddam & magis arduum opus est, quam si omnium, quotquot vnquam fuerunt, & futuri sunt, Monachorum, Eremitarum, Monialium, Begittarum, Lolbar-dorum, Hypocritarum denique omnium, opera in vnum cumulum congeras, quibus illi se coelum mereri posse somniant.

Deus fidem
Sacramentis
quoq; adiuuat.

Gen. 3.

Vide dies cir-
cumcisionis,
Baptismi
Christi &
caena.

Porro simul hic nobis consideranda venit Dei bonitas, qui, cum fidei mysteria sensum & captum nostrum longe superent, illa non modò per verbum suum nobis tra-dere voluit, verumetiam externis signis adumbrare, quae vt intellectum nostrum, & sensus omnes ad tantorum mysteriorum contemplationem excitant: Ita promissio-nes quoque, & exhibitum nobis in Christo salutis beneficium, verè obsignant, ne fides in tentationibus fluctuans succumbat. Habuerunt eiusmodi signa vete-res plurima, inter quae serpentem quoque aeneum connumerari debere ex praesen-ti loco patet. Nam vt praesenti necessitati seruiret, & aduersus dipsades tuebatur: Ita *CHRISTVM* adumbrabat, qui veteris serpentis caput olim esset conculcaturus. In veterum locum successerunt Baptismus, & Cæna Eucharisti- ca, quorum eundem usum esse alibi diximus. Quamuis illa vt numero pauciora sunt, ita virtute maiora, & utilitate meliora esse, cum diuo Augustino libenter fatemur. In his autem diligenti cura opus est, ne illis seruiliter inhaerendo super-stitutionis occasionem ex ijs petamus, quae nobis ad veram fidem adiumento esse debeant, & animos nostros ad *CHRISTVM*, fide percipiendum, in coe-los subuehere. Peccarunt in hoc olim Iudaei, quando serpentem aeneum diuinis ho-noribus coluerunt, & laudatur Ezechias, qui illum è medio sustulit, ne quid simile in posterum facerent. Non minor ergo illorum culpa est hodie, qui sig-na pro rebus colunt, & in illis superstitione quaerunt, quae in vnus *CHRISTI* merito possunt inueniri. Quod si fiat, non quidem aboleri debent Sacramenta, quorum usum in sua Ecclesia perpetuum esse vult Christus, curandum vero, vt illis rectè uti discant, qui ex illis erroris occasionem arripuerunt. Sed de his plura alibi.

Redea-

Redeamus nunc ad præsentis loci tractationem, & ad ea, quæ de fide in *CHRISTO* Fidei præmi-
um vita ætern summa est, quæ alias omnes in se cõplectitur: quod de iustitia sua olim Philosophi dixerunt. *Idem enim* Et quia eadem vires & captum hominis longè superat, rectè etiam Dominus illi præmium ascribit, quod nullis hominum viribus aut meritis acquiri potest. *Idem enim* se oportere exaltari ait, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed vitam habeat æternam. Quibus verbis præmium duplex pollicetur, quo fidei donum Deus in se coronat, ut Augustini verbo utamur. Primum est, quod non perimus, id est, non manemus in perditione, quam peccatis nostris ipsi nobis accersuimus, & in quam primi parentis lapsus nos adduxit. Magnum hoc est Dei beneficium, si cogitemus quam multa quamque atrocia mala secum trahat ista perditio, quæ ex peccato enata fuit. At quia non statim omnibus modis beatus & felix est, qui ex aliqua miseria liberatur, secundo vitam quoque æternam promittit. Vitæ nomine scriptura omnem felicitatem comprehendit, quæ tunc demum felicitatis nomen meretur, si æterna & demum obuenturam, sed ut iam verè præsentem *CHRISTVS* in se credentibus pollicetur. Quia enim in ipso est vita, fieri non potest, quin vitam iam habeat, Ioan. 1 quisquis illum fide vera amplexus fuerit. Etsi enim in hoc mundo afflictionibus varijs exerceantur credentes, salutis tamen suæ per fidem certi sunt, & proinde facile contemnunt, quæcunque ipsos aduersa exagitant. Nam cum Apostolo dicunt: Si Deum nobiscum, quis contra nos? Quis nos separabit à dilectione Dei? Num afflictio? Num angustia? Num persecutio? Num nuditas? Num periculum? Num gladius? Imò in his omnibus plus quam victores sumus (tantum enim valet vox græca, qua Apostolus utitur) per eum qui dilexit nos? Rom. 8. Neque frustra hoc dicit, cum afflictionibus non modò non succumbant pii, verumetiam iuxta Christi præceptum illis gaudeant atque gloriantur.

Sciunt enim, quod afflictio patientiam pariat, patientia verò experientiam, experientia autem spem: porro spes non pudefacit, eò quod charitas Dei effusa sit in cordibus nostris, &c. Rom. 5. Viuunt ergo, & læti atque felices viuunt, in medijs afflictionibus pii *CHRISTI* cultores, cum interea impij inter carnis voluptates nefarijs cupiditatibus distrahantur, conscientia stimulis excarnifecentur, & ipsi sibi quotidie nouorum terrorum atque malorum auctores sint. Præterea, quamuis in carne hac mortem corporis huius credentes subeat, tamen neque ista vitam æternam illis intercipere, aut eius finem afferre potest. Nam ut infra cap. 5. dicitur, à morte transferuntur in vitam. Olim quidem mors peccati pæna fuit, & hodie etiam impijs merito terribilis est, qui in eius articulo nihil aliud, quam Dei iram, & horribiles inferorum cruciatus, videre possunt: at eadem *CHRISTI* resurrectione deuicta atque exarmata peccati stimulo, credentibus transitus ad vitam facta est, in quam animæ statim, ut hinc in fide migrarunt, recipiuntur, eorundem verò corpora in læta resurrectionis spe quiescunt, olim nimirum ad cœlestis gaudij consortium *CHRISTI* Ioan. 5.
phil. 3. virtute resuscitanda, qui illa corpori suo glorioso conformia efficiet. Idem Paulus dicebat, nos Domini esse, siue viuamus, siue moriamur. Et hæc quidem de salutis ratione, in vno *CHRISTO* comprehensa, fusius tractare voluimus, ne illa toties postea repetere opus sit, quoties eius mentionem Christus in suo verbo facit, quod pro concione annuatim tractamus. Nunc ad reliqua pergamus.

Sequitur enim totius nostræ salutis causa principalis, quæ Deum mouit, ut Causa salutis,
amor Dei gra-
uitus. illam eius nobis exhibendæ rationem institueret: in cuius consideratione diligenter & crebrò versari multum prodest. Miretur enim aliquis non immerito, qui non potuerit, ut filius Dei in crucem suffigeretur, & cur istud fieri passus sit pater? Alius verò hostium potentia & viribus superatum fuisse putauerit, quasi ea sit veri Dei conditio, quæ Deorum gentilium, quos ab hominibus in prælio vulneratos aliquando fuisse Homerus fabulatur.

Rursum patrum virtuti aut meritis hoc datū fuisse aliquis dixerit, ut filium suum Deus communem humani generis saluatorem mitteret, & in mortem daret. At omnem hæc cogitationibus occasionem eripit Christus, cum addit: Sic enim Deus dilexit mundum, ut fili-

Ephē. 19.

Ioan. 9.

Luc. 18.

Matth. 20.

Marc. 10.

filium suum vnigenitum dederit, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Aperit hisce verbis fontem & primas causas humanæ salutis. Et primò quidem omnem hominum potentiam atq; dignitatem procul remouet, dum Deum dispensatione hoc ita factum dicit, qui (vt alibi scriptura docet) ante secula condita filium nobis redemptorem destinauit. Quod ipsum postea apud Pilatum non obscurè testatur. Cum enim is illi diceret: Nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te? Respondet Christus: Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset supernè. Et aliàs frequenter tempturarum meminit, quas in sua morte & resurrectione impleri oporteat, vt ostendat omne hoc ad æternum Dei Patris consilium referri debere.

1. Cor. 4.

2. Ioan. 5.

Ioan. 12. 16.

Deinde verò consilij huius causam profert dilectionem Dei gratuitam, qua hic nos nihil tale meritos prosequatur. Et gratuitam quidem dilectionem intelligi debere, singula verba abundè testantur. Nam primò Deum nominat, qui vt summum bonum, & omnis boni fons est: ita nullius indiget. Quid autem de illo mereare, qui tuis officijs opus non habet, & ex cuius liberalitate accepisti, quicquid in teipso boni habes? Quid habes (inquit Paulus) quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Deinde dilectionem Deo tribuit, eam nimirum animi inclinationem, qua nos totos in alios quasi effundere cupimus. At cum nihil in nobis sit, cuius causa sic erga nos Deus affectus esse debeat, gratuita sit oportet ista dilectio, qua nos prosequitur. Et hoc quidem clarius exprimit, quando eos nominaturos, quos ita dilexerit Deus, non Abrahami, aut Isaac, aut Iacobi, Moysi, Davidis, Prophetarum, Mariæ virginis, Apostolorum deniq; & Sanctorum martyrum, meminit: sed mundi, quem totum in malo iacere Euangelista noster in sua Canonica testatur, & cuius principem esse diabolum, ipse Christus non vno loco affirmat. Quid ergo aliud, quàm iram, quàm supplicium durum, quàm mortem sempiternam, mereri poterat, qui diabolum potius, quàm Deum principem, agnoscere voluit?

Quod si dilectionis huius principium quæras, illud quoque in æterno Dei consilio reperies, quo filium nobis redemptorem destinauit, cum nulli adhuc essemus. Vt ergo herbas & radices, morborum remedia, creauit, priusquam morbi ex peccato enati essent: Ita animarum medicum dedit nondum prolapsis in exitium, quos aurem ipse præordinatum, nos autem, priusquam mundus hic crearetur, in illo electos esse scribunt. 1. Pet. 1. Ephē. 1. Omne ergo hoc ex gratia factum sit oportet. Adde his, quanta fuerit, & quousque progressa sit, ista dilectio, & multò magis istud fatere: Nimirum eò vsque vt filium suum dedit. At quem Filium? vnigenitum, & proinde coæternum, & sibi coessentialē, Imò (vt ipse pater cœlitus fatetur) dilectissimum. Eum (inquit) NOBIS dedit, qui ex filijs defectores & hostes facti eramus. Dedit autem in mundum hunc, in paupertatem, in ignominiam, in dolores, in mortem denique, imò in mortem crucis, qua nihil atrocius, indignius & contumeliosius excogitari poterat.

Ierem. 23.

1. Cor. 1.

Ioan. 14.

Act. 4.

1. Ioan. 4.

Confer nunc in vnum omnium hominum opera atque merita, num quæso illa tanti æstimabimus, vt propter illa Deus ita nos diligere, & filium pro nobis dare debuerit? Hoc certè nemo cordatus dixerit: quia dici non potest, nisi nos & opera nostra in eodem cum filio Dei dignitatis gradu collocemus. Inter meritum enim & id, quod promeremur, æquipollentia sit oportet. At quis pius non exhorrescat, si homines peccatores, impuros, iniustos, mortales, & damnationis eos, Dei filio conferri videat, qui iustitia, sanctitas, vita salusque est? Sequitur ergo, gratuitam Dei dilectionem hic denotari, vt initò diximus. Neque nos prius sumus, qui ex CHRISTI verbis curiosius æquo excussis sensum istum eliciamus, sed iam olim idem Apostoli factitarunt. Ioannes certè quasi commentarium in hunc locum scripturus, sic ait: Per hoc patefacta est charitas Dei in nobis, quòd filium illum suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexerit nos, & miserit filium suum, vt esset propitiatio pro peccatis nostris, En nostram dilectionem prorsus negat Apostolus, vt gratuitam Dei dilectionem asserat. Similia apud Paulum reperies passim, imprimis ad Rom. 3. Ephē. 2. Tit. 2. cap. &c.

Debent

Debent autem ista diligenter considerari, eò quòd multiplex ex illis ad nos fructus redire potest. Primò enim eueritur his vniuersa nostrorum operum aut meritorum fiducia, & docemur, salutem ab vnius Dei gratia pendere, nec aliquòd hinc nostris viribus aut dignitate tribuendum. Potest enim ex hoc loco argumentum firmissimum colligi ad hunc modum: Quicumq; salui fiunt, per Christum seruentur oportet. Christus autem à patre nobis datus est ex gratia, nullo intercedente operum nostrorum merito. Ergo ex gratia seruamur. Maior, non nostrum figmentum est, & Apostolorum sententia est, quam ex Spiritus suggestione pronunciauerunt, cum in Senatu Ierosolymitano fidei suæ & doctrinæ rationem redderent.

Tunc enim dixerunt, non aliud nomen sub cælo hominibus datum esse, in quo nos seruari oporteat, præterquam Iesum Christum. Et consentit illi, quod Christus ait: Nemo venit ad patrem, nisi per me.

Minorem ex hisce Christi verbis desumpsimus, qui se ideo datum dicit, quòd Deus mundum dilexerit. Nec est, quod quisquam se ex mundi & communi hominum confortio eximat, quòd ad hanc causam.

Quia enim omnes in peccato concipimur & nascimur (vt de semetipso David tatur) eadem quoq; est omnium nostrum conditio, & omnibus simul ex æquo pereundum erat, nisi Deo placeret, aliquos ex corrupta illa humani generis massa seruare, & per filium suum, quasi ex communi incendio vel naufragio, eripere. Firma ergo stat conclusio nostra, qua salutem nullis hominum meritis, sed solius Dei gratiæ ascribi debere diximus. Itaq; confutantur huius loci autoritate omnes, qui operum iustitiam stabilire, & sua merita coram Deo in salutis causa allegare, solent: quales olim Pharisei erant, & hodie in Papatu sunt Monachi, & quotquot illorum traditionibus sese circumducunt, adeoque, quæ illi soli debetur, gloriam in seipsos transferunt. Fit ergo vt suam iustitiam stabiliendo à Dei iustitia excidant, quam is in filio suo nobis confert.

Faciunt deinde hæc ad asserendam nostræ salutis certitudinem, quæ nobis constare nequit, nisi eius fundamentum in Dei gratia constituamus. Quia enim natura peccatorum sumus, & iustitiæ nostræ instar sordidorum Centonum polluta sunt, perpetuò fluctuant oportet, quicumque in suis operibus & meritis salutem quærunt. Inueniunt enim imperfectionem illam, de qua modò diximus: neque illam modò inueniunt, sed simul se omnibus modis miseros esse sentiunt, qui quod bonum est, ex semetipsis ne cogitare quidem, ne dum velle aut facere possint. At si iidem in Dei gratiam, & Christi Iesu meritum, respiciant, mox certam firmamque salutis suæ fiduciam concipiunt. Illam enim in exhaustam esse vident, quæ nostris iniquitatibus superari non possit. Hoc item omnibus numeris absolutum esse sciunt, & proinde sufficere, vt & commissa à nobis peccata expiet, & quod in nobis deest abundè farciat. Dicunt itaque cum Paulo: Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est, qui iustificat, quis ille qui condemnet? Christus est qui mortuus est, imò verò qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui etiam intercedit pro nobis, &c. Romanorum octauo Cap.

Præterea non modò certam salutis fiduciam hæc pariunt, verumetiam in omni tentationum genere mirificè consolantur, ne fides nostra succumbat, qui non poenitendus est huius considerationis fructus. Fit enim interdum, vt qui fidei mysteria rectè intelligunt, de Dei tamen gratia, & num sint ex electorum eius numero, dubitare incipiant, quando inopes & egeni oberant, morbis diuturnis conficiuntur, persecutiones assiduas sustinent, aut etiam conscientia stimulis, atq; terroribus perpetuis, exagitantur. At hinc nulla consolatio efficacior est, quam quæ ex Dei dilectione petitur. Cur enim propter afflictiones hæc momentaneas se à Deo desertum putet, qui in Christo dilectionis & gratiæ Dei pignus infallibile sibi datum esse nouit? Aut cur se odio haberi dicat à Deo, eò quòd is carnis nostræ desiderijs non per omnia satisfacit, cum maiora dederit, & quæ omnem carnis sensum longè superant? Quin potius cum Apostolo argumentatur: Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: qui fieri possit, vt non etiam omnia nobis cum eo gratificetur. Item: Si, cum inimici semus, reconciliati fuimus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.

Rursum

Acto. 4.

Iohan. 14.

Psal. 51.

Salutis nostræ certitudo.

Rom. 5.

Eph. 2.

Psal. 51.

Isa. 64.

2. Cor. 3.

Phil. 2.

Consolatio in tentationibus.

Rom. 8.

Rom. 5.

*Psal. 118.
Rom 8.*

*Officia eorum
qui per Christi
suum redempti
sunt.*

1. Iohan. 4.

*Confirmatio
totius tracta-
tionis.*

Rursum, cur hostium potentia & sanctia offendatur, qui se à Deo diligere intelligit, qui cum Dominus sit exercituum, facile omnia suorum hostium consilia dissipat? Habet enim in promptu illud Davidis: Dominus mihi adiutor, non timebo, quid mihi faciat homo. Et illud Pauli: Si Deus nobiscum, quis contra nos? Atqui hinc simul Christiana illa patientia & fidei constantia nascitur, quam nobis scripturæ passim commendant.

Postremo officij quoque ista nos admonent, & hinc quoque doctrina multiplex sese offert. Si enim peccata per mortem filij Dei expiari oportuit, patet ex eo, nullam aliam pro his expiationem inueniri potuisse, & proinde ab hac vna nos pendere debere. Deinde cum peccata ita oderit Deus, ut ea filij sui dilecti morte expiari voluerit, nobis quoque illa exorta esse debent, neque blanditias diaboli admittere debemus, quibus ille nos in peccati laqueo pertrahere conatur. Præterea cum ita nos dilexerit Deus, ut filium suum pro nobis dederit, nostrum est ipsum vicissim diligere, & promptis animis omnia ea obire, quæ ad gloriam eius prouehendam & regnum suum propagandum faciunt. Neque illud modò amare debemus, sed in illo simul fratres nostros, imò vniuersos homines complecti, quorum salutem illi tantopere cordi fuisse cernimus. Admonet de hoc Ioannes, qui cum Dei dilectionem (ut modò etiam diximus) magnificè commendasset, mox infert: Dilecti, si nos ita Deus dilexit, debemus & nos alij alios diligere. Et hæc quidem diligenter obseruauerunt sancti Patres, Prophetæ item & Apostoli, qui ut vitæ innocentia claruerunt: Ita Dei amore sincero incensi, omnia sua & seipso quoque pro eius gloria & honore libenter impenderunt, simulque nullis pepercerunt laboribus, ut alios quoque homines in veri Dei cognitionem, & salutis consortium, adducerent. Arguunt ista nostri seculi ingratiitudinem, & incurabilem malitiam, quando multi quidem Christi nomine & salute per illum acquisita gloriantur, pauci verò sunt, qui sui nominis professioni respondeant. Alij enim circa inanes, & ab hominibus superstitiosis excogitatas, peccatorum expiationes occupantur. Alij cupiditatibus prauis turpissimè indulgent, & licet inde scandalum ingens enasci videant, quo Euangelij doctrina apud multos diffamatur, pergunt tamen, neque vllis rationibus possunt adduci, ut disciplinæ Christianæ leges admittant. Quod si charitatem quaras, in eius locum auaritiam, emulationem, odium, fraudes & omne genus iniustitiarum subiisse videbis. Dei verò amor adeo extinctus est, ut multos non pudeat palam profiteri, quod pro Christi & Euangelij nomine ne teruncij quidem iacturam facere velint. Indigni profectò, qui salutis per Christum partem beneficio fruuntur. Et hæc quidem deplorare possumus, corrigere autem potest solus Deus, quem precibus assiduis sollicitare debemus, ut sui Spiritus ardore frigidam hominum mentes accendat, & renitentes licet in viam reducat.

Restat vltima huius loci pars, qua, quod dixit, confirmat, & in eo præoccupatione vitatur. Poterat enim nos terrere propria simul corruptionis, & iustitiæ Dei, consideratio, cum hæc quidem peccata punire soleat, illa verò tanta sit, ut non possimus omnino non peccare, quoad in hac carne viuimus. Addit ergo Christus: Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut seruetur mundus per eum. Fatetur quidem eam esse conditionem mundi, ut necessario pereundem sit omnibus, si iudicium suum velit Deus proferre: Sed illum iure suo nondum vti ait, neque se nunc ad iudicandum, sed ad seruandum venisse. Alij pro iudicandi verbo condemnandi substituerunt. At ego Græci verbi significationem retinendam esse puto: quia plus facit ad salutis nostræ certitudinem. Cur enim condemnationis sententiam timeat, qui ne iudicio quidem se sitentendum esse audit? Nam etsi ad Christi tribunal olim omnes sistemur, pij tamen illic non secundum operum suorum merita iudicabuntur, sed potius lætam de æternæ vitæ hereditate sententiam audient, ut patet ex Math. 25. Neque hoc cum eo pugnat, quòd infra cap. 9. se ad iudicium venisse in hunc mundum dicit. Hic enim de proprio suæ incarnationis fine loquitur, qui est humani generis Redemptio. Infra autem de illis agit, qui vitæ beneficium respuunt, & proinde suo vitio pereunt. Illis enim per accidens in iudicium & condemnationem cedit, qui propriè in hoc venit, ut seruet, quòd perierat. Est autem hæc quoque sententia plena dulcissimæ consolationis, qua iudicij diuini terrores excutere possumus, ut in sequenti sermone dicitur.

Nunc obseruemus aliud diuinæ bonitatis argumentum, ut ad eius amorem, & penitentiam studium, excitemur. Est Deus iudex vniuersæ terræ, & eius esse iudicium omne scriptura ubiq; docet. Sed & diem iudicij vniuersalis iam olim constituit. Priusquam tamen iure suo vteretur in puniendis nostris sceleribus, filium suum dare voluit, qui nobis & penit-

& penitentia & remissionis peccatorum author esset, sicuti Petrus Acto. 5. testatur. Imò verò ne temporarias quidem poenas infligit, nisi per verbum suum præmonitos in viam reuocet. Vide Amos 3. cap. Exempla sunt plurima omnium seculorum, quæ his fidem faciant, quæ cum historiastam prophanas quàm sacras legentibus passim occurrant, ea commemorare non est opus. Sed & hodie hanc Dei bonitatem multariam experimur. Agnoscamus ergo eius bonitatem, quam in filio suo nobis exhibuit, & verbi eius prædicatione excitati, illum fide vera amplectamur, & in eodem renati vitam viuamus Christiano nomine dignam: vt in magno illo vniuersalis iudicij die coram iudice & seruatore nostro Iesu Christo, consistere, & in eodem vitam consequi possimus. Illi debeat benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

Qui credit in eum, non iudicatur: Qui verò non credit, iam iudicatus est: Quia non credidit in nomen unigeniti Filij DEI. Hoc autem est iudicium, quòd lux venit in mundum, & dilexerunt homines potius tenebras, quàm lucem: Erant enim mala eorum opera. Omnis enim, qui mala agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifesta fiant facta ipsius, quòd in Deo sint facta.

SCRIPTURA SALVTEM IN VNO IESV
Christo inueniri docet, quem Deus æterno consilio nobis Redemptorem destinârit. De hoc enim primæ promissiones datæ sunt. Hunc typi legales adumbrant, & Moses disertè predicat. De eodem omnes Propheta, quotquot iam inde à Samuele fuerunt, vaticinantur. Neque aliam salutis condempnandæ rationem post hoc omnes Apostoli tradiderunt. Omnium verò istorum doctrinam ipse Christus summatim in hoc colloquio complexus est, quod ipsi cum Nicodemus intercessit, quòd proxima Dominica vterius explicabimus. Et primò quidem humani generis corruptissimum statum arguit, & nos renasci totosque innouari oportere docuit, si regnum Dei ingredi velimus. Deinde salutem in se vno monstrauit, huius verò causam non aliam statuit, quàm Dei gratiam, qui exitio dignos amore tanto profectus sit, vt filium pro nobis in mortem daret. At quia in hoc ferè cardo totius negotij versatur, vt intelligamus, qua ratione salutis vnicus autor Iesus Christus, appprehendi possit, vt eius meritum nobis salutare fiat, de hoc diligenter admodum agit, & sæpe repetitis iisdem verbis fidem nobis commendat, & hanc docet acceptabulum illud esse vnicum, quod ipsum appprehendimus, & eidem inserimur, vt salutis in illo consortes efficiamur.

Facit ad istud caput prima quoque huius loci pars, qua causas opponit, propter quam fidei salus tribuitur. Sequitur hanc Colloquij huius habitum à Christo cum Nicodemus conclusio, qua docet, quòd non omnes salutem consequantur, cum illam Deus omnibus in Christo communiter offerat. Simul verò commemoratione prædicationem excitat, vt oblatam salutem fide vera amplectatur. Estque locus hic dignus consideratione diligentissima, Nam & salutis & perditionis humanæ fontes aperit, & ita simul luculenter docet, quid nos facere, quidue cauere, conueniat, vt salui fiamus. De singulis ergo ex ordine dicemus.

Quòd primam partem, coheret illa præcedentibus: Dixerat enim, Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt seruetur mundus per eum. Quæ ratio erit, ob quam iudicium suum suspendat aut differat Deus, num verò illud perpetuo faciet? Nequaquam: Ita enim eius iustitia in

DIEI III: PENTECOSTES.

vniversum intercideret. At nisi perpetuo nobis ille parcat, salus nostra neque certa neque perpetua aut stabilis esse poterit, cum nouis quotidie peccatis Dei iudicium contra nos prouocemus, &c. Coeterum omnibus eiusmodi quaestionibus respondet Christus, & ait: Qui credit in eum non iudicatur: Qui vero non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomen vnigeniti Filij Dei. Est autem bimembris sententia ista, & contrariorum Antithesi illustratur, quae apud Euangelistam hunc nostrum frequens est. Primum membrum ad pios vel credentes pertinet, de quibus sic agit, vt neque illos peccatores esse neget, neque Deo iustitiam adimat, nihilominus tamen illos a iudicij metu liberet. Sic enim dicere videtur: Peccant sane omnes homines, & piorum quoque sententia ista, & contrariorum centonum polluta est. Quod ergo non damnantur, ex eo fit, quod non iudicantur. Si enim iure suo erga illos, vteretur Deus, non possent non damnari. A iudicio autem ille abstinere, non quod vel iustus esse desierit, vel quod ignauus leges & ius suum negligat: sed quod in illis inuenit fidem, qua Filium hominis, id est, promissum humani generis Redemptorem amplectuntur. Hic verborum Christi sensus est: in quibus diligenter obseruabis, salutem nostram in eo potissimum consistere, quod non iudicamur, id est, quod sumus, non contra nos ius non persequitur Deus. Nam vt modo diximus, cum peccatores simus, peccati vero stipendium sit mors, non possemus exitium effugere, si iudicij sui rigorem Deus proferre vellet. Agnouerunt hoc omnes Sancti, quorum istae voces in scripturis leguntur: Ne ambales in ius cum seruo tuo: Quia non iustificabitur in conspectu tuo vllus viuens. Item: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Et rursum: Noui, quod non haberet in me, hoc est, in carne mea, bonum. Praeterea: Fuimus nos omnes veluti immundum, & sicut vestis Centonum abiectorum omnes iustitiae nostrae. Haec (inquam) Sanctorum voces sunt, cum quibus si eos conferas, qui se iustos esse profitentur, & iustitias suas alijs diuident, dum opera supererogationis iactant, mox patebit, & cuius suggestionem illi loquantur: ex eius nimirum, qui olim dixit: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solum meum, & similis ero altissimo, &c. Discant pij humiliari sub potenti manu Dei, & salutem suam huius gratiae acceptam ferant, qui iudicio suo contra illos non vtitur.

Isa. 64.

Psal. 143.

130.

Rom. 7.

Isa. 64.

Ioan. 14.

1. Petri. 5.

Propter Christum nobis parcat Deus.

Deinde obseruabis quoque cuius gratia nobis parcat Deus, ne suum in nos ius exerceat. Nimirum propter Christum, qui causam nostram in se transtulit, & diuinam iustitiam pro nobis satisfecit. Eadem ergo nostra est conditio, quae oberrati alicuius, quem secundum leges vel ad seruitutem, vel ad perpetuos carceres, vel ad triremes, damnatum, fideiussoris liberalitas interueniens liberat. Vt enim hic Legum & Iuris rigorem euadit, quamuis ipse aes alienum dissoluere non possit: Ita nos aeternae damnationis sententiam effugimus, licet nullam in nobis ipsis iustitiam inueniamus, quae Dei iudicio possit satisfacere.

At quid (inquis) ad nos pertinet Christi iustitia? Num ideo nos liberari & seruari aequum est, quia ille iustus & sanctus est? Maxime, idque propter fidem, qua ita ipsum apprehendimus, & ita ipsi vnimur, vt ille in nobis sit, & nos in illo simus: adeoque vt ille nostras infirmitates in se transferre, & suas facere voluit: Ita vicissim per fidem totus noster fit, nostra denique fit illius obedientia, illius innocentia, illius iustitia, sanctitas & satisfactio. Recte ergo in praesenti dicit ille: Qui credit in filium Dei non iudicatur. Cui illud Apostoli consentit: Nulla condemnatio his, qui sunt in CHRISTO IESU. Rom. 8. Quomodo enim condemnationis sententiam subirent, quos a iudicio Christus (summus ille & vnicus iudex) prorsus eximit? Hinc autem suum illud dogma deriuarunt Apostoli, quo nos fide iustificari docent. Iustificandi enim vtuntur Ebraeorum more, quibus illud idem est, quod iustum pronunciare aut absoluerem, qui reus agebatur. At quia hoc nobis obtingit ex fide, qua Christum apprehendimus, recte etiam fidei iustificatio tribuitur. Faciunt autem ista ad asserendam salutis nostrae certitudinem, de qua dubitare non possumus, cum iudicium, quod nostris capitibus imminerebat, Christus iustulerit. Illam vero vehementer labefactant & euertunt, quicunque iustificationem suorum operum meritis, suis item satisfactionibus, Papatum indulgentijs, purgatorij ardoribus, Missis & alijs eius generis ceremonijs tribuunt. Quid enim est inter haec omnia, quod Deum vel placare, vel cohibere possit, quod minus sui iudicij rigore aduersum nos vtitur.

Porro

bras dicit ignorantiam Dei, & quæ ex ista proueniunt superstitiones, atque peccandi licentiam. Et lucem cum tenebris confert, vt hominum inexcusabilem improbitatem arguat, qui in his potius errare & perire, quam in illa seruari, voluerint. Quod & causæ reditio pertinet, quam subiicit: Erant enim opera eorum mala. Docet enim, hoc illis non aliqua fatali necessitate accidisse, qua eos astrinxerit: sed quod ita voluerint ipsi, prauis & corruptis suis studijs eò impulsî. Et mox hoc ipsum generali sententia confirmat: Omnis enim, qui mala agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, &c. Sumitur hæc ex communi experientia & pulchrè exprimit electorum simul atque reproborum ingenium & mores, ex quibus vtrunque hoc hominum genus dignoscas. Hi enim cum toti carnales sint, peruersè & subdolè agunt omnia, dum & carni indulgere, & simul pro bonis & iustis haberi volunt. Illi verò, quia Dei Spiritu aguntur, & sibiipsis bene sunt conscij, apertè & ingenuè omnia faciunt, neque eos illorum pudet, quæ in Deo, id est, secundum Dei voluntatem ab ipsis fiunt. Quod si quando ex innata carnis infirmitate exorbitant, culpam agnoscunt atque fatentur, & ne tunc quidem lucem subterfugiant, sed quærent potius, vt & ipsi errores suos corrigere, & alios in viam reducere possint, quos suo exemplo prius offenderunt. Hinc fit, vt hi quidem in luce per Christum nobis affulgente seruentur: Illi verò in suis tenebris male pereant. Confirmantur hæc omnium seculorum exemplis, quæ abundè docent, hanc semper omnibus reprobis suæ perditionis causam fuisse. Noluerunt lucem admittere Iudæi, ne traditionum absurditas & hypocrisis ipsorum manifestaretur. Eandem ob causam gentes quoque illam reiecerunt, quod nec suam sapientiam stultitia, neque suas superstitiones erroris atque mendacij conuinci, neque effrenes suas libidines publicè corripî, voluerunt. Eadem ratio Mahometem mouit, vt suis sectatoribus disputationes de religione prohiberet, eò quod videret leges suas in veritatis luce consistere non posse. Cuius exemplum secuti Pontifices Romani, libros sacros laicis eripuerunt, linguam peregrinam in Ecclesiam induxerunt, & sibi solis omnium iudicium de doctrina vendicauerunt, quod penes Ecclesiam esse voluit Apostolus, 1. Cor. 14. Quin hodie hoc potissimum argumento sese tuentur Aduersarij nostri, quod Romanam sedem ab omni Censura & examine eximunt, neque se teneri aiunt, vt prophetis laicis suæ doctrinæ rationem reddant. Qua in re Alcibiadis consilium sequi videntur, qui, cum puer adhuc ad Periclem uunculam suam venisset, eumque solitiorum vidisset, cequid tristis esset interrogauit? At illo dicente, se in propilato Mineruæ ædificandis ingentem pecuniæ vim consumpsisse, nec inuenire, quo pacto magistralibus ministerij sui rationem reddat: Respondit Alcibiades: Ergo quære potius, quomodo rationem non reddas. Ita illi, cum sine ratione omni Ecclesiæ thesauros tam Spirituales quam temporarios dissipauerint, consilia sua omnia in eum, filium secutus, belli author, fuit Atheniensibus, ne rationibus exigendis vacare possent: Ita isti non semel orbem Christianam, bellis ciuilibus implicauerunt, vt interea suam tyrannidem stabilirent.

Quod si eos examinemus, qui carnis studio addicti religionem susque deque faciunt, quia tamen iidem mores suos turpissimos, & infanda scelera, studiosè ceclant, ipsi quoque veritatis lucem extinctam volunt. Perpetuis ergo persecutionibus exercetur Ecclesia, in qua lux ista salutaris fulget, & nimis stulti aut ridiculi sunt, qui pacem sibi pollicentur, aut Euangelij doctrinam ita proponi posse putant, vt mundo probari possit, aut saltem tolerabilis videri. Nec enim hic ynquam suum ingenium exuet, & semper mala erunt eius opera. At quod talis fuerit, veritatis lucem odio habebit, & ad huius prædicationem tumultuabitur, vt (quod olim Catilina dicebat) incendium illud, si non alia ratione potest fieri, ruina extinguat. Porro hic nos consoletur, quod nequicquam isti omnes insaniunt. Vt enim orientis Solis splendorem nemo impedire potest, quod minus terram rotam illustret: Ita diuina hæc lux nullis hominum consilijs, aut machinationibus, detinetur, quod minus mundo sese inferat, & tenebras huius suo fulgore discutiat. Oritur autem impijs istis in condemnationem, & inexcusabiles reddit eos, qui sub ignorantia prætextu latere cupiunt.

Cæterum meminerimus ista à Christo in eum finem proponi, vt Nicodemus excitetur, ne, Collegarum exemplo deceptus, lucem hanc subterfugere pergeret. Idè ergo nobis quoq;

quoque istius loci vsus sit, & cum hodie lucem istam nobis accenderit Deus, depositis operibus tenebrarum, vt filij lucis ambulemus in omni bonitate, iustitia, & veritate. Quod tam faciemus, si probauerimus quæ Deo accepta sunt, neque commercium habuerimus cum operibus infrugiferis tenebrarum, sed ea potius arguerimus. Vnde Ephes. 5. cap. Et hæc quidem dicta sint in celeberrimum & salutare Iesu Christi cum Nicodemo colloquium, quod Dominica Trinitatis explicabimus. Ex eo discendum est nobis quanta sit naturæ humanæ corruptio, & quod totius hominis regeneratione ornatus totos mutat & innouat. Hactenus audiuius, salutis fontem nobis in gratuito Dei amore apertum esse, qui filium pro nobis in mortem tradidit, vt eius merito redimeremur. Hunc quotquot fide vera apprehendunt, in illo seruantur: pereunt autem & damnantur merito in tenebris suis, quicumque lucem istam salutarem fugiunt, vt operibus prauis indulgere possint. Oremus itaque Deum Patrem misericordiæ, vt ex verbo sui semine renatos lucis istius amore incendat, gressusque nostros dirigat, vt verè filij lucis vitam viuamus nostra professione dignam, & olim regni eius cœlestis hæredes efficiamur cum filio suo vnigenito, Iesu Christo: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DIEI SECUNDI IN PENTECOSTE

prima precatio.

Eterne, viue Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui ex immensa bonitate filium tuum λόγον καὶ εἰκόνα σε constituisti mediatorem, & per & propter eum, genus humanum in gratiam recipis: Inuoco te, da vt luceat in mea natura tua lux, filius tuus, qui me ex paoribus mortis extrahat, monstret mihi in agone tuum peccatum, & voluntatem expressam in hoc dicto: Sic Deus dilexit mundum &c. vt effugiam iudicium, & apprehendam sine filium tuum, liberer a terroribus mundi, & per eum habeam vitam æternam, Amen.

EIVSDEM SECUNDI DIEI SECUNDA PRECATIO.

Fuit Nicodemus homo Philosophus eruditus inter Phariseos in doctrina Græcorum: Audiuit igitur Philosophiam esse meditationem mortis: Quia homo modestus, a suæ vitæ tolerat, & minus formidat mortem, quam iudicat esse iter vel ad immortalitatem, vel ad talem statum, qui erit sine sensu malorum. Sed ista puerilia *θελητήρια* non magis tollunt pauores cordis, quam folium fici tegebat nuditatem primorum nostrorum parentum. Tu autem Domine Iesu Christe infirmo huic scholastico monstrasti Alexipharmacum indubitata efficaciam: Sic Deus dilexit mundum, &c. Pondera verborum sunt admiranda, Tu nate Dei ea infigito nostræ animæ tunc, quando luctabitur in terribili agone coram iudicio æterni Patris tui. Terret nos aspectus & sensus nostræ indignitatis: Ante tuos oculos nil nisi culpa fumus. Sumus rei, immundi, inquinati sceleribus horribilibus: Vniuersa disciplina & iustitia humana, etiam in melioribus, in conspectu tuo est sicut turpis da mater ante maturitatem proijcit, spectaculo tristi & abominabili. Deus autem ignis consumens est, & ira ipsius creaturis non est tolerabilis. Aduersus hunc arietem, quatenus animam luctantis peccatoris, tu pronunciaisti hoc mirabile axioma, Deus bonum infirmum, qui nulla alia re ad beatitudinem suam eget, qui ex ordine iustitiæ hominem lapsum perdere poterat, & debebat, dilexit, admiranda *σοφίῃ* complexus est mundum. Genus humanum, reum & damnatum, auersum a Deo, expugnatum a diabolo, qui est hostis Dei: tamen viscera æterni Patris misericordia mota sunt propter iuteritum hominis, qui non peccauerat peccato blasphemiam, sed fuit deceptus a diabolo, & pro quo filius erat de peccator. Ita verò & ardenti & flagranti amore dilexit, vt filium suum vnigenitum daret. O enallagen admirandam. Impresit Deus humano cordi *σοφίαν*, amorem ardentissimum erga sobolem, vt sint commonefactiones de amore æterni Patris erga Filium, *εἰκόνα καὶ λόγον σε*, in quo lucet integra & substantialis imago æterni Patris, qui est *ἀπάντασμα* gloriæ & lucis æterni Patris, in quo tota sapientia Patris fulget, & vt sint commonefactiones de amore Dei erga miserimum genus humanum. Iam cogita, hunc suum vnigenitum Fi-

DIEI III: PENTECOSTES.

• Iam, qui omnia fecit, & sustentat, verbo potentia suae, Deus dedit. Donauit eum nobis & mirabilem fecit permutationem. Vnum est pulcherrimum in caelo in conspectu Dei: lumbicia Dei. Vnum est tristissimum & teterrimum in inferno, peccatum. Rem damnatam & execrabilem aeternus Pater in Filium proiicit. Eum qui non nouit peccatum, in quo est, illa integritas quam essentia diuina postulat, quae descripta est in lege, eum fecit peccatum, eum voluit esse hostiam & victimam pro peccato. Neque enim ira Dei aliter placari potuit, nisi per sufficiens & aequiualens pretium, per mortem Filij Dei. In nos vero transfertur ornamentum omnium summum, iustitia Dei. Ideo enim missus est Filius Dei, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non sedet Deus in caelo & condit fatales tabulas Parcarum, hominum saluandorum aut damnatorum. Non est in Deo *πεσοπολοψία*. Filius Dei persoluit aequiualens pretium pro peccato totius mundi. Meritum Filij Dei in infinitum maius est, quam totum regnum peccati: Ideo mandatum arguens peccata hominum vniuersale est: Promissio etiam remissionis peccatorum & vitae aeternae verè & sine simulatione vniuersalis est. Non sunt in Deo voluntates contradictoriae. Est Deus verax. Te igitur Iesu Christe iuuate in omni tentatione nos in hanc vniuersalem includimus, & articulum fidei tua declaratione constanti mente ita pronunciamus: Credo remissionem peccatorum dari non tantum Abraham, Paulo, Petro aut paucis quibusdam, sed mihi etiam, sine dubitatione Pyrrhonia aut Pontificia. Tua missio & egressio ab aeterno Patre est opus misericordiae, totum Euangelium tuum est miranda *επιεικεια* legis, non vox damnationis & iudicij. Ordo redemptionis est declaratio immensa tuae bonitatis. Tu missus es in mundum, ut mundus per te saluetur: perentes tua culpa pereunt, tu nec vis nec efficis, nec approbas peccatum, nec impellis ad peccandum. Perditio tua ex te est Israel, ex me tantum salus. Non credens in nomen vnigeniti Filij Dei, manet in numero damnatorum, libera sua voluntate. Declaratio vero iudicij illius non petitur ex arcana tua voluntate, sed ex voluntate reuelata & patefacta. Tua lux, vox tuae promissionis ab exordio mundi publice sonuit, arguens peccata humani generis, & monstrans sanationem: sed peruersi homines fascinati a diabolo luci praeulerunt tenebras. Maxima pars hominum mansit idolatrica, discessit a veritate ad mendacia, & mersa est in tetrum chaos idolorum & turpitudinis. Te ipso in carne docente, docentibus tuis Apostolis, diabolus multorum corda tenuit captiua, ut veritati non assentirentur. Regeneratio requirit nouam obedientiam. Non enim tu fili Dei iudasti sanguinem, aut ideo passus es, ut homines furentes suis impijs cupiditatibus indulgeant. Sed homines profani nolunt accusari suam immundiciem, nolunt Euangelio obedire, nolunt luctari cum diffidentia & malis inclinationibus, ideo lucem oderunt. Veram faciens veritatem, ille, in quo lucet veritas aeterni Patris, Filius Dei per Euangelium & Spiritum S. veras nouitas & veros motus accendens luce Euangelij, laetatur, Spiritui arguenti reuerenter se subijcit, illi obedit, & opera sua Deo conformia effici patitur. Nunc te Fili Dei oramus, luoceto in nostra mente, accende veram agnitionem tui, & aeterni Patris tui in nobis, in agone loquere hanc voluntatem tuam Patris in nostra anxia corda, & hanc veritatem tuo Spiritu confirma, ut hanc sacra anchora constanter retineamus, & effugiamus iudicium, & te vera fide apprehendentes liberemur e tenebris mundi, & per te habeamus vitam aeternam, Amen.

DIE TERTIO IN PENTECOSTE, EVANGELIUM

IOAN. X. CAP.

HOMILIA I.

Amen Amen dico vobis, qui non ingreditur per ostium in caulam ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem ingreditur per ostium, pastor est ouium. Huic Janitor aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emisserit, ante eas vadit, & oues

rem enim verum & legitimum Ecclesiæ doctorem siue antistitem significari omnibus abundè notum est. Ouille verò vocat societatem verè credentium, quam alio nomine Ecclesiam dicimus: & comparationis ratio est, quòd fideles passim in scripturis oues dicuntur, cuius similitudinis rationem postea exponemus. Ostium autem per quod in ouile venit, ipse Christus est, sicuti in sequentibus docebit, & eius dicti rationem cap. 14. euidenter reddit, quando ait: Nemo venit ad patrem, id est, Nemo in domus Dei & Ecclesiæ consortium, adeoq; in Dei Patris conspectum, peruenire potest, nisi per me. Ostium verò tribuit Ecclesiæ, vt sciamus, non cuius in illam accessum patere, nisi per me. eius membrum sit. Et per Christum ostium verum & vnicum ingrediuntur, qui hunc seruatorem suum, & mediatorem vnicum apud patrem agnoscunt, in illo vno omnem salutis suæ fiduciam collocant, adeoq; omnem iustificationis & salutis nostræ rationem huic vni acceptam ferunt. Sensus itaq; est, non pastores, sed fures & latrones esse, quicunq; vel ipsi alias salutis vias sequuntur, vel alios à Christo abstrahunt, dum longè alias ad Dei gratiam & salutis consortium vias monstrant, quàm quæ in vno Christo nobis est patefacta. Et quàmuis hæc Iudæorum sacerdotibus atq; scribis dicantur, quos tales fuisse constat, hinc tamen certa & infallibilis nota debet colligi, ex qua impostores & falsos antistites agnoscas. Quicunq; enim hoc fecerunt, cuiuscunq; loci sint & ordinis, ijdem similiter fures & latrones sunt.

Fures quidem, quia suam Christo gloriam eripiunt, quam is se nemini daturum esse, apud Isaiam 42. cap. clamat, & quia sub religionis prætextu auditorum pecunias emungunt, adeoq; domus viduarum & orphanorum deuorant, sicuti de Iudæorum scribis Christus loquitur. Latrones verò ijdem sunt, quia simul animas occidunt venenata vita aut salus nulla inuenitur. Quo nomine Christus ipsorum templa quoque latronum speluncas vocat. Docet ergo locus hic iudicare de nostri seculi pastoribus. Vindicat sibi summi pastoris titulum Romanus Pontifex, & pastores simul dicuntur, qui ab hoc ordinantur Episcopi & Parochi. At si videas, qua via omnes isti in Ecclesiæ & salutis consortium ingredi conentur, mox quales sint intelliges. Nam relicto Iesu Christo, qui ostium est vnicum, ipsi missam, indulgentias, diuorum intercessionem, purgatorium, funebria sacra, ieiunia, conductitias preculas, rosaria, cucullas, peregrinationes, luminaria, & sexcenta alia, confinxerunt, quorum meritis salutem tribuunt, & ijs solum modò in Ecclesia sua locum relinquunt, qui istis rebus vacant, alios verò omnes hæreticorum & schismaticorum loco habent, quotquot vno Christo contenti, per hunc solum ad thronum gratiæ contendunt. Sed non ostia modò noua, verum etiam scalas commenti sunt, sicuti altarium inscriptiones, & rosariorum suorum denominationes, testantur. Deniq; Ecclesiæ suæ parietes simul & tectum totum perforarunt, vt ostio certo non sit opus, quando vbiq; in illam patet introitus. Satis ergo apparet, illos nec Ecclesiæ Dei pastores esse, nec penes se Ecclesiam habere, sed columbarium potius, & cuniculorum nidos, dum, per omne genus superstitiones atq; ambages, suos sectatores in eam recipiunt. Et quia ijdem Iesu Christi gloriam partim sibiipsis tribuunt, partim in creaturas transferunt, ad hæc lethifera humanarum traditionum toxica miscunt atq; propinant, quis non videt, quàm propriè illis furum atq; latronum nomen conueniat? Ferunt quidem indignissimè, quòd tales dicantur: At quia illos Christus sic vocat, alios nos dicere non possumus, quòd sui similes esse perrexerint. Eadem est omnium aliorum ratio, qui vel Mahumeticas superstitiones, vel anabaptistarum deliria, aut libertinorum furores prædicant, quali illis vijs ad salutem perueniri possit. Quare etsi nihil aliud accedat, ex hac vna nota eos agnoscere possumus, quos nobis cauendos esse, scripturæ passim monent.

Verus pastor
quis sit?

Cæterum his veros pastores opponit, vt qui nam audiendi sint, videamus. Qui autem ingreditur per ostium, id est, qui in me credit, me vnicam ad patrem viam agnoscit, & simul suæ fidei commissos ad me vnum ablegat, inq; vno me omnia monstrat, quæ ad salutem æternam faciunt: Is (inquam) pastor est ouium, verus nimirum, legitimus atq; fidelis, quem turò sequi possitis. Id verò mox alijs quoq; notis atq; indiçijs probat. Primum, huic ostiarius aperit. Ostiarius dicit Ecclesiæ Spiritum sanctum, cò quòd is ministrus siue pastores consecrat, & donis necessarijs instruit, vt huic muneri possint sufficere. Docet hoc Lucas, quando Pauli & Barnabæ missionem ad gentes descripturus, Acto. 13. sic ait: Cum ministrarent Domino, ieiunarentq; dixit Spiritus sanctus: Separatè mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod eos aduocauit. Et Paulus Asiæ Episcopis dicebat: Attendite

Attendite vobisipfis & toti gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos, &c. Quod etiam primitiua Ecclesie mos referri potest, qui ministros premissis precibus publicis per sortes eligebat, nimirum vt Spiritus sancti indicio proderentur, quos is huic functioni destinasset. Recte ergo per ostiarum siue ianitorem Spiritus sanctus intelligitur, qui, vt omnes pios in veritatis cognitionem inducit, ita neminem ad Ecclesie ministerium legitimum admittit, nisi qui per ostium, Iesum Christum, ingreditur. Deinde oues (inquit) vocem eius audiunt, non audituram nimirum, nisi per Christum venire illum viderent, & in illo Christi vocem agnoscerent. Tertio & proprias oues vocat nominatim. Nouit ergo eas, mutuas inter ipsum & illas consensus est. Quarto, educit eas, ad pascua nimirum, quod proprium pastoris munus est. Quinto, cum proprias oues emisserit, ante eas vadit. Fit hoc preter communem morem, quo pastores ouium greges a tergo sequi solent, nimirum vt cunctantes impellant, & obseruent simul, ne qua subsistens, vel alio deuians, amittatur. At pastor ille Ecclesiasticus oues precedit, quia has sponte secuturas nouit, cum vocem eius agnoscant, & ea vnice delectentur. Et huius quidem meminisse voluit Dominus, vt ostendat sacerdotibus, non mirum esse, quod ipsum multi ex populo se ipsi coniungant, cum hoc ouium Dei proprium sit, quod pastorem suum sequeantur. Ceterum, vt hanc omnia Christo conueniant, suo loco Dominica 2. post pascha scilicet, vidimus, vbi ipse parabolam hanc sibi applicauit. Nunc obseruabimus, vt ista omnes deceant, qui legitimi Ecclesie Christi pastores censeant & esse volunt.

Vbi primum occurrit, quod etsi per Christum quis ingressus, & Ecclesie membrum factus est, pastor tamen haberi non debet, neque potest, nisi ianitor ad hoc munus ipsi aditum aperuerit. Opus ergo ante omnia donis necessarijs & legitima vocatione, ne ex eorum numero sit, de quibus apud Prophetam queritur Dominus: Currebant, & non mittebam eos. Nam vt Paulus ait: Quomodo predicabunt nisi missi fuerint. Verumque; verò Spiritus largiatur oportet, cuius vocationem atque instinctum expectare debent: & qui id faciunt, ij ab illo sese iungi, & donis idoneis liberaliter ornari sentiunt. Deinde, non sui capitis commenta, sed principis pastorum vocem proferant, quæ ab ouibus agnosci & excipi possit. Nec enim parum fidei modo legati, verumetiam sacrilegiter commiscant. Tertio, norint oportet oues suas, id est, suæ fidei commissos homines: norint autem non de facie modo & nomine, sed illorum mores & ingenia perspecta habeant, vt quæ ratione singuli tractandi sint, intelligant. Si enim hoc in equis obseruant, qui eos alunt, quanto magis istud in Christi sanguine redemptis ouibus obseruare debent, quos illarum curæ Spiritus sanctus præfecit? Est ergo inexcusabilis illorum negligentia, qui suarum ouium ne numerum quidem norunt, adeoque non obseruant, quantum huius generis multa in rebus prophanis & externis fiunt. Norunt ouium, porcorum, innumeratorum suorum, numerum agricolæ. Stellas cum suis motibus obseruant nauæ. Sexcentas leges recitare possunt periti iuris consulti. Instrumenta multa & varia ex ordine disponunt opifices, vt illa ad manum habeant. Et in historijs exempla sunt, quæ domum Regem duarum & viginti gentium, quæ eius imperio suberant, linguas didicisse ferunt, vt sine interprete suos audire & alloqui possent. Cyrus omnium in exercitu suo, quem numerosum habebat, militum nomina tenebat, vt sine monitore quemuis saluaret, & si opus erat nominatim quoque ad virtutem hortaretur. Pudeat ergo Christi ministros à prophanis hominibus superari in re omnium maxime necessaria. Quarto in pascua educant, salubria nimirum & læta, in quibus conscientie pacem, & certam salutis fiduciam, inueniant. Habentur hæc in tolis sacris literis, quia hæc solæ Christus tradunt, & panis viuus, & fons aquæ viuentis, est.

Vnde de illis recte olim D. Ambrosius in Psal. 118. scripsit: Bona pascua sunt libri scripturarum cœlestium, in quibus quotidiana lectione pascimur, in quibus recreamur & reficimur, cum ea, quæ scripta sunt, degustamus, vel summo ore libata frequentius ruminamus. His pascuis grex Domini saginatur, &c. Ex his ergo doctrinam & consolationes petant Ecclesiarum pastores, neque eos audiant, qui

Veri pastoris officia.

Iere. 23.

Rom. 10.

Ioh. 4. 6.

1. Tim. 4.

Tit. 2.

qui ex philosophorum lacunis, aut scholasticorum cisternis, aut putidis Monachorum fabulis, & sanctorum legendis, ista petere iubent. Quinto præcedant oues, doctrina nimirum & vitæ exemplo, ne dum illas per viam verbi Dei dirigunt, ipsi ab ijs declinent, & corruptis moribus destruant, quod bene docendo ædificauerunt. Admonet de hoc grauius Timotheum suum Apostolus, sic scribens: Esto forma fidelium in sermone, in conuersatione, in dilectione, in Spiritu, in fide, in puritate. Et Tito idem sic præcipit: Per omnia te ipsum præbe formam bonorum operum in doctrina, integritatem, grauitatem, &c. Peccant in isto hodie quam plurimi, qui quantum mali dent Ecclesijs, omnes norunt. Porro dum pastoris esse ait Christus, vt gregi præeat, simul eius propugnatorem & defensorem esse vult aduersus hæreses & tyrannos, vt illas quidem gladio spiritus confodiat, ne quis seducatur; contra hos verò fidei consolationibus instruat, ne qui metu abforpti deficient: sed nec ipse Ecclesias propter pericula deserat, quando doctrina & confirmatione animorum quam maximè opus est: qua de re pluribus dictum est Dominica 2. post festum Paschatis.

Nunc istud quoque annotabimus, quod, quæ de Ecclesiastico pastore dicuntur, ferè omnia ad magistratus politicos transferri possunt, quos olim poëta populorum pastores dixerunt. Nam in istis quoque vocatio legitima & ordinaria requiritur, ne Remp. vel malis artibus, vel per tyrannidem, inuadant. Idem non sua placita, sed Dei iudicia, pronuntiare, populum suum familiariter nouisse, amicè pascere & gubernare, & non legibus modò bonis, verumetiam exemplo, præire, adhuc suæ fidei commissorum corpora, fortunas & honorem, tueri debent. Sed quia hæc alterius loci sunt, obiter attigisse modò sufficiat. Vide Psal. 72.

Onium officia.

Nunc videamus, quid de ouibus dicat Dominus, vt discamus, quid eos facere conueniat, qui vera Ecclesiæ Dei membra esse cupiunt. Præcipuum hic est, quòd pastorem suum sequantur, eiusque vocem agnoscant, alienum verò non sequantur, sed potius fugiant. Dedit hunc sensum natura ouibus, vt earum stoliditati mederetur, quæ tanta est, vt sine pastore sibiipsis prospicere aut consulere non possint. Hunc ergo nobis quoque inesse oportet, qui etiam ipsi omnes vt oues errauimus, & nisi Christus pastor datus esset, miserè periissemus. Agnoscamus ergo vocem eius, & sequamur illum, alienos verò fugiamus & detestemur, & vt Paulus admonet, anathema putemus omnes eos, qui aliud Euangelium prædicant. Docet idem sponsæ parabola, cui aliàs in scripturis Ecclesia conuertitur. Vt enim hæc solum sponsum audit, obseruat, sequitur, & illi vni placere studet, & nisi id faciat, turpis adultera fit: Ita Ecclesia vnum Christum, qui verus animarum sponsus est, audit, obseruat, sequitur, amat, & eidem soli obtemperat, odit verò & detestatur omnes eos, qui ipsam aliò abducere conantur. Vides ergo duo à fidelibus requiri. Primum est veritatis cognitio certa, siue spiritus discretionis, quo pastoris sui vocem ab impostorum doctrinis discernere possint. Alterum, obedientia fidei, & obsequendi studium, quod omnia totius vitæ officia complectitur. Impij ergo & maligni seductores sunt, qui simpliciter credere iubent, quasi fides, ab aliorum autoritate dependens, ad salutem sufficiat, & non potius cum suis ducibus in foueas cadant, qui cæcos sequuntur. Apostolus certè clamat: Ne cuius spiritui credideritis, sed probate spiritus an ex Deo sint. Arguit præterea locus iste eos, qui, dum Euangelium prædicatur, se quid dicatur, intelligere negant. Quid enim isti aliud dicunt, quam quod se ex ouium Christi numero esse negant, quarum proprium est Christi vocem, in Euangelio sonantem, agnoscere? Arguuntur præterea, qui cum Christiani dei & haberi velint, relicta tamen & contempta Christi voce diaboli suggestionibus locum dant, aut eos sibi duces deligant, qui per mille ambages, à Christi doctrina alienissimas, eos circumducunt. Quo loco euident apparet corruptionis nostræ argumentum. Norunt oues pastoris sui vocem, & (vt apud Isaiam ait Dominus) agnoui bos possessorem suum, & asinus præsepe heri sui: sed & immanes bestia, leones, vrsi, lupi, & si quæ his sunt crudeliores, eò usque cicurantur, vt suis benefactoribus aliquam gratiam referant, & obsequium qualescunque præstent. Solus autem homo ita omnem naturæ sensum exiit, vt nec Deum creatorem suum, neque summum illum pastorem, Iesum Christum, neque ab eo constitutos pastores, agnoscant, fidos nimirum, Ecclesiæ ministros, Magistratus sanctos, aut etiam parentes, ex quibus genitus est. Sunt hæc horrenda nostræ miseræ indicia; quibus corrigendis, imò tollendis & extirpandis, omnes eos studere oportet, qui salutem in Christo assequi cupiunt.

Gal. 1.

1. Joh. 3.

Apo. 21.

Luc. 6.

1. Joh. 4.

Iohan. 10.

Isai. 4.

Cæterum

Ceterum addit hoc loco Euangelista: Hanc parabolam dixit eis Iesus: Illi autem non cognouerunt, quæ essent ea, quæ loquebatur eis. Ergo qui sibi primatum in populo Dei vendicabant, tam ignorantes fuerunt, vt parabolam, quæ passim occurrit scripturas legentibus, non intelligant. Quanta ergo fuit tunc eius gentis infelicitas, cuius doctores tam cæci & stupidi fuerunt? Sed vtiam non etiam hodiè huius generis exempla extarent. Tractatur aliquis Euangelij locus coram principibus aut regibus, aut de fide Christiana apud Pontifices & Episcopos disputatur: Mox illos attonitos obstupescere videbis (si mudò aures præbeant) perinde ac si in nouo orbe constituti, Canibales sue Garamantes loqui audiant. Imò inuenias ex ijs complures, qui ne librorum quidem scripturæ sacræ nomina agnosceant, & quo ordine scripti sint profus ignorent. Et hi ferè Ecclesiæ columnæ & lumina censentur. Oremus ergo Deum, vt ipse omnium mentes discretionis spiritu donet, vt summi pastoris Iesu Christi vocem agnoscere discant, & eam secuti cœlestis & æternæ salutis hereditatem cum illo adeamus: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Dixit ergo eis rursus Iesus: Amen, amen dico vobis, ego sum ostium oviũ. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones: Sed non audierunt eos oues.

VIA IVDÆORVM SCRIBAE ATQVE SACERDOTES, non modò ipsi Christum aduertabantur, verum etiam indignissimè ferebant, quòd multi ex populo illum doctorem & seruatorem suum agnoscerent, ipsis relictis qui Ecclesiæ antistites atque pastores haberi volebant: Ille commodè admodum parabolam de pastore & ouibus proponit, qua laruos illos pastores omnibus detegit, simulque docet, se pastorem Ecclesiæ verum esse, nec cuiquam mirum debere videri, si populus ipsum potius quam illos sequi & audire malit. At quia parabolam illi non intellexerunt, nunc eandem ipse verbis disertis exponere incipit. Vbi ante omnia diligentem considerationem meretur Christi benignitas, & mira facilitas, qui quos corripere & grauitè reprehendere poterat, tam amicè & humaniter instituere dignatur. Sunt eius multa alia exempla, quibus excitari debemus, ne de ipsius erga nos voluntate dubitemus, imitemur autem eius mansuetudinem, si quando cum ijs res est nobis, qui in percipiendis regni Dei mysterijs tardiores, veletiam contumaciores sunt.

Principio autem, quia præcipuam notam, qua veri pastores à falsis distinguuntur, in eo ostendit, quod illi quidem per ostium ingrediuntur, hi verò aliunde ascendunt siue irreparant: quid per ostium intelligi debeat, docet. Rursus verò propter argumenti grauitatem solita asseuerandi formula vitur, quæ ipsi iurisiurandi vice fuit: Amen, amen dico vobis, Ego sum ostium. Quasi diceret: Fures & latrones esse dixi, quorquot non per ostium ingrediuntur: Atqui ostium illud ego ipse sum: Itaque latrones & fures sunt, qui me aspernantur, & sine me Ecclesiæ pastores censerunt. Sunt hæc, quoad statum tractationis huius, diserta & clarsatis, quia tamen ijsdem alia sub sunt, quæ in huius argumenti considerationem veniunt, de illis etiam dicendum est. Vbi primò obseruabis, Christum ostium dici. Est autem ostiorum vsus duplex: Alter, vt per illa ingrediamur, & egrediamur: alter, vt domus claudantur, quòd tutius in illis habitari & res commodius asseruari possint: quæ causa est, quòd illis feræ & repagula & nonnunquam ianitores quoque, adhibentur. Vtrumque nobis, vel potius Ecclesiæ suæ Christus præstat. Quia enim Mediator est inter Deum & nos, per illum ad Deum ingrediuntur oportet, quicumque inter eius domesticos recenserunt cupiunt. Idem etiam per ipsum ingressis tuta omnia reddit, neque eos à Dei dilectione separari patitur. Vnde Paulus dicebat: Christus est, qui mortuus est, imò verò qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui etiam intercedit pro nobis.

Christus est
ostium.

Rom. 8.

Nam

DIEI III. PENTECOSTES.

Nam his mox subiicit: Quis nos separabit à charitate Christi? Num afflictio, Num angustia, &c.

Facit ergo ostij parabola multum ad fidei confirmationem, quando docet, non esse periculum, ne diabolo aut lupis præda fiant, qui intra Ecclesiæ septa sub Christo protectore sese continent. Simul etiam admonet, domum Dei non cuius patere, sed ijs modo, qui per verum illud ostium rectè ingrediuntur. Confutantur ergo hic Epicuræi, qui cum in corde suo nullos Deos credant, attamen de religione verba faciunt, & ne quem offendant, vnumquemq; in patria sua religione seruari aiunt, modò eam sanctè colat, & Deo cupiat inservire. Deum enim Regi potentissimo similem esse, qui in aula sua Musicos omnis generis alat, & quàmuis illi non iisdem instrumentis vtantur, nec etiam arte pares sint, omnium tamen studium ex æquo probet, quo ipsi gratificari cupiant. Quorum rationes multis confutari poterant. Sed sufficit, quod ostium Ecclesiæ vnicum Christus est, per quem qui non ingrediuntur, ij ne in conspectu quidem Dei vnquam venient, ne dum vt hinc ipsorum siue studium siue cultus probetur.

Querum ostiū
sū Christus.

Matth. 7.

Deinde, quorum nam ostium sit Christus, videamus. Ego (inquit) sum ostium ouium. Ergo non vrsorum, leonum, luporum, qui lanient introgressi, & oues deuorent: non etiam canum, qui improbo latratu pastoris voci obganniant: non porcorum quoq; qui suis sordibus omnia turpiter fædant & polluant. Hos enim ipse Christus alibi indignos pronuntiat, quibus Margaritæ, id est, pretiosa regni sui mysteria communitari satis constat. Nobis igitur ouium naturæ & mores considerandi erunt, vt discamus, quid nos facere conueniat, vt Ecclesiæ membra, & Dei domestici, esse possimus. Vbi primùm occurrit, quod (vt nuper vidimus) oues pastoris sui vocem audiunt, & agnoscunt. Ita qui Christi oues sunt Christi vocem siue doctrinam audiunt, Evangelium scilicet, cuius annuntiandi ergò ipse se in mundum venisse testatur. Et huc referri debet, quod ca. s. Domitiana Iudica dixit: Qui ex Deo est, verba mea audit. Deinde oues non audiunt modò pastoris vocem, verum etiam sequuntur, cum in semetipsis nihil consilij & auxiliij inueniant. Ita Christi oues, quia suam infirmitatem & corruptionem agnoscunt, pastoris sui vocem lætæ sequuntur, & ea reuocata in viam redeunt, si quando aberrarunt, & præuentis vestigia studiosè obseruant. Præterea mira est ouium simplicitas, & ad nocendum adeo non instructæ sunt, vt potius omnia sua ad hominum vsum & vtilitatem conferant. Lana enim & pellibus suis nos vestiunt, lacte & carnibus alunt, stercore & lotio, adeoque vngularum vestigijs, agros impinguant, & feraces reddunt. Ita Christi oues arma, quibus noceant, habent nulla, neq; etiam habere cupiunt, omnibus verò prodesse student. Diuitijs ergo suis egenos iuuant, doctrina rudes instituunt, admonitionibus fidei errantes reuocant, infirmos & perturbatos consolantur, exemplo virtutis omnes excitant, neque amicis modò & benè de se meritis, verum etiam inimicis benefaciunt, pro quibus orant, & quos omni officiorum genere lucrifacere satagunt. Vt verò oues, cum sine fraude doloque, tamen laniantur à lupis & reliquis betijs, ab hominibus quoque matantur, tondentur, exuuntur, comeduntur: Ita Christiani, cum tales sint, quales esse diximus, hostes tamen habent quàm plurimos, & omnium iniurijs expositi sunt, adeo vt multis lusus iocusq; multis verò cultus Deo gratissimus puterur, si illos fortunis omnibus spolient, in exilium eiciant, conuictijs atrocibus proscindant, & omni suppliciorum genere excarnificent. Caterum vt oues incredibili patientia quiduis ferunt, adèdere ipsas volentibus non reluctantur, imò ad macellum sponte festinant, confossæ & iugulatæ silent, neque (vt porci solent) clamore & grunntu siue balatu omnia replent. Ita qui Christo verè nomen dederunt, eius etiam exemplum imitati, iniurias omnes patienter ferunt, maledictis peccati non maledicta regerunt, læsi non conuictantur, percussi non vindictam exigunt, pro Christo deniq; & salute publica parati sunt vnà cum fortunis suis sanguinem quoq; & vitam profunderè: id quod Martyrum cum veterum tum recentium exempla plurima testantur. Hæ ergo ouium Christi notæ sunt, quibus eos necessariò studere oportet, qui per ostium illud in ouile eius ingredi & in societatem sanctorum recipi, volunt. Quapropter nequicquam Christianorum nomine sese venditant, qui Evangelium audire nolunt, qui hoc se agnoscere & intelligere negant, qui pastoris Christi vocem oderunt, & fugiunt, qui, quasi ad nocendum nati sunt, furantur, rapiunt, defraudant, expilat, belligerantur, occidunt innoxios, doctrina & exemplo seducunt.

seducunt atque corrumpunt, ut non hominines, sed lupi, sed ursi & leones, sed tygrides & Dracones, dici mereantur, qui denique omnis iniuriæ impatientes in priuata vindicta præcipuam fortitudinis laudem quærunt, & in Christi confessione subdole tergiverfantur, ut quemadmodum vespertiones inter volucres & quadrupedes medium locum obtinent, ita ipsi quoque inter Christianos & Antichristianos ceu mediij constituti, vtrisque probari volunt, ne vel nomini aut opibus ipsorum aliquid decedat, ne dum ut pro religione vitæ periculum adeundum esse putent. Possunt equidem, qui tales sunt, in externam Ecclesiam sese vel subdola simulatione insinuare, vel etiam violenter in ea sibi locum præcipuum occupare: sed quia per verum ostium non ingrediuntur, & proinde non oues sunt, eijcientur aliquando, & suæ simulationis vel tyrannidis graues pœnas dabunt principi pastorum Iesu Christo, qui ouile suum non patietur ab illis perpetuo pollui aut vastari.

Cæterum ad loci huius tractationem & Christi verba redeamus, qui præoccupati-
one quadam obiectioni aduersariorum occurrit. Quia enim antea complures sese pastores
populi Dei & vindices esse dixerant, quos impostores & lupos fuisse res ipsa declararat, &
ideo ipse etiam Dominus multis poterat suspectus videri, nunc sese ex omnium illorum
numero eximit, & quid de ijs iudicare debeat, docet, qui aliam salutis rationem hucus-
que tradiderunt, vel etiam in posterum tradituri sint. Omnes (inquit) quotquot ante
me venerunt, fures sunt & latrones, &c. Quæ verba non de tempore exponi debent,
sed de doctrinæ ordine aut scopo: ut ante me idem sit, quod Me non præeunte, vel sine
me, aut non à me missi. Quod ad enim temporis ordinem, Christi in carnem aduentum
multis seculis præcesserunt primùm Patriarchæ, quos Deos hinc inde peregrinos vagari
voluit, ut promissionum & fœderis sui præcones, atque testes essent: Deinde Moses &
Propheta, Postremò Ioannes Baptista, qui hoc nomine potissimum commendatur, quod
Christi præcursor fuerit. Sed hi omnes non sine Christo, sed ab illo missi, & eodem
præeunte, venerunt. De Abrahamo enim cap. 8. Dominica Iudica audiuius quod di-
ligi. De Prophetis autem Petrus testatur, quod duce Spiritu Christi de eius morte &
gloria vaticinati sint. Et Ioannē in utero matris eodē spiritu repletū fuisse scimus. Hi ergo
omnes etsi tempore Christi incarnationem præcesserint, non tamen sine illo, sed ipso il-
lis per Spiritum suum præeunte venerunt, & de ipso publicè testati sunt. Itaque non de
capitis figmenta secuti sunt, & salutis rationem nouam extra ipsum tradiderunt, adeoque
gloriam, quæ illi debetur vel sibi ipsis vendicârunt, vel in creaturas quascunque tran-
stulerunt.

Seductores & impostores arguit.

Act. 3. & 1. Pet. 1.

Luc. 1.

Tales fuere, qui legem Dei docuerunt, non præeunte luce promissionis de Christo
quem legis scopum esse constat. Hi enim ex lege ostium fecerunt, cum ea pædagogus
sit ad ostium salutis & Ecclesiæ deducens. Ex horum numero fuerunt olim impij Sacer-
dotes in Iuda & Israele, & circa Christi aduentum Pharisei, Sadducei, Essæi, & quotquot
homines operibus legis iustificari docebât. Ad eundem ordinem pertinent Baalitar, Chal-
dæi, gentium Philosophi & Sacrifici, qui legem naturæ exponendo præcepta de moribus
tradiderunt, & cultus varios instituerunt, sed non prælucente Christo, in quo vno nobis
pater reconciliatus est. Quibus adnumerari possunt impostores, qui Messia nomen &
officium sibi vendicando, se populi vindices professi sunt, quales paulò ante Christum
natum erant Theudas & Judas Galilæus, quorum in actis fit mentio. Et hos quidem
omnes multū inter se diuersos satâ pro sua astutia excitauit, ut ipsum quoq; Christū multis
suspectum, & omnem promissæ salutis rationem dubiam & incertam faceret, utque toties
decepti Christum etiam rejicerent. Inter gentes verò religionum varietate Epicureis-
mum inuexit, quo multi decepti, Deos omnino nullos esse purârunt. Simili astu postea
quoque vsus est, quoad nouissimum Domini aduentum cuius falsa prædicatione (ut ex
Pauli secunda ad Thessalon. epist. apparet) multos iam olim delusit, & postea signa, hanc
præcessura, nouis figmentis obscurauit, ut homines huius planè incertos faceret: simulq;
sectarum diuersitate, & assiduis de religione & vera salutis ratione contentionibus, totam
hanc causam multis odiosam & inuisam reddidit. Quo magis hæc Christi admonitio ob-
seruari debet, qua omnes omnium ætatum impostores perstringit, & fures atque latrones
dicit eos, quicunque salutem & eius viam extra ipsum monstrant, & docendi munus in
Ecclesia vsurpant, cum ipsum non sequantur ducem, qui nobis à patre Catholicus & irre-
fragabilis æternæ veritatis doctor datus est.

Rom. 10. Gal. 3.

Act. 5.

2. Thess. 2.

Est au-

*Hominum
maxima pars
damnatur.*

Est autem graue admodum hoc Christi dictum, ad cuius considerationem non potest non perhorrescere pia mens, si cogitet hic maximam humani generis partem damnari, quando constat, iam inde ab exordio mundi plures semper impostores fuisse qui Christum vel prorsus ignorarunt vel eius doctrinam & promissiones suis commentis obscurauerunt, & iisdem maiorum hominum partem adhaesisse, vt vix pauculi quidem semper fuerint, qui in promissum humani generis Seruatorem essent intenti. Quod ipsum hodie etiam ferri videmus. Annon enim Christo quasi praecurrunt Mahumetani omnes, quando non praesente illo in suis absurdissimis superstitionibus salutis fiduciam collocant? Atqui hi maximam orbis habitati partem sub suo dominio premunt. An non horum similes sunt Iudaei, quorum multa millia hinc inde dispersi Messiam nouum expectant, verum autem & olim exhibitum horribili impietate execrantur? Quid vero inter Christiani nominis professores fiat, nemo plus fideis oculis intueri, & sine gemitu atque lacrymis vel audiri vel referri potest: gloriantur quidem in Papatu Christi nomine pontifices, Episcopi, Monachi, Sacrifici. Sed at non relicto Christo noua ostia fingunt, & illo non praesente salutis rationes nouas & falsas monstrant, dum illum in Sacramento altaris quotidie offerri aiunt pro viuis & mortuis, dum iustitiam nostris operibus, & salutem horum meritis tribuunt, vt nunc de foedis & crassissimis alijs erroribus nihil dicamus? Vtinam vero illa diligentius expendere omnes, & proculdubio cum priuata tum publica salutis causa maiori serio agerent, eosque patientius ferrent, qui fures istos & latrones profligare, & Christo suam gloriam vindicare student.

*Oues Christi
non audiunt
fures et latrones.
Isa. 8.*

Attamen hic consolationis plenum est, quod Christus addit: Sed non audierunt eos oves. Venerunt quidem (ait) multi fures & latrones, & maximam orbis partem post se traxerunt ad interitum. Iidem tamen oves, id est electos Dei secum abripere non potuerunt, quos ego seruaui, vt quantumuis pauci numero, & (vt Isaias loquitur) portenti instar essent, veram salutis rationem firmiter retinuerint. Et hoc quidem propter eos dicit, qui doctrinae veritatem ex sectatorum multitudine & vetustate, aut longi temporis praescriptione, aestimabant, vt ostendat non videndum esse, quam diu aliquod doctrinae genus durarit, & quam multos habuerit sectatores: Sed potius quales sint, qui illud tradiderunt, quaeque omnibus saeculis eorum fides & sententia fuerit, quos ex scripturae sacrae & spiritus sancti testimonio constat, oves Dei fuisse. Tales olim Patriarcha, Moses, Iosue, Dauid, Prophetae, & horum discipuli, Zacharias item & Elisabetha, Anna Prophetissa, Simeon, Ioseph, Maria, & horum similes fuerunt, qui omnes nequaquam audierunt eos, qui vel legis opera, vel nouas superstitiones, non praesente luce promissionis de Messia docebant. Seruit hoc ijs confutandis, qui hodie vetustatem, successionem multitudinem & potentiam nobis obijciunt, vt hisce quasi fulcris ruentem Papatum sustent. Possent enim haec omnia in ijs multo illustriora monstrari, quos in praesenti Christus fures & latrones dicit, & hodie Papatus Mahumetismo neque vetustior neque potentior, aut victoriarum successibus illustrior, sed quoad ista omnia longe inferior est. Sed eiusmodi fulcris nitantur oportet, qui sua verbi Dei autoritate tueri non possunt, & de his alibi plura diximus, vt nunc ijs inhaerere non sit opus.

*Fides Christiana
ab ipsa
mundi origine
durauit.*

Prinsquam tamen hinc digrediamur, duo adhuc expendenda restant. Primum, quod de ijs loquens, qui ab ipsa mundi origine seductores fuerunt, simul quos hodie Christianos dicimus, denotari iam ante diximus, & ex toto huius tractationis contextu satis apparet. Ergo ab ipsorum exordio fides Christiana in terris fuit, & antequam ille in carnem veniret, fuerunt qui Christiani essent, & quos ille pro talibus agnosceret.

*August. tract.
45. in Ioan.*

Annotauit hoc ipsum in huius loci expositione D. Augustinus cuius haec verba sunt: Ante aduentum Domini nostri Iesu Christi, quo humilis venit in carne, praecesserunt iusti, sic in eum credentes venturum, quomodo nos credimus in eum qui venit. Tempora variata sunt, non fides, &c. Et postquam hanc sententiam Pauli verbis probauit, qui nos eundem cum veteribus fidei spiritum habere, et illius eadem escam spirituales nobis cum commedis ait, rursum infert: Quotquot ergo illo tempore crediderunt vel Abrahamae, vel Isaac, vel Iacob, vel Moysi, vel alijs Patriarchis, alijsque Prophetis, Christum praenuntiantibus, oves erant, & Christum audierunt, non alienam vocem, sed ipsius audierunt, &c. Sunt haec multa obseruatione dignissima, quia & fidei nostrae vetustatem asserunt

1. Cor. 10.

2. Cor. 4.

asserunt aduersus calumniatores, qui eam hodie nouitatis suspicione grauant, & dulcissimam consolationem habent, dum nos eius coniunctionis admonent, quæ nobis cum sanctissimis patriarchis & diuinis prophetis, Dei seruis & amicis celeberrimis, intercedit: simulq; fidei constantiam adiuuant, ne ab eorum confortio nos abduci patiamur, quorum memoria apud omnes non honorifica modo, verum etiam sacrosancta est.

Secundo loco obseruare conuenit Dei fidem & industriam, qua in suis seruandis & defendendis vitur. Quia enim natura mendaces & ad errores proni sumus, facile quiduis admittimus, quod aliqua veri specie palliatur. Imò, vt exempla vetera & recentia docent, nemo tam absurda & nefanda excogitare potest, qui non discipulos & sectatores inueniat. Quis ergo non agnoscat Dei manum, quando inter medias errorum tenebras aliquos in officio contineri videt, & non ipsi quoque cum errantium multitudine abripiuntur? Evidentius tamen illa sese exerit, quando eos, qui iam aures præbuerunt seducant, & in errorem abducti sunt adhuc tamen pro ouibus agnoscit, & in viam reuocat, ne in erroribus perseuerent, & ita cum reprobis malè pereant. Factum hoc olim sub Mose & prophetis, quando veritatis lucem aliquam seruauit, & exiguas suorum reliquias custodiuit, ne communi errore ipsæ etiam absorberentur. Et idem nouissimis quoque tēporibus euenturum esse, Christus non obscure innuit, quando eam rerum conditionem fore ait, vt si fieri possit, electi quoque seducantur, simulque illorum causa dies istos decurandos esse pollicetur. Verè autem hoc ab illo prædictum esse nemo non videt. Etsi enim & veritatis doctrina superstitionis hominum traditionibus tota obruta esset, mirabili ratione, & peculiari gratia, aliquos semper seruauit Deus, qui veritatis testes essent, & Antichristi anas superstitiones oppugnarent. Et hodie in illis locis, vbi cœtus piorum nulli habentur, subinde inueniuntur reliquæ aliquæ ouium Christi, ex quibus suo tempore Ecclesia instaretur. Soleretur hoc omnes, qui Christum vera fide amplexi sunt, nec metuere vq; a fore, vt ipsos excidere patiatur is, q suo sanguine eos redimere dignatus est, sed & ministris hoc animum addat ne se frustra laboraturos putent. Nunquam enim deerunt, qui relictis furibus & latronibus ipsos audiant. Interim eorum ignauia & leuitas arguitur, qui cum oues Christi haberi velint, in audienda eius voce adeò trigidè sunt, vt nullo Zelo interioris religionis afficiantur: neque eo contenti, simul quouis vento doctrinæ se circumagi patuntur, adeoq; gaudent, si quos audiant, qui fidei Euangelij ministris negotiū faciunt. Oremus itaque Deum vt efficaci Spiritus illuminatione animos nostros excitet & confirmet, vt in Iesu Christi confessione constanter perseueremus, & in illo vitam æternam consequamur. Amen. Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Dei fides suos seruantis.

Matth. 24.

HOMILIA TERTIA.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, seruabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet & perdat: Ego veni, vt vitam habeant, & abundantiam habeant.

MULTA QUIDEM ET EXIMIA DIVINAE bonitatis erga humanum genus argumenta extant, at inter illa in primis memorabile, & assidua meditatione dignum est, quod cum in primo parente omnes ouium instar aberrauerimus, Deus sui verbi lucem protulit, & huius ministros siue præcones instituit, qui pascorum instar errantes in viam reducant, subque verbi pedo in gregis dominici societate contineant, & mentes nominum assidua doctrina atque consolatione pascant, vt inter huius seculi labores constantè perseuerare, & huius cursum emensi ad cœlestis vitæ consortium ingredi possimus. Commemorant hoc scripturæ passim inter beneficia maxima, quibus omnem suam erga Iudæos benevolentiam DEVS declarauit, & Ecclesiam noui testamenti hac

Ioan. 16.

Ephes. 4.

hac potissimum promissione Dei filius consolatur, quod nunquam defuturi sint, qui salutis verbum prædicent & in foederis sui societate pios contineant. Per Isaiam enim cap. 59. sic loquitur: Ego hoc foedus cum eis pangam, Spiritus meus, qui super te est, & verba mea quæ inserui ore tuo, nunquam recedent de ore tuo, neq; de ore seminis tui, neq; de ore nepotum tuorum, dicit Dominus, porro in sempiternum. Et in Euangelio quoq; Spiritum promittit, qui nos inducat in omnem veritatem, & cum de nouissimi seculi periculosa conditione dissereret, Euangelium in toto orbe prædicandum esse ait, ne quis huius lucem vnquam extinguere posse arbitretur. Sed & Paulus Apostolus Christi curam & prouidentiam hoc potissimum argumento commendat, quod etsi in supremam regni caelorum gloriam ascenderit, Spiritus tamen sua dona inter homines distribuat, & alios quidem det Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad coagmationem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis sui. Veruntamen constat simul, diabolus omnibus seculis falsos pastores quoq; excitauisse, qui sibi ipsos greges proprios collegerunt, & ijs postea Ecclesie Dei nomen tribuerunt, & illum idem nouissimis temporibus sub Antichristi regno facturum esse, scripturæ prædicunt, quod quanta cum astutia simul atq; audacia faciat, non sine multorum periculo & interitu quotidie experimur. Prodest ergo parabolam, quæ hoc capite tractatur crebro inspicere, qua Christus ita docet, se verum suæ Ecclesie pastorem esse, vt simul certas notas præscribat, quibus obseruatis, pastores veros à falsis, & impostoribus vel pastoribus cognoscere possimus. Est inter has præcipua, quod pastorem verum non aliunde, quam per ostium ingredi ait, & nihil in doctrina tentare, cuius non ipsum ducem atq; magistrum habeat, ideoq; fures & latrones esse, qui ipsum præuerrere, & non præeunte ipsius luce aliquid moliri audent. Quam partem etsi nuper diligenter & disertè tractauit, tamen eandem in præsentem repetit, & primo quidem amplissimis donorum celestium promissionibus nos ad ipsum amplectendum hortatur, deinde vero periculi etiam denuntiatione absterret, ne aures præbeamus ijs, quos fures & latrones esse dixit.

In Christo
ostium salutis
omnibus aper-
tum.

Quoad primum, repetit quod prius dixerat, se nimirum esse ostium, per quod in Ecclesie & salutis consortium nos ingredi oporteat: ne quis hoc illi temere excidisse, aut in ore natum esse, putet. Et mox quid inuenturi sint docet, qui per ipsum ingrediuntur, id est, qui ipsum seruatorem suum, & vnicum apud Deum mediatorem, agnoscunt. Vbi priusquam verba eius expendamus, obseruari debet singularis bonitas Dei, qui miseris nobis & olim propter primi parentis peccatum ex paradiso eiectis æternæ salutis ostium in filio suo aperuit: nec aperuit modo, verum etiam illum in terras hæc misit, qui homo factus, se ostium illud esse clamat, & absq; vlllo personarum respectu omnes inuitat, ut per ipsum ingrediantur. Qui enim nuper dixit, se ostium esse ouium, omnium scilicet, qui ipsum agnoscunt, suum pastorem esse, idem nunc ait: Per me si quis introierit, &c. Quasi diceret: Quisquis tandem ille sit, siue doctus aut indoctus, diues aut pauper, senex aut iuuenis, cuiuscunq; denique conditionis, sexus aut loci, in me vitam inueniet.

Actor. 10.

Col. 3.

Ita enim hæc verba Apostoli exponit, ex quorum numero Petrus ait; In veritate depræhendo, quod Deus non accipiat personam; sed in quauis gente, quisquis timet eum & operatur iustitiam (id quod fieri non potest, nisi CHRISTVM amplectamur quod est per verum ostium ingredi) is acceptus est ei. Et Paulus de CHRISTO loquens dicit: Vbi non est Iudæus neque Græcus, non seruus neque liber, non masculus neque foemina, non barbarus vel Scythæ, &c. Habent hæc consolationem dulcissimam, quæ nos in quouis tentationum genere efficacissimè consolari, & in fide confirmari potest ne nos vel propter ante actam vitam, vel propter præsentem afflictionem, aut vilem & contempnam coram mundo hoc conditionem, à Christo & salutis consortio excludi putemus. Quisquis enim relictis superstitionibus & peccati seruitio ad illum conuertitur, is iam ouis factus est, & in illo ostium salutis apertum inueniet.

Christus ostium
humile.

Matth. 11.

Luc. 9.

Quia vero ostium hoc Christus est, simul nos cogitare oportet, illud procul dubio humile & depressum ostium esse, non immodico spatio patentem portam, quales in regum pallatijs visuntur, & quales illic esse oportet, vt ad excipiendâ pompâ aulicâ, militum item & equitum armatorum turmas possint sufficere. De seipso enim ille pronuntiat: Discite à me, quod mitis sim & humilis corde. Et rursum: Filius hominis non habet, quo

quo reclinet caput suum. Zacharias item Propheta, cum Christi regis aduentum prædiceret, istum quidem sui populi vindicem & Seruatorem fore docet, sed mox addit pauper ipse, & vehens super asino & pullo asinarum. Quo & illud Pauli referri debet, qui illum extreme humiliatum & exinanitum esse ait, usque ad mortem crucis. Quia vero talis est, in quo ostium salutis Deus pater nobis aperuit, etiam eos humiliari oportebit, qui per illum ad salutem ingredi volunt. Elatos enim, & sarcinis multis onustos, portantem recte humiliemur, ab ipso animo initium fiat, ut non modo conditionem huius seculi arumnarum plenam inspiciamus, verum etiam adhaerentem, imò præcordijs & metullis in fixam naturæ nostræ corruptionem consideremus: Cuius cognitio nos cristus attollere prohibet, & humiles reddit sub potenti manu Dei, sine cuius gratia nos nihil posse scimus, nec quicquam ex nobis ipsis proprij habere, quo gloriemur. Quod nisi intelligat homo, suæ iustitiæ fiducia elatus & Pharisæico tumore plenus, per ostium hoc non poterit ingredi, sed suam iustitiam stabiliendo à iustitia Dei excidet, quam hic nobis in filio suo offert: cuius mali exemplum in tota Iudæorum gente Paulus proponit. At quia externus quoque factus nos inflat, & inani gloriæ persuasione inebriatos extollit, vraduersus Deum insolenter superbiamus, hunc etiam exuere, & eius instrumenta depone- nere contueniet, qualia sunt opes, honores, amicitia huius seculi, & alia huius generis & illorum fiducia extollitur. Non capit ergo ostium istud infortunios pharisæos, qui suorum operum merita superbe ostentant: non nundinatores Monachos, qui opera iu- perogationis venditant: non suarum virium ostentatores philosophos, qui liberum ar- bitrium & ἀνεξαρτησίαν suam iactant: non sanctitatis perfectæ simulatores Anabaptistas qui hominem ἀναμάρτητον, id est, talem fieri posse aiunt, qui omnino non peccet, & se ex ceterum numero dignitatum suarum iactatores: non clientelis & amicitijs superbos: nullos denique, quos alicuius rei superba fiducia aduersus Deum aut verbum eius extollit: sed eos solos, qui suis ipsius cognitione humiliati carnis affectus mortificare student, & excussa omni externarum rerum fiducia toti ab vnus Dei gratia pendent. Hi enim soli ad CHRISTVM festinant, quem gratiæ istius mediatorem esse agnoscunt, & quia in eodem omnia reposita esse norunt, eo vno contenti sunt, & ita per illum in Ecclesia Dei & æternæ salutis consortium ingrediuntur.

Zach. 9.

1. Pet. 5.

Rom. 9.

Porro fructus videamus, quos amplissimos pollicetur ijs, qui per ipsum ingredi- untur, dicens: Per me si quis introierit, seruabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.

Quid inueniāt qui per Christum ingrediuntur.

1. Seruantur ex peccatis. Matth. 1.

Primò Seruantur, qui Christum vnum agnoscunt, id est asseruntur ex perditione, in quam satan humanum genus per peccatum induxit. Eiusmodi enim Seruatorem esse CHRISTVM, Angelus testatur, Iosepho, ob Mariæ virginis conceptum soli- cito, dicens: Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, id est, Seruatorem. Is enim seruabit populum suum à peccatis suis. Est hoc obseruatu imprimis necessarium, ne CHRISTVM nobis alium, quam reuera est, imaginando, pro coelestibus bonis terrena, proque æternis & veris temporaria & imaginaria in illo quæramus. Nam quia veræ salutis autor nobis esse debuit, ea etiam confert, sine quibus salus hominis non consistit. Et nequicquam ex paupertate, morbis, exilio, carceribus & reliquis calamitatibus, asseruntur, quos peccati reatus adhuc grauat, qui nos iræ filios, & æternæ damnationis mancipia, facit. Ex eo autem asseruntur, qui Christum fide vera recipiunt, quia ille nobis à Deo patre Satisfactio & iustitia factus est. Itaque vnum hoc omnem hominis felicitatem comprehendit; Quia nihil præterea ijs deesse potest, qui peccatis congerati cum Deo in gratiam redierunt. E contra verò apparet, perditionis adhuc filios esse, quotquot per vnicum illud ostium ad salutem ingredi dedignantur.

1. Cor. 1.

Deinde ingredietur (inquit) & egredietur. Solent ista locutione Ebræi totam hominis conuersationem vnà cum studijs & actionibus eius omnibus exprimere. Sic Deuter. 3. diuinæ legis obseruatoribus dicitur; Benedictus eris in ingressu tuo, & benedictus in exitu tuo, id est, quicquid instituas, illud omne Deus faustum felixque faciet. Et Solo- mon petebat sibi sapientiam dari à Domino, ut ingredi & egredi posset coram populo, id est, ut regis officia dignè obiret, nec aliquid tanto munere indignum faceret. Quia verò hic de Ecclesia Dei, & æternæ salutis consortio, agitur, duplex huius loci sensus est. Nam

1. Ius habent tunc versandi in domo Dei. 1. Reg. 3.

DIEI III. PENTECOSTES

Nam primo ius suæ domus pollicetur Christus, quodq; pro suis domesticis & familiaribus agnoscere velit eos, qui ipsum suum Seruatorem & mediatorem apud patrem agnoscunt. Est hæc magna dignitas, qua nulla maior homini contingere potest. Si enim honorificum putatur, magni alicuius Regis aulicum censeret, & in eorum numero esse, qui (vt ille dicebat) aureis compedibus vincti plus quam seruilem vitam degunt: Quamto præclarior est, inter regis regum domesticos locum habere, qui non serui, sed in libertatem asserti & Filij Dei facti sunt, vt coelestis regni hæreditatem cum Christo Iesu accedant?

1. Pet. 5.

Deinde tutam quoque securitatem suis promittit Dominus, qua fruuntur quicumque ipsum dignè recipiunt. Ingressiuntur enim & egrediuntur tuto, nec est quod diaboli insidias multum metuant, quem Christus foras eiecit, vt neque in ipsum, neque in membra eius, quicquam iuris habeat. Oberrat quidem ille vt leo rugiens, & quærit, quem deuoret. At resistunt ei fortes in fide, qui Christo insiti sunt, & olim illum Dominus totum sub pedibus ipsorum conculcabit. Præterea, etsi per tyrannos quoque sæuiat, qui minis & supplicijs atrocibus, pios à Christo auellere conantur, tamen ij quoque nihil proficiunt apud eos, quibus volupe est pro Christi nomine affligi, & huic in cruce conformes fieri, vt olim cum eodem in coelis viuere & regnare possint. Itaque ijdem hac spe suffulti alacres per Christum ingrediuntur & egrediuntur, id est, omnia sua in Christi nomine faciunt, neque eius illos pudet, quem suum Redemptorem esse norunt.

III. Pascuntur ad vitam æternam.

Hic tertio addit; & pasua inueniet. Loquitur autem de pabulo vitæ, quod semel sumtum animas satiat, vt nec esuriant neque sitiant amplius. Est hoc ipse Christus, panis ille vitæ, qui de cælo descendit, vt, qui ex illo edunt, non esuriant in æternum. Inuenitur is in Euangelio, quod ipsum pro nobis hominem factum, mortuum & resuscitatum prædicat: cui quotquot credunt, hi carne & sanguine eius, id est, merito mortis & sanguinis eius pascuntur ad vitam æternam. Ea item Euangelicæ doctrinæ ratio est, vt in quouis casu siue tentatione nobis ea liberalissimè proponat, quæcunque ad fidei nostræ confirmationem, & salutem æternam faciunt, sicuti multis demonstrari poterat, nisi quotidie de his dicendi occasio sese offerret. Obseruabis autem pasua hæc animarum in Christo inueniri per fidem nimirum, non autem vel pecunijs vel operum nostrorum meritis redimi. Quid enim pro æternæ vitæ pabulo dabit homo, qui ne corporis quidem victum meretur, si suo aduersus nos iure Deus vti velit? Aut num Deum adeo indignum putabimus, vt nostris pecunijs aut officijs opus habeat? Dauid certè omne hoc ipsius gratiæ tribuit, dicens: Dominus pastor meus est, non egebo: In pasuis herbis accubare facit, & ad tranquillæ aquas ducit me: Animam meam reuocat, ducit me in Orbitis iustitiæ. PROPTER NOMEN SVVM. En propter nomen suum facit hoc Dominus, quia nimirum beneficus, mitis & nostri amans est, non quod nos tale quid mereamur. Clarius adhuc ipse Dominus apud Isaiam hoc explicat, sic clamans: O vos omnes qui sititis, venite ad aquas, & vos, quibus non est pecunia, venite, comparate & comedite: Emitte sine argento & sine pretio vinum & lac. Cur exponitis pecuniam pro non parum morari, quorum omnium hic nobis vsus esse debet, vt vno Christo contenti, qui & pastor & ostium, ad hæc pabulum animarum vberissimum est, omnes eos procul fugiamus, qui nos ab eo abducere conantur.

Psalm. 23.

Isa. 55.

Falsorum Pastorum finis et institutum perdere.

Matth. 7.

Cæterum, quia ea est carnis nostræ tarditas, vt hic nullæ admonitiones sufficiant, denuo impostores & seipsum confert, quo magis excitemur ad cauendum eos, qui publicæ saluti hostiliter insidiantur. Et de illis quidem sic loquitur: Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Quæ verba Emphasin habent, quasi diceret: Quocumque prætextu sese pallient & vestiant, qui non per ostium ingrediuntur, & proinde abs me fures & latrones dicti sunt: attamen hoc vobis persuasum sit, quod non alio fine & instituto veniunt, quam vt furentur, & mactent, atque perdant. Et conuenit hoc cum eo, quod alibi falsis Doctoribus pelles ouium tribuit, intus vero lupos rapaces laruam de- autem hæc grauis admodum sententia, quæ nostri etiam seculi impostoribus laruam detrahit, & illis diligenter inculcari debet, qui externa specie & titulorum furore decepti, illos non adeo noxios esse putant. Dicantur enim Reuerendissimi, Sanctissimi, Seraphici, Illuminati doctores, vestiantur item togis talaribus, Cucullis, Liripipijs, Cilitijs, mortificationem item verbis profiteantur, & gestibus atque moribus simulent, certissimum tamen & irrefragabile est, nos, cum per alia ostia ingrediantur, fures esse, & non alium finem sibi propositum habere, quam furari, mactare & perdere. Furantur enim, quando Christo

Christo suam gloriam furripiunt, & illius sanguine redemptas oves sibi vendicant. Mactant item & perdunt, dum vel falsa doctrina animas suorum sectatorum ingulant, vel eorum corporibus & vita insidiantur, quos sibi contradicere sentiunt. Quod tanto rabie & licentia illos facere videmus, ut utrunque periculum simul cavere non possint, quibus aliquid est cum illis negotij. Eos ergo sequatur & audiat, si cui perire libet.

His autem seipsum opponit Dominus, dicens: Ego veni, ut vitam habeant, & abundantiam habeant. Mea (inquit) longe alia est ratio. Quia enim mea sunt oves, illis servandis studeo. Itaque eas non mactare aut perdere cupio, sed ut vitam habeant vnicuique, & ut illa vivant, meam vitam & meum sanguinem pro illis effundere non detrecto. Et quia multi ita vivunt, ut illos mortuos esse praestaret, cum omnium egeni sint, que vitam hanc nobis iucundam reddunt, ego simul in hoc veni, ut oves mea abundantiam honorum scilicet coelestium & gratiae Dei, qui sola omnes huius vitae molestias mitigat, & perpetuo beatos reddit. Faciunt ad horum expositionem, quae passim in Apostolicis literis leguntur. Ioannem certe supra legimus dixisse: De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Paulus in illo omnes scientiae & sapientiae thesauros reconditos esse ait, & in illo Deum nobis benedixisse omni benedictione spirituali. Nec tamen de animo solo his agi putabimus. Quia enim in illo reconciliamur Deo, qui omnis boni fons est redundantissimus, ad totam hominis vitam haec benedictionis abundantia redundat.

Nam qui Christo insiti sunt, hi & egere & abundare norunt, & quia inde soli diuites, soli felices, soli beati sunt. Docent haec Christum verum & fidelem suae Ecclesiae pastorem esse, cui omnia ea probe conveniunt, quae in prima huius cap: parte de vero pastore dicta sunt. Nam non ipse sibi honorem istum vendicavit, sed a Deo patre eterno decreto praordinatus est, sicuti prophetarum oracula testantur, inter quae memorabile imprimis est, quod Ezechiel 34. ad hunc modum habetur: Suscitabo super oves pastorem unum, qui pascat eas, Davidem servum meum: Is pascet eas, atque is erit eis pastor. Itaque venienti aperuit mox ianitor spiritus Sanctus, quo visibiliter inunctus est secundum carnem assumptam pra omnibus consortibus suis, ut olim Davides praedixerat. Agnoscunt hunc omnes electi & in hunc respexerunt omnes, quorum fides in scripturis probatur, sicuti cap: 8. Dominica Iudica in Abrahami exemplo vidimus. Econtra vero ipse suas oves novit, quarum nomina in caelis scripta sunt, & easdem, quando vult, ante diximus. Praecedit autem non modo doctrina, verum etiam exemplo quod in ipso omnis virtutis perfectissimum habemus. Propugnat denique & defendit oves suas, adversus omnes hostes visibiles & invisibiles, & (ut Dominica 2. post pascha audivimus) vitam propriam pro illis exponit. Sunt ergo vere beati, qui hunc sequuntur: Miseri autem & calamitosi, qui hoc relicto fures & latrones sibi deligunt. Oremus itaque Deum patrem ut suo spiritu sub filij sui pedo nos contineat, quod et in hac vita tueatur, & olim regni sui consortes faciat. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

Christi institutum vultis care.

Joan. 1. Col. 2.

Psalm. 45.

DIEI TERTII IN PENTECOSTE

Prima Precatio.

Fili Dei, Pastor fidelis, qui gregem generis humani, turbatum a diabolo, rursus ad Deum aggregas, reprime diabolum & satellites eius, qui veniunt ut furentur, mactent & perdant: Tu vero collige tibi semper inter nos Ecclesiam, serva nobis ministerium: sis noster salvator merito & efficacia, fac ut abluti tuo sanguine ingrediamur & accedamus vera fide ad aeternum patrem tuum, cuius mentem & voluntatem tu sonas, & deinde ingressi in hac vitam propagemus tuam veritatem, & faciemus ea, quae tibi grata sunt. Et tribue nobis, ut dulcem tuum pabulum semper recreet ariditatem nostram, ut in cruce & morte vere habeamus gaudium tuae consolationis in hac vita, per inchoationem, in altera vero de facie ad faciem, ut simus similes tui. Amen.

EIVSDEM DIEI SECUNDA

Precatio.

Tu es dominus noster, nos sumus oves pascuae tuae. Ideo fuit conditum genus humanum, ut DEVS haberet gregem, cui communicaret pascua aeternorum bonorum, in quo

DIEI III. PENTECOSTES PRÆCATIO SECUNDA.

anili ianua fuit Filius Dei, & patet faciens omnem voluntatem Patris, & implens hominem societate illarum rerum, qua in Deo sunt optima. Hanc harmoniam turbavit impius & blasphemus Lator, Diabolus: Is fastidiit ianuam Dei, superbe Filium Dei contempsit, pugnavit cum eo de antecellentia, abiectus fuit ex grege Angelico in aeternam damnationem: Is odio Dei inuasit gregem alienum, ascendit aliunde, abduxit hominem à verbo reuelato, à mandato Dei ad proprias speculationes, rapuit Deo suum peculium, & miseros homines captos spoliavit, & mactavit. Sed tu Fili Dei non es eversus potentia & calliditate diaboli. Tu manes via, veritas & vita. Tu rursus constitutus es, ut sis porta cœli, reuocans errantes oves in veram viam, & reddens illis pabulum vitæ, manans ex mente & pectore æterni Patris tui. Tu idem es bonus pastor, ornatu subtili bonitate patris tui, ardens bonitate erga homines, tibi Ianitor aperit, te æternus Pater exaudit, dedit tibi omnem potestatem in cœlo & in terra, de te dicit testimonium Spiritus tuus, aperiens corda credentium, & ducens eos per te, qui es porta veritatis, in aeternam vitam. Tua vox dulcis est in auribus tui gregis. Oves tua vocem tuam audiunt. Soli illi sunt membra tua Ecclesia & gregis, qui amplectuntur vocem abs te patet factam, & tuo Spiritui obediunt. Tu ouiculas tuas mactas, & languidas affaris, foris tua dulci voce sonante in ministerio: Intus tuus ianitor corda refert, ut te loquentem exaudiant, & sermonem tuum esse verba vitæ intelligant.

Tu oves tuas nominæ compellas, nomine longe suavissimo. Dediti eis potestatem, ut Filij Dei nominentur. Baptizati sunt in nomen diuinitatis, adoptati sunt à tuo Patre ad hereditatem aeternæ vitæ. Nati sunt ex Deo. Hoc dulcissimum nomen discernit eos ab omnibus impijs cateruis, qua sunt ex patre Diabolo. Tu oves tuas insignitas tuo nomine, tuo charactere, educis in mundum, ut sint testes de tua persona & officio. Non autem tuos relinquis orphanos, non discessisti à nobis, ita, ut tibi bene sit, nobis male. Vere nobiscum es usque ad consummationem seculi. Præcedis tuum gregem, doces, regis, & regis tuam Ecclesiam, pascis tuos credentes, tua viuifica presentia, tua consolatione, reprimis tyrannidem diaboli, qui conatur delere veram tuam agnitionem in genere humano: Te dociles tuae oves sequuntur, ex te hauriunt alimenta vitæ, & te docente & gubernante vitant omnes voces discrepantes à tua. Soli tua vox est norma veritatis, regula fidei & inuocationis. Secundum eam & non aliter uocari & inuocari. Est alius grex magnus & formidabilis, quem ducit lator, diabolus. Is uocauit ante TE, antequam tu fuisti constitutus Mediator, in statu integritatis auulsi homines à tuo grege, & subinde in genere humano: stultitiam blasphemias contra Deum, & præcipites homines in tristia scelera, odio Dei, & in aeternum exitium. Habet is suos, ministros falsos Doctores & Tyrannos, qui omnes veniunt ante TE, te non præcunte & uocante. Sed tua cura uigilis & fidei pastoris etiam in media rabie luporum aliqua ouicula gregis seruantur: Ita tua potentia & bonitate FILII DEI reprimis fures & latrones, ut non possint facere uniuersales dissipaciones, ut non totum genus humanum possint perdere. Tu stans ad dexteram tui Patris, & subinde mittis fidos (Doctores) Pastores, per quorum ministerium tu potenter es efficax, & credentibus uerè & substantialiter presens es. Iuua nos o fidissime pastor, ut tuis beneficijs rectè fruamur. Fac ut per te, qui es uia & ianua salutis, ingrediamur. Fuimus proiecti foras in aeternum exitium propter peccata. Totam cohortem tuam impiorum diabolorum & hominum projicietur in tenebras exteriores, à beato conspectu Dei: Sed te ducente redibimus in viam. Tu ducito nos ad tuum Patrem tuo uerbo, & tuo Spiritu. Via illa ignota est creaturis omnibus: Tu illam sapientiam, quam protulisti ex sinu Patris tui, nobis patefacito: Ita saluabimur: Tu enim es Saluator noster merito & efficacia Donabis nobis remissionem peccatorum, & habitabis in nostra natura per tuum Spiritum uera & reali communicatione. Illo Spiritu tibi uniemur: Ingridiemur te monstrante & loquente cernemus pectus æterni patris tui, intelligemus Deum nobis esse placatum tuo ministerio, in conscientia, inuestigabimus pabulum inter arummas, inter pericula, qua committantur confessionem, in tristitia & anxietate cordis experiemur tuam presentiam, qua est gustus æternæ uitæ & lætitiæ. Procul depelle à nobis immanem latronem, qui uenit, ut perdat & mactet, multos tua potentia eripe ex faucibus istius. Nihil ipsi debetur nisi pena. Sed tuo Patre ducitur dicitur, quod abs te sufficienter est per solutum: Ideo tu, qui ueristi, ut habemus uitam, uitam abundantem, talem beatitudinem, qua in cor hominis non ascendit, nos miseris & infirmos seruato in tuo oculo: Defende nos aduersus omnem potentiam hostium tuorum: & tege nos semper: Compellato nos dulci nomine tuo: Sumus os de osibus tuis, & caro de carne tua: Non igitur carnem tuam deferres, sed eam pascas, sustentabis & seruabis ad uitam æternam & gloriam perpetuam. Amen.

DOMI

DOMINICÆ TRINITATIS.

inter Iudæos, Senator fuit. Nam etsi penes Romanos esset Iudææ totius gubernatio, quorum Præsides illic cum imperio erant, reliquerant tamen illi Iudæis Senatam, qui causis cognosceret, & leuiiores quidem secundum ipsorum leges diiudicaret, grauiiores autem ad præsides referret. Et penes illum Senatam summam eorum potestatem fuisse, quæ ad religionem spectabant, ex alijs locis apparet. In eo igitur Nicodemus locum honoratiorem obtinuit, & ideo princeps Iudæorum dicitur.

Accedit eruditionis existimatio, quam apud populum sustinuit non vulgarem, vt in Christi verbis est videre, qui illi postea dicit: Tunc es Magister ille Israelis? &c. Talem ergo tantæque dignitatis discipulum habet Christus, qui hucusque in Galilæa obscurus latuerat, & quem Sacerdotes fere omnes iam cœperant odisse. Admonemur exemplo isto, Deum in omni hominum genere electos suos habere, quos, cum ipsi visum fuerit, vocat, & ad Ecclesiæ suæ societatem adducit: & frequenter fieri, vt illi priusquam vocentur, per sectas & superstitiones oberrent, vt etiam inter scelera grauiora volutentur. Quod enim hic de Nicodemo dicitur, hoc ipsum in Paulo accidit, qui & Phariseus & Ecclesiæ Christi persecutor fuit, priusquam eius discipulus fieret. Et nostro seculo multos ex Monachorum claustris, & sacrificulorum grege prodijisse vidimus, qui in Ecclesiâ reformanda præclaram operam Christo dederunt. De gentibus verò quid opus est dicere, quas ex ipsa potestate tenebrarum in lucem filiorum Dei translatas fuisse scimus? Et Philosophorum scolis innumeris ad Christum transierunt, & huius discipuli facti, ad Ecclesiæ ædificationem contulerunt artes, eloquentiam, ingenij acumen, quibus aliquando illam oppugnauerant. Nemo igitur temerè de cuiusquam salute desperet, sed discant potius singuli suo studio & precibus eos iuuare, quos à salutis via exorbitare vident. Confutantur etiam Nicodemi exemplo Anabaptistæ, qui in magistratu aut rebus publicis a gentes ab Ecclesiæ & Christi societate excludunt: nimirum vt electis legitimis magistratibus ipsi pro sua libidine omnia instituant.

Nicodemus noctu venit ad Christum. Videamus autem quid Nicodemus hic fecerit. Venit ad Iesum nocte. Potest hoc studij & desiderij magni argumentum censei, quod illum mouit, vt somno & quieti destitutum tempus Christo dare vellet. At idem hoc præposterum pudorem & metum arguit, quo deterritus fuit, ne interdum & palam illum conueniret. Quia enim magna erat eius authoritas, pudet illum alterius discipulum fieri, & ita eruditionis existimationem laesefactare, quam de illo omnes conceperant. Deinde honori suo timet & fortunis, ne Christum publicè sequendo collegas contra se prouocet, quos Christo insensissimos esse sciebat. Fuit hæc magna infirmitas fidei, vincit tamen metum hunc aliqua ex parte sermen illud verbi, quod iam animo conceperat, & seria signorum Christi consideratio, vt saltem in occulto Christi colloquium expetat. Obseruemus hoc loco, quàm misera & desplorata fuerit Iudæici populi conditio tunc temporis, quando ad Messiam tot iam seculis expectatum, & cuius aduentum omnes in votis habebant, nemini licuit tuto accedere, & honorum atque fortunarum discrimen subire cogantur, qui cum illo familiariter colloqui nis libidine facere. At Dei filium sequi, illum audire & obseruare non licet. Vnde verò hoc? Quia rerum potiebantur falsi Antichristes, qui religionem quæstum fecerant, & suas dignitates gloriæ Dei longè præferebant. Eadem postea inter gentes fuit Christi conditio, vt ad cœtus sacros noctu eos conuenire oporteret, qui Euangelium audire vellent & Sacramentis uti, cum interim in publico peccarunt impune adulteri, scortatores, ebriosi, vsurarij, imò etiam impij omnis religionis illusores. Et vti non hodie quoque idem multis in locis fieret. • Damnant multi nocturnos piorum cœtus, & amarulentis dictis insectantur, sed cur non publicam illam iniusticiam accusant, qua impune grassantibus sceleribus, solis Christianis sua libertas eripitur?

Opes & honores fidei impedimentum. Obseruabis præterea, quantum impedimentum afferant opes ac honores huius seculi, qui pietatis iter ingredi cœperunt. Solent in alijs negotijs diuitiæ & dignitates hominibus animum addere vt maiori alacritate audeant, quod volunt. At in religionis negotio timidos reddunt, & meticulosos dissimulatores. Causa huius mali est, quod veritatem omnibus publice exosam esse vident, & infames fieri eos qui huius causam suscipiunt. Ea enim honorum & dignitatum huius seculi dulcedo est, vt quiduis potius facere aut ferre velint, qui illis asueuerunt, quam publica aliqua ignominia notari. Hinc fit, vt tales vel ad CHRISTVM non veniant: aut noctu & in tenebris veniant. Dum enim

DOMINICÆ TRINITATIS.

Christus Nicodemum amicè excipit.

Cæterum videamus, quid Christus Nicodemo responderit; Amen amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus denuo, non potest videre regnum Dei. Vbi nobis ante omnia obseruanda venit Christi lenitas atque mansuetudo, qua erga eum vitur, quem vel reijcere, vel duriori increpatione excipere poterat. Erat enim, ut diximus, ex Phariseorum numero, quos hostes suos acerrimos fore non ignorabat. Veniebat nocte, & ita testabatur, se Collegis suis multum adhuc tribuere, & quod ipsum Christi puderet. Ad hæc ex illius verbis peti poterat ipsum increpandi occasio: si me à Deo datum magistrum agnoscis, cur non author es populo, ut me omnes audiant? Cur pateris, ut, abs me eiectione sacrorum nundicatio, in templum reducat? Cur nocte ad me venis? Cur te mei pudet? Cur collegas quorum ambitio, & avaritia tibi satis nota est, Dei voluntati atque verbo præfers. Vel num te dignum putem, cuius nomine somno & quiete me ipsum defraudem, qui in religionis causa usque adeo es frigidus? Hæc (inquam) & alia huius generis poterat illi dicere Christus. Sed omisis istis hoc potius agit, ut ipsum sibi lucrifaciat.

Isai. 42.

Verè ergo de illo prædixerat Isaias: linum fumigans non extinguet, & arundinem quassatam non conteret. Quod ut afflictas conscientias in tentationibus mirificè consolaretur: Ita docet, qua lenitate nos quoque erga eos uti debeamus, qui etsi in multis infirmiores sint, & suis quoque vitijs laborent, attamen se dociles præbent, atque proficere cupiunt. Curandum hic diligenter, ne austeritate & rigore nimio illis à pio instituto resiliendi aucthores simus. Alia est ratio impiorum qui suam improbitatem aperte produnt, & oblatam sibi veritatis doctrinam sannis, atque ludibrijs reijciunt, vel etiam aperte conuertiunt. Ut enim cum illis agi debeat, idem Christus suo exemplo docuit, quando admiranda verborum & Spiritus grauitate in reliquos Phariseos & Scribas inuehitur.

Phariseorum confidentiam Christus arguit.

Cæterum absurdum & alienum nimis videri poterat exordium quo Christus vitur, cum nihil tale Nicodemus quaesierit. At si rem ipsam inspiciamus, nihil conuenientius & melius dici potuisse patebit. Nam ut diximus de salutis ratione edoceri cupiebat Nicodemus, licet hoc non diuersis verbis testaretur. In quem enim alium finem magistrum à Deo datum dixisset? Fontem ergo errorum aperiri oportuit, quibus hucusque in salutis causa impeditus fuerat. Atqui legisperitum & pharisæum fuisse audiuius. Vindicabat ergo sibi perfectam legis notitiam, qua suis obseruatoribus vitam pollicebatur, iuxta illud: Omnis qui fecerit ista viuet in eis. Rursum pharisaico errore deceptus, legem humanis viribus impleri posse putabat, & proinde salutis rationem in suorum operum iustitia atque meritis constituere. At qui tales sunt, dum suam iustitiam iactant, iustitia Dei (ut Paulus ait) quam is in filio suo nobis offert, consortes fieri non possunt. Ut ergo illum à primis fundamentis instituat, primò hanc eius vanissimam persuasionem arguit atque refellit, deinde verò docet, quibus medijs & qua ratione nos preparari oporteat, ut regnum Dei ingrediamur, id est, gratia & salutis efficiamur capaces. Et primùm quidem in præfenti paucis verbis absoluit, sic dicens: Amen Amen dico tibi, Nisi quis genitus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Sensus est: Tu quidem in lege acquiescis, & illius voluntatem nouisti (libet enim Pauli verbis uti, quibus ille postea discrepant, institutus Scribarum confidentiam egregiè depinxit) & internoscis quæ ab hac discrepant, institutorem insipientium, magistrum infantium, lucem eorum, qui sunt in tenebris, eruditorum ac veritatis per legem: putas denique te proprijs viribus cælum conscendere, & tua iustitia regnum Dei promereri posse. Sed multum falleris mi Nicodeme. Tam enim hoc abest, ut nisi quis renascatur, & nouus homo fiat, regnum DEI ne videre quidem, & illius mysteria à longè cognoscere, ne dum assequi possit.

Rom. 2.

Regeneratio omnibus est necessaria.

Hic (inquam) Verborum CHRISTI sensus est, in quibus diligenter obseruare oportet, quod non de Nicodemo solo, sed in genere de omnibus pronuntiat, quod illos regenerari, & totos innouari necesse sit, si regni Dei hæredes velint fieri. Ex eo enim sequitur, primum hominis natiuitatem corruptam, & nos quodam naturam nostram à regno Dei alienos esse, neque nos illud nostris viribus posse consequi. Si enim pura & sancta esset natiuitas nostra, & ex ea haberemus vires, quæ ad salutem consequendam necessariae sunt, regeneratione nequaquam esset opus. At corruptam & pollutam esse non scriptura modò sed res ipsa clamitat. Princi-

Principio quidem bene conditus fuit homo, & omnibus instructus quæ ad felicitatem veram pertinent. Per peccatum verò omni dignitate excidit, & cum hac vires quoque bene agendi amisit, atque peccati seruus factus est. Non ergo Dei filios generare potuit Adam, sed in corrupta sua imagine (vt scriptura loquitur) peccatores & filios iræ genuit, & hæc iam nostræ naturæ conditio est, vt in peccato & concipiamur atque nascamur, sicuti de semetipso Dauid fatetur. Psalm. 51. Hinc ergo fit, quòd animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, & regni cælorum mysteria ignorat. Ex intellectua autem corrupto voluntas quoque corrupta sequatur oportet, quæ hominem ad impura carnis studia abripit. Quòd si vires quæras, quibus intellectum tuum illumines, & ab ineunte ætate, & ex nobisipsis ne ad cogitandum quidem sumus idonei. Omnes ergo cum Paulo dicere cogentur: Noui, quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Et possent hæc multis illustrari atque confirmari, sed quid verbis opus est, vbi res ipsa loquitur? Rectè ergo Christus regenerationem necessariam esse docet, & ita Pharisæicos Spiritus omnium eorum retundit, qui suarum virium fiducia elati, salutem suorum operum meritis acceptam ferunt. Faciant eodem, quæ passim de nostri ipsius abnegatione, de veteris hominis & carnis mortificatione & inuouatione Spiritus, dicuntur. Quæ omnia cum non sint nostrarum virium, ex gratia nobis salutem obtingere necesse est, vt suo loco pluribus dicetur. Nunc ad vitæ etiam & morum institutionem hoc Christi dictum transferamus: Vbi in infinitum per omnes prauorum affectuum & peccatorum species extendi posset oratio. Sed summam rei inspexisse proderit, modò eam singuli sibiipsis & studijs suis priuatis applicent: ne in ijs sibi blandiantur, quæ contra Dei verbum designant. Si enim nos renasci oportet, vt regnum Dei ingrediamur: ab hoc certè alienissimi erunt, qui, carnis studijs addicti, sceleribus atque vitijs indulgent: & frustra mores suos veteri consuetudine & mundi exemplo tales excusant, cum nos seruari impossibile sit, nisi peccato & mundo mortui, ad vitæ nouitatem resurgamus in Iesu Christo, Domino & redemptore nostro, Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Gen. 5.
Ephes. 2.Gen. 8.
2. Cor. 3.
Rom. 7.Rom. 6.
Colos. 3.

HOMILIA SECUNDA

Dicit illi Nicodemus: Quomodo potest homo gigni qui sit senex? Num potest in ventrem matris sue secundò introire, ac gigni? Respondit Iesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis genitus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnũ Dei. Quod genitum est ex carne, caro est: quod genitum est ex Spiritu Spiritus est. Ne mireris quod dixi tibi, Oportet vos nasci denuo, Spiritus ubi vult spirat, & sonum eius audis: sed nescis unde veniat, & quò vadat. Ita est omnis, qui genitus est è Spiritu.

VT OMNES, QUI LABORANT ET ONERATI sunt, ad se inuitat Iesus Christus: Ita sonus pollicetur, quòd neminem ad se venientem foras eiciat. Huius autem bonitatis exemplum euidenter hoc capite proponitur. Venit enim ad illum Nicodemus, ex infensissima ipsi Pharisæorum secta: & noctu venit, tempore cum primis importuno, & quòd illum adhuc Christi puderet, & ignauo metu à fidei veræ professione absterretur. Idemq; cum scientiæ legalis & doctrinæ titulo præ alijs gloriaretur, stupenda tamen fuit eius ignorantia, quam hoc toto colloquio multis indicijs prodidit. Illum tamen nec fastidit Christus, nec vt merebatur, acerbius, corripit: sed amicè exceptum docet, & ab ipsis fidei atq; religionis Christianæ fundamentis factò initio, omnia proponit, quæ ad salutis cognitionem sunt necessaria.

Primò enim, quia Pharisæus erat, & suiipsius fiducia deceptus salutem suarum virium atq; operum meritis acceptam ferebat, errorem istum palam arguit, & regeneratione, vel demo.

Matt. 11.

Argumentum
totius collo-
quij cum Nico-
demo.

DOMINICÆ TRINITATIS,

ne, vel totius hominis in nouatione, opus esse docet, si quis seruari velit. Deinde regenerationis huius authorem indicat, & simul illius modum exponit, atque illic eius inscitiam quoque reprehendit. Tertio, de seipso salutis Mediatore agit, ubi de sua morte, & vniuerso humanæ redemptionis negotio, disputat. Quibus omnibus grauem subiicit hortationem, ut oblatam in ipso salutem fide vera amplexerur, & docet, quæ fidei sint præmia, & quæ pænæ incredulos & obstinatos maneat. Hæc totius disputationis summa est. Et de primo quidem nuper diximus. Sequitur secundum caput de regenerationis authore & modo, de quo in præfenti, quod Dominus dederit, dicemus.

*Nicodemus
quæstione ab-
surdam suam
ignorantiam
prodit.*

Occasionem vltius procedendi Nicodemus præbuit, qui, cum nihil sublimius fa-
peret quam quod verba sonabant, absurdissimum putat esse quod à Christo dicebatur,
& ideo nouam quæstionem mouet, dicens: Quomodo potest homo gigni, qui sit senex.
Num potest in ventrem matris suæ secundò introire ac gigni? Ita verò, dum argutus vi-
deri cupit, & Christum dogmatis absurdi vult conuincere, suam inscitiam prodit, & suo
exemplo confirmat, quod Christus de corrupta hominum natura dixit, quæ regeneratio-
ne opus habeat. Estque hoc magnum argumentum, quanta fuerit illo tempore scribarum
atque sacerdotum cæcitas, cum, qui inter illos princeps habebatur, in salutis causâ quæstionem
moueat, quæ nihil absurdius vel ineptius excogitari potuisset. Quasi verò quid nouum &
inauditum antehac Christus dixisset. Atqui ipsa circumcisio, cum in membro genitali fieret,
homines hæreditariæ corruptionis & per Christum promissæ restorationis, admonebat.
Sacrificia verò quid aliud erant, quam spectacula mystica, quibus docebantur, inactandos
esse pecunios affectus, quos vnâ cum suis effectis Christus esset expiaturus? Et Prophe-
ta an non scædus Domini nouum quoque Ecclesiæ nomen pollicebantur, & quod Deus le-
gem suam omnium animis inscribere vellet? Hæc certè omnia regeneratione opus
esse docebant, quæ hominem totum in nouaret. Vnde ergo tam crassa ignorantia cele-
berrimi in Ecclesia Iudaica Doctoris? Ex eo nimirum, quod neglecto verbi Dei studio
circa hominum traditiones occuparentur, & iam hoc sibi persuasum habebant, homi-
nem suis viribus, & propria iustitiæ merito, salutem consequi posse. Fieri itaque non po-
tuit, ut eius rei mysterium, intelligerent, quæ sibi opus esse nunquam cogitarent. Ita
hodie in Papatu multos videmus in Philosophorum Ethnicorum, & theologia Ecclesi-
astica, exercitatissimos doctores, qui si ex scripturis de aliquo fidei Christianæ articulo
differere iubeantur, infantes vel pueros esse reperias. Imò Nicodemi similes sunt, quor-
um liberi sui arbitrij, & iustitiæ propriæ fiducia instantur. Absurdum illis videtur quæ-
quid de Christi solius merito, de gratia Dei, & fidei iustificatione dicitur, & quæstiones
ijdem ineptissimas mouent. Sed dum alios rident, & absurdarum opinionum accusant,
suam ignorantiam turpiter produnt. Docet præterea Nicodemi exemplum, quam noxi-
um sit in religionis causa nudam literam vrgere. Ut enim hoc nuper Iudæis imposuit, ne
Christum de sua resurrectione loquentem intelligerent: Ita hîc Nicodemo idem error
imponit, & ipsi quæstionis absurdissimæ author est. Est ergo necessaria scripturarum
collatio, & ut ad fidei analogiam examinentur, quæcunque obscurius sunt dicta: de quo
nuper plura annotauimus.

*Author et
modus regene-
rationis.*

Nunc Christum audiamus, qui nec ista quæstione offenditur, ut ineptissimum
doctorem reiiciat, sed illum diligentius & plenius instituit: Amen, amen dico tibi (in-
quit) nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.
Primò cum asseueratione graui reperit, quod dixerat. Rata enim & firma semper ma-
net veritatis doctrina, licet illam multi non intelligant, multi etiam ei contradicant: ne-
que propter auditorum absurdas obiectiones siue calumnias doctrinæ genus mutandum
est. Ideò sic videtur dicere Christus: Absurdum putas Nicodeme, hominem renasci o-
portere, & nescio quam renascentiæ huius rationem crassissimam imaginari. Sed non
à tuo aut alterius hominis iudicio pender istud mysterium, sed à Dei voluntate, quæ
fiat oportet, etiamsi nemo mortalium eius rationes possit percipere. Quod ipsum omni-
bus responderi debet, qui hodie etiam absurdis quæstionibus ea in dubium vocant, quæ
in Dei verbo perspicue traduntur. Mox tamen ut error eius medeatur, & nihil carnale
hic sommandum esse doceat, authorem & modum huius regenerationis exponit, quæ
hanc non ex vtero matris, sed ex aqua & Spiritu, fieri docet. Quem locum interpretes
variè exponunt. Veterum plerique per aquam baptismum intelligunt, & per hunc nobis
Spiritus dari aiunt, quoniam in Dei filios regeneret. Et quamuis ijdem non indiligenter
monuerint,

monuerint, effectum baptismi non aquæ, sed Spiritui sancto, ascribi debere, hinc tamē erroris occasionem arripuerunt posteri, qui salutem baptismo ita alligauerunt, vt qui sine hoc decedunt infantes à regno Dei excluderent. Qui error mox alium peperit, vt obstericibus quoque Baptismi administratio committeretur, secus quàm Paulus monuit, qui mulierem in Ecclesia loqui vetat. Potest tamen tolerabilis censerī veterum expositio, si remotis superstitionibus Baptismum consideremus, quatenus per hunc in Ecclesiæ consortium externe cooptamur, & idem in nobis regenerationis in Christo beneficium obsignat, quo nomine alibi lauacrum regenerationis dicitur. Quia vero Christus in presenti de regenerationis authore, & modo certo, loquitur, qui nunquam falsus, constat autem baptismum non semper coniunctum esse Spiritus sancti effectum (vt nec olim circumcisioni effectus internus semper aderat) tutius mihi videtur, si locum hunc non præcisè, vt illi, de Baptismo exponamus. Et vt ita sentiam, ipsius Christi verba moueor, qui paulò post huius dicti rationem reddens, solius Spiritus meminit: Vnde colligo, per aquam aliquid intelligi debere, quod à Spiritus operatione nunciasset: Quemadmodum aqua & aer in mutanda corporum constitutione magnam vim habent, & sæpe aeris mutatione ijs opus est, qui à morbis inueteratis liberari volunt: Ita Spiritus & mentis correctio illis est necessaria, qui innatam corruptionem excutere, & regnum Dei ingredi cupiunt. Estq; sensus hic pius, neque quicquam à vero aliter habet, sed num Christi mentem hoc loco exprimat, videre non possum. Dicam igitur ego quoq; aliorum pace, quod sentio, integro semper Ecclesiæ iudicio, adeoq; omnium, qui ex scripturis meliora tradiderint.

In confesso est omnibus, per Spiritum regenerationis verum & vnicum authorem denotari, idque sequentia Christi verba abundè testantur. Huic ergo cum aquam coniungat, ego per hanc instrumentum intelligo, quo Spiritus sanctus in regenerandis hominibus vitur. Illud verò baptismus dici non potest simpliciter, cum multi, priusquam baptizentur, iam regeniti sint, & olim adultis ex Iudæis & gentibus ille tunc designis demonstrabant, sicuti in Aethyopis Eunuchi, & Cornelij centurionis, multorumque aliorum exemplis, est videre. Quòd si quæras, quod nam illud proprium & ordinatum sit organum, quo Spiritus sanctus homines regenerat: non aliud meo iudicio profertur aut monstrari poterit, quàm verbum Dei, quo gratia in Christo nobis exhibitæ prædicatur, quod & reconciliationis & gratiæ verbum vocat Apostolus. Hoc igitur per aquam Christus mihi intelligere videtur, & vt ita sentiam, Petri autoritate adducor, qui de regenerationis mysterio loquens, ait: Renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per verbum Dei viuunt & manent in seculum. Quibus verbis euidenter docet, verbo suo vt Deum, quando nos regenerat, & hoc verè dici, res ipsa testatur, quando constat absque verbo neminem vocari ad Ecclesiæ societatem, in qua renati Dei filij & hæredes efficiuntur. Quin idè in totum orbem emissos esse scimus Apostolos, vt verbum illud vbiq; prædicarent. Et de verbi prædicatione Paulus loquebatur, quando Corinthiorum patrem se vocabat, & se illos in Christo parturire dicebat. Et verbum suum alibi etiam aquæ confert Christus, nimirum propter effectum, quo animos purgat & cupiditatum sordes eluit, qua ratione etiam per ignem adumbratur. Huc enim referri debet ablutionis pedum historia, qua docet, quotidie eluendas esse sordes, quas ex mundi & carnis consuetudine contrahimus: id quod verbi studio, perficitur: quod vt ad penitentiam nos excitat, sic verum eius modum præscribit. Et idem in vltima cæna discipulis dicebat: Iam vos mundi estis propter verbum meum, quod locutus sum vobis. Quòd etiam Paulus respexit, quando de Ecclesia loquens, eam à Christo lauacro aquæ per verbum purgari dicit. Verbi enim idè meminit, ne quis aquæ baptismi purgationem illam tribuat, sed hunc eius purgationis sigillum agnoscamus, cuius ille nobis auctor est, & quam per verbum suum nobis offert. De hoc igitur Christus loquitur, & ad huius studium remittit eos, qui renasci cupiunt.

Huc pertinet, quod verbum alibi semen dicitur, & eius prædicatio sementi connumeratur. Vt enim in generatione semen aliquod sit oportet, ex quo illa fiat: Ita in regeneratione nostri semine opus est, quod Dei verbum esse, modò ostendimus. Deinde, vt semen

1. Tim. 2.

Acto. 8. 10.

2. Cor. 5.

Acto. 20.

1. Petri 1.

1. Cor. 4.

2. Cor. 6.

1. Ioh. 4. 13.

Tit. 3.

1. Pet. 1.

Luc. 8.

DOMINICA TRINITATIS.

Matt. 13.

vt semen terræ mandatur, & nisi hoc fiat, nihil potest gignere: Ita Dei verbum in animos nostros demitti oportet, quod prædicatione, aut priuata lectione, aut etiam colloquio piorum, fieri consuevit. Rursus vti terram ad excipiendum semen idoneam esse conuenit, vt idem retineat, foueat, atque conseruet: Ita animos præparari necesse est, vt ad Dei verbum dociles, & studio discendi flagrantes, accedant, auditum vel lectum apprehendant, apprehensum intra se conseruent, & diligenti meditatione foueant ne vel ab infelici cupiditatum & malarum cogitationum auitio deuoretur, vel à spinis & sentibus curarum huius seculi suffocatum pereat, quantum in nobis est. Vt verò semen sui simile gignit: Ita Dei verbum animis nostris verè apprehensum, occulta & à Deo infra virtute, occulta atque diuina Spiritus operatione, viuificatur, & mox in illis primo vim suam exerit, eos immutat, & sui similes facit, puros nimirum, sanctos & Deo consecratos: & quia animus omnium actionum fons est, illas quoque dirigit, vt qui prius nihil præter terrena atque carnalia sapiebat, cogitabat, loquebatur, faciebat, nunc cœlestia, spiritualia atque diuina, sapiat, cogitet, loquatur atque faciat. Hinc ergo nouus ille homo prodit, hæc illa est regeneratio, quæ non corpus mutat, neque iuxta Pythagoram animam in aliud corpus transferat, sed animum hominis innouat, ex quo totius hominis mutatio dependet. Facit enim, vt in nobis Christus viuat, & fructus feramus nostra uocatione dignos. Hanc ergo in præsentem requirit Christus, & simul nos (vt supra diximus) ad verbum sui studium relegat, quo carere non possunt, quicumque in Dei filios regenerari volunt. Et hæc illa regeneratio est: sine qua regnum Dei nemo potest consequi. Hanc verò quicumque affectant, ij Dei verbum audiant, & in eius meditatione assidua versentur, vt illius semen fide vera concipiant.

Rom. 6.

Addant huic legitimum vsum Sacramentorum, quæ quod verbo prædicatur, sensibus quoque nostris quasi percipiendum offerunt, & vniuersum redemptionis nostræ beneficium nobis obsequant. Et sanè plurimum huc facit baptismi administratio. Dum enim hominem ex Christi instituto in aquam intingi, & ex eadem rursus emergere, videmus, quis non cogitet, nos in Christi mortem ea conditione baptizari, vt peccato mortui in eodem ad vitæ nouitatem resurgamus. Similiter cum in carnâ mystica panis & vinum nominibus corporis & sanguinis Christi proponuntur, & illa edere atque bibere iubemur: quis non videat, Christum nobis cibum & potum vitæ factum esse, & nobis perinde vt cibis & potus corporibus nostris vniuntur, coniungi debere, vt in illum totum transmutemur? Coniungamus hisce meditationibus piæ preces, vt Spiritus sui virtute Deus studium nostrum adiuret, & mox regenerationi istius cœlestis effectus sentiemus. Sunt hæc piorum exercitia, quæ qui contemnunt & negligunt, ij se à regeneratione quàm longissimè abesse testantur, neque dignos esse, qui Christiani dicerebeant, &c.

Regeneratio per Spiritum fiat oportet.

Porro rationem subiicit Christus, qua probat regenerationem per Spiritum fieri oportere. Quod genitum est ex carne (inquit) caro est: quod genitum est ex Spiritu, Spiritus est. Ex ipsa rerum natura argumentatur, cuius lex est, vt vnumquodque sui simile generet. Potest autem argumentum sic formari: Nisi spirituales simus, regnum Dei non possumus ingredi. Caro spirituales gignere non potest, sed, quicquid ex carne nascitur, caro est, & carnis ingenium sapit. Ergo spiritu fiat oportet generatio ista, de qua hic agimus. Carnem verò vocat vilitate more scripturarum totum hominem, quodam corpus & animam, quia totus carnis affectu & ratione regitur. Et ita rursus ad crassam Nicodemi questionem respondet. Quasi diceret. Etsi possibile esset hominem in vterum matris redire, aut etiam alia quadam ratione secundum carnem renasci, non tamen aliis quàm caro, id est, carnalis, & proinde peccator & mortis æternæ reus, nasceretur, neque hoc ad consequendum regnum Dei aliquid momenti conferret. Spiritus operatione hic opus est, qui solus potest homines facere spirituales, qui nimirum sopitis affectibus carnis, se totos Deo regendos præbeant. Neque enim hic de corporis aut substantiæ carnis mutatione agitur, sed de cordis seu mentis inuolutione, ex qua totius vitæ & morum mutatio dependet.

At vna hæc sententia carnem simul damnat, & quicquid illa in salutis negotio statuitur. Nam vt antè diximus, peccatum per primos parentes ingressum totam hominis naturam perdidit. Reliquæ quidem sunt dotes aliquot, quibus à brutis differimus, numinis

minis sensus .s. quidam , atque metus , ingenij solertia , voluntatis & animi propensio , &c. Sed tanta peccati atq; naturæ corruptæ vis est , vt omnibus istis ad malum abutatur homo , nisi illum Deus potenti & efficaci Spiritus operatione refingat siue reformet. Ex numinis enim metu superstitiones oriuntur , & idem olim Deorum multitudinem peperit , quod Poëtam obseruauisse constat , dicentem : Primus in orbe Deos fecit timor , &c. Ingenij autem solertia fraudes parit , & ad nocendum artes quotidie excogitat. Voluntas vero non nisi ad verita inclinatur , vt non minus verè hoc quoque à Poëta dictum sit :

Nititur in vetitum , semper cupimusq; negata.

Nihil ergo quàm carnem caro generat , quam diu Dei Spiritu destituitur , qui verbi luce mentes illuminat , cogitationes & consilia regit , cupiditates malas restinguit , & voluntatem quoque ad bonum inclinatur. Iugulantur itaque hoc dicto omnes omnium sectarum superstitiones , quæ cum meris hominum traditionibus nitantur , per carnem in cœlos viam commonstrant. Si enim caro est quicquid ex carne nascitur , carnales sint oportet omnes cultus , quos ratio carnis excogitat , & non alios quàm carnales efficere possunt. Cuius rei infallibile argumentum est , quòd plærùq; in corporali exercitatione , consistunt quæ Paulus non multum utilitatis habere ait : vt pote in ieiunijs & supersticioso ciborum discrimine , vigilijs , peregrinationibus , chameunijs , rasura , cilicijs , & cucullis multiformibus. Quid enim ista ad regnum Dei , quòd nec cibum neque potum , & proinde neque rasuram , neque cucullam , aut cilicium esse , idem Apostolus docet ? Quæ ergo est Monachorum & sacrificulorum insolentia , qui quòd rasi & vincti sunt , spirituales dicuntur , rei quos verò omnes pro laicis atque prophanis habent ? Vnde enim illa vinctio & rasura vnà cum omnibus alijs illorum ritibus originem duxere ? Annon humanæ rationis commenta , & proinde caro sunt ? Quæ verò audacia viros politicos , coniuges , Patres familiars , opifices , agricolas & alios eius generis , qui in Dei vocatione ex fide veram ambulat , & ex eius semine per Spiritum renati , à Deo sibi commissam functionem fideliter obeunt ? Clamēt illi ad rauim vsque se spirituales esse , ad quos solos scripturaram lectio & Ecclesiæ gubernatio pertineat : nos tamen illis hoc Christi occinemus : Quod ex carne genitum est , caro est. Et illud Pauli : Affectus siue sensus aut potius intelligentia carnis , mors est , Rom. 8. cap.

Quia verò Nicodemum adhuc ignorantem videbat Christum , & quòd regenerationem hominis impossibilem esse putaret , mœdetur eius stupori per similia quæ ex rerum natura , adeoque vlti quotidiano , petit. Ne mireris (ait) quòd dixi tibi , oportet vos nasci de nouo , &c. Debent quidem salutis mysteria cum admiratione pia considerari , sed stuporem prohibet , qui fidei obstat , dum facit , vt impossibile putemus , quicquid nostræ rationis captum superat. Et mox docet in rerum natura reperiri exempla , quæ huic doctrinæ fidem faciunt. Videtur autem ex Ebraica voce Ruah , quæ spiritum & ventum significat , similitudinis occasionem sumpsisse , & illam pro vento hinc accipi debere totus contextus probat , idemque vetustissimi interpretes fatentur. Dicit ergo : Spiritus , id est , ventus , quòd vult , spirat , & sonum eius audis : sed nescis , vnde veniat , &c. Sensus est : spirat pro suo arbitrio , id est cursu libero fertur , non pro hominum voluntate ? At si ventus , quòd vult , spirat , & sonum eius audis : sed nescis , vnde veniat , & quòd vsque ad omnia eius ad humanæ rationis calculum reuocare velis , frustra defatigaberis. Nam auctus quidem illius sonum , & impetum sentis : sed vnde veniat siue incipiat , & quòd vsque extendat cursum seū , nemo hominū potest cognoscere. Tali est omnis qui genitus est ex Spiritu , id est , talis est Spiritus sancti vis & efficacia in omnibus renatis , seu potius electis , qui per illum regenerantur. Etsi enim carnis ratio modum inuestigare non possit , quò ille in hominibus operatur , sentitur tamen & videtur eius efficacia , vt vel impij admirabilem mutationem in illis agnoscere cogantur , qui prius ipsorum similes carni & mundo videbant.

Interim exemplo suo docet Christus , vt in fidei mysterijs , quæ carni impossibilia videntur ad rerum naturam recurramus , & cum ibi reperiantur , quæ non minus rationem nostram excedunt , non dubitemus Deum maiorem potentiam in ijs proferre , quæ ad regni sui æterni administrationem pertinent. Obseruauit hoc in resurrectionis articulo Paulus , quando de hoc dubitantes ad sementis considerationem remittit & hoc ipsum in omnibus Dei promissis probè est obseruandum , & inde nos in fide plurimum confirmari sentiemus.

Simili docet , non impossibile esse regenerationis mysterium.

Naturalium rerum consideratio fidei confirmanda seruit.

1. Cor. 13.

spiritus
 eius venit in
 nos & operatur.

Quoad verò huius loci tractationem. Primò discimus, Spiritum Dei liberè ferri & operari. Vt ergo hominum mandatis non alligatur, ita nec vllis tyrannorum edictis aut viribus impeditur, quo minus electos Dei regeneret, & regni coelestis faciat hæres. Facit hoc ad nostræ salutis certitudinem, & nos aduersus eos consolatur, qui Euangelij cursum aut consilij insidiosis, aut etiam viribus & armis, inhibere conantur. Nec enim illi plus proficiunt, quàm si quis vento leges præscribere, aut illius statum prohibere, instituat. Deinde admonemur, Spiritum hunc in electis non otiosum esse, sed ita operari, vt ipsius effectus sentiantur, & conspicuam vitæ prioris mutationem afferat. Falso igitur Christiani nominis titulo gloriantur, in quibus nulla vitæ emendatio apparet, & qui carnis cupiditatibus indulgere pergunt. Instruit nos præterea locus hic aduersus maligna mundi de nobis iudicia, qui nos vanis opinionibus ferri, aut prauis affectibus exagitari, vel etiam à malo dæmone impelli dicit, vt nouum religionis & vitæ genus suscipiamus. Nescit enim infelix, vnde procedat Spiritus ille, & quousq; vires suas extendat. Non mirum ergo si ita de nobis iudicet. Hæc certè causa fuit, quòd ipsum Christum hostes Samaritanum & dæmoniacum dicebant. Curemus potius, vt fidei sinceritate, vitæ innocentia & morum probitate calumnias eiusmodi confutemus: & in Christo Iesu spem habeamus inuictam, qui ex suo verbo & Spiritu regenitor facile agnoscat, & illos olim in regnum suum transferet. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Job. 2.

HOMILIA TERTIA.

Respondit Nicodemus & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es ille Magister Israelis, & hæc ignoras? Amen, Amen dico tibi, Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur: Sed testimonium nostrum non recipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit è cælo, nempe Filius hominis, qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: Ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.



VONIAM HOMO PER LAPSUM PECCATI non modò à dignitate sua priori excidit, verum etiam intellectus & rationis luce spoliatus est, vt cælestia sapere non possit: salutis nostræ principium est, vt primò quidem corruptionem nostram agnoscamus, deinde verò cælitus renati in homines novos transformemur. Idèd cum Christus Nicodemum instituere vellet, quem sciebat Pharisæico errore inflatum, proprijs ingenij viribus & operum suorum meritis confidere, ab hoc articulo doctrinæ suæ exordium fecit. Et quia Nicodemo hoc nouum erat & insolens, regenerationis authorem & modum nuper exposuit: nimirum, quòd omne hoc Spiritus sancti operatione perfici oporteat, qui semen verbi in nobis viuificet, & ita nos totos ad eius præscriptum atq; transformet. His modo grauis reprehensio subiicitur, qua Nicodemi tarditatem corripit, & in illo simul omnes excitat, vt se vnicum veritatis doctorem audiant, & totis animis complectantur.

Nicodemus
 iterum
 ignorantiam
 prodit.

Occasionem huic quoq; tractationi Nicodemus præbuit: qui, cum Christus mysteriũ hoc similib. venti vel aëris exposuisset, adhuc tamen tardus, & tantarum rerum consideratione quasi attonitus, rursus interrogat: Quomodo possunt hæc fieri? Et hoc dicens, nõ simpliciter de modo querit, sed quia à Christo expositum non potuit intelligere, impossibile illi videtur, quicquid de renascentia & inuolutione hominis hucusq; audierat. Ita verò proprio exemplo probat, verè dictum fuisse à Christo, Neminem, nisi prius regeneretur, posse

posse regnum Dei videre, aut eius mysteria percipere. Solet hoc ipsum nostri seculi Pharisaeis accidere. Impossibile illis videtur, hominem absque suorum operum meritis iustificari, ex sola gratia, per fidem in Iesum Christum. Causa erroris huius est, quod suis viribus nituntur, ingenij sui solertiae confidunt, & iustitiae suae plurimum tribuunt. Sed quod magis ista omnia iactant, & contra veritatem disputando ingenij sui vires magnifice ostentant, eò turpius produnt suam corruptionem atque infantiam. Discamus ergo, nullam esse in fidei atque salutis negotio remoram nocentiorē, quā si modum multipliciorum caelestium ad nostrae rationis calculum revocare velimus. Hinc enim fit, quod impossibile putamus esse, vel etiam absurdum, quicquid nostri ingenij captum excedit. Contra Dei verbo subijcere, & quod illo traditur, fide indubitata amplecti: quando constat, Deum & veracem & omnipotentem esse, & proinde velle simul & posse praestare, quaecumque pollicetur. Neque tamen audiendi sunt, qui sui capitis figmenta per Dei omnipotentiam probare solent. Non enim haec ab illius voluntate debet diuelli, neque valet, quod ab omnipotentia Dei ducitur argumentum, nisi ex verbo nobis constet de ipsius voluntate.

Sed ad CHRISTI responsionem accedamus, qui Nicodemi tarditatem vehementer corripit. Ita vero fieri oportebat, ut verbi & Spiritus magisterio se submitteret, quod nunquam faciunt, quicumque se satis oculos & sapientes esse arbitrantur. Constat autem Christus exemplo suo eos, qui nullius ignorantiam traduci volunt aut argui, & nunquam non illud Pauli in ore habent: Vnusquisque in sensu suo abundet. Vbi pristinum Graeci sermonis ignorantia & veteris interpretis hallucinatione decepti verbis Apostoli sensum alienum affingunt, quasi ille iubeat vnumquemque proprio consilio, & suam mentem siue intentionem sequi: cum ille nihil frequentius quā fidei obedientiam praecipiat, quam Evangelicae praedicationis finem atque scopum esse docet. Et in eo etiam loco non iubet, ut quisque, quod sibi rectum videtur, faciat, sed ut singuli de sua sententia ex Dei verbo certi fiant, & huic sese prebeant regendos. Constat enim *πληροφωριαν κει* omnino esse potest. Deinde quod de rebus medijs atque indifferentibus illic dicitur, isti ad fidei articulos extendunt, sine quibus salutis ratio non potest consistere. Adhuc faciunt. Sed aliter Christus, qui ut hoc loco Nicodemum, ita alibi Scribas & Sacerdotes, grauiter corripuit: & olim in lege inuisit bonum errantem ad herum suum reducere. Porro singulas huius correptionis partes ex ordine videamus.

Primo ait: Tu es ille Magister Israelis, & haec ignoras? Ex quibus verbis apparet, Nicodemum celeberrimum & summae auctoritatis doctorem fuisse. Non autem illi hunc dignitatis gradum exprobrat CHRISTVS, quem ex officio obtinebat, sed rerum cognitu necessariorum ignorantiam. Et habent verba haec suum pondus, siue acrimoniam. Quasi diceret: Turpe est ea ignorare doctorem, quae ipse alijs tradere debebat: neque in Ecclesia doctoris nomine dignus est, qui salutis rationem nondum intelligit. Tu vero, cum in Israele, id est, in electo Dei populo doctoris summi atque celeberrimi nomen sustineas, non te pudet tam rudem esse, & ignorantem eorum, quae prima salutis humanae fundamenta sunt? Vix ergo aliquid grauius dicere poterat CHRISTVS, quā verbis hisce paucissimis dixit.

Rursum vero admonemur, non modò vulgus hominum, verum etiam ipsos Doctores propter ignorantiam atque inscitiam argui atque corripi debere. Nec enim in priuatis hominibus excusari potest ignorantia salutis & eorum, quae ad hanc pertinent, cum illa Deus tam fideliter nobis reuelet. Quod si verò illa in Doctore deprehendatur, non reprehensione modò, sed odio & detestatione dignissimum est. Nec enim in illis solis haeret malum istud, sed in alijs omnes redundat, qui legem Domini ex ipsorum ore querere, & per illos erudiri, debebant. Non potest ergo non miserrima esse conditio populi, qui ab eiusmodi doctoribus regitur: quia tunc impletur illud Solomonis, Deficiente propheta, dissipatur populus. Et illud Christi: Si caecus caeco dux fuerit, ambo cadunt in foveam. Patet hoc in exemplo Iudeorum, quorum commiseratione Christus apud Marthaum vehementissima motus fuisse dicitur, eò quod illos dispersos videret instar ouium, quae pastorem non habent. Nam etsi pastorum titulo superbos haberent quā plurimos, iidem tamen ignorantes erant, & hoc

Christus Nicodemi tarditatem corripit

Rom. 14.

Matth. 23.

Doctorem ignorantia publicè debet corripit.

Pr. 29. Luc. 6.

Matth. 14. Marc. 6.

DOMINICÆ TRINITATIS.

& hoc etiam Nicodemo nostro rudiores, & proinde fidei suæ commissos, turpiter se-
ducebant. Quod cum semper fiat, ubi Doctores eiusmodi Ecclesiæ præsent, publi-
cæ salutis ratio postulat, ut illorum inscitia arguatur. Utinam verò correptionem om-
nes tam patienter ferrent, quàm Nicodemus ille, qui nec verbis durioribus Christum
exceptit, neque ab illo discessit, sed monenti aures præbuit, sicque in salutis negotio pro-
fectum fecit minimè poenitendum. Hodie ne errasse videantur, qui sibi in Ecclesiâ pri-
mum locum vendicant, non modò errores manifestos defendunt, verumetiam inanis
clamoribus, horrendis conuijs, & aperta vi, monitores fidos rejciunt. Sed accidet illis
quod reliquis Iudæorum sacerdotibus, quibus Romanos milites reformatorum loco su-
perinduxit Deus, cum filium suum nolent audire.

Doctrinæ Chri-
sti veritas &
certitudo.

Ceterùm poterat Nicodemus aliorum exemplo ignorantiam suam excusare, &
simul vniuersam Iudæorum consensum prætexere, quo *CHRISTI* doctrina dam-
nabatur. Occurrit ergo hic, & graui cum contestatione illius veritatem atque cer-
titudinem asserit. Amen amen dico tibi, quod scimus loquimur, & quod vidimus
testamur: sed testimonium nostrum non recipitis. In plurali numero ista dicit, ut se
cum Ioanne Baptista, vel etiam cum Prophetis omnibus, coniungat, qui ex Spiritus
reuelatione iam olim eadem docuerant. Et sensus verborum est: Scio mi Nicode-
me, non te solum in istorum consideratione hallucinari, sed doctrinam meam vni-
uersali vestræ gentis consensu contemni atque explodi. At non ideo tibi illa suspecta
esse debet, eò quòd hominum iudicia veritati nihil derogare aut detrudere possunt.
Nā vtut vos de doctrina ista sentiat, ego tamen sanctè affirmare possū, nihil ea contineri,
quod nō nobis abundè compertum sit. Sed quæ vestra est perueritas, vos testimonium &
strum non recipitis, cum interim nimium faciles sitis in recipiendis hominum ineptorum
superstitiosorum traditionibus, quibus simplex & saluifera veritatis doctrina obscura-
tur. Ita verò Euangelij doctrinam Pharisæorum commentis opponit, quæ apud il-
los in summo pretio erant, cum nec veteris Scripturæ autoritate, nec idoneis ratio-
nibus confirmarentur. Est verò locus hic diligentè obseruatione dignissimus, eò quòd
Euangelij veritatem atque certitudinem grauisimè asserit, atque confirmat. Primò
enim dum omnium Prophetarum personam in se suscipit *CHRISTVS*, il-
lorum consensum omnibus ijs opponit, qui sua figmenta Ecclesiæ obtrudunt: nos quo-
suo exemplo admonet, vt ipsi quoque Scripturæ veteris & nouæ autoritatem omni-
bus ijs opponamus, qui sine Dei verbo Patres, Concilia, Canones, Decreta, & quæ alia
sunt huius generis, tonant. Deinde iusiurandum interponit, quo nunquam nisi in rebus
serijs atq; grauisimis vti consuevit.

Tertiò, Quod scimus loquimur, inquit: Ergo nihil hic fictum traditur, aut
quod nusquam in rerum natura sit: vt solent, qui de Dijs fictitijs, & superstitiosis cultibus,
verba faciunt.

Quartò, Et quod vidimus testamur. Ipsos sensus in testimonium adducit, ne
quis illusionibus & imaginationibus friuolis deceptos putet. Viderunt autem my-
steria hæc Propheta ex Spiritus reuelatione, & ideo olim videntes dicti sunt. Vidit
Ioannes coelos apertos & columnæ instar descendentem Spiritum sanctum, & simul
vocem Patris de Filio coelitus testantis audiuit. Vidit *CHRISTVS* iam in-
de ab æterno in sinu Patris ista mysteria. Viderunt ipsum & audiuerunt, imò contem-
plârunt Apostoli, quos totijs orbes doctores esse voluit. Postremò, Testamur in-
quit: vt ostendat, hoc non vulgare nuncium aut doctrinæ genus esse, quod obiret, &
quasi aliud ageudo, proponatur: sed testimonium esse, de quo dubitare nefas sit, cum
in lege duorum aut trium testium sermoni fidem habere iubeamur. Et hæc quidem in
doctrinæ suæ commendationem dicit verus & æternus Dei filius, quibus adde Aposto-
los, Martyres, & electos omnes, qui doctrinam hanc per annos iam mille quingentos non
sua voce modò, sed vita sua, sed sanguine, sed diris & horrendis supplicijs, sed morte
ipsa confirmârunt: & cogere fateri, nullum vnquam doctrinæ genus fuisse, quod cum
Euangelio conferri possit.

Matth. 3.

Deut. 17.

Euangelij au-
thoritas non
pendet ab ho-
minibus.

At non minori diligentia obseruabis, quòd addit: Sed testimonium nostrum
non recipitis. De quibus enim hoc dicit *CHRISTVS*? De Iudæis, penes quos
tunc erat Ecclesiæ titulus: imò de Sacerdotibus & Scribis, qui Ecclesiæ Antistites
tes, Doctores & Columnæ, habebantur. Quid ergo ad hæc respondebunt, qui Evan-
gelium, ab Ecclesia comprobari oportere clamant? An non de ea, quæ tunc erat, Ecclesiâ
Christus

Christus queritur, quod testimonium eius non recipiat? An ideo testimonium Christi a nemine recipi debuit, quia, quæ tunc erat Ecclesia, illud explodebat? At non potius, quia illud non recipiebat, Ecclesia esse desijt, nisi quoddam nomen & externam speciem? An non alibi Christus se ab homine testimonium accipere negat. Vtitur quidem hominum testimonio in regni sui propagatione, sed non quod illo opus habeat, sed ut suam erga nos bonitatem declaret, & nostræ ruditati sese accommodet. Habet enim ex se metipsa suam auctoritatem veritas, neque inanibus hominum fulcris siue præsidijs nititur, qui ut falli possunt, ita ipsi frequenter alios fallere consueverunt. Neque nos offendi decet, si quando pauciores sunt, qui Evangelio credunt. Primò enim hominum incredulitas Dei verbo nihil derogat, cum nec hominum verbis, quæ per se vera sunt, nihil derogare possit. Deinde est hoc mundi ingenium, ut cum quæ traditur putet absurdum esse & impossibile. Docet hoc omnium seculorum experientia. Quid obsecro absurdius, impudentius, & turpius excogitari potuit, quam quæ olim gentes de Deorum suorum multitudine, generatione, nuptijs, imò stupris & adulterijs, fixerunt? Vtiam de sacris illorum nihil dicamus, quorum alia scurrilibus iocis, alia omni libidinose genere, multa etiam cædibus cruentis & parricidijs prophanârunt. Attamen non modo fidem illa inuenerunt apud homines, sed communi omnium gentium consensu approbata sunt, ut plerique per scelera Deos placari, & salutem sibi obtingere, arbitrentur. Idem de Mahometicis fabulis dicere possumus, quæ cum putidissimæ sint, in illis tamen regionibus locum inuenerunt, in quibus olim ipsius CHRISTI & Apostolorum vox primùm audita fuerat. Nec alia est eorum ratio, quæ in Papatu, monachorum scriptis, & viua Sacrificulorum voce, traduntur de purgatorio, de Spirituum apparitionibus, de reliquijs, indulgentijs item & sexcentis alijs: quæ, cum absurdissima sint, creduntur tamen, & pecunijs redimuntur, è contra verò sola Euangelij veritas excluditur, & impossibile aut absurdum putatur, quod per verbum suum Deus nobis proponit. Hoc (inquam) cum sit mundi huius ingenium, & tale omnibus seculis fuerit, cur ista hodie fieri miremur? Quin potius cogitemus, Dei verbum a nemine impudè contemni: neque aliorum exemplis exculantur illius contemptores, eò quòd ab vnus Dei auctoritate nos pendere conuenit, & vnus Dei vocem sequi.

Pergit verò Dominus, & magis adhuc arguit communem gentis totius ignorantiam, & huius causam in ipsis hæere docet, quia se nolint audire, qui solus hæc mysteria tradere possit. Si (inquit) terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si diuino vobis cœlestia, creditis? Terrena vocat ipsum doctrinæ suæ genus, quod non sublimi mysteriorum cœlestium tractatione assurgebat, sed similibus & parabolis, è vulgo petitis, illustrabatur. Ut enim nuper regenerationis mysterium per venti aut aëris parabolam exposuit: Ita passim similibus vsus est euidentissimis, quibus sese hominum capiti accommodauit. Est hoc magnum bonitatis diuinæ argumentum, cum ita sese demittat æterna illa sapientia, ut nobiscum quasi balbutire dignetur. At simul ex eo nostra arguitur stupiditas atque arrogancia: illa quidem, quod salutis rationem adhuc non percipimus, sed per inanes speculationes, quasi in alieno orbe, oberramus: hæc verò, quòd cum tales simus, nostri tamen ingenij vires, arbitrij libertatem, operum merita, plenis buccis prædicamus. Singuli ergo sibi dictum putent, quod hîc ad rerundendam Pharisæicam Nicodemi aliorumque Iudæorum confidentiam dicitur. Si enim ex nobis ipsis non percipimus salutis mysteria, quæ similibus rerum vulgarium & vsitatissimarum adumbrari possunt: quæ dementia est, in cœlum ipsum proprijs viribus velle ascendere?

Quin potius Christum audiamus, qui dicti sui rationem reddit, & simul docet, quo Mediatore nos in hac causa adiuuari oporteat. Dicit enim: Et nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis, qui est in cœlo. Participula ET pro causali ponitur, quod Ebræis frequens est admodum. Potest autem locutio hanc sententiam simul & sequentia referri possit. Si ad præcedentia referatur, causam exponit, & ita sententiam hanc Christus huic tractationi consultò interposuisse videtur, ut ad præcedentia simul & sequentia referri possit. Si ad præcedentia referatur, causam ostendit, quam in Iudæis accusarât, & se solum eius medicum esse profiteretur. Tunc verò in cœlum ascendere idem erit, quòd regni cœlorum mysteria, & arcanam Dei voluntatem, scrutari. Quo sensu olim Moses dicebat, de vero & æterno salutis præcepto loquens: Nô est in cœlis: ut dicas, quis ascendet nobis in cœlos, ut ipsû nobis afferat, &c.

Ignorantia
causam in ip-
sos reijcit.

Nemo ascen-
dit in cœlum,
nisi filius ho-
minis.

Deut. 30.

Hoc

DOMINICA TRINITATIS.

Hoc igitur in presenti dicit Christus. Non mirum est, vos in mysterijs hisce ita hallucinari, dum vestri ingenij sagacitate illa scrutamini. Nec enim vlli mortaliū hoc datum est, ut ipse se coelum conscendat, & regni Dei arcana inuestiget. Solus filius hominis est, qui illa manifestat, & eorum cognitione hominis mentem illuminat. Et si enim in coelo sit, Deo patri nimirum coæternus & consubstantialis, descendit tamen, & homo factus est, ut mysteria hæc annunciet, & vera Dei atq; voluntatis eius cognitione illuminatos secum in coelum subuehat. Idem ergo hinc dicitur, quod Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus ille filius qui est in sinu patris, ipse enarravit. Quod si ad sequentia hoc membrum referas, transitum facit **CHRISTVS** ad tertium huius tractationis caput, quo totum nostræ redemptionis negotium exponit, cuius se Mediatorem esse docet. Præmittit ergo quod in huius consideratione primum est: hominem scilicet nihil hinc posse suis viribus aut meritis, ideoque se in mundum venisse, ut suæ mortis merito redemptos seruaret, & regni caelorum hæredes faceret. Vterque sensus præsentis instituto probè conuenit, adeoque coniungi debent, ut intelligamus, nobis Christo, & Doctore & Seruatore, opus esse, si regnū Dei consequi velimus.

Ioan. 1.

Veritas incarnationis Christi asseritur.
Gen. 3. 22.
2. Sam. 7.
Luc. 1.

Disputant ex hoc loco nonnulli aduersus veram Christi incarnationem, & humanæ in illo naturæ veritatem. Olim enim Apollinaris, & eius similes, Christi carnem coelestem per Mariam, seu canalem, transiisse, non autem ex illa assumptam esse, contendebant. Sed conuincuntur illi totius Scripturæ autoritate, quæ Christum semen mulieris, semen item Abrahami, & filium Davidis, nominat. Et Angelus Mariæ dicebat: Quod in te nascetur: Non Quod in te descendet è coelo, &c. Rursum hodie reperiuntur, qui, ut euincant Christi corpus, perinde ut eius Deitatem, vbique præsens esse, & per omnia diffundit, huius loci verba & literam vrgent, & Christum cum hæc diceret, quod ad corpus eum in coelo fuisse clamant. Sed hic oppositum, quod ne in terris quidem corpus Christi vnquam fuisse mul diuersis in locis fuerit, nec vlla fiat eius miraculi mentio apud Euangelistas, qui hoc non fuisse dissimulaturi, si quid tale vnquam fecisset. Ipse certè se Bethaniam fuisse negat, cum illic Lazarus moreretur: quod non aliter, quam de eius corpore, potest intelligi. Et corpus eius quærentibus Marijs Angelus dicit: Surrexit, non est HIC: Vt infinita huius generis testimonia omittamus. Restat ergo, ut veteres interpretes secuti, locum hunc per Idiomatum communicationem exponamus, qua fit, ut interdum de toto Christo dicatur, quod de altera tantum natura potest intelligi. Solet autem eiusmodi locutionibus, ut scriptura, ut & personæ vnitatem exprimat, & inter naturas distinguat. Ex coelo igitur descendit Filius hominis, quando Dei filius ex muliere homo natus est, Idem vero in coelo mansit semper, quod ad Deitatem, qua Patri indiuulso vnitur, & qua mutationem nullam suscipit. Hoc sensu olim Orthodoxi patres multos scripturæ locos feliciter conciliant, qui primo aspectu inter se dissentire videntur. Quod si cui placet contentions studium, quæ paradoxis deletatur, rixetur quantum velit, sed Christum olim iudicem venturum sciat, cui de quouis verbo otioso rationem nos reddere oporteat. Nos ad Christi Iesu institutum respiciamus, qui ut toto hoc loco Nicodemi & Iudæorum omnium ignorantiam arguit, ita docet se vnicum salutis nostræ Magistrum atque Doctorem esse, & in se vno, vero, vnicoque Mediatore Dei & hominum, illam contineri, quam integra sua obedientia, & quod tandem in crucem suffixus, & in eadem mortuus sit humano generi peperit, quod Christus Dominus in dicto illo: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, &c. quoque similiter docet, cuius explanationem, supra homilia prima secundi diei in pentecoste, inueniet pius lector. Hunc ergo Christum Iesum, Dominum & Mediatorem nostrum, audiamus, ut eius Spiritu atque verbo edocti, sancti, (ut Christi fideles decet) ambulemus, & per illius meritum regni æterni atque celestis hæredes efficiamur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

DOMINICÆ TRINITATIS
prima precatio.

Aterne omnipotens & vere Deus, Pater Saluatoris nostri **IESV CHRISTI**, qui cum Filio & Spiritu sancto tuo, condidisti coelum & terram, Angelos & homines, & Filium tuum λόγον, γενέσθαι σὸς, voluisti esse mediatorem, & patrescisti per eum æternum decretum de redemptione generis humani, & per eum, dato Spiritu sancto tuo, casta & casta corda credentium renouas ad vitam æternam, accendis in ipsis veram lucem, agnitionem & inuoca-

DOMINICÆ TRINITATIS,
EX LECTIONE DOMINICÆ TRINITATIS
tertia precatio.

Dilectis & erudita fuit tua nocturna homelia cum pio Nicodemo, fili Dei: Tu arundinē quassatam non frangis & linum fumigans non extinguis. Gestas & ducis nos infirmos & vis ut tua Ecclēsia etiā infirmos in fide suscipiat, & errantes in mansuetudine arguat, donec ex tua voluntate veritatem agnoscant, & ex laqueis diaboli liberentur. Conuictus miraculorū euidentia docilis Nicodemus statuebat te esse Doctore à Deo missum, simile Mosi & Prophetis, & te futurum esse instauratorem illius politiæ, & monstratorem honestæ vitæ & disciplinæ, quam somniabat esse iustitiam Dei. Huic opinioni Pharisaicæ Filius Dei opponit propositionem egregiam: Nisi quis renatus fuerit, &c. Nostra hæc natura est mortua, est rea in conspectu Dei, est quiddam damnatum, & sensus carnis est inimicitia aduersus Deum. Opus est igitur regeneratione & conuersione hominis apud Deum. Iustitia Dei & regnum Dei non est opus humanæ naturæ, nec bonum, quod hæc natura aut intelligere aut efficere potest sua vi. Tu existimas me esse Doctorem Socraticum & Philosophicum, sed ego affero sapientiam longè positam supra & extra conspectum creaturarum: concionor de corruptione & renouatione hominis. Hastitante deinde & hallucinante tuo infirmo discipulo, & eodem in rebus diuinis excutiente, modum etiam ei renouationis exponis: Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu &c. Tua bonitate institutum & ministeriū Christe, cui tuus ille Spiritus verè est præsens. Soli igitur illi videt regnū Dei, qui sunt in cætu vocatorū, qui audiunt, discunt & amplectuntur tuam vocem, sonantem in ministerio, in illis Spiritus sanctus est efficax: Abluuntur à sordibus inquinatæ naturæ, & renouantur ad nouam & Spiritualem vitam. Nostra tota natura caro est, omnis iustitia humana est tantum rectorum externorum gestuum, & intus in illis, qui sunt optimi, alluescitur potentiarum naturalium ad quandam modestiam, & ordinem conuenientem vitæ: sed in electis oportet, ut nascatur nouus homo, conditus ad imaginem tuam, qui producitur è Spiritu sancto, transformante nos ad nouam sanctitatem, spirante in nobis tuam lucem, & tales motus, quales in Deo & in natura humana CHRISTI fulgent. Arcana res est illa salutaris agitatio in homine. Et umbram rerum diuinarum Deus in creatione pinxit. In nostra natura mens cogitando format imagines rei cogitatæ, voluntas mota eligit, & in corde per effusionem Spirituum ciuntur motus. Ita & Filius Dei est imago æterni patris, & inter Patrem & Filium substantialis vnio, per eundem Spiritum, & sanctis Patrem suum ostendit λόγος, & illi patefactioni excitat congruentes motus per suum Spiritum. Ita flatus ex tua ordinatione excitati in hominibus aliquomodo pingunt sanctas agitationes effectas à tuo Spiritu. Tu producis ventos ex tuis thesauris, & mirabiliter hanc mundi machinam concutis & repurgas, cuius effectiones non intelliguntur & capiuntur à sapientia humana, & non est visibilis aspectus rerum diuinarum in hac vita: sed satis est, quod vocem eius audimus, quod docente & regente nos tuo Spiritu tuæ voci assentimur, & ad æternam vitam renouamur. Magnæ fuerunt tenebræ, deploranda cæcitas fuit, quod Doctores in illo populo non intelligebant doctrinam de pœnitentia. Similis caligo etiam nunc est in mundo, in illo loco, qui habet nomen ordinariæ successione: Tu FILI DEI illas tenebras emenda, & serua nobis lucem tuæ veritatis: Tu es testis de bonis veris & æternis. Tu vidisti arcanum pectus tui Patris, & intelligis ipsius immota decreta de restitutione hominum. Sed in hac vita loqueris nobis terrestria: doces nos restituere uulos tuæ sapientiæ, magnitudinem illarum rerum cernemus in cælo. Tu solus ascendis in cælum, scrutaris voluntatem & consilium tui Patris: Tu es in sinu Patris, & descendis ex cælo, reuelas nobis sapientiam Euangelij ignoratam omnibus creaturis, quæ concionatur de admiranda liberatione generis humani per tuam mortem, & de restitutione cœlestis iustitiæ. Tu igitur FILI DEI descende etiam in nostra pectora, loquere in illis tuam sapientiam cœlestem, accende initia æternæ vitæ, ut intelligamus te exaltatum fuisse in cruce, ut per te accipiamus remissionem peccatorum, & rursus te exaltatum esse ad dexteram æterni Patris tui, ut per te habeamus iustitiam & spem æternæ vitæ: Amen.

DOMI

DOMINICA I. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

LVC. XVI. CAP.

HOMILIA I.

Caterum quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & se oblectabat quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus, qui proiectus erat ad vestibulum eius, ulcerosus, & desiderans saturari micis, quæ cadebant è mensa diuitis: Sed & canes veniebant, ac lungebant eius ulcera.

DOMINVS NOSTER, IESVS CHRISTVS, MVLTArgumentum
ta de auaritia aut immodico opum studio, deque vero earundem vsu, in præparabola.
cedentibus verbis disseruit, qui est, vt non modò nostræ necessitati seruiant,
sed vt simul benefici simus in pauperes, & ita nos eorum societati insinu-
emus, qui vera Ecclesiæ membra sunt, vt olim cum illis in cælo viuamus.
Est doctrina hæc simplex, & communis sensus testimonio probatur: Vehementer autem
illi obstat iudicium vulgi. Plerique enim diuites ex huius seculi fortuna iudicant, & proin-
de illos solos felices atque beatos dicunt, paupertate autem nihil infelicius, nihil miserius
aut calamitosius esse sentiunt. Hinc fit, quòd capitali paupertatis odio inflammati, nullas
verbi Dei admonitiones audiunt, neque rationibus vllis se persuaderi patiuntur, vt medi-
ocritati & beneficentiæ studeant: sed potius insatiabili habendi cupiditate diuitiarum acer-
tius congerendis inuigilent: quæ multorum atque maximorum scelerum causa est. Nam
qui ditescere volunt (vt Paulus ait) incidunt in tentationem & laqueum, & in cupida-
tes multas amantes & damnosas: quæ demergunt homines in exitium & interitum. Quia
propter **CHRISTVS** pro suo more doctrinam hanc suam eleganti parabola, vel po-
suius rei gestæ narratione (vt quibusdam videtur, in quorum sententia D. quoque Ambro-
nentur fuisse apparet) illustrat: qua cæcum vulgi iudicium confutatur, & multa alia conti-
tia, quæ opes illis exitiales reddunt: Quæ poenæ eosdem maneant. Rursum, quæ paupe-
rum fors sit atque conditio. Quid item de defunctis piè & orthodoxè sentire debea-
mus. Admonemur præterea, poenitentiam non debere post mortem vsque differri, &
ex solis Scripturis petendum esse salutis consilium. De quibus omnibus suo loco dicetur.
Nunc de diuitis & Lazari personis agemus.

In diuite typus summæ felicitatis proponitur, qualis hæc hominibus in hoc seculo
obtingere potest. Itaque diligentius consideranda est primum tora eius conditio: de-
inde studia quoque & mores, quibus peccauit. Ad primum pertinet, quod simplicitate
diuitem dicit, neque alicuius publicæ dignitatis aut functionis meminit. Itaque homo
priuatus iste fuit, & vitam priuatam vixit. Est hæc non postrema felicitatis pars, eò quòd
non laboribus modò, verumetiam curis atque periculis assiduis exercentur, quicunque
rebus præsentibus, & publicam aliquam functionem sustinent. Quod non imprudenter Rex
ille barbarus obseruauit, qui cum oblatum diadema multum diuque contemplatus esset,
tandem exclamauit: ô nobilem potius & pretiosum quam felicem pannum, quem ne hu-
mi quidem iacentem tolleret, quisquis sciret, quot & quantis curis atque sollicitudinibus
refertus sis. Placent quidem sibi ipsi Reges in sua magnificentia, & opum atque potentia
ostentatione, & Semidei quidam esse videntur: sed quam mordaces curas, quamque a-
obscure restantur: dum ferè barbaros & peregrinos milites accersunt, quos multa pe-
cunia conducunt, vt ab ijs ipsorum vita seruetur intra suos parietes, vbi omnia tuis-
ma esse debebant. Nihil nunc de illis dicimus, quibus proprii liberi, vxores, fratres, su-
specti sunt, & qui ne urgente quidem fame cibum capere audent, nisi ab alijs prægusta-
tum, ne fortè venenum hauriant. Potuit ergò noster hic verè beatus censerì, qui procul
negotijs vitam priuatam egit, & proinde liberio rem suarum diuitiarum vsu habere potuit.

Adde ita

DOMINICÆ I. POST TRINITAT:

Adde ita diuitē dici, vt neque de opibus iniuste partis accusetur. Nec enim scenerator aut vsurarius, non miles, non raptor, non sacrilegus, non impostor, vel defraudator, dicitur. Talem ergo æstimare possumus, qui opes possederit iustas, & bono iure ad se pertinentes: qualis alter ille fuit, de quo capite vndecimo dicitur: Sunt hæc in eum finem nobis obseruanda, vt discamus in illarum quoque opum administratione peccari posse, quæ optimo iure aut titulo à nobis possidentur: & proinde eos vehemēter falli, qui sibi in illis quicquid libet licere putant. Esset quidem aliqua istius persuasionis ratio, si quid ex nobis ipsis haberemus, quod iure possemus nostrum dicere. Sed cum opes à Deo dentur, nobis autem earū dispensatio modò credita sit (vt supra audiuimus) stulta & perniciofa est insolētia, quæ nos impellit, vt à Deo datis bonis petulātius abutamur. Ergo nostri huius exemplū inueniamur, de quo nihil dici potest adhuc, quod vituperium mereatur, abusu tamen in proprium exitium sibi vertit opes, quas ex Dei liberalitate acceperat. Quid ergo de illis fiet, qui & pessimis artibus ditescunt, & istius mores, atq; studia imitantur.

Vitia diuitis.

Gen. 41.

2. Sam. 18.

1. Reg. 10.

Esth. 2.

Deut. 12.

Leuit. 16.

Securitas.

Iacob. 5.

Luxus.

Sed videamus, quæ illa fuerint: Induebatur purpura & bysso, & se oblectabat quotidie splendide. Primùm vestitus mollior & ornatio illi tribuitur, Purpuræ enim tinctura excellentior pretium & dignitatem summam apud veteres conciliauit, Byssus autem lini quoddam genus apud Aegyptios & Orientales fuit, cuius materia ex arboribus colligebatur. Deinde splendidius oblectatum fuisse dicit, quo membro victum, & omnia alia totius vitæ studia, compræhendit, & sensus est, quod cibus vsus sit lautioribus, adhæc ludis deditus hoc vnum quæsierit, vt vitam in tripudijs & magnificentia transigeret. Atqui interdum splendidius vestiri per se peccatum non est, modò conditionis & dignitatis ratio habeatur: & scimus quid in vestitu Ioseph, Dauid, Solomon, Hestera regina, fecerint, quorum omnium pietas in scripturis celebratur. Itaque neq; in genere damnatur conuiuia lautiora, neq; etiam gaudia, quibus animos interdum recreari vtile & necesse est. Quin Moses ipse iubet, vt diebus festis, qui victimas obtulerant, epulentur & lætentur coram Domino. In quo ergo iste peccauit? Vno verbo id Christus indicat, quando hæc illum QVOTIDIE fecisse ait. Nam vt temporis ratio permittit, vt aliquando splendidius & lætius viuamus: ita non minus eadem illa requirit, vt interdum ieiunijs vacemus, sacco vestiamur, & (vt scripturæ loquuntur) animas nostras affligamus. Qui ergo quotidie vestitu molliori superbiunt, & quotidie lautius epulantur, ij satis ostendunt, se nimium securos animi esse, nec multum moueri iudiciorum Dei exemplis, quibus hic mundi petulantiam cohercere satagit. Itaque duo non vulgaria vitia diuites iste coniunxit, securitatem nimirum atq; luxum, siue intemperantiam. Ex his tertium manauit, pauperam contemptus, & quod Lazarum famelicum, atque vlceribus obsitum, qui ad eius vestibulum prostratus iacebat, facile neglexit, adeò vt ne reliquijs quidem aut micis ex mensa sua cadentibus eius famem atq; inopiam releuare dignaretur: imò canibus, qui eius vlcera lingebant, esset durior.

Isto autem exemplo diuitum vitia Christus adumbrat, quibus plerumque iram Dei prouocant, & diuitias sibi ipsi exitiales reddunt. Primùm inter illa est securitas cum confidentia coniuncta, quam diuitijs perpetuam ferè comitem esse, aut saltem ex illis nasci, Germani vulgari prouerbio testantur. Vt enim egestas impatientes facit, & murmuratores: ita difficile est cauere, ne cristas attollant, & earum acerbum indies augeri vident. Mali autem vitij huius præcipua causa est, cæcum atque peruersum de diuitijs iudicium. Quia enim has sibi proprias esse, adhæc æternas, & in iisdem veram hominis felicitatem consistere sibi ipsi plerique perluadent, non possunt non simul putare, se extra omnem telia actum constitutos esse, si aurum & argentum plurimum possiderent, latifundijs maximis & amplissimis dominantur, seruis stipati incedant, & propter opes atq; splendorem insolitum, ab omnibus digito monstrantur. Itaque præsens vitij huius remedium fuerit, si nos nihil in terris proprium possidere, sed dispensatores modò esse cogitemus eorum quæ Deus nobis gratuita misericordia largitur. Tunc enim mox succurret, olim reddendam esse rationem Deo, vbi nulla ex illarum abundantia ad nos utilitas redibit: quin potius ea ipsa aduersus nos testabitur, vt Iacobus docet. Adde his, quod fluxus & cadentia expendantur, mox omnem ex animis securitatem eijcient, & de vera dispensatione sollicitos reddent eos, qui prius sibi ipsi omnia tuta promittebant.

Alterum vitium, quo diuites plerumque laborant, luxus est, qui ex priori illo nascitur. Nam qui opes sibi proprias esse sibi perluaserunt, ij illarum vsum ad se solos pertinere putant. At cum natura paucis contenta sit, & necessitati pauca possunt sufficere, plura luxu dant

datè oportet eos, qui diuitijs soli volunt uti. Varias itaque eius species excogitat insatiabilis hominum cupiditas, quæ, si semel ei indulgeas, modum non inuenit. Hinc ergo luxuriosa in vestitu mollities sese exerit, quæ & naturæ & Christi legibus repugnat. Quia enim vestrum origo ex peccato est, nimis absurdi ac imprudentes sunt, qui illis superbiunt: & quid obsecro hi aliud faciunt, quàm si quis facinorosus ex catenis & laqueis, quibus vincitur, gloriam quærat? Quæ verò amentia est, christianum hominem vestitu luxuriari, qui omnem salutis suæ fiduciam in Christo collocatam habet, qui ut vestes habuit paucissimas, ita eandem propter nos militibus prophanis prædam fieri voluit, & nudus in cruce pendit, ut primam innocentiae vestem nobis recuperaret? Quæ cum verissimè dicantur, & sumptuosiori vestitu, parum se fecisse existimant, nisi peregrinis quoque vestium formis sese ostentent, & has quoque indies mutant, ne quid cum alijs commune habeant. Ridiculum sanè hominum genus, qui dignitatem maiorem sibiipsis ex pannis pollicentur, quasi hi animia mutare, & huius dotes augere possint. Atqui (quod prouerbio dicitur) simia manet simia, etiam si aurea gestet insignia. Comitatur luxum hunc intemperantia in victu, gulæ studio, ex quo foedus, & beluinus donorum Dei abusus nascitur cum ebrietate, quam meriti omnium scelerum atque turpitudinis parentem dixeris. Et quia huic etiam cupiditati finis statui non potest, non minus peregrinas et nouas lauticias quotidie quærunt, qui illi seruel coeperunt indulgere. Itaque maria & terras omnes fatigant, ut non tam cibos, quàm gulæ irritamenta, conquirant, quibus palati fastidio medeantur. Et dum ex illis voluptatibus sibiipsis morbos omnis generis accersunt.

Coniunctus est vitij hisce pauperum contemptus, quos ferè nihil ad se pertinere putant. Quomodo enim aliorum rationem aliquam haberent, quos securitas iam pridem occupauit, & quorum cogitationes circa vestium ambitiosam ostentationem, conuiuiorum luxum, superbas inutilium ædificiorum structuras, theatra, ludos, spectacula, & alia sexcenta huius generis distrahuntur, quibus paupertas ipsa inimica est? Itaque qui inter illos alijs meliores sunt, securi pauperes atque egenos negligunt, & Sacerdotem atque Leuitantur, qui in quibus in Samaritani parabola dominica decima tertia post Trinitatem dicitur, imitari, qui saucium, & à latronibus spoliatum, præterierunt, neque eius curam ad se perferunt, qui saucium, & à latronibus spoliatum, præterierunt, neque eius curam ad se perferunt, quando Lazarus ad vestibulum eius proiectum iacuisse ait, nullam verò vel beneficii in ipsum collati, vel alicuius iniuriæ facit mentionem: Atqui eo nomine multi sibiipsis placent, seque apud Deum abundè excusatos esse arbitrantur, si ab iniurijs abstineant, etiam si interea pauperes omnes negligant. Quasi verò non satis iniurius sit, qui egeni debitum officium negat: aut non satis noceat, qui eum fame perire sinit, quem sua ope subleuare poterat. Et quid aliud in Sodomæis Deus per Ezechielem reprehendit, quàm quæ de hoc nostro diuite narratur? Ecce (inquit) hæc fuit iniquitas Sodomæ fornicationis tuæ, factus, saturitas panis, felicitas, orium, & manum pauperis atque egeni non firmavit. Quò etiam refertur debet, quòd *CHRISTVS* in nouissimo die actionem suam propriè aduersus eos instituet, qui esurientem non cibauerunt, sitienti non dederunt potum, nudum nos vestierunt, peregrinum non exceperunt hospitio, ægrotantem aut captiuum non inuiserunt, neque consolati sunt. Quid ergo de illis fiet, qui non contenti neglexisse pauperes, insuper eos odiosè accusant, eorum vitia malignè notant, ut alios quoque à beneficentia absterreant, adhuc ab ostijs & domibus suis procul arcent, vel etiam illis claudunt urbium portas, quæ interea Mimis, scurris, histrionibus & meretricibus impudentissimis, patent? Quid denique sperare possunt ab his, quorum dum & tyrannide, ad extremam egestatem redigunt, quorum fortunas tueri debent? Damnatùr diues iste, quòd neglecto Lazaro ipse vestitu superbiuit, & lautè epulatus est, seque ipsum ludis & omni voluptatis genere oblectauit. Num ergo impunè ferent, qui ut molliter vestiri, epulari, ludere, & voluptuari possint, multos quotidie pauperes faciunt, & non solùm ex ædibus paternis, verum etiam ex solo natali eieciunt? Atqui hi illi sunt, qui hodiè mortalium in hoc mundo beatissimi censentur, & quorùm typum nobis in isto sumptuoso epulone Christus proponit. Sunt hi reuera omnium infelicitissimi, cum tota felicitatis ipsorum existimatio ab opibus dependeat, quibus nihil est instabilius, & quæ illis tot tantorumque scelerum occasiones atque materiam suppeditant.

Pauperus contemptus.

Ezech. 16.

Math. 25.

DOMINICÆ I. POST TRINITATIS

Lazarus typus
miseria
huius seculi.

Psalms 37.

Lazarus no-
men.

Psalms 146.

Sed videamus ex altera parte Lazarum, qui eorum est typus, quos mundus hic fo-
los infelices & miseros iudicare solet. In quo primum occurrit nobis nomen, quo illum
Christus dignatur, qui diuitis nomen nullum expressit. Ita verò in ipso limine ostendit,
Dei iudicium ab hominum sententia multum differre. Hi enim solos diuites immortali
gloria dignos esse existimant, nec satis esse videtur, si nomen eorum cum aliqua hono-
ris significatione celebrent, nisi titulos quoque addant ambitionis plenos, quorum a-
liqui nimij, aliqui indigni & absurdi, multi inepti, omnes verò falsissimi sunt. Sed & ip-
si diuites, ut nomina tua ad posteritatem transmittant, stemmata sua ex ordine domi suæ
collocare, gentis insignia in templis, hospitij publicis, ad sepulchra denique, quos sus-
dere solent: & insuper seruilis ingenij scriptores amplissimis donis inuitare, quos su-
arum laudum præcones habeant. Et hæc quidem ad tempus aliquod multi admiran-
tur: sed plerunque præter omnem expectationem omnia ista intercidunt, ut aut nul-
la extet vel nominis ipsorum memoria, aut ea foetida & ignominiosa maneat. Quod
David obseruans dicebat: Vidi impium diffundentem se in laniam lauri frondosa: Et
transiit, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus. At longè alia est pi-
orum fors, qui etsi in hoc mundo obscuri & ignobiles sint, in cælis tamen eorum no-
mina adscripta sunt, & proinde immortalis atque æternæ laudem habent. Ideo
CHRISTVS, qui diuitem illum molliculum & ambitiosum ne nominare quidem
dignatus est, mendici pauperrimi nomen diligenter exprimit. At quale nam hoc fuit
Lazarus, quod idem est cum Eleazari nomine, vtrumque verò Deum adiutorem, vel
Dei adiutorium, significat. Videtur huic allusio subesse ad vulgarem morem: quo men-
dicis stipem aut panem petentibus responderetur, Adiuuet te Deus. At quod illis ab in-
humanis & duris ducitur, id Dominus consolationis loco ipsis esse vult, eò quòd om-
nes illi, qui hominum ope destituuntur, reuera Lazari sunt, id est tales, quibus De-
us adiutor & patronus esse velit. Huc enim illud Psalmi pertinet: Beatus cuius auxilium
est Deus Iacob, & cuius spes est apud Dominum Deum suum. Itaque ipso nomine sta-
tim Christus eum felicem & beatum pronunciat, qui propter egestatem miserrimus erat
hominum iudicio,

Præstat tamen paulò diligentius Lazari huius conditionem inspicere. Primum non
modò pauper, sed *πρωτος* fuisse dicitur, quæ vox propriè eum significat, qui omnium
indigus, ne labore quidem manuum sibi ipsi victum parare potest, sed aliorum opem
implorare cogitur: quos vulgò mendicos dicimus. Est horum conditio miserrima, qui
illis non solum cum paupertate, verum etiam cum mundo res est, in quo plures semper
inimicitia & inhumani sunt, qui ipsos oderunt, & indignos esse indicant, quibus aliquis o-
pem ferat. Et quod reliqua mala superat, vitæ etiam innocentia & morum probitas in isto
hominum ordine plurimum periclitatur. Quia enim paupertas, si per se consideretur, ma-
lesuada est, tales autem ab omnibus ferè negliguntur, nec vlla vel Ecclesiastica vel politica
disciplina continentur, facilis illis in omnem licentiam lapsus est, & ferè eò usque dela-
buntur, ut ex inopia sua impunitatem sibi ipsis polliceantur, & non ipsi modò pessime
viuant, verum etiam liberos suos male educunt, & tales posteros relinquunt, quos neque re-
ligio, neque magistratum autoritas, mouet, cum nulla apud eos sit illarum rerum cogi-
tio, quibus homines in officio contineri possunt. Quæ causa est, quòd Deus olim paupe-
res quidem suo populo nunquam defuturos esse testatus est, & eisdem commendatissimos
esse voluit, simul autem grauitè monuit, ne mendicos esse patiantur, Deut. 15. Quod ip-
sum Apostoli probè considerantes, in primitiua Ecclesia res ita instituerunt, ne quis ege-
nus esset, qui vitæ stipem aut ostiatim panem emendicare cogereetur. Et Paulus in epi-
stolis ad Thessalonicenses multa grauitè dicit *περὶ τῶν ἀτιμωτῶν*, id est, de inordinatis istis
hominibus, qui cum nec priuatim rem domesticam obeant, nec publicè politicis legibus
aut Ecclesiasticis viuunt, ex publicis tamen Ecclesiæ bonis & priuatis piorum eleëmofy-
nis sibi dari volunt, quod ipsorum ignauia & licentia possit sufficere. Quoties ergo in
euangelica historia mendicorum fit mentio, id in Iudæorum fieri opprobrium cogitemus,
quorū Sacerdotes & Seniores publica bona ad se rapuerant, & nulla habita pauperū cura
eos vagari & oberrare patiebantur. Quod vtinam non etiam hodiè apud multos fieret, qui
Euangelicæ doctrinæ professione superbiunt. Illis enim ferè debemus magnam illam
mendicorum turbam, qui hinc inde famelici oberrant, vias omnes obsident, clamor-
re & querelis omnes obtundunt, ex Ecclesiarum bonis interea diftescentibus, clamor-
luptuantibus illis, qui, vt inter Ecclesiæ membra numerentur, multis nominibus in-
digni

digni sunt. Sentient isti aliquando graue Dei iudicium. Interim non obstabit illorum inhumanitas atque rapacitas, quò minus Deo grati sint, qui per illos mendicare coguntur, modò isti fidem in Deum retineant, patientiæ & innocentiae studeant, quòd hunc Lazarum fecisse paulò post audiemus.

Nunc ad hunc redeamus, extremæ eius inopiæ aliud incommodum longè maius accessit aduersa nimirum corporis valetudo, & ea quidem non vulgaris, aut in qua aliqua restitutionis spes possit haberi. Nam totus vlceribus obsitus fuit, quorum sanies totum corpus & ipsas quoque medullas iam eò vsque depasta erat, vt non multò post vitam suam finiret. Et cum alios morbos ferè cibi fastidium comitetur, iste simul cum fame etiam conciliatus est, quam vulgo extremum malorum omnium esse aiunt. Adde his, quòd & fameritiorum habitus, in quo se contineret: sed ad diuitis huius abliguritoris vestibulum proiectus iacuit, præ fame non lautitias & rariores aliquas dapes (quas ferè ægroti appetunt) sed micas petens, è mensa cadentes, quas obrepens libenter collecturus erat, modò eò futurum habet egestatis, ex quo vel consolationem vel consilium aliquod petere possit. A diuinitate autem & eius familia, quæ procul dubio numerosissima fuit, inhumaniter & immisericorditer negligitur, vt ne micas quidem modicas efflagitare possit, & canes omnibus illis humaniores & efficiosiores erga se sentiat. Hi enim veniebant, & lingebant eius vlcera. Quo spectaculo Christus non huius modò epulonis, sed omnium eorum duritiam atque crudelitatem arguit, qui procul abiecto omni humanitatis sensu nulla vllius hominis miseria tanguntur. Hi certè non solum in charitatem & communionem christianam peccant, sed naturam etiam leges violant. Cum enim in pauperrimis hominibus, imò in mendicis, sanis & tabo diffluentibus, humanæ naturæ dignitatem animalia bruta, canes, equi, volucres, & interdum feræ, etiam agnoscant, quis obsecro naturæ sensum aliquem in illis reliquum esse ditaneat, neque animalium brutorum exemplo, moueantur? Quoties ergo canes aut iumenta adduci, aut à Deo iudices constitui, cogitemus, quorum exemplis condemnemur.

Etenim hoc exemplo commune speculum nobis Deus proponere voluit, in quo hominum mores, & quid hodiè publicè atque priuatim fiat, contemplemur. Quid enim aliud faciunt principes, quos ne grauiore quidem sui populi calamitates mouent, vt de ope ferenda cogitent? Regnant vbique terrarum vsurarij, qui monopolij suis & impo-
 sitionibus plurimos quotidie ad egestatem redigunt, & rerum omnium precium ita auxerunt, vt vix atrum panem ex laboribus suis habeant, qui dies noctesque fatigantur. Clamant ergò passim misera ciuium & agriculturalum turba, plenæ sunt querelarum curiæ omnium artibus prostrati principum opem implorant, magistratuum genua supplices præhennent publicos coherceat? Imo beatos possemus dicere pauperes, si saltem, quæ ex aliorum liberalitate illis debentur, & quæ multo sudore acquirunt, ipsis salua manerent. Sed & hospitalibus, quotidie deglubunt, & à famelica opificum, agriculturalum, vpilionum, subulcorum, viduarum, & orphanorum turba, exigunt pecunias, quas deinde in ludos, spectacula, nationem, aleam, scorta, Mimos, insana ædificia, sanguinarios milites, parasitos, & nouorum voluptatum inuentores, turpiter profundunt. Quis ergo illos hoc epulone inhumaniores & iniustiores esse negauerit? Hic certè canibus permittebat, vt Lazari vlcera lingeret. At si quis hodiè pauperum & populi tot modis afflictis causam suscipiat, mox eruat, qui minacibus edictis illum deterreant.

Veruntamen lusus & iocus sunt ista, si cum ijs conferantur, quæ in Ecclesiam Christi designantur. Nam & hæc in mundo sedibus incertis vagatur, & multis in locis famelicis saltem micas aliquas sanioris doctrinæ expetit. Ad hæc morbis atque vitijs plurimè prostrata iam multis annis eos suis clamoribus atque gemitibus fatigauit, qui ipsius nutritij, patroni, vindices, & medici, esse debebant. Sed nequicquam hæc omnia. Rident Ecclesiæ morbos Pontifices, & felices illos vulgi miseri errores esse aiunt, per quos ipsi dominantur. Ijdè propius accedenti & manum medicam poscenti pedes deosculandos propinat.

vlcerosus & famelicus.

Speculum nostrum temporis.

Lazarus Ecclesie typus.

DOMINICÆ I. POST TRINITATIS

Reges aut securi clamores eius negligunt, aut cum Pontificibus coniuratione facta, que-
relas istas ferro & igne, aut etiam bellis publicis sopire satagunt. Pauci aliqui canos à
Deo excitati Ecclesiæ vulnera lingunt, dum verbi doctrinam, & ex hac desumptas as-
suetarum conscientiarum consolationes adhibent. At ne hi quidem istud absque pericu-
lo faciunt: & plerunque pro tam pio & necessario officio vincula, exilium, honorum om-
nium direptionem & horrenda supplicia reportant. Et hæc quidem publicè fieri ne-
mo negauerit, nisi qui in luce meridiana cœcutire velit: imò vtinam ista negari possent,
& ego potius mendacij arguerer, non autem tot infelices animæ de salute sua periclitat-
rentur.

Pauperum
multitudo.

Quòd si verò ad huius seculi pauperes atque mendicos reuertamur, & quid priua-
tim in singulos plerique designent videamus, mox Lazarus iste ad fores diuitis & volu-
ptuarij Lurconis vestibulum prostratus occurret. Quis enim non videat innume-
rabilem illorum multitudinem, quos aut principum iniquæ exactiones, & militum ra-
paciæ crudelitas, aut incendia publica, aut tempestas, & naufragia, aut etiam pro-
pria negligentia, siue prodigalitas, mendicos fecit? Sunt hi omnes publica exempla,
quibus à nobis omnibus primò quidem poenitentiam, & vitæ antea actæ emendationem,
deinde opem atque auxilium, CHRISTVS ipse flagitat. Iacent hi ad templo-
rum fores prostrati, ad vrbium portas, ad magnarum palatia, adhæc ostiatim pul-
sant, stipem & panem, adeoque micæ ex mensa diuitum, & laceros attritosque pan-
nos, contempas pretiosissimarum vestium reliquias, magno & miserabili clamore po-
stulant. Ad hunc verò multi aures obturant, multi facies auerunt, multi ipsædē vias
publicas & communem aërem inuident: omnium verò vna vox est, neminem tot men-
dicis alendis sufficere. Quàm multi autem interea, quamque immodici sumptus fi-
unt in luxuriosa conuiuia, in turpes ludos, in theatrorum apparatus, in vestes fastuo-
sas & inhonestas, in aleam, in scorta, leones, scurras, gelopæros, citharistrias, & impuros
Penelopes sponfos, qui cum fruges consumere nati sunt, neque vllum opus honestum fa-
ciant, tamen feruntur, & aluntur, imò conuiujs publicis cum omnium applausu intersunt,
& tandem priuatim argenteis nobilium insignibus, publicè autem vestibus honorarijs &
viatico donati discedunt. Et istis quidem sumptibus pleriq; se sufficere arbitrantur, & indi-
gnè ferunt, si quis eos illis leuare velit: quàm primam verò de pauperibus alendis & in or-
dinem redigendis quæstio proponitur, omnes rem impossibile tentari vociferantur. Quis
ergo non exclamet, ô mores, ô tempora? Inueamur ergò diligentius hoc nostri seculi spe-
culum, ne, dum diuitis istius mores imitamur, cum eodem poenas demus Deo, qui paupe-
ribus factas iniurias inultas non sinit.

Lazari mores
& studia.


Hebr. 1.

Porro priusq; dicendi finem faciamus, Lazari nostri mores & studia inspicere oportet,
vt eius exemplo inopes discant, quæ ipsorum sint officia. Nam etsi Christus de illis ni-
hil expressè dicat, ex alijs tamen circumstantijs facile colligi potest, qualis fuerit. Quia
enim illi morienti adsunt Angeli, quos electorum ministros esse Apostolus Abraha-
& animam eius in sinum Abrahami deferunt: satis constat eum germanum Abrahæ
mi filium fuisse, quo nomine electos Dei, & verè credentes, Spiritus sanctus in Scri-
pturis ornare solet. Fidem certè operibus euidentissimè declarauit, Spiritus sanctus in nimi-
rum & caritate, quas virtutes in illo præclaras & perfectissimas fuisse oportet. Quam
enim multa audiuimus, quæ eius patientiam superare poterant, nisi inuicta fide, &
spe, suffulta fuisset? Et quàm multos hodiè, qui in fide robustissimi habentur, mur-
murare, deque suis afflictionibus impatienter queruntur, quæ ne decimam qui-
dem eorum partem patiuntur, quæ ille perpeffus est? Adhæc quàm multas, quan-
tunas suas inuideret, & tam ipsi quàm toti eius familiæ malediceret, à quibus tam
inhumaniter negligebatur? Solent hoc ferè pauperes, adeò vt diuiti isti opes atque for-
tunas suas inuideret, & tam ipsi quàm toti eius familiæ malediceret, à quibus tam
causa quibusuis conuidentur, & diuites quoque exitio dignos esse iudicent. At lon-
gè alia beati istius mendici mens fuit, qui suam sortem patienter ferendo, neminem
suae miseræ socium, aut etiam seipso miseriorem fieri optauit. Imitentur exemplum
hoc pauperes, & ante omnia fidem in DEVM habeant inconcussam, neque se pro-
pter egestatem ab illo negligi putent. Respiciant autem in fidei huius Mediatore,
IESVM CHRISTVM, qui vnus nobis Dei gratiam impetrauit, ne ex
paupertate (quod multi faciunt) meritum fingant. Vt enim diuitiæ neminem damnant,
qui inter illas pietati studet: ita neque egestas aliquem seruat, qui à fide alienus fuerit.
Fidem

Fidem autem testentur patientia & dilectione. Itaque neque de Deo improbè conquerantur, neque alicui meliorem sortem inuideant: quin potius tam publicam quam priuatam omnium salutem Deo suis precibus quam possunt fidelissimè commendent. Hæc si fecerint, vberimum ex sua inopia fructum reportabunt. Erit enim ea ipsis saluberrima disciplina, qua carnis cupiditates coërceant: palestra etiã patientiæ, in qua fidem suam magna cum laude exercent, & vbi in finem vsque perseverauerint, salutis per Iesum Christum participes fient, qui cum dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos illius paupertate ditesceremus. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen. 2. Cor. 8.

HOMILIA SECUNDA.

Factum est autem ut moreretur mendicus, & asportaretur ab Angelis in sinum Abrahami. Mortuus est autem etiam dives ille, ac sepultus est. Et apud inferos, sublatis oculis suis, cum esset in tormentis, vidit Abrahamum procul, & Lazarum in sinu eius. Tum ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digitum suum in aquam, & refrigeret linguam meam: quoniam crucior in ista flamma: Dixit autem Abraham: Fili, memento te bona tua recepisse in vita tua, & Lazarum similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu verò cruciaris. Et adhuc omnia, inter nos & vos hiatus ingens constitutus est: ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque istinc huc transire.


QUONIAM HOMO EX TERRA ORIGINEM 1. Cor. 2.

ducit, terrenis quoque studiis solummodo intentus cœlestia & æterna bona negligit, & ne sensu quidem & intellectu percipere potest ea, quæ sunt Spiritus Dei. Et hæc causa est, quod plerique communi errore decepti in diuitijs summam felicitatem consistere, paupertate autem nihil miserius, aut calamitosius esse putant. Parit hic error alium, ut egestatem quacunq; ratione effugere conentur, diuitias autem per fas & nefas congerant. Adhæc quia futuræ & æternæ vite cura nulla tanguatur, vsu quoque diuitiarum nullum nouerunt, quam qui huius vite commodis seruit, ideoque aut illis indormiunt, ut nec ipsi aliquem ex eis fructum pertuntur. Quapropter ut tanto tamque multiplici malo remedium esset, Christus Iesus hiatoriam de diuite quodam epulone & mendico Lazaro proponit, qua de hominis felicitate, & miseria, non ex huius seculi conditione iudicare, sed vltra in seculum futurum prospicere docet. Ab vna enim parte diuitem producit, qui si mundi iudicium audiamus, omnibus numeris beatissimus videri poterat. Huic opponit mendicum, quo vix aliquid miserius & calamitosius posset fingi. Atqui hunc verè beatum & felicem, illum verò infelicissimum & miserimum fuisse, vtriusque exitus ostendit, de quo nunc dicemus.

Lazari mortem paucis verbis describit: Et factum est, ut moreretur mendicus, & asportaretur ab Angelis in sinum Abrahami. Concurrent in breui hoc dicto multa, quæ ad summam hominis felicitatem faciunt. Primum est, quod qui mendicus, famelicus, vlcerosus, & ignominiosè ab omnibus neglectus ad diuitis vestibulum iacuerat, moritur, & moriendo semel liberatur ab omnibus molestiis, quæ vitam ipsam illi amarã fecerant. Quæ ergo ratione infelix dicitur, qui corporis morbidum

Lazarus morte declaratur felicissimus fuisse.

DOMINICÆ I. POST TRINITATIS.

morbidi & afflictissimi vinculis liberatus optatum malorum omnium finem inuenit? Beatus dicitur, qui ex carcere euadit subito, in quo periturus videbatur. Cur ergo miserum dicamus, qui ex corporis huius ergastulo extrahitur, in quo nihil præter tristissimam quæq; nobis possumus polliceri? Atqui mors omnibus mortalibus communis est, & quantacumq; fuerit alicuius hominis calamitas, ea tamen finem suum aliquando attinget, ideoq; ex huius vitæ laboribus siue aduersis nemo iudicari potest, cum, qualis nam exitus ille futurus sit, ignoremus. In horum meditatione diligentius versari debent, quos afflictionis diurnitas, & longior huius vitæ mora offendit. Fieri enim non potest, ut perpetua sit aliqua nostra in hisce terris calamitas, cum vita ipsa mortalis sit. Diurnæ quidem carnis iudicio videntur afflictiones, sed reuera diurnitas ista momentanea est, & singulis momentis ad scilicet finem decurrit. Itaq; quod alibi quoq; monuimus, eadem est nostra, quæ nauigantium, conditio. Ut enim illi in instituto itinere in singulas horas proficiunt, siue in naui dormiant, siue sedeant, siue iaceant, & eadem fluminis rapiditas æquali motu sanos & ægros, lætos atq; tristes, secum auellit: ita eiusdem temporis nauigio omnes vehimur, quod perpetuo & semper sibi constanti cursu, tam eos, qui secundis ventis feruntur, quam eos, quibus omnis fortuna aduersa esse videtur. Itaq; mora illa omnis, quæ nos anxios facit, imaginaria est, nec digna cuius nomine nos ipsos discruciemus.

Lazarus ab
Angelis aspor-
tatur.

Secundò ab Angelis asportatur Lazarus: id quod Synechdochicè de eius anima dicitur, quæ potior & immortalis siue incorruptibilis hominis pars est. Vide ergo mirificam rerum vicissitudinem. Paulò antè nemo hominum illi aliquod officium præstare voluit, & alijs quidem vlcera fluentium saniam, alijs intolerabilem eorundem ferocitatem abominantibus, fortassis nemo morienti adfuit, qui vel caput eius molliter reclinaret, vel æternæ salutis promissionibus in extremo agone lætantem confirmaret, vel iam mortui oculos clauderet. Ac idem ille nunc Angelos ministros habet, qui & morienti adfuerunt, & iam iam ex corporis carcere exituram animam aduersus diaboli insidias feruauerunt, inque sedes beatæ immortalitatis detulerunt. Quo loco incomparabilis piorum dignitas consideranda venit, de qua nemo dubitare debet, vt mundo huic despiciatui sint. Nam ad hominis quidem seruitium tota hæc mundi machina condita est, cum omnibus, quæ illa continentur. Et in impijs quoq; communem hanc humanæ naturæ dignitatem beluæ etiam agnoscunt, & ideo illos metuunt, seque ab illis cicurari & regi patiuntur. At electis & fidei Dei cultoribus Angeli quoque in ministerium destinati sunt. Angelus Domini (inquit Psalmus) castra metatur circa eos, qui ipsum timent, & eripit eos. Et ad omnes Dei filios pertinet, quod de Iesu Christo dicitur: Angelis suis tu nomine præcipiet, vt in omnibus viis tuis te custodiant: manib; gestabunt te, ne pes tuus ad lapidem offendant. Exempla, quæ promissionibus istis fidem faciant, passim occurrunt scripturas legentibus, quæ cum non vno loco data occasione recitauerimus, ea in præfenti breuitatis studio omitimus. Vnum tamen non possumus præterire, minimè dubitandum esse, quin nobis morientibus Angeli assistant, qui & malos spiritus procul arceant, & animas nostras ad vitæ æternæ possessionem deferant. Cum enim in leuioribus periculis illi nobis adsint, quæ ratio eos absterreret, ne in extremis agerent iuuarent? Christo certè, ob mortis iam instantis recordationem grauissimè consternato, Angelus Domini apparuit: vt eo exemplo discamus illum ijs quoque cum gaudio appariturum esse, qui vera Christi membra fuerint. Neque desunt exempla nostro seculo, quæ vt istud credamus, nos mouere debent. Vnde enim ista multorum in morte alacritas? vnde gaudium, & voces consolationis plenæ? vnde animæ iam iam exire gestientis tripudium, quod in multis cernimus, nisi quòd lato Angelorum conspectu exhilarantur, & iam nunc Spiritu ineffabilis illius gaudij gustum percipiunt, quod Deum diligentibus Isaias præparatum esse scribit? Possem ego exempla commemorare, quæ in hominibus planè illiteratis & simplicissimis ædita vidi, qui in ipsa mortis hora tanta animi & oris alacritate exultarunt, vt nisi subito expirauissent, ab omni prorsus agritudine liberati videri poterant. Debent ista eos consolari, quos aut grauiora pericula circumstant, aut quibus vel solis, vel procul à suorum complexu agentibus, mors inopia obrepit. Cogitent illi se Deo curæ esse neque officio suo defuturos esse Angelos, quos hominum salute exultare dominica tertia post Trinitatis audiemus. Perant etiam hinc consolationem, qui suos peregre diem suum obiisse audiunt, omni hominum seruitio destitutos. Quid

Psal. 34. v. 9.

Isai. 64.

1. Cor. 2.

Quid enim hoc saluti illorum officere potuit, si in fide Christi obdormiuerunt, cum Angeli Lazaro ad superbum impij diuitis palatium morienti tam fidele obsequium præstiterint? Discant potius omnes homines tantam Dei bonitatem agnoscere, & hanc suam indignitatem assiduo atque serio innocentia atque pietatis studio tueantur.

Tertio locus quoque exprimitur, quo Lazarum Angeli asportauerunt: nimirum in sinum Abrahami. Disputatum de hoc sinu olim inter Theologos quibusdam illum apud inferos, alijs verò in coelis eum constituentibus. Augustinus vbi nam sit, se ignorare non dissimulat, apud inferos tamen illum esse constanter negat ex autoritate verborum Abrahami, de quibus postea dicitur. Eundem tamen secretæ quietis habitationem Nebridio suo scribens: Nunc ille viuuit in sinu Abrahæ: & mox addit: Quicquid illud est, quod illo significatur sinu, ibi Nebridius meus viuuit, dulcis amicus meus, tuus autem Domine adoptiuus ex liberto filius ibi viuuit. Nam quis alius tali animæ locus? Iam non ponit aurem ad os meum, sed spiritale os ad fontem tuum, & bibit quantum potest sapientiam pro auiditate sua, sine fine felix, &c. Porro Abrahami sinum non aliud, quam domum patris cœlestis, dicere possumus, in qua Christus nobis mansionem parauit, sicut ipse apud Ioannem testatur. Nam idem ille in Matthæo dicit: Multi ab Oriente & Occidente venient, & discumbent cum Abrahamo, & Isaac, & Iacobo, in regno cœlorum. Ergo in sinum Abrahami deferri idem est, quod in regni cœlorum possessionem recipi, & eorum carum colligi, qui Abrahami fidem imitati promissionibus de Christo redemptores crediderunt. Locum verò illum extra hunc mundum corruptibilem, & omnibus cœlis superiore esse, ex ijs apparet, quæ de Christi ascensione Apostoli prodiderunt. Itaq; in cœlos & æternæ beatitudinis sedem Lazarus receptus est. Quis verò nunc illum miserum & infelicem esse dixerit, quod paulò antè ad vestibulum diuitis halluonis iacuit, tam hanc vicissitudinem, quod in æterno regni cœlorum palatio iam triumphat, cui, cum nec superbum huius limen transilire ausus fuit? Quin potius rursus obseruemus lætam hanc ageret, priuata etiam miserorum homuncionum ædes non patebant. Certè si communis sensus iudicium audire & sequi libeat, felicem fuisse fatebimur eam egestatem, per quam ille ad regni æterni hæreditatem admissus, & cœlorum ciuis factus est, cui in terris locus negabatur.

Venit autem hoc loco nobis considerata animarum conditio, de quibus olim multa multi disputarunt, quorum errores hodiè quidam postliminio reducunt, vt præ alijs sapere videantur, aut contra conscientia terrores sibiipsis delicias faciant. Quia verò illorum sententia indigna sunt, quæ recitentur, nos ijs insistemus, quæ certis verbi Dei testimonijs cognosci possunt. Illa verò animas, quoad essentiam, spiritus: quoad conditionem, immortales esse docent. Spiritus enim vocabulo Christus iam moriturus vititur, de quo volitantium lapidum grandines clamauit: Domine Iesu suscipe Spiritum meum. Immortales autem esse, multis scripturæ testimonijs probari potest. Veteres enim ad Patres suos colligi dicebantur, & Christus Abrahamum, Isaacum, & Iacobum viuere dicit, quod non aliter, quam de animabus illorum potest intelligi. Quo sensu Paulus quoq; dissolui cupiebat, & cum Christo esse. Sed quid opus est testimonia congerere, cum de animarum immortalitate dubitari non possit, nisi qui aut scripturæ libros nunquam inspexit, aut omnem pietatis sensum iam pridem ex animo eiecit? Recipiuntur autem illorum exempla: piorum autem in sedes, a Christo nobis paratas. De vtrisq; testimonia passim habentur. Ezechiel enim disertè inferni meminit, in quem colligantur omnes, qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium. Christus autem de suis pronunciat: Amen dico vobis, qui audit verba mea, & credit ei, qui misit me, habebit vitam æternam: & in iudicium non veniet, sed à morte transiit in vitam. Ad cuius promissionis confirmationem plurimum facit Lazari nostri exemplum, vt & latronis, cui in cruce Christus dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Ista nobis in mentem venire debent, quoties aut terrenorum studio bonorum, aut acerba mortis recordatione, tentamur. Cur enim terrenis totus inhiat, qui ad cœlestia conditus, patrem, patrimonium, & patriam, in cœlis habet? Cur verò mortis formidine vincatur, qui hanc non modò fidem malorum huius seculi, sed felicem ex hac lachrymarum valle ad patriam cœlestem transitum esse nouit?

Sinus Abrahami.

Epist. 99. ad Euodium.

Confess. lib. 9. cap. 3.

Animarum conditio.

Luc. 23. Acto. 7.

Num. 31. Matth. 22. Philip. 1.

Matth. 25. Iohan. 14. Ezech. 32. Iohan. 5.

Luc. 23.

Porro

DOMINICÆ I. POST TRINITATIS.

Diuitis epulo-
nis obitus.

1. Reg. 2.

Rom. 5.

Horat. lib. 1.

Carm. od. 4.

ad pub. Fest.

Porro ad diuitis quoque obitum tandem accedamus, de quo Christus hæc dicit: Mortuus est autem etiam diues ille, ac sepultus est. Paucis verbis res maximi momenti comprehendit. Primum quod diues etiam ille (emphasin habet demonstratiua particula, ILLE) mortuus sit. Quid (inquis) audio? Num diues ille, qui quotidie purpura & bysso induebatur, qui inter conuiuia lautissima, & perpetuos ludos, oblectabatur, qui in ædibus magnificis, inter seruatorum turbam, amicorum concursum, clientum applausum, & totius vulgi admirationem, Deorum vitam agebat, itane mortuus est, & moriendo delitijs, voluptatibus, luxui, fastui, & ambitioni, finem imposuit? Quid ni? Mortuus est, inquam: neque eius mortem pluribus verbis Dei Filius indicat, quam quibus paulò antè de Lazari obitu vsus fuerat: Ita verò docet, mortem omnibus communem esse, neq; vllis viribus aut rationibus posse impediri. Est enim via omnis terræ, quam nobis primi parentis transgressio strauit, vt Paulus ad Romanos testatur. Idè quod Poëta quoque obseruauit, Pallida mors æquo pede pulsat pauperum tabernas, regumq; turres. Et vt egenis improuisa obrepit, ita diuites quoque præter expectationem inuadit, vt supra parabola diuitis cap. duodecimo idem Christus docet. Id verò illis grauissimum est, & non potest non terribile videri. Ita enim rationes eorum subito turbantur, quas illi in multos annos vsq; extenderant. Deinde felicitati illorum finis confirmatur, & vt ab huius seculi bonis ægrè diuelluntur, ita nulla futurorum spe confirmari & inuitari possunt, cum partim illa ignorent partim vnà cum morte horribiles conscientia & diuini iudicij terrores sibi obrepere sentiant, quos prius non sine scurrilitate eludere solebant, nunc autem nullis rationibus, nulla hominum autoritate, nullis genitibus aut lacrymis, possunt discutere. Nihil ergo quàm tristissimus mortis horror eos excipiat, & tunc ob oculos versantur ab ipsis oppressi miseri homines, quos iniquissimis modis spoliârunt: tunc sese ingerunt viduæ & pupilli, per ipsos ex patrimonio suo deiecti: tunc in auribus ipsorum resonant prius neglecti pauperum clamores: conscientia illis exprobrat libidines, luxum, fastum, blasphemias, & infinita alia scelera, quæ aduersus Deum & homines designârunt. Et hæc quidem initia modò sunt malorum: quia non vani sunt illi terrores, sed sequitur hos damnatio, & animas corporis vinculo solutas, crudelis & æternus apud inferos cruciatus excipit, vt paulò post audiemus. Excitent nos ista, vt quando res nobis secundæ affluunt, frequenter in mortis consideratione versetur, quæ vt certissimè nobis obreperet, ita moriendi horam incertam & nobis incognitam esse voluit Deus, vt sciremus, nobis nunquam non vigilandum esse, ne terrenis studijs immergi æternæ salutis iacturam faciamus.

Sepultura di-
uitis.

Alterum de diuite hoc narratur, quod sepultus sit. Id verò de Lazaro non dixit Dominus: nimirum, quia corpus eius vel ignominiosè abiectum, vel negligenter terra obrutum fuit. Istius verò funus magnificè & non sine pompa ductum fuisse inuit. Ita verò solet fieri, vt qui vitam suam in fastu & luxu, vel etiam sceleribus maximis, transegerunt, post mortem quoq; superbire velint. Vbi vnum hoc illorum conditioni optimè conuenit, quod, qui iam morituri conscientia terrores senserunt, & animi dolorem acerbissimum turpi eiulatu testati sunt, præficos & præficas, adhuc Monachorum & sacrificulorum turbam conducunt, qui & ipsi lugubri cantu, atro vestitu, & gestibus ad maximi luctus significationem compositis, illos miseros & infelices esse testantur. Imò cum sacra quoque pro illis fiant, quæ damnationis ipsorum publicum sunt testimonium, ipsorum corpora Mausolejs includuntur superbis, quibus imagines eorum armatæ incumbunt: quasi nimirum adhuc crudelitatem spirent, quorum animæ apud inferos torquentur. Sunt hæc ridicula admodum, siquidem in re tam seria aliquis risui locus est reliquus. Meminerint ergò Christiani homines, sepulturas quatumuis magnificas animarum saluti nihil conferre, sed potius ambitionis & vitæ absq; poenitentia transactæ testimonium esse. Itaque iam morituri animas fide vera muniant, peccatorum remissionem à Deo ardentè flagitent: sequè ipsos certa gratiæ per Christum nobis partæ fiducia illi commendent. Qui verò illorum funera ducunt, humanæ sortis memores, non eos, qui iam vita defuncti in coelis gaudent, lugeant, sed potius mortis recordatione seipos ad vitæ coelestis meditationem excitent, defunctorum autem corpora ita sepeliant, vt nihil ambitioni detur, nihil etiam superstitiosè fiat, quod merito Christi vel minima ex parte deroget. Et honorificè quidem sepeliri debent corpora, quæ dum viuerent, Spiritus sancti templa fuerunt, & quæ olim ad coelestis vitæ possessionem Christus suscipit: cauere tamen oportet omnia, quæ vel animos adhuc mundo addictos arguant, aut fidem labefactare possunt. Transea-

Transeamus nunc ad animam huius epulonis, ut videamus, quæ eius conditio post mortem in altero seculo fuerit. Hanc ita descripsit Christus: Et apud inferos sublatis oculis suis, cum esset in tormentis, vidit Abrahamum procul, & Lazarum in sinu eius. Tum ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digitum suum in aquam, & refrigeret linguam meam: quoniam crucior in ista flamma, &c. Vbi rursus multa occurrunt, quæ miserrimam eius conditionem fuisse docent. Et primò quidem locus notatur, in quem anima eius à morte migraverit. Fuit ista inferno, quem supplicij damnatorum destinatum esse, scripturæ non vno loco testantur. Et tenendum est probè aduersus Epicuræos illusores, esse certum locum impijs præparatum, in quem animæ ipsorum statim à morte, post resurrectionem autem corpora quoque colligantur. De hoc Moses loquitur, quando Cora, Dathanum, & Abironem terræ hiatu absorptos esse, ac viuos cum omnibus suis ad infernum descendisse scribit. Isaias verò eius non meminit modò, verumetiam illum describit, quando Assyrij tyranni supplicium exponens, inter alia sic ait: Præparata est præterea ab heri Thophet, hæc etiam pro rege præparata est: quam profundam & amplam fecit penetrare eius ignis, vis lignorum ingens, quæ status Domini, seu sulphureus torrens, incendit. Pertinent eopissimè de inferno loquitur, & in nouissimi iudicij descriptione se impijs dicturum ait: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ad quorum omnium confirmationem facit hic locus, quem si quis eludere velit, quòd parabólica sit narratio, is simul totum narrationis huius argumentum negabit, & Christum impostoribus similem fingit, qui inanibus terculamentis simplices hominum imperidicacitate omnia ista negant. Sunt ij reuera, de quibus in Psalmis scribitur: Dixit stolidus in corde suo, Non est Deus. Sed quia Deum simpliciter negare, nimis durum est, & ab eo communis etiam sensus ita abhorret, ut inter ethnicos olim capitis supplicio digni habiti sint, qui illud facere sunt ausi: nostri illi diabolus & inferos negant, quòd perinde est. Ita enim scelerum pænæ tolluntur, & proinde Dei iusticia negatur, quam si sustuleris, non magis Deus dici merebitur, quàm regis nomine dignus est, qui omnem iuris administrationem negligit. Itaque quòd hîc de epulone habetur, illum in inferno fuisse, simpliciter accipi debet, quòd ut Lazarus in sinu Abrahami inter beatorum spiritus fuit, ita ille ab horum cætu exclusus, adeoque à facie Dei reiectus, & ad tartara detrusus fuerit.

Quid verò illic patitur? Miserè & variè torquetur. Primùm sublatis oculis suis, cum esset in tormentis, vidit Abrahamum procul, & Lazarum in sinu eius. In tormentis fuisse dicitur, quæ & grauissima & perpetua esse, alibi Christus, docet his verbis: Vbi ignis non extinguitur, & vermis eorum non moritur. Ad supplicij verò grauitate facit, quòd procul vidit Abrahamum, ita nimirum loci distantia spem salutis omnem negante. Item quòd in eius sinu Lazarum vidit, cuius conspectus ipsi inhumanitatem exprobat, qua in famelicum & vlcerosum, ante vestibulum ipsius iacentem usus fuerat. Deinde cruciatum suum non vno indicio, prodit. Nam Abrahamum inclamat, & Linguam arenam & inflammatam refrigeret. Et addit: Quoniam crucior in ista flamma, re? Vbi ergo nunc mutatoriarum vestes, quibus & frigoris & æstus molestiam solebat declinatium odor? Vbi domus in varia cubacula pro anni ratione distincta? Vbi unguentorum fragrantium odor? Vbi vinorum genera infinita? Vbi artificiosæ dapes? Vbi condimenta, quibus olim edendi & bibendi appetitum prouocare solebat? Horribilem sanè & omni sensu humano superiorem fuisse oportet cruciatum illum, qui homini voluptuario, fastuoso & ambizioso, pauperum contemptori, voces istas extorquere potuit, quibus & tormentorum suorum acerbitatem confessus, & non tam Abrahamo, quàm Lazaro, prius tam indignè & inhumaniter abs se contempto, supplex factus est.

Et obserua hîc quoque miram & iustissimam rerum vicissitudinem. Lazarum intra vestibuli limen admittere dedignatus est: nunc ipse, procul à regni cælorum palatijs exclusus, in inferno agit. Micas è mensa cadentes Lazarus negauit: ab eo autem nunc guttam aquæ sibi aspergi cupit. Inter delicias corpus & animum varijs delicijs recreauit: nunc totus flammis vndiq; circumdatus torquetur. Lazarum vlcere oblitum, & tabo defluentem conspectu suo indignè iudicauit, nunc eundem cælesti gloria ornatù videre cogitur.

Isai. 14.
Ezech. 32.

Num. 16.

Isai. 30.

Matth. 11.

Luc. 10.

Matth. 25.

Psal. 14.

Dives in tormentis videt Lazarum in sinu Abrahamæ.

Ista

DOMINICÆ I. POST TRINITATIS.

Iacob. 2.

Ista verò seuerum iustumque Dei iudicium exprimunt, quo ille impiorum crudelitatem atq; scelera punire solet. Quod enim isti accidit, hoc omnibus euenturum esse scripturæ docent, qui huius vestigijs insistant. Videant ergò impij inter sua tormenta eos beatos & felices esse, quos hic vel superbè neglexerunt, vel etiam crudeliter persecuti sunt: qua de re supra quoq; cap. 13. Dominus differit. Deinde retributionem sentiant dignam, & suis moribus respondentem. Vt enim qui misericordiam exercuerunt, mercedem suam minimè amittunt: Ita iudicium aut damnatio absq; misericordia erit ei, qui misericordiam non præstitit. Quapropter omni solatio illi destituuntur, neq; aliquid vident, quàm quo ipsorum dolor atq; cruciatus augentur. Interim admonet nos totus iste locus, quàm turpiter iudicio suo fallantur, qui ex huius seculi conditione de hominum felicitate aut infelicitate iudicant. Vt enim cum in viuis agerent diues iste & Lazarus, hic quidem mortalium miserrimus, ille verò omnium beatissimus esse videbatur: Ita postquam hac vita defuncti sunt, diues à regno Dei reiectus horribiliter cruciatur, Lazarus autem æternis cœlorum gaudijs fruitur. Neminem ergò huius seculi illecebræ capiant, neminem, quæ hinc nobis occurrunt certamina, absterreant: sed in hoc potius omnes incumbant, vt vitæ huius curriculum constanti & serio pietatis atque innocentia studio emensi olim in cœlis viuant atq; exultent.

Abrahamus diuiti respondet.

Sed Abrahamum audiamus, qui epuloni isti grauer respondet, amicè tamen & verbis minimè contumeliosis, vt eo exemplo discamus, non scurriliter insultandum esse ijs, qui dignas suorum scelerum pœnas exoluunt. Et huc etiam referri debet, quòd non Lazarus, sed ipse Abrahamus respondens inducitur. Estque exemplum hoc iudicibus imitandum, vt tunc quoq; grauitatis suæ meminerint, quando illis cum hominibus quouis supplicio dignis res est. Fili (inquit) memento, te bona tua recepisse in vita tua, & Lazarum similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu verò cruciaris. Et ad hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens constitutus est, &c. Responsionis huius partes sunt duæ. Prima iustum Dei iudicium exponit, dignè vnicuiq; rependentis secundum ea, quæ in vita hac gessit. Quo loco pulchra comparatione vitur. Tu recepisti bona tua in vita tua, id est, tu felicitatem omnem collocauisti in bonis terrenis, quæ tibi copiosissimè affluerunt, & quibus addictus, vel immerfus potius, nullam vel Dei vel hominum rationem habuisti. Meritò ergò nunc ista pateris. E contra Lazari vita ærumnarum & calamitatum plenissima fuit, æquum ergò est, vt is nunc solatio & quiete optata fruatur.

Cause vicissitudinis in altero seculo.

Debent autem diligenter obseruari vicissitudinis huius causæ veræ & propriæ: ne vel meritum statuamus in huius seculi afflictionibus, aut temerè quosuis damnemus, qui in hoc seculo felicius viuunt. Vt enim huius vitæ afflictiones nullo modo conferri possunt cum bonis illis æternis, & incomparabilibus, quæ nobis in cœlis reposita sunt: ita minimè putandum est, quòd ea nostris laboribus aut molestijs mereamur. Et non raro fit, vt pijs in hoc seculo bonis affluant, & feliciter agant, e contra impij cum calamitatibus assiduis conflentur: Deo nimirum vtrisque gustum aliquem futuræ conditionis propinante, vt & ipsi de rebus suis diligentius cogitent, & alij exemplis eorum excitentur. Et huc promissiones atque minæ pertinent, quas in lege & Prophetis habemus. Nec temerè à Paulo dictum est, pietatem cum præsentis tum futuræ vitæ promissiones habere. Inde verò elicitur impietati pœnas quoq; tam hinc quàm in alio seculo paratas esse. Itaq; quòd hinc de diuitis felicitate dicitur, quæ nunc meritò cruciatus infernalis excipiat, ad illius abusum restringi debet. Nec enim idèd ille ad inferos damnatus fuit, quòd opibus, otio, & rebus secundis abundauisset: sed quòd fortuna elatus totum se luxui & fastui tradidit, neglecta pietate & beneficentia, quæ tales potissimum decent. Similiter felicitatis æternæ causa propria Lazaro fuit non paupertas & aduersa valetudo, sed quòd Dei promissionibus credidit, onus ab eo sibi impositum patienter tulit, seque totum per fidei obedientiam voluntati diuinæ submisit. Itaq; vt impios latior fortuna inebriat, & officij sui immemores facit: ita pijs afflictiones adiumento sunt, vt in pietate magis proficiant. Et hinc retributio illa dependet, cuius in præsentibus Abrahamus meminit. Debet tamen ex his generalis doctrina peti, perpetuam hanc esse rerum vicissitudinem, vt qui in felici statu alios affligunt, tandem ipsi quoq; afflictionem sustineant: & rorsum relaxationem habeant, quicumque affliguntur. Vide Paulum in posteriori ad Thessalonicen. capite primo.

Restat altera responsionis huius pars, qua omnem liberationis aut sortis melioris spem negat, dicens: Et ad hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens constitutus est, vt hi, qui

bi qui, volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; isthinc huc transire. Hiatus nomi-
ne magnam intercapedinem aut distantiam loci vtriusq; denotat, qua alter ab altero se-
paretur. Longè aliter ergo Abrahamus ipse de seculi & vitæ alterius conditione siue sta-
tu loquitur, quam hodiè phanatici quidam & contentiosi homines, qui neq; cœlum ne-
que inferos locorum nomina esse, neq; inter illa aliquam distantiam esse contendunt.
Scio tamen, quid illi respondeant, parabolam scilicet narrari. Sed quid dicent, si ego rem
gestam verè, & quæ Filio Dei non potuit ignota esse, recitari contendam? Quibus ar-
gumentis obsecro me erroris conuincent? Deinde cum hîc de maximi momenti articulo
alterum seculum translati sunt, quis obsecro sanæ mentis, Abrahamum dicet argumen-
to parabolico vsûm esse, cuius verba aliter, quam sonent, accipi debeant? certè ipse
Christus ingentem locorum distantiam expressit, quando Abrahamum procul visum fu-
isse dixit à diuite. Et in præsentî, hiatus ille constitutus & fundatus esse dicitur, æterno
nimirum Dei decreto. Itaq; omîssis quæstionibus, quibus scripturæ sacræ veritas labe-
factatur, teneamus firmiter, eos, qui ex hac vita migrant, perpetua & irreuocabili Dei
sententia vel in cœlestes beatæ immortalitatis sedes recipi, vel ad inferos detrudi. Et in
huius consideratione diligentius versandum est, quia hîc duo insignes errores confu-
tantur.

Primus eorum est, qui diuos inuocandos esse contendunt, eò quòd illorum inter-
cessione & merito tam in hac præsentî, quam futura vita, iuari possimus. Solent hi in-
ter alia argumenta epulonis huius exemplum producere. Sed eo suam stoliditatem pro-
dunt. Quis enim hominis impij & damnati exemplum imitari velit in ijs, quæ ad æter-
nam salutem faciunt? Etenim quàm parum illorum verbis tribui debeat ex alijs locis ap-
paret, in quibus Dominus exponit, quàm ineptè & impudenter ijsdem in nouissimo iu-
dicio suam iusticiam atq; dignitatem iactaturi sint. Deinde quid impetrat infelix ille, dum
& Abrahami & Lazari opem implorat? Nihil prorsus. Imò Abrahamus negat, illi ali-
quam salutem aut relaxationem afferri posse. Quod de omnibus intelligi debet, qui iam
in cœlis agunt. Nam vt alibi oblata occasione dicere solemus, illi eos non norunt, qui ad-
huc in terris degunt, neq; aliqua rerum huius seculi cura tanguntur. Alteros autem il-
los, qui iam ad æternas pœnas damnati sunt, neq; possunt neq; volunt iuuare. Causa in
promptu est: Quia Dei voluntas sola in cœlis omnia moderatur, & in hac cum laude &
gratiarum actione Angeli & diui cœlites acquiescunt. Idè inter precandum dicimus:
Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra. Quibus adde, quòd Deus
Sanctus non suarum rerum curatores fecit, sed regni sui & beatitudinis consortes, ma-
nente perpetuò mandati huius autoritate: In die afflictionis tuæ inuoca me, &c. Psal-
mus 50.

Contra inuo-
cationem di-
uorum.

Matt. 7. 25.

Alter eorum error est, qui salutis suæ curam post mortem vsque differunt, & eam
vel hæredibus mandant, vel sacrificulis aut Monachis. Etenim duo soli loci sunt, in
quos defunctorum animæ colliguntur: cœlum & infernus. Tertium locum, Purgato-
rium ignem scriptura prorsus ignorat, & nil nisi hominum superstitionum atque
immutabilis est. Frustrâ igitur homines, qui in terris superstites manserunt, semel latam
Dei sententiam reuocare conantur. Adde, quòd ne cœlites quidem diui eos iuuare pos-
sunt, qui infernalibus pœnis iam cruciantur: sicuti in Abrahami verbis euidentissimè
apparet. Quid ergo impurus sacrificus aut Monachus proficeret, tale quid moliendo?
Vel num sepulchris aspersa aqua lustralis eos recrearet, qui in inferno ardent, cum diuos
iste à Lazaro nequicquam aqua guttulam vnica petierit? Itaq; cogitent singuli, mortis
tempus omnibus definitum esse, & in morte animas ad suos locos colligi, unde nunquam
discessuræ sint: inutiles autem esse, omnes labores atq; impensas, quæ pro mortuis fi-
unt. Quare operemur bonum, dum tempus est: salutis verò fiduciam omnem in vno
Iesu Christo collocemus, cuius sanguis ab omni peccato emundat, & ad mensam Patris
sui gaudio æterno recreat. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æter-
num, Amen.

Contra sara
pro defunctis.

HOMILIA TERTIA.

T

Dixit

Dixit autem ille: Rogo ergo Pater, ut eum mittas in domum Patris mei. Habeo enim quinque fratres: ut testifictur eis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormenti. Dicit ei Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiant eos. Ille vero dixit: Non Pater Abraham: sed si quis ex mortuis abierit ad eos, resipiscunt. Abraham autem dixit ei: Si Moysen & Prophetas non audiunt, ne, si quidem quispiam ex mortuis excitetur, assentientur.



AETERNVS DEIFILIVS IESVS CHRISTVS, QVI, vt miseros nos seruaret, in mundum venit, doctrinam quoq; omnem ad eum scopum dirigit, vt ostendat, quid facere, quidq; vitare aut intermittere, debeant, qui serio æternæ salutis studio tenentur. Obseruat hoc ipsum in historica narratione, quam de diuite & Lazaro mendico contexuit. Ea enim ei vitio medetur, quo homines à veræ & æternæ salutis via quàm maximè reuocantur: corrupto nimirum iudicio de felicitate. Docet enim hanc non in opum abundantia, aut vltis huius seculi commodis consistere, sed in fide, pietate, & beneficentia. Ita verò simul diuites & pauperes sui officij admonet. Vt hi quidem non obmurmurent Deo, neq; impiorum successibus inuideant, aut etiam illis offendantur, sed onus sibi impositum patienter ferant: illi verò spem suam non in diuitiis fluxis & perituris collocent, sed in Dei viuo & æterno, atq; creditam sibi dispensationem bona fide administrent. Cæterum quia hinc, vt in alijs quoq; rebus, iugi & assidua doctrina opus est, sine qua homines in officio contineri non possunt: simul autem sub prætextu doctrinæ nobis Satan non minus altitè quàm perniciosè insidiatur, vltima huius narrationis parte de illa quoq; disserit, docens, vnde nam benè & beatè viuendi ratio peti debeat, simulq; omnes alias discendi rationes confutat, quas ex diaboli suggestionem homines curiosi & superstitiosi inuenerunt.

Diues fratribus suis consulum cupit.

Cap. 13.

Principio tractationis huius occasio præmittitur. Diues cum suæ salutis spem nullam audiret reliquam esse, de fratrum salute anxius redditur, quos ex seipso æstimat. Nam vt ex verbis eius euidentissimè apparet, cum in viuis esset, non fidem habuit ijs, quæ in scripturis de futura vita, de cælo & inferis, de præmijs piorum, & pænis impiorum, dicuntur: quamuis in filiorum Abrahami numero censerentur. Itaq; huius modò seculi bonis intentus, præsentibus delictijs animum expleuit, futura autem prorsus neglexit. Quia ergo fratres sui similes esse sciebat, nunc illis consultum vellet: & ideo petit, vt ad eos mittatur Lazarus, quem haud dubiè illi nouerant, qui illos de futuri seculi statu admoneret, vt conuertantur. Quo loco rursus aduersarij nostri abutuntur, vt probent, mortuos nostræ salutis curam habere, & proinde illos à nobis debere inuocari. Sed quod nuper respondimus, hinc repeti debet, proponi nimirum hominis impij, & ad æterna supplicia damnati, exemplum, ex quo religionis & salutis dogmata petere, non ridiculum modò, verum etiam nefarium est, & cum graui scandalo coniunctum. Neq; tamen temerè negauerim, impijs omnia ea in mentem venire, quæ dolorè & cruciatum illorum augere possunt. Quid verò hoc ad beatorum spiritus, quos, si nostra cura & sollicitudine angi dicamus, iam multum derogabimus eorum felicitati, quam perfectam, & omnibus numeris absolutam esse, scripturæ docent? Itaq; & si illos nostris nemores esse demus, fatendum tamen erit, recordationem hanc eorum modò esse, quæ, dum in viuis agerent, facta sunt, nec quicq; continere, quod molestiam possit afferre, qua ipsorum beatitudo atq; gaudium turbetur. In qua sententia olim beatus quoq; Augustinus fuit, qui etsi Nebridium in cælo sui memorem esse fateatur, idem tamen in libro, de cura pro mortuis habenda, disertè negat, animas defunctorum nobis apparere, aut se nostris immiscere negotijs. Nam inter alia sic scribit: Si rebus viuentium interessent animæ mortuorum, & ipsæ nos, quando eas videmus, alloquerentur in somnis, vt de alijs taceam, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra meriq; secuta est, vt mecum viueret. Absit enim vt facta sit vita feliciore crudelis, usq; a deo, vt quando aliquid angit cor meum, me tristem filium non consoletur, quem dilexit vnice, quem nunquam voluit mortuum videre. Sed profectò, quod sacer Psalmus perfonat, verum est: quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assum-

assumpsit me. Si ergo dereliquerunt nos patres nostri, quomodo nostris curis & rebus intersunt? Si autem parentes non intersunt, qui sunt alij mortuorum, qui noverunt quid agamus, quidve patiamur? Isaias Propheta dicit: Tu es enim pater noster, quia Abraham nos nesciuit, & Israel non cognovit nos. Si tanti Patriarchæ, quid erga populum, ex his procreatum, ageretur, ignorauerunt, quibus Deo credentibus populus ipse de stirpe illorum promissus est, quomodo mortui viuentium rebus atque actibus cognoscendis adiuuandisque miscentur? Hæc omnia Augustini sunt, quæ idem recitauerunt, ut omnes intelligant, nos non noui dogmatis in Ecclesia authores esse, sed eorum sententiam sequi, qui ex scripturis de mortuorum conditione magis sobriè & diligentius differuerunt, quam posteris temporibus factum sit, quando auaritia & ambitio cum sulationibus, barbaram omnis scripturæ ignorantiam inuexerunt. Quapropter hoc epulonis nostri exemplum non debet latius extendi, neque ad animas in coelis gaudentes trahi, quod ille idem passus est, ut eius tormenta atque cruciatus auerentur.

Nunc illud potius consideremus, quod proprie ad hunc locum pertinet, quid nimirum maneat impios illos & securos illusores, qui contempto & procul abiecto Dei verbo omnia ea ridet, quæ de futuro seculo, de animarum immortalitate, de corporum resurrectione, de æternis præmijs, & nunquam finiendis impiorum cruciatibus dicuntur. Fuerunt tales omnibus seculis, & nota est hæc Poëtarum quorundam sententia: scilicet hic superis labor est, hæc cura quæres sollicitat: nouissimis autem temporibus istud hominum genus vulgè regnaturum, Christus & Apostoli prædixerunt. Unde enim securitas illa nascitur, quam illis Dominus tribuit, quando similes fore dicit ihs, qui Noæ & Loti temporibus vixerunt? Ex eo nimirum, quod non credent unquam venturum iudicem illum, ad cuius tribunal omnes homines sistendi sint? Petrus autem Apostolus disertè & clarius id exprimit, sic scribens: venient extremis diebus irrisores, qui in suis ipsorum cupiditatibus incedunt, & dicant: Vbi est pollicitatio aduentus eius? Nam ex quo Patres nostri obdormierunt, riant pax & tuta omnia: tunc repentinum eis imminet exitium, sicuti dolor partus mulieris vterum ferenti, nec effugient. At qui audiuntur voces istæ hodiè passim, & utinam non inter eos etiam sonarent, qui summi Ecclesiæ antistites haberi volunt. Et quamuis multis verbis hæc scurrilibus sibi temperent, ne toti impij esse putentur, iidem tamen vita & moribus satis apertè testantur, hanc persuasionem animis ipsorum penitus insculptam esse. Cur enim aliter de illis sentiamus, qui omni cœlestis & futuræ vitæ cogitatione abiecta, audio, aut eos sibi doctores deligunt, qui inani blandiloquentia aures auditorum demulcent, manifesta autem, & libera scelerum redargutione in conscientias eorum minus penetrant? Quin hi ipsi propriæ etiam conscientie testimonia eludunt, quod securius suis desiderijs seruire possint. At iidem suo tempore velint nolint coguntur sentire ea, quæ unquam euentura esse credere noluerunt: & iam morituri, non solum eiulatu beluino, animi sui horribiles terrores testantur, verum etiam tunc magnificere incipiunt eos, quorum monita prius contempserunt, imò quos propter liberiores admonitiones odio capitali persecuti sunt. Quid verò, nisi Deus eorum ex singulari gratia misereatur, ut in extremis saltem constituti verè credant & respiciant, apud inferos patiantur, exemplum infelicis istius diuitis satis docet. Qui enim paulò antè Lazari ministerium postularat, ut is vel vnicæ aquæ guttula linguam eius refocillaret, idem nunc cum suis fratribus, quæ nimirum superbis et ambitiosis, doctorem mitti cupit, quem prius intra vestibulum admittere dedignatus fuerat.

Debent exempla eiusmodi, quorum multa quotidie videre licet, nos excitare, ut apures nostras obturemus ad impias illorum istorum voces, quibus ipsissimus impietatis fons referatur. Firmiter autem animis nostris persuasum sit, Deum esse, qui omnia regat, omnia videat, & ubiq; præsens sit. Si enim hoc ex admirabili ista totius mundi machina intelligere potuerunt multi, qui animos suos paulò altius supra carnis sensum eueherunt, merito suæ stupiditatis pudere debet Christianos homines, quos Deus ipse verbo suo quotidie docet & excitat. Deinde ulterius progressi cogitemus hoc omnino postulare Dei iusticiam, ut vita post hanc mortalem alia immortalis & æterna sequatur. Constat enim illum remuneratorem esse, & nisi talem fateamur, iniustum quoque & iniquum simul esse dicamus oportet. At qui non semper neque erga omnes in hac via remunera-

Sors eorum
qui futura vi-
tam negat.

Verg. Aene. 4.

Matth. 24.

2. Petri 3.

2. Pet. 3.

1. Thef. 5.

DOMINICÆ I. POST TRINITATIS.

tōris officio fungitur: sed multi inter scelera & vitam, pœnitere nesciam, pace & felicitate perpetua fruuntur, multa interim ferentibus & patientibus ijs, qui illum timent & inuocant. Aliud ergo seculum sit necesse est, in quo hi quidem promissa pietatis præmia accipiant, illi verò dignas sceleribus suis pœnas luant. Hæc si frequenter & attentius paulò meditemur, mox nos extimulari sentiemus, vt contemptis huius mundi studijs, nos totos accommodemus diuinæ voluntati, & cœlestia bona sectemur, quæ sola nos verè beatos facient. Nam & mors nobis neque insperata neque terribilis obrepet, nequè morituri anxie tumultuabimur, animæ autem, corporis carcere solutæ, nihil patientur, quod dolorem aut cruciatum illis afferat, sed cum Christo in cœlis æternum gaudebunt.

Abraham ad
Mosem & Pro-
phetas remittit.

Porro Abrahamum, diuiti respondentem, audiamus: Habent Mosem (inquit) & Prophetas, eos audiant. Indignus erat, cui amplius responderetur, responder tamen, vt magis appareat eorum vanitas, qui hodiè adhuc ista imitantur, & sibi doctores ex altero orbe dari volunt, quorum relatione discant, quid in cœlis & apud inferos postulat agatur. Ergo simpliciter quidem negat, quod ille petebat, simul autem ostendit postulationem eius superuacaneam esse, cum fratribus abundè prospectum sit, vt qui doctores habeant Lazaro multùm præstantiores: Mosem nimirum fidelissimum illum in domino Dei seruum, in quo verè factum est, teste toto populo Israëlítico, quod Poëtæ prophani de Minoë suo fabulati sunt, quem Iouis ὄραστην, id est, collocutorem fixerunt. Quis verò eius colloquij testis vnquam productus est? At Moses spectante & audiente toto populo ad Dei colloquium euocatus est, & cum eo per dies quadraginta versatus eas leges attulit, quibus ipsissima Dei voluntas exprimitur, & quarum autoritas omnibus seculis firma & rata esse debet. Huic postea successores dati sunt Prophetæ, quos vt legis suæ interpretes essent Deus excitauit, & spiritu suo instruxit. Ad hos ergò diuitis istius fratres Abraham remittit, vt ostendat eos non sui modò seculi hominib. seruiuisse, sed eius doctrinæ fuisse ministros, quæ posteris quoque omnibus vitæ & salutis rationem tradere debeat.

Vnde peti de-
beat doctrina
salutis.

Admonemur igitur hoc loco, vade nobis etiam hodiè doctrina petenda sit. Ex scripturis nimirum, per Mosem & Prophetas traditis. Potuerunt illæ olim populo sufficere, quia Christum pollicbatur, & ad eum omnes deducebant. Vt verò omnibus constaret, hunc mundo exhibitum esse, neque alium expectari debere, Apostolicos quoque libros, veteribus illis Spiritus sanctus coniungi voluit: Ideoque nostra fors potior & præstantior est, quàm veterum olim fuerit, qui solis promissionibus atq; Prophetis ducebantur. Autoritas autem totius scripturæ infinitis argumentis iam olim probata est. De Mose certè dubitare non possumus, cum occulta quadam Dei virtute factum sit, vt illius libri apud eos etiam fidem inueniant, qui à religione, & vera illius cognitione, sint alienissimi. Dei certè consilio excitatus Prolomæus Philadelphus magnis muneribus ex Iudæa euocauit interpretes, qui Mosis historiam Græco sermone exponerent, quòd illis contineri rescuisset historiam certam de mundi creatione, & humanarum rerum progressu. Inter Iudæos autem etsi magna esset Sadducæorum improbitas atque impudentia, qua in scripturæ veteris libros sibi iudicium atq; censuram sumebant, iidem tamen Mosis quicquam derogare ausi non sunt. Et hodiè librorum eius summam auctoritatem esse constat inter Turcas quantumuis barbaros, & acerrimos crucis Christi hostes. Eandem verò fidem Prophetas mereri Christus ipse docet, qui illos cum Mose coniungit, & tam ex hoc, quàm illis, suarum concionum argumenta desumpsit. Apud Iohannem certè Iudæis ille dicit: Scrutamini scripturas (nam vos videmini vobis in illis vitam æternam habere) & illæ sunt, quæ testificantur de me. Et paulò post: Si credidissetis Mosis, credidissetis mihi: de me enim ille scripsit. Paulus autem in posteriori ad Timotheum ait: Tota scriptura diuinitus est inspirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iusticia: Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus. In quibus verbis duo diligenter obseruari debent. Primùm quòd scripturæ authorem facit spiritum Dei. Quod Petrus exponens ait: Non enim voluntate hominis allata est olim Prophetia: sed acti à spiritu sancto locuti sancti Dei homines. Ergo Dei verbum scripturæ continent, & hæc audire atque legere debent, quicunq; Deum ipsum loquentem audire cupiunt.

Ioh. 5.

2. Tim. 3.

2. Petr. 2.

Alterum est, quòd scripturis omnia tradi testatur, quæ ad hominem vel institutendum, vel in officio retinendum, necessaria sunt. Nam utilis est (inquit) ad doctrinam, ad re-

ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iusticia. Doctrinæ nomine dogmata fidei & salutis intelligit, quæ in scripturis omnia contineri, nemo negauerit, quàm qui totam salutis rationem in dubium vocare cupiat. Doctrinam verò hanc non simpliciter tradi, sed ita proponi, ostendit, vt simul ea arguantur errores, quibus multi à veritatis via abducuntur, Rursus, cum peccatorum etiam illecebræ multos transuerfos abripiant, illis etiam corrigendis, & in officio retinendis, scripturas sufficere dicit. Deniq; easdem ad institutionem in iusticia vtilis esse ait, vt illis contineri doceat, quicquid, ad vitam piè & iuste instituendam, cognitu necessarium est. Et ne quæ esset tergiversandi occasio, hunc illarum vsum & finem esse testatur, vt homo Dei, id est, quisquis Deo seruire & placere cupit, perfectus fiat, & ad omne opus bonum perfectè quoad verbum Dei reconditum fingunt, quod non ex scripturis, sed revelationibus certis addiscere oporteat. Quid enim discendum præter scripturas ei reliquum est, qui si illas probè imbiberit & rectè teneat, etiam Dei iudicio perfectus censetur? Est ergò multa obseruatione dignissima Dei bonitas, qui verbum suum non voce modò viuam proponi, sed scriptis & literis compræhendi voluit, libros etiam scripturæ (vt sæpè monemus) in hunc vsq; diè non sine miraculo seruaui, vt quoties libet illū de reb. abstrusissimis, de huius vitæ officijs, de futuræ statū, de cœlis, de inferis, de præmijs, itē & pœnis, de vniuersa regni cœlorum administratione, loquentem audire liceat. Magna igitur est eorum ingratitude, qui tantum beneficium Dei contemnunt, maior item eorum improbilas, qui, ne quid suis affectibus contrarium audiant, aures suas obturant: execrabilis autem multorum impietas, qui scripturis fidem derogant, & scurriliter omnia eludunt, imò studiosè conquirunt argumenta, quibus illarum auctoritatem euertere possunt. Sunt hi (vt aliàs sæpè diximus) perfidorum villicorum similes, qui post multam falsi in simulant eos, quibus omne gratitudinis officium debent. Semper ergò nobis ipsis hoc Abrahami dictum applicemus, quoties aliqua dubitatio in animis nostris oboritur, aut nos curiositatis vitio titillari sentimus: nobis (inquam) tunc occinamus: Mosem habes & Prophetas, h. s. audito, & in illis, quæ ipsi tradiderunt, persistito, &c.

Cæterum non sufficiens visa est diuiti nostro Mosi & Prophetarum doctrina. Manet enim semper sui similis impietas, & incurabili pertinacia aduersus Deum tunc quoque luctatur, quando se constrictam & iusto eius iudicio oppressam esse sentit. Docet hoc ipsum alibi quoque Dominus, quando impios in nouissimo diè sententiæ eius potestatem & irreuocabili oggannientes inducit: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitium, aut nudum, aut inualidum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Vt verò isti seipos excusando iudicem illum iustissimum accurant: ita diues hic simile quid Abrahamo responsat: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis abierit ad eos, respicient. Quid enim hoc aliud erat, quàm Deum ipsum contumaciæ fratrum auctorem facere, & in hunc perditionis atque exitij ipsorum causam transferre: quia non ea ratione erga eos vtatur, qua facillè emendari possint? Sed & suæ damnationis culpam non omnino obscure in Deū reijcit, quasi ipse quoq; vitæ suæ rationem aliter instituturus fuisset, si quem habuisset monitorem ex inferis aut ex superis revidentem. Audiuntur etiam hodiè multa huius generis, & multi, qui sibi egregiè sapere videntur, dicere audent: Cum abundè omnibus constet, neque id Deus ignoret, plebsque contumaciores esse, quàm vt scripturis fidem habeant, verbi prædicatione emendentur, aut à ministris illis morosis & contentiosis admoneri atque reprehendi velint: tempores terrere, vel aliquos ex defunctorum numero illis probè notos emittere, qui quæ ex scripturis traduntur suo testimonio confirmarent: neque illi desunt Angeli, qui ista omnia tendunt? Vt suam atque aliorum contumaciam excusent: Deum autem fingant, qui hominum exitio delectetur.

Sed omnibus istis Abrahamus respondet: Si Mosem & Prophetas non audiunt, ne, si quidem quispiam ex mortuis excitetur, assentientur. Rationes huius dicti multæ afferri possunt. Nam si Mosi & Prophetarum libri excutiantur, quid obsecro in illis reperietur, quod non cum naturæ legibus & communi hominum, paulò cordatorum, sentiu

Impij non cessant Deo obloqui.

Matth. 25.

Incurabiles, qui Mosem & Prophetas non audiunt.

sensu conueniat? Paulus equidem gentes olim eam ipsam legem in cordibus suis inscriptam habuisse testatur, quam Moses, Dei digito in tabulis lapideis descriptam, Israëlitis promulgauit: Si qui ergo Mosi credere dedignantur, eos certum est naturæ legem negare, & cum propria conscientia certamen suscepisse. Adde huic argumento vaticiniorum veritatem infallibilem, de quorum fide amplius dubitare non licet, cum pleraque iam olim impleta sint, & quæ adhuc reliqua sunt, quotidie impleantur. Quibus ergo fidem adhibebunt, qui ea negare audent, quæ in omnium oculis, ore, & manibus verifantur? Aut quis illos dignos esse dixerit, in quibus instituendis Deus noua ratione & honesto postulare, nimis inciuile, & iniquum, diceretur: vt nimirum propter vilitatem nullius pretij seruulos, non propter contumaces responsatores, totam suæ domus administrationem mutaret? Accedit his omnibus, quod nunquam tutum esset mortuorum apparitionibus, & nouis quotidie reuelationibus, fidere. Nam & Satan sese in Angelû lucis transformare nouit, & idem sanctorum personam interdum assumit, vt facilius curiosis & incautis, vel aliquo affectu vehementiori laborantibus, imponat: sicuti in Samuelem & Saulis historia est videre. Et quàm multi per apparitiones & reuelationes eiusmodi delusi sint, & miserè decepti, non sine aperto animarum suarum periculo, notius est, quàm vt multorum exemplorum commemoratione demonstrari oporteat. Ergo vt nostræ salutari Deo consuleret, certam doctrinæ formam extare voluit, literis mandata, ad quam in omni casu recurrere, & eam tutè sequi possemus.

1. SAM. 28.
Verbum Dei in
scripturis habetur.

Ex his ergo omnes in genere discant, non aliud Dei verbum quæri debere, quàm quod in scripturis continetur. Cum enim in his certa, & omnibus numeris absoluta, credendi atq; viuendi regula proponatur, inexcusabilis stulticia, vel etiam execrabilis curiositas est, alias reuelationes expectare. Itaque confutantur huius loci autoritate omnes rationes discendi, quæ absque scripturis instituentur. Fuerunt hæc omnibus seculis infinitæ, & multum inter se diuersæ. Inter gentes artes fatidicas persarum sapientes, quos illi magos dicebant, primi professi sunt, inter quas antiquitus sex ferè species fuerunt, necromantia, pyromantia, æromantia, hydromantia, geomantia, & chiromantia. Necromantia utebantur, qui ex defunctis rescire volebant rerum euentus: & illi autem Spiritus defunctorum, aut etiam eorundem corpora, excitare se profitebantur, à quibus de omnibus aduenerent. Exemplum huius apud Lucanum habetur, vbi Erichtho Thessalica maga mortui hominis cadauer excitauisse scribitur, quod belli ciuile euentum Pompeij filio ex ordine recitauit. Et tantus huius artis vsus fuit, vt in populo Dei tandem locum habuerit, vt Saulis historia testatur, qui Samuelem excitari voluit, per veneficam quandam, vt ex illo disceret, quid sibi in prælio contra Philistæos euenturum. Pyromantiam dixerunt diuinationem, quæ per ignem fit, dum fulgurum, aut aliarum impressionum ignearum vis inuestigatur. Quod & tonitruum referri possunt, quæ latini homines felicia putabant, si à sinistra parte audirentur, vt Cicero in hoc Ennij versu obseruauit: Cum tonuit læuum benè tempestate serena: cum è contra Homerus Aiace, de Troianorum ferocitate cum Achille loquentem, inducens, tonitruis dextris lætum quid portendi innuat. Aeromantia erat, ventos, autem volatus, insolitas tempestates, & alia huius generis, obseruabat. Hydromantia circa aquas versabantur: Geomantia ex terræ hiatibus: Chiromantia ex linearum, quæ in manibus visuntur, inspectione homini sua fata prædicabat. Accesserunt posteris temporibus infinitæ aliæ species, aruspicina, sortes Prænestinæ, oracula omnis generis, quibus Satan infelices gentes miserè delusit. Nostro autem tempore in hoc ordine primus locus ijs debetur, qui Astrologiam iudiciariam profitentur tanta audacia, vt hominis vitia & virtutes, mortem & vitam, adhuc regnorum motus & mutationes, imò ipsam quoque religionem astris subijciant. Damnantur hi omnes per legem Dei, & Prophetæ non solum gentium diuinatibus amarulenter insultant, verum etiam omnes artium eiusmodi professores à Christi regno excidendos & procul relegandos esse testantur. Verumtamen tantâ superstitionis & curiositatis humanæ vis est, vt inter Christianos homines, qui veteris illius artis imposturas facile obseruauerunt, aliæ locum inuenerint non minus periculose, inter quas vetustissimæ habentur, apparitiones Angelorum & reuelationes, quibus multi decepti ea admiserunt & fecerunt, quæ cum Dei verbo aperte pugnant. Nam vt paulò antè diximus, potest se in Angelum lucis Satan quoque transformare. Nec est quòd hîc mihi aliquis vetera exempla obijciat. Olim

1. SAM. 28.

Lib. 2. de diuinatione.

Deut. 18.
Isa. 47. &c.
Mich. 5.

Olim enim apud priscos patres & prophetas multas apparitionum & reuelationum v-
 ses fuit, qui hodie nullus est, cum iam pridem scripta sint quæcunque nos scire neces-
 se est. Etsi hodie Angeli doctores darentur, aut ea docerent, quæ Apostoli olim per
 Euangelium tradiderunt, aut ab his diuersa? Si eadem, inutilis & superuacanea erit hæc
 mutata doctrinæ ratio.

Si diuersa autem prædicarent, iam illis fidem habere Paulus prohibet. Paulò post Gal. 1.
 animarum quoque apparitiones cœperunt, de quibus multum etiam Augustini tem-
 poribus disputatum fuisse, ex illius libro, de cura pro mortuis gerenda, apparet. Ini-
 tiò tamen de illis ferè solis agebatur, quæ in somnis apparent. Id verò Sanctus ille
 pater ridiculum esse docet ad animarum substantiam referri, cum qui adhuc in vi-
 uis sunt, procul autem à nobis distant, sæpe in somnis nobiscum colloqui, nos de
 es superstitione, aut alia nobiscum agere, videantur. Tandem verò crescente indi-
 gatorij calefactores quæstum fecerunt, longè vberimum: & ipse Satan mira finxit,
 quia hoc breuissimum compendium esse videbat, per quod homines à verbi Dei do-
 cetrina abducerentur. Atqui animas semel à corporibus egressas vel incertis locis vaga-
 ri, vel ad nos redire, cum *CHRISTI* doctrina aperte pugnat, & ad erroris hu-
 ius confutationem vnicum hoc Abrahami responsum sufficere poterat. Ergo quic-
 quid huius obijcitur, id aut hominum dolo & artibus fit, aut diabolica impostura est,
 cui interdum aliquid permittit Dominus, vt efficaci errore eos puniat, qui veritati
 nolunt credere. Nobis ergo persuasum sit, omnes, quæ extra Scripturas instituun-
 tur, docendi rationes, illicitas & errorum irritamenta esse, & ideò Isaiam audiamus
 dicentem, Si dixerint vobis, Sciscitami à Pythonicis diuinis, qui mulsitant & fufur, Esai. 8.
 rant, Annon gens quæquæ suos Deos consulit? Num pro viuis ad mortuos? Ad le-
 gem & testimonium, & qui non dixerint secundum verbum hoc, ijs non erit lux ma-
 tuina. Denique celebremus gratis animis Dei bonitatem, qui vt olim varijs modis
 cum patribus collocutus est: sic tandem Filium suum misit, qui voluntatem eius om-
 nem exponeret. Hic cum nobis etiam hodie loquatur per Scripturas, audiamus illum, vt
 eo magistro & doctore vsi, per huius vitæ tenebras securo pede ambulemus, tandem verò
 salutis, & vitæ æternæ participes efficiamur, quam nobis suo merito acquisiuit. Illi debe-
 tur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ LAZARI JACENTIS

ante fores diuitis precatio.

ATerne, viue, vere Deus, qui iusto consilio tuo Ecclesiam tuam, eiusq; membra,
 in hac vita subiecisti cruci, vt tua castigatio illis sit disciplina clamandi ad te, mi-
 serere miseri & squalidi tui cœtus, qui spretus & neglectus plenus vlceribus iacet ante fo-
 res magnorum regum, qui te oderunt. Tu optime & benefice Samaritane, sana vul-
 nera nostra tua diuina medicatione, & quia placuit tibi æterna vita inittum facere, finita
 hac fragili, mittito quæsumus aliquos benefactores etsi humiles, qui lingant nostra vlce-
 ra, & suis officiis inuent conseruationem ministerij & scholarum, donec exhalantes ani-
 mam experiamur manibus illustrium tuorum ministrorum, & transferamur in sinum
 Abrahæ, vbi coràm adepti bona proposita in promissione, te & omnes electos in clara luce
 liberati ab omnibus malis cernamus: flectito etiam corda hostium tuorum, flo-
 rentium gloria & opibus, vt cogitent de loco illo cruciatuum, & de vallo illo, quod eos
 excludet à conspectu tuo in omnem æternitatem, & quod implebit eos pauoribus, fuga tui,
 fremitu, & horribili consternatione, quam lingua hominum exprimere non potest: facito
 vt serio ad te conuersi, in ista vita audiant sermonem prophetarum & apostolorum
 & opibus suis pie ad conseruationem ministerij, policiti status, & e-
 gentium necessitatem, vtantur. Amen.

DOMINICA II. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

LVC. XIII. CAP.

HOMILIA VNICA.

Iesus autem secum discumbenti, & dicenti, Beatus, qui comedet panem in regno Dei, dixit: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocauit multos, misitq; seruum suum hora cœnae, ut diceret vocatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. Et omnes cœperunt uno ore se excusare. Primus dixit ei: Agrum emi, & necesse habeo exire, & eum inspicere, rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Fuga boum emi quinq;, & proficiscor ad probandum ea: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & propterea non possum venire.

Cum igitur seruus aduenisset, annunciauit ista Domino suo. Tunc iratus Paterfamilias dixit seruo suo: Abi citò in plateas, & vicos urbis, & pauperes ac mancos, claudosq;, & cœcos, huc introduce. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Tunc ait Dominus seruo: Abi in vias & sepes, & coge ingredi, ut impleatur Domus mea. Dico enim vobis, neminem virorum illorum, qui vocati fuerant, gustaturũ cenam meam.



VONIAM HOMO PER PECCATVM NON SOLVM à felicitate pristina excidit, verumetiam præclaram illam intellectus lucem, & pleniorẽ rerum cœlestium cognitionem, amisit, qua inicitò illum Deus donauit: Manet quidem in omnibus naturale quoddam salutis æternæ desiderium, Huius autem assequendæ rationem videre non possunt, nisi cœlitus illuminentur. Quæ causa est, quòd multi de regno Dei præclare differunt, & quàm ardenti eius studio flagrent, verbis grauibus, & plerunq; sine gemitu pronuntiatu testentur, cùm interim Dei, ipsos inuitantis, gratiam contemnant, atque fastidiant: Laborârunt hoc vitio imprimis Iudæi, quàmuis regnum Dei ad se solos putarent pertinere: Et eius exemplum non omnino obscurum videmus in eo, qui Christi verbis de resurrectione iustorum excitatus inter discumbentes exclamauit: Beatus, qui comedet panem in regno Dei. Ideò Dominus illi nunc ita responder, ut in eius persona generalem laici populi ingritudinem, & contumax gratiæ Dei fastidiũ repræhendat, simulq; peccatas dignas denuntiet: quòd nimirum ipsis, à regno cœlorum exclusis, gentes vocari, & in illorum locum surrogari oporteat. Rursus autem parabola ex re præsentis petita vititur, qua æternũ Dei consiliũ de hominum salute compræhendit, causas item ostendit, quib. plerique auocati illud aspernantur, & quæ peccatæ contemptores eiusmodi maneant. Parabolæ partes sunt duæ. Prima propriè ad Iudæos pertinet. Altera de gentium vocatione differit, & qua conditione omnes à Deo vocemur, docet. Quia verò Lucas breuior est, quædam ex Matthæo sarcienda erunt, quæ suo loco videbimus.

Consiliũ Dei
de hominum
salute.

Principiò æternũ Dei de hominibus seruandis consiliũ exponit, quando hominem quendam cenam magnam fecisse ait. Et hominem dicit DEVM patrem, non quòd is homo factus sit, sed quòd humano prorsus more & amicè nobiscum

cum agit. Matthæus Regem quendam filio suo nuptias fecisse scribit. Ergo de cœnâ nuptiali hic agitur, & huic salutem, & beatitudinem æternam, qua in cœlis fruemur, Dominus confert: quia in eo maximè consistit, vt cum CHRISTO, vnico sponso nostro, Spiritualis coniugij vinculo sociemur: & quamuis coniunctio ista nunc incipiat, sub vesperum tamen & finem mundi demum perficietur, quando ille tam corpora, quam animas nostras, ad se recipiet in cœlos, vt æternum cum ipso viuamus & regnemus. Et debet hoc non oscitanter obseruari, ne moræ impatientia superati ante tempus liberari, & priusquam certamen nostrum decertauerimus, triumphare velimus. Nam vt sanguinis sui pretio nos Dei filius acquisiuit, vt sibi sponsam faceret; ita nobis quoque coniunctio illa multis laboribus, periculis, curis, & plerunque sanguine etiam multo, constat. In his ergo nos durare, & sponsi aduentum, quem tota hæc mundi fabrica cum gemitu desiderat, patienter expectare decet.

Act. 20.

Ioan. 3.

Nec temerè cœnam hanc iam pridem paratam fuisse CHRISTVS ait. Ea enim locutione æternum electionis & prædestinationis decretum denotatur, de quo Apostoli testantur, quòd & CHRISTVM nobis Seruatorem destinârît, & nos in illo elegerit, priusquam mundus hic conderetur. Et ipse Dominus in nouissimo iudicio suis cultoribus dicet: Venite benedicti Patris mei, & possidete regnum, paratum vobis à iactis mundi fundamentis. Commendant hæc DEI bonitatem, & salutem nobis ex mera gratia obtingere docent, ne quid nostro arbitrio aut viribus, vel etiam operum nostrorum meritis tribuamus. Quid enim ad salutem nostram conferre potuimus, cum nondum creati fuimus: imò priusquam hic mundus corruptibilis existeret? Aut num in nobis aliquid præuidere potuit Deus, quod tantam salutem mereretur, qui, quanti quanti sumus, peccatores sumus, & qui in æterno exitio mansuri eramus, nisi ille nostri misertus Filium destinasset, cuius merito redempti ad regni sui hæreditatem veniremus?

Prædestinatio.

Ephes. 1.

Matth. 25.

Quamuis verò omnium seculorum atque Gentium credentes iam inde ab æterno ad nuptias illas cœlestes electi & conscripti sint, ordine tamen certo in illis vocandis DEVS est vsus, & à Iudæis initium fieri voluit, vt in illis suæ, cum bonitatis tum iustitiæ exempla, toti orbi terrarum proponeret. Id in præsentis his verbis Dominus exponit: Vocauit multos, misitque seruum suum hora cœnæ, vt diceret vocatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. Apud Matthæum plures serui & sapius missi fuisse dicuntur. Etenim iam olim cœpit DEVS suam gratiam erga Iudæos varijs modis declarare, postquam cum Abrahamo fœdere inito eius posteros reliquis gentibus anteposuit, & eisdem postea per Mosem & Prophetas vocauit, qui vt numero plures, ita per omnia secula distributi fuerunt, ne vlli vocationis istius lætissimæ expertes essent. Nam durauit hæc ad ipsum CHRISTVM vsque, qui præcursores habuit Ioannem Baptistam, quem totum in hoc fuisse constat, vt quam plurimos CHRISTO adduceret. Sed & ipse Dominus in illis vocandis & alliciendis assiduus fuit, & hinc discursus Apostolos dedit, qui ipsi quoque salutis doctrinam Iudæis primùm prædicauerunt. Est hoc præclarum bonitatis Dei argumentum, qui seruos suos selectissimos, vnâ cum filio suo dilecto, tot seculis in illis vocandis occupatos esse voluit. At cū non minus benignus erga nos quoque sit, etiam atque etiam cauere nos decet, ne Iudæorum similes hanc eius gratiam aspernemur.

Ordo vocationis Dei.

Sed modum quoque vocationis huius videre præstat: Venite (inquiunt) quia iam parata sunt omnia. Ita verò officij illos admonuerunt, quod à nobis quoque exigitur. Est hoc vt veniamus ad CHRISTVM, in quo nobis parata sunt, quæcunque ad nostram salutem pertinent. Et sic quidem olim Propheta clamabant: Vos qui sititis, venite ad aquas, & hi quibus non est pecunia, venite. Et ipsius Christi vox in Euangelio auditur: Venite ad me, qui laboratis & onerati estis, &c. Item, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Venitur autem ad illum sola fide, quæ animos nostros euehit, vt relictis terrenis illi coniungamur. Ita ipse hoc ministerium interpretatur apud Ioannem, dicens: Qui venit ad me, nequaquam esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam.

Modum vocationis.

Isa. 55.

Matth. 11.

Ioan. 7.

Ioan. 6.

At non negligenter considerari debet ratio, qua Dei serui Iudæos, & cum his omnes homines excitant, vt ad nuptias istas festinent: Quia iam parata sunt (aiunt) omnia. Etenim in CHRISTO IESV parata & confecta sunt, atque plenissimè nobis exhibentur, quæcunque animas esurientes & sitientes saturare atque recreare possunt.

In Christo parata sunt omnia.

Ille

1. Cor. 1.
Ioan. 6.
Ioan. 4.
Ioan. 1. 8. 14.
Act. 4.

Ille enim nobis à Deo Patre factus est sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Ille panis vitæ est, qui cælo ad nos delapsus carnem suam dedit pro mundi vita. Ille fons est gratiæ vberimus, qui æstuantis conscientiæ ardores solus restinguit. Ille agnus Dei est, qui peccatum mundi tollit. Ille denique lux, via, veritas & salus ipsa est, & vt hæc omnia in se habet, ita omnibus eadem liberaliter communicat, qui ad ipsum accedunt. Debet ergo hæc vox in omnium nostrorum auribus atque animis sonare, ne vocati moras nectamus, neque illos audiamus, qui nobis extra CHRISTVM noua salutis adminicula monstrant, quibus meritum illius magna ex parte euacuatur. Parata sunt in illo iam inde ab æterno, quæcunque ad cœnam illam verè nuptialem & cœlestem requiruntur. Ergo nimium stolidi sunt coci illi, qui nouis ferculis illam vel augere vel ornare conantur: imò verè venefici sunt, dum humanarum traditionum & nocentissimarum superstitionum toxica admiscunt, quæ multos salutis incertos faciunt, plerisque autem exitium afferunt. Plus autem quam miseri & calamitosi sunt, qui, cum in CHRISTO iam omnia parata & instructa esse audiant, impuris illis fordium impurissimarum fartoribus, atque cupediarijs squalidissimis, locum dant: quasi verò ab illis aliquid fingi possit CHRISTO suauius, delicatius, atque salubrius.

Iudeorum in
spernenda sa-
lute contu-
matia.

Matth. 22.

Porro videamus Iudeorum ingratitude, & stolidam contumaciam, qui oblata sibi Dei gratiam respuerunt. Compræhendit hanc vno verbo Dominus, dicens: Et omnes cœperunt vno ore, & quasi ex pacto & constituto (tantundem enim significat locutio Græca, qua Lucas vtitur) sese excusare. Et hi quidem reliquis meliores, imò optimi in illa gente, fuerunt. Nam apud Matthæum aliqui seruos, à quibus vocabantur, contumeliosè affectisse, & trucidauisse, dicuntur. Crescit enim suis augmentis sine gradibus impietas, & qui initio Dei gratiam obiter fastidiunt, ij tandem si fortius urgeantur, furore accensi eius præconibus vim quoque inferunt. In præsentem CHRISTO satis fuit docere, Iudeos propria culpa à salute excidisse, cum DEVS quidem hanc illis liberaliter obtulerit, ipsi verò noluerint eam amplecti, imò aduersus huius præconium hostiliter insurrexerint. Quod ipsum de omnibus alijs dici potest: quando quotquot pereunt, vel supino contemptu Dei gratiam negligunt, vel contumeliosè fastidiunt, vel etiam plus quam gigantæa temeritate oppugnant.

Quibus rebus
à regno Dei
pleriq; auo-
centur.

1. Tim. 5.

Isa. 5.

Cœterum priores illos audiamus, qui excusationis honestos prætextus quæsiuerunt, ne prophani gratiæ Dei contemptores esse putarentur. Primus dixit: Agrum emi, & necesse habeo exire, & eum inspicere: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iugum bouum emi quinque, & proficiscor ad probandum ea, rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: vxorem duxi, & propterea non possum venire. Nominantur hæc tria hominum genera, quibus omnes eos compræhendit Dominus, qui rerum huius seculi curis siue studijs, & quidem per se licitis & concessis, se auocari patiuntur, quò minus ad regnum DEI accedant. Primum eorum est, qui agros emunt, in quo lauari debent omnes, quos rei domesticæ cura impedit. Etenim agricultura per se laudem meretur, cum eam primis parentibus DEVS mandauerit, & huius institutum sit, vt homo in sudore vultus sui panem suum comedat. Nec minus licita sunt alia opificia, quibus boni patres familiæ tam sibiipsis, quam suis, propiciunt. Et Paulus infidelibus deteriores esse dicit eos, qui nulla suorum domesticorum cura tanguntur. Sed hæc de illis sermo est, quos anxia nimis & irrequieta cura distrahit, dum (vt Propheta loquitur) domus domibus, & agros agris coniungunt, & rei domesticæ ita additi sunt, vt præ hac regnum Dei negligant. Est horum ingens numerus hodie, quos studium hoc ita captiuos detinet, vt ne dominicis quidem diebus ad cætus sacros veniant, neque Dei verbum audiant, si quæ lucri faciendi spes sese offerat. Secundum genus eos habet, qui boues emunt: quo omnes denotantur, qui ex mercatura qualicumque questum faciunt. Licet hoc quoq; & rerum vsus docet, necessaria esse commercia inter homines, quando non omnis fert omnia tellus: neque iustum aut æquum esset, alium in aliorum gratiam mercibus aliunde inferendis absque omni lucro defatigari. At rursus hæc quoque eos perstringit CHRISTVS, qui facultatibus suis augendis ita intenti sunt, vt nulla prorsus vitæ & salutis æternæ cura tangantur, neque apostoli regulam obseruant, qui eos, qui emunt, ita affectos esse iubet, quasi nihil possideant: & eos, qui hoc mundo vtuntur, videre docet, ne eo abutantur. Et isti quoque plu-

1. Cor. 7.

que plurimi hodie passim inueniuntur, quibus suauissimus est lucri odor ex re qua-
 liber, & qui multis mensibus aut annis contiones sacras prorsus negligere malunt,
 quam leuam rerum suarum iacturam facere. Tertio genere continentur, qui vxor-
 res duxerunt, & ideo non possunt venire. Quo loco non simpliciter damnan-
 tur omnes, qui vxoribus coniugij vinculo copulantur (hoc enim sanctum, & tho-
 rus conjugalis impollutus est, dæmoniorum autem doctrina ab Apostolo dicitur, quæ ^{Ebre. 13.}
 nubere prohibet) sed qui vxorij nimis sunt, & vt vel eas obtineant, quas volunt, ^{1. Thes. 4.}
 aut vxoribus commodioribus vtantur, religionem minus curant, & frequenter pro-
 pter coniuges sacris alienis communicant. Et isti quidem omnes excusatos se habe-
 ri cupiunt, & rationes pretextunt graues atque minimè contemnendas, si carnis iu-
 dicium in hac causa aliquid valeret. Primi enim necessitate se vrgeri dicunt: alte-
 ri vtilitatem adducunt, cui ferè in commercijs necessitas quoque coniuncta est: po-
 stremi impossibilitatem allegant, ad quam (vt vulgò aiunt) nemo debet obstringi.
 Et satis constat, quam magnificis verbis, quamque grauibus argumentis, suas excu-
 sationes amplificare & exornare soleant, qui hodie in religione ambidextri sunt, &
 in vtrunque latus claudicant. Multi denique tanto artificio illud faciunt, vt tunc
 maximè gloriam Dei, & salutem propriam, curare videantur, quando vt sua priua-
 ta commoda retineant, Regnum cælorum prorsus negligunt. At docet hoc lo-
 co **CHRISTVS** inutiles esse istas delicias, quas sibiipsis faciunt homines car-
 ni & mundo dediti. Vt enim his impedimentis Iudæi detenti salutis suæ iacturam
 fecerunt: ita nihil melius sibi polliceri poterant, quotquot hodie eosdem laqueos si-
 bi iniici patiuntur. Meminerimus ergo speciem huius mundi euanidam esse, &
 proinde indignam, cuius gratia vocationem **DEI** negligamus. Itaque regulam
 eam sequamur in rerum huius seculi vsu, quam ex Pauli ad Corinthios Epistola mo-
 dò adduximus.

Cùm verò tantæ tamque efficaces sint huius mundi illecebræ, vt earum quo-
 que rerum studia, quæ per se licitæ & necessaria sunt, nos à via salutis reuocent,
 quanto maiori cura & diligentia caueri debent, quæ disertis Dei verbis damnantur?
 Nocet nimium rei domesticæ studium: quid ergo fiet, si auaritia inescati fraudes &
 imposturas exerceamus? si vsuris iniquis eos grauemus, qui nostra beneficentia de-
 bebant subleuari? si item ex sanguine & bellis non necessarijs quæstum captemus?
 Impedit multos conjugalis amor, qui & honestius, & ad vitam benè instituendam
 necessarius est: quid igitur sperare possunt, qui libidines vagas sectantur, & scorta-
 tione, atque adulterijs fœdis, sese polluant? Procul ergo arceri debent, qui homi-
 nes in perdidissimis scelerum studijs seruari posse sibi persuadent, quasi verò aliqua
 inter **CHRISTVM** & Belial coniunctio, aut inter regnum Dei, & diaboli ser-
 uitium, aliqua societas esse possit. Etenim cùm tanta sit nostræ naturæ & ingenij corruptio,
 seu prauitas, vt ex ijs obstacula æternæ salutis nobis faciamus, quæ Deus, vt vitæ hone-
 stæ & piè transigendæ adminicula sint, instituit, quis aliud quàm præsens exitium ex ijs spe-
 rare potest, quæ & Dei verbo & naturæ legibus prohibentur? Semper ergo vigilemus,
 & **CHRISTI** doctrinam sequamur, qui eos demum suos discipulos & Regni cælo-
 rum hæredes fore docet, qui per Spiritus virtutem renati, carnem mortificant, seq; ipsos
 abnegant.

Excitet nos ad hoc studium Iudaicæ gentis exemplum, cui poenas horrendas in ^{Deus irascitur}
 præsentem Dominus denuntiat. Nam seruus ad herum rediisse, & ei nuntiauisse di- ^{contemptori-}
 citur, quid inuitati responderint. Quod non eo sensu accipi debet, quasi internun- ^{bus gratiæ.}
 tibus vllis Deus opus habeat: sed vt sciamus, eum nihil eorum ignorare, quæ inter suæ
 gratiæ præcones, & eiusdem contemptores, sunt. Deinde iratus est vehementer, &
 quidem meritò. Si enim hominibus stomachum mouet ingratitude, qua se ab ijs sperni
 sentiunt, de quib, optimè sunt meriti, num quis Deum iniustum dixerit, si aduersus suam gra-
 tia & Regni contemptores excandescat? Vidit hoc Ioannes Baptista, qui iræ huius causam ^{Ioan. 3.}
 simul & vehementiam expressurus dicebat: Qui non paret filio, non videbat vitam: sed
 ira Dei manet super eum. Ergo non tam leuis est incredulitatis & spreti Euangelij cul-
 pa, quam multi existimant. Quid enim ira Dei grauius fingi potest? Fremitus leonis ^{Prouerb. 19.}
 (inquit Solomon) est ira regis. Quid igitur de Deo irato dicemus, de quo Propheta dicit.

Terra

Nahum. 1.

1. Ioan. 5.

Matth. 22.

Rom. 11.

Gentium vocatio.

Deut. 32.

Condicio gentium prior.

Ephes. 2.

Terra ardet ex illius aspectu, & totus orbis vna cum degenibus in eo? Coram facie indignationis eius quis persistet? In furore iræ eius quis durabit? Effunditur ut ignis furor eius, & silices ab eo dissoluantur, &c. Quid, quod electis intolerabile prorsus est, saluferam Dei ipsos in ira sua castigantis manum sentire, sicuti David non vno loco testatur? Quid ergo ijs miserius & infelicius esse potest, super quos ira illa perpetuo manet? Id verò *CHRISTI* contemptoribus Baptistæ ex Spiritus sancti suggestione minatur: neq; melius quid sperari potest, eò quòd tales non solùm gratiam Dei fastidiunt, verum etiam ipsum mendacij arguunt, quasi de Filio falsò testatus sit, & nos ad epulas ficticias & inanes inuitet. Ideo apud Matthæum Rex iste missis exercitibus suis homicidas illos atque ingratos trucidauisse, atq; urbem eorum incendisse, dicitur. Quibus verbis totius gentis & urbis Hierosolymæ excidium denunciat, quod non multò post secutum esse scimus. In præsentem addit: Dico vobis, neminem virorum illorum, qui inuitati fuerant, gustaturum cenam meam. Quæ comminatio priori illa grauior est, quia illos à regni cœlorum hæreditate excludit, & vniuersam salutis spem semel aufert. Vbi nos meminisse oportet, hæc ita Iudæis denuntiari, vt non minus nobis quoq; seruiant, qui in illorum locum successimus, si simili ingratitude & contumacia iram Dei prouocemus. Qui enim naturalibus ramis non pepercit, multò minus ijs parceret, qui ex oleastro defracti, & in stirpem sanctam insiti, tantum eius beneficium non agnoscunt. Pereunt ergo hi quoque quoad corpus & fortunas omnes: & (quòd grauius multò est) exclusi à mensa *CHRISTI*, & omni salutis spe destituti, famem illam diram sentiunt, qua animæ quoq; illorum contabescunt.

Porro ne quis æternum illud Dei decretum labefactatum aut omninò irritum factum putaret, eò quòd Iudæi accedere noluerunt, qui soli alijs omnibus præteritis inuitati & vocati esse videbantur: alteram parabolæ huius partem inserit Dominus, qua de gentium vocatione differit. Facit hæc Iudæis ad pœnæ suæ amplificationem, quia illa ipsorum ingratitude ex parte vltus est Deus, quando alios in illorum locum surrogauit. Idem enim passus sunt, quod mulier adultera, quæ non solùm ab exilio & consuetudine mariti repellitur, sed aliam ab eo ductam esse videt, quam in precio habet & diligit. Et ita olim per Moysen minatus fuerat Deus, dicens: Ipsi me prouocauerunt ad indignitatem in eo, qui non est Deus, ad iracundiam me irritauerunt vanitatibus suis: et ego quoque illos prouocabo in eo, qui non est populus in gente stulta irritabo eos. Et huius generis multa in Prophetarum scriptis occurrunt quorum omnium consideratio nos admonet, nihil Dei gratiæ & Regno eius decedere, etiamsi illud improbè aspernentur, qui præ alijs id amplecti debebant. Nec enim vlli genti aut ordini hominum ita ille alligatus est aut obstrictus, vt non possit illud aliò transferre, si quos ingratos & iniquos suæ bonitatis estimatores esse sentiat. Et vt in magna domo non perit cœna iam parata, etiamsi ex inuitatorum numero multi emaneant: ita multò facilius est Deo conuiuias inuenire, quos suæ mensæ participes faciat. Neminem ergo terreat multorum incredulitas & defectio: nemo etiam præfenti sua dignitate effertur, vt Deum sibi perpetuò obstrictum fore putet. Sed huius etiam alterius partis singula capita excutiamus.

Primum dicitur seruo: Abi citò in vicos & plateas urbis, & pauperes ac mancos, claudosque & cœcos huc introducito. Per vicos & platea loca ab Israelitarum republica exclusa intelligit, & perinde fore docet, vt in viam gentium diuertant salutis æternæ præcones, quod hucusque non licuerat, vt *CHRISTI* verba ad Apostolos Matth. decimo capite testantur. Iubet autem pauperes ac mancos, claudos item & cœcos introduci, idque de gentibus dicit non solùm ex Iudæorum iudicio aut sensu loquens, qui omnes populos contemptui habebant: sed vt simul innuat, quæ omnium conditio hucusque fuerit, qui extra Ecclesiæ suæ pomaria sub tenebrarum potestate vixerunt. Erant hi reuera pauperes, & omnibus donis Spiritualibus destituti nihil eorum comparare sibi poterant, quæ ad vitam æternam atque cœlestem necessaria sunt. Itaque famelici peruersas distrahebant. Adhæc manci, claudi, & cœci erant, cum vires non haberent aliquas, quibus ea facere possent, quæ Deo probantur, neq; in vijs eius ambularent, inò ne viderent quidem Regni cœlestis mysteria. Accedebant his malis oraculorum ambigua responsa, cultus illicitus, & magna ex parte prophani & crudeles, effrenis denique peccandi licentia, Quid multis? Ea fuit omninò gentium conditio, quam Paulus ad Ephesios his

verbis

verbis describit: mementote vos quondam Gentes in carne fuisse absque Christo, abalienatos à republica Israelis, extraneos à pactis promissionis, spem non habentes, & Dei expertes in mundo. Veruntamen tales colligi & per Euangelium ad nuptias illas cœlestes, & verè beatas, vocari voluit Deus: vt & suæ bonitatis specimen luculentum daret, & simul ostenderet eos demum idoneos esse ad regnum Dei, qui suæ inopiæ sensu ita tanguntur, vt eam dissimulare nullo modo possint, qui item se cœcos, claudos, & mancos esse agnoscunt. Hi enim bonitatem eius magnificiunt, Christum medium admittunt, & eius consilijs obtemperant, cum è contra hypocritæ iusticiarij gratiam Dei perinde vt ipsis minime necessariam fastidiant, medium excludant, & ad eius manum siue contactum fremant atq; tumultuentur. Docet hoc alibi Christus pharisæorum & publicanorum atq; meretricum exemplo, quando hos illos anteire dicit in regno Dei. Et hodie videmus facilius esse homines militiæ & flagitijs manifestis deditos cœuere, quam Monachum aliquem, quem propriæ iustitiæ & sanctimonix fiducia inflat.

Sed pergamus in parabola expositione, qua admirabilis illa patris cœlestis bonitas erga mundi hunc magis illustratur. Cum enim post vocatos pauperes, claudos, mancos, & cœcos adhuc locus vacaret, dicit seruo: Abi in vias & sepes, & coge ingredi, vt impleatur domus mea. Vbi rursus de ijs agitur, qui à Iudæorum repulca exclusi, per diuersas saarum opinionum vias, vel à via potius errarunt & ad sepes peccatorum, quæ nos à Deo dirimunt, securi quieuerunt, inque desiderijs suis prauis voluptuati sunt. Hos cogi vult, vt domus impleatur. Habet enim certum suorum electorum numerum Deus, quem omnino compleri oportet, neque in Ecclesia sua locum aliquem vacare vult. Obseruabis autem, quod cum priores solummodò vocati sint, hos cogi oportuit vt ingrederentur. Ita enim admonet, non eodem omnes ingenio præditos esse, & proinde non eadem docendi ratione apud omnes vii debere eos, quibus verbi prædicatio commissa est. Sunt enim quibus simplex doctrina sufficit. Alij insuper admonitione crebriori opus habent. Multis necessaria est adhortatio grauior. Apud aliquos autem nihil proficias, nisi obiurgatione & increpatione vehementiori vtaris, & eos ad Dei tribunal citando cogas, vt a vijs suis peruersis conuertantur. Quod Paulus obseruans Timotheum iubet tempestiue & intempestiue instare, arguere item, obiurgare & exhortari, prout auditorum ingenia opus habere viderit. Vehementer ergo falluntur, qui veritatis doctrinam simpliciter & absque omni errorum, aut scelerum aut redargutione proponi volunt. Quid enim illa proficias, quando multi ne increpatione quidem liberi inouentur, & nisi publica quoq; magistratus autoritas accedat, quæ reluctantes cogat relictis superstitionibus & flagitijs intra Ecclesiæ septa ingredi, & Dei verbum audire? Vidit hoc olim D. Augustinus in Donatistis, & ideo eos civili etiam potestate cœercendos esse censuit. Et hodie constat multos pia Christianorum principum seueritate seruari, qui in erroribus suis perirent, & multos alios seduceret, nisi publicis edictis & pœnarum metu coercerentur. Et frequenter fit, vt qui inuiti coguntur ad Ecclesiæ cœtus, postea cum voluptate verbum salutis audiant, vbi dulcedinem illius semel gustauerunt.

Adiicitur autem istis apud Matthæum, quid cum illo actum sit, qui sine veste nuptiali ingressus ad cœnam illam accubuit. Iussit eum Rex ligatis manibus & pedibus eius in tenebras exteriores conijci. Quo loco adumbratur, inter eos etiam, qui ex gentibus Iudæis surrogandi sint, fore semper aliquos, qui suæ professioni minus respondeant, quos tandem rursus eijci oporteat, ne suis sordibus Ecclesiam polluant. Itaque admonet, vt, qui ad nuptias illas accedere instituerunt, non sine veste nuptiali veniant. Est hæc ipse Christus, secundum illud Apostoli: Quicumque Christo baptizati estis, Christum induistis. Dicitur is vestis nostra, quia nobis à Deo Patre sapientia, iustitia & sanctificatio factus est, adeo vt suo merito nostra vitia regat, suis autem virtutibus atque donis nos ornet, vt in Patris conspectu comparere possimus. Induitur autem fide, quæ nos illi inserit, & cuius effectus est, quod tota nostra vita, actiones item & studia illum loquantur atque referunt. Est igitur cœna ista miraculorum plena, cum vnus & idem Christus noster cibis, potus & vestis sit, & tanta cum liberalitate ad hæc omnia sese offerat hominibus indignissimis, qui non solum negligi, sed exterminari quoque merebantur. Quod magis nos anniti decet, vt ad eius mensam non indignè accedamus. Vocat enim adhuc hodie per Euangelij prædicationem omnes homines. Vocationem hanc multi contemnant, qui optimi & sanctissimi videri volunt. Multi nuda professionis turgidi, sufficere arbitrantur, si cœtibus sacris interfint, Sacramentis Ecclesiæ communicent, & se Christi-

Ephes. 2.

Matth. 9. 21.

Luc. 7.

Cogendi sunt

qui ad vias

sepes desident.

Isai. 59.

2. Tim. 4.

Vide Epistol.

204.

Vestis nuptia-

lis.

Gal. 5.

1. Cor. 1.

DOMINICA II. POST TRINIT. GRATIAR. ACTIO

anos esse dicant, licet interim, quam ore profitentur, factis negent. Possunt hi aliquan-
 diu inter Christi conuiuas locum aliquem obtinere, quorum oculos fallere non admodum
 difficile est. Sed quando ipse Dominus ingreditur, vt, qui nam & quales venerint, spe-
 ctet, tunc sordes suas occultare non poterunt, & illo ipsos examinante obmutescunt. Quid
 enim Deo respondeant, qui à propria conscientia accusantur? Meminerint ergo omnes,
 nos ea conditione ad salutis æternæ hæreditatem vocari, vt procul relictis sordibus pristi-
 nis Iesum Christum induamus, qui nostram carnem mortalem assumere dignatus est, vt
 nos Dei filios, & regni sui cohæredes, faceret. Illi debetur benedictio, honor, gloria,
 & potestas in æternum. Amen.

DOMINICÆ MAGNÆ COENÆ, FA-
 stidita ab inuitatis, gratiarum actio, & precatio.

Agimus tibi gratias aterne paterfamilias, quod post delicias paradysi, turbatas à diabolo
 & homine, rursus ex immensa bonitate per Filium tuum magnam cœnam apparatus, &
 posteaquã tuus populus, in quo arcem harũ epularum constituisti, vnã cū mundi maxima par-
 te tuam mensam aspernatur, & patitur se ad conuiuia diaboli & voluptates huius seculi rapi,
 nos tamen cæcos, claudos, & sordidos ex multitudine ethnica vocas, & in hoc sine mundi,
 vt numerus electorum impletur, aliquos in vijs publicis, & ad sepes in hac imperiorum rui-
 na iacentes verbo tuo, monstrante tuam iram & magnitudinem arumnarum, qua vltimam
 atatem mundi propter peccata oneras, compellis ad societatem tui conuiuij: supplices te roga-
 mus, adhibeto nos infirmos tua mensa, in eaq; semper nobis locum tribuito, & facito, vt ex
 Filio tuo, qui est panis vita & vitis viuifica, hauriamus alimentum, & succũ, rigantẽ ariditatem
 nostra natura, & tandem in mensa aterna vita gustemus tuam cœnam, & bibamus
 recens vinum tui Filij, fruentes conspectu tui visibili in beata consuetudine Angelorum &
 hominum Electorum. Amen.

DOMINICA III. POST
 TRINITATIS EVANGELIUM

LUC. 15. Cap.

HOMILIA VNICA.

Accedebant autem ad eum omnes publicani & pec-
 catores, vt eum audirent. Et murmurabant Pharisæi
 & Scribae, dicentes: Ipse peccatores recipit, & vescitur
 cum eis. Ipse verò locutus est ad eos hanc parabolam di-
 cens: Quis ex vobis, si habeat centum oves, & perdiderit
 vnã ex illis, non relinquit illas nonaginta nouem in de-
 serto, et pergit ad eam, qua perijt, vsque dum eam inueniat?
 Et inuentam imponit in humeros suos gaudens, veniensq;
 domum conuocat amicos & vicinos, dicens eis: Gratula-
 mini mihi, nam inueni ouem meam, qua perierat. Dico
 vobis, ita fore gaudium in cœlo super vno peccatore resipi-
 scente maius, quàm super nonaginta nouem iustis, quibus
 non opus est resipiscencia.

Aut qua mulier, si habeat Drachmas decem, & per-
 diderit drachmam vnã, non accendit lucernam, ac ver-
 rit domum, quaritq; accuratè, vsquequò eam inueniat?
 Et cum inueuerit, conuocat amicas & vicinas, dicens:

Gratula-

Gratulamini mihi, nam inueni drachmam, quam perderam. Ita dico vobis, gaudium est apud Angelos Dei super uno peccatore resipiscente.

DISSERVIT IN PRAECEDENTI CAPIT. IESVS Argumentum capituli.
 Christus, Dominus noster, de tuorum discipulorum officijs, quæ sunt, vt se ipsos abnegent, crucem suam patienter ferant, & ipsum constanti fide, atq; diligenti sui exempli imitatione, sequantur. Et hæc quidem tanta cum gratitudine requirit, vt infamem & irreparabilem æternæ salutis iacturam omnibus minetur, qui non toti in hoc sunt, vt istis sufficere, ac ea præstare possint. At poterant illa infirmiores & malè sibi conscios non parum terrere, quasi ille neminem pro suo agnoscat, qui non omnibus numeris perfectus sit, aut in gratiam non recipiat eos, qui semel eius iugum excusserunt. Commodè ergo nunc toto hoc capite doctrinam de pœnitentia, de Dei misericordia, & gratuita peccatorum remissione, subiicit, cuius summa est: Se peccatores a deo non aspernari, vt potius propter illos in hunc mundum venerit: Dei verò misericordiam, & peccatorum remissionem, omnibus paratam esse, qui per pœnitentiam ad ipsius gregem, Ecclesiam, reuertuntur.

Præmittit autem pro more suo Lucas doctrinæ huius occasionem, quæ fuit, quòd Publicani ad Christum confluunt.
 ad Christum omnes istius loci publicani, & qui alijs peccatis infames erant, accesserunt, factum hoc sapius, eò quòd in illo consolationem, & conscientiæ pacem, inueniebant. Id verò nõ potuerunt ferre Pharisei & Scribæ, q; vt propriæ iustitiæ fiducia efferebatur, ita ex peccatis vulgi & afflictis multorum conscientijs, quæstum faciebant, cum eos ad sacrificia, & alia legis opera, remitterent. Mox ergo hunc concursum hominum manifestis vitijs laborantium illi exprobrant, dicentes: Ilte peccatores recipit, & vescitur cum eis. Et hæc dicendo non tam præsens factum carpere, quàm ipsum omnibus suspectum & inuisum facere instituunt, quasi sua doctrina & exemplo hominibus sceleratis patrocinetur, atque indulgentia nimia eos præfractiones reddat, qui seuerius erant coercendi. Offenduntur ergo doctrina gratiæ & misericordiæ Dei, quod omnibus proprium est, qui in salutis negotio humanam rationem in consilium adhibent. Nam etsi Deus doctrinam illam & gratiæ misericordiæ promissiones, in ipso paradiso primis parentibus prædicauerit, & eandem postea omnibus seculis illustrauerit, atq; exemplis plurimis confirmarit, hæret tamen in illis subinde carnis ratio, & Deum quidem misericordem esse fatetur, sed eius misericordia eos solummodo frui putat, qui iustitiæ student, aut in quibus meritum aliquod inuenitur, quod aliqua saltem ratione ipsorum delicta compenset. Nec enim de eo cogitat humana sapientia, quòd misericordiæ & gratiæ amplitudo illustrior multò apparet in miseris peccatoribus, quàm in ijs, qui aliquo iustitiæ titulo palliantur. Hinc est, quòd Pharisei olim nunquam non contra Christum murmurauerunt, & hodiè plurimos Evangelij doctrina hoc nomine offendit, quòd gratiæ prædicatione iustitiam Dei aboleri, & inter homines securitatem, atq; peccandi licentiam, plantari metuunt. Et hoc quidem hodiè nobis multi palàm obijciunt, eorumq; clamoribus simpliciores ferè offensi de Evangelio minus honorificè sentire, aut saltem animis suis fluctuare incipiunt.

Est ergo diligenti consideratione dignissima Christi responsio, quam horum cauillibus opponit, cuius status duplex est. Primò enim docet, se nihil præter officium facere, dum peccatores ad se colligit: Quando boni pastoris sit, oues errantes quærere, & ad gregem reducere, bona autem & frugi materfamiliæ in vnus drachmæ amissæ recuperatione studium suum omne intendat. Deinde hypocrisim illorum arguit, adeoq; malitiam eorum accusat, qui remissionem peccatorum gratuitam & salutem ijs inuideant, quibus potius congrulari deberent. Et quia hæc magni momenti sunt, parabolis elegantissimis doctrinam hanc illustrat, quæ vt Dei gratiam nobis commendat, ita vniuersum salutis nostræ ordinem egregiè depingunt, & Ecclesiarum pastores, adeoque omnes homines sui erga peccatores officij admonent. In præsentem duas parabolas connectit, quas & nos breuitatis causa coniunctim exponemus hoc ordine: Primùm hominis peccatoris conditionem videbimus. Deinde de Dei erga peccatores studio, & vniuersa salutis ratione dicetur. Postremò quis nobis erga eos animus esse debeat, in quorum conuersione gratiæ Dei exemplum peculiare habemus.

Quodam primum, ouj perditæ aut erranti, & drachmæ amisse, peccatores confert Christus. Loquitur enim de ijs, qui non simpliciter ex innata nobis naturæ prauitate peccant (quod sanctis quoque & fidei Dei cultoribus solet accidere) verum de illis, qui à Deo prorsus alieni extra Ecclesiæ eius septa vagantur, & quorum salus, si illos solos spectes, prorsus deplorata est. Probè autem & propriissimè vtraque similitudo huic argumento couenit. Nummis enim aut drachmis antiquo more (cuius authorem primum Ianum fuisse veteres scriptores prodiderunt) principum aut etiàm Deorum imagines atque nomina imprimuntur. Ita ad suam imaginem Deus initio hominem condidit, & suum nomen nobis quodammodò insculpsit, dum nos suos filios & suum opus vocare dignatur. At imaginem istam primi parentes in seipsis vastarunt, quando diuini mandati transgressores facti sunt, & eadem opera seipsos & posteritatem omnem perdiderunt. Rectè ergo drachmis amissis aut perditis similes dicit Christus, cum hominis, in quo Dei imago oblitterata est, in domo eius non maior usus sit, quàm in familia aliqua amissi nummi esse potest. Deinde ut ouis animal stolidum est, & futuri ignarum atque negligens, consilio item destituitur, seque ipsam ad eò iuare aut seruare non potest, ut si semel gregem deseruerit, ad eam non possit reuerti neque pastorem quærat ipsa, sed ut ab eo quæratur necesse sit: Ita homines post amissam puriorem rationis lucem natura stolidi sunt, neque ea percipere possunt, quæ sunt spiritus Dei, adhæc præsentibus solis intenti de salute futura vix vnquam cogitant, & si semel à Deo auersi sint, ad eum spontè nunquam reuertuntur, nisi ipse eos quærat, & ad suæ Ecclesiæ gregem reducat. Imò ut ouis ouem per præcipitia quoque ruentem sequitur, & temerario saltu sese perdit: ita homines mundi in suum exitum ruentis exemplum sequi solent, & quamuis in peccatorum præcipitijs multos iam pridem periisse, multos item quotidie perire videant, nihilominus tamen ipsi quoque plus quàm stolidam temeritate, iisdem peccatis sese mancipant, & eiusdem exitij sibiipsis auctores sunt. Exempla, quibus id probetur, non opus est adducere, cum quotidie fiant, quæ istis fidem faciunt. Ideò Isaias quoque perditam & deploratam humani generis conditionem descripturus ait: nos omnes tanquam ouis errauimus, quisque in viam suam respexit. Est horum cognitio admodum necessaria, ad eòque salutis nostræ principium est. Quia enim tales sumus nihil ad illam ex nobis ipsis possumus conferre, sed ad Dei gratiam confugiamus oportet, qui eam nobis in filio suo offert. Itaque prima hæc pars eos confutat, qui hominis vires prædicant, & ad operum merita remittunt eos, qui peccatorum suorum conscientia grauantur: quem nocentissimum errorem esse, non vno loco demonstraui.

Gene. 1.

1. Cor. 2.

Dei studium
Erga peccato-
res.

Ezech. 14.

Isai. 40.

Nunc ad alteram partem accedamus, quæ ardentissimum, & plus quàm paternum Dei, studium erga peccatores, & totam salutis nostræ rationem atq. ordinem adumbrat. Vbi primo loco occurrit, quòd qui infelicem nostram conditionem nouerat, minimè nos neglexit, sed pastorem nobis iam inde ab æterno constituit, Filium suum vnigenitum, cuius opera & labore seruamur. Exponit hoc Dei consilium Ezechiel Propheta, qui illum de gregis sui dispersione conquerentem his verbis inducit: Errauit grex meus in omnibus montibus, atque in omni colle excelsò, & in omni superficie terræ dispersus est grex meus, nec est qui quærat, aut requirat. Post multa verò, quæ ibidem contra iniquos & maleficos pastores dicuntur, tandem subiicit: Ego seruabo oves meas, ut non pateant vltra direptioni, & iudicabo inter pecus & pecus. Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, Dauidem seruum meum: Is pascet eas, & is erit eis pastor. Ego autem Dominus ero eis Deus, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Dauidem verò Christum intelligit, quem ex Dauidis semine hominem nasciturum esse alibi promiserat. Et huius generis multa apud Prophetas habentur. Isaias certè idem his verbis dicit: Ecce Deus vester, ecce Dominus Deus veniet in robore, & brachium eius dominabitur per sese: Ecce merces eius cum eo, & opus eius ante ipsam. Pascet gregem suum ut Pastor, & brachio suo congregabit agnos, inque gremio suo feret, foetas autem suauiter ducet, &c. Concurrent hic multa maximæ bonitatis argumenta. Huius enim est, quòd nos, priusquam essemus, respexit: quòd propriæ salutis securos, & nihil de ipso cogitantes videt, & nostra perditione dolet: quòd pastorem ijs destinauit, qui se ipsos pascere & seruare non poterant. Superat autem hæc omnia, quòd cum nemo hominum siue Angelorum huic muneri obeundo posset sufficere, filium suum vnigenitum, & dilectum, pastorem dedit, qui in Euangelio tam hinc, quàm alibi, se eum esse proficitur.

ne quis talem sibi imaginetur, quem nostri pudeat: imò qui & homo fieri, & seruuli abie-
ctissimi formam assumere voluit, ne diuina eius maiestate terreamur. Hæc vt nobis pa-
ternam Dei bonitatem commendant: Ita nos officij admonent, vt vnum hunc pastorem
agnoscamus, & sequamur vocem eius, non autem audiamus infelices mercenarios, qui
vt quæstum ex hominibus faciant, eos per mille ambages circumducunt.

Et hîc proderit diligentius inspicere, quæ hîc dicuntur, vt videamus nullum in eo
boni pastoris officium desiderari. Primùm de certo ouium numero, & certa drachma-
rum summa loquitur. Habet ergo oves suas Christus numeratas, quod in diligenti &
fido pastore imprimis requiritur. Quomodo enim omnes curabit & seruabit, qui, quàm
multas habeat nescit? Facit huc, quod ille apud Ioannem ait: Ego sum pastor bonus, &
cognosco oves meas, & cognoscor à meis. Et sanè fieri non potest, vt aliquem suorum
Christus ignoret, cum ipse liber ille vitæ sit, in quo electorum omnium nomina con-
scripta sunt. Nam in illo nos elegit Pater (vt Paulus ait) priusquam mundus hîc crearetur.
Deinde non eas modò oves ille nouit, quæ gregi suo coniunctæ, manent, & ipsius
vocem sequuntur, verùm etiam eas, quæ vel à grege suo sese alienauerunt, vel nunquam
adhuc in illum assumptæ hinc inde vagantur, vt pro perditis & prorsus alienis haberi pos-
sint. Quæ enim hominum oculos latent, ea ille videt, & non solùm quales nunc sint ho-
mines, verùm etiam quales futuri sint, & ad quid prædestinati sint, perspicit. Ideò rursus
apud Ioannem oves suas dicit eos ex gentibus, qui nulla adhuc veri Dei cognitione illu-
strati in superstitionum & idolatriæ vepretis oberrabant, suo autem tempore ad Ecclesiæ
suae societatem debebant vocari. Tertio non solum nouit, sed, si vel vnâ ex ijs perdidit,
mox relictis alijs nonaginta nouem in loco tutiori, perditam quærit per montes & val-
les, nec prius cessat, quàm illam inuenerit. Vt ergò bonus pastor officij sui esse novit,
ex ouibus nullam perdere: ita Christus singularum curam habet, singulas quærit & ser-
uat: Exempla studij huius multa ab origine rerum sunt ædita. Sic primos parentes quæ-
siuit Dominus, cum illi fugerent, & latebras quærent, in quibus occultarentur, & qui
ab Adamo inuocari debebat, ipse clamauit: Adam vbi es? Eiusdem bonitatis est, quod
Abrahamum in Chaldæa, cum idolorum cultoribus agentem quæsiuit, vt totum sibi vin-
dicaret. Quæsiuit item per Moysen eos, qui per totam Aegyptum dispersi durissima cum
corporum tum animarum tyrannide premebantur. Pertinet eòdem, quod cum Dauide
factum esse legimus. Cum enim hîc post libidinis fædæ cupiditates erraret, & à Dei vijs
deuississet, per Nathanum quæsitus est, qui ipsam in viam reduxit. Quid verò cum tota
Iudæorum gente egerit, ex ijs apparet, quæ paulò antè ex Ezechiele adduximus. Illustri-
us tamen huius studij argumentum in gentium vocatione habetur. Cum enim tempus
illud aduenisset, quo regnum Dei in toto orbe instaurari oportebat, bonus ille pastor, qui,
vt filios Dei dispersos colligeret in mundum venerat, accensa verbi sui face totum orbem
terrarum illustrauit, & in medijs tenebris latentes oves quæsiuit. Taceo nunc singula-
ria exempla, quæ vbique gentium ædita sunt. Et quod olim factum est, hoc ipsum etiam
hodie fieri videmus. Quàm multi enim quotidie relicto Christi grege per superstitiones,
mendacia, & omnis generis scelera vagantur? quàm multa item oblitterata prorsus, quæ in
ipsis extare debebat, Dei imagine, seipsos perdunt, vt pro Christi nomine signatis non
possint, amplius agnosci? At istos ab illo quæri constat, dum per Euangelium eos illumi-
nat, vocat & trahit. Quo loco simul nobis deploranda venit multorum peruersitas, qui
ab illo inueniri nolunt, & vt Adam olim ficuum folijs tectus latebras quæsiuit: Ita illi vel
in peccatorum lutum sese demergunt, vel ad supersticiosa figmenta conuersi sub cucullis,
cilijs, & frigidissimarum ceremoniarum velis delitescunt, & iniuriam sibi maximam fie-
ri clamant, si quis per DEI verbum depræhensos inde extrahere conetur.

Quid autem cum oves iam inuenta bonus ille pastor agit? Num laboris impatientia
& ira præcipiti abreptus ei conuiciatur, trepidantem pertulit, conculcat, aut humi allidit?
Nequaquam, sed in humeros suos sublatam gestat, adedque in sinu suo fouet, vt olim
Iaias prædixit. Et hæc quidem Christo optimè conueniunt, qui nullum vnquam pecca-
torem, qui se ab ipso inueniri passus est, durius tractauit, sed amicissimè suscepit, aded, vt
eius facilitas multis suspecta esset, vt in initio audiuius. Reuera autem humeris suis nos
gestauit, quando onus peccatorum, quo nos grauabamur, in se transtulit, & suæ mortis
merito expiauit, ne nobis porro imputetur. Gestare etiam nos dicitur, quando infirmos
indulgentius tractat, & ijs, qui ad sequendum vires nullas habent, Spiritu suo adest, quo
subleuari

Christus pas-
stor bonus.

Ioan. 10.

Ephes. 1.

Genes. 3.

2. Sam. 12.

Quid cum pec-
catoribus
Christus agat.
Isai. 40.

subleuati in salutis via pergunt. Arguit hæc pars eos, qui sibi apud Christum Mediatoribus diuis opus esse putant, eò quòd illum erga peccatores durum & seuerum iudicem fingunt. Atqui non uenit ille in hunc mundum, ut iudicet, sed ut mundus per ipsum seruetur. Olim quidem iudicem ager, quando in nubibus cœli throno collocato tam pijs, quàm impijs, repondet. Interea suorum fidelis pontifex est, qui infirmitates nostras nouit, & pro nobis apud patrem intercedit, ad se autem intrepidus venire iubet omnes, qui peccatorum sensu grauari laborant.

Christus ad Ecclesiam colligit

Porro non modò in humeros attollit pastor iste ouem perditam, sed eandem domum portat, ut gregi suo rursus coniungatur. Ergò non vagari sinit suos, sed per uerbum suum eos ad Ecclesiæ suæ societatem colligit, ut posthac ipsius peculium maneat. Nam ut vnus pastor, sic vnus grex & vnum ouile est, extra quòd salus nupiam inuenitur. Quod vnum eos abundè refellit, qui per Euangelij prædicationem Ecclesiæ unitatem scindi, sectas inuehi, adhæc peccandi licentiam plantari, uociferantur. Nam eâ conditione nos Christus quærit, & in humeris atq; sinu suo gestat, ut relictis superstitionibus simul & tota prioris uitæ consuetudine, ipsi soli consecrati simus, & nos verè conuersos esse re ipsa & factis testemur. Et huc pertinet, quod respicienti peccatori utramque parabolam Christus applicat, ne quis ipsam eorum contumaciæ patrocinari putet, qui absque pœnitentia in erroribus & sceleribus suis pergunt.

Pœnitentiæ ratio.

I. Contritio.

Itaque nobis hoc loco consideranda uenit tota pœnitentiæ ratio, quàm propriè conuersionem ad Deum esse alibi diximus. Constat ea ferè tribus partibus, contritione, fiducia gratiæ Dei in Christo nobis factæ, & obedientia fidei. Contritio est, quando ira Dei agnita expauescimus, & toto animo dolemus, quòd patrem tam bonum, benignum, & iustum offenderimus. Nascitur illa ex peccati agnitione, & utraq; admodum est necessaria. Nam cum peccata carni nostræ arrideant, & illis natura delectemur, nunquam illis relictis de emendatione uitæ cogitabimus, nisi illorum fœditas nobis perspecta sit, & nos irati Dei manu grauari sentiamus. Vnde certò colligimus, eos adhuc pœnitere nescios esse, qui nullo Dei timore aut iræ ipsius sensu percelluntur: quòd non obscurè Paulus docet, quando de gentibus pronunciat: qui postquam dedoluerunt, semetipsos proteritiæ dederunt, ad patrandum impuritatem omnem certatim. Et hodie videmus scelerum licentiam non aliunde nasci apud plerosque, quàm quòd Deum nullum esse sibi persuadent, qui peccatis offendatur, & in ea pœnis animaduertat. Itaque securi quiduis designant, modò nullo pœnarum ciuiliu timore absterreantur. Prodest igitur semper in promptu habere argumenta, quæ nos de Dei ira, & peccatorum pœnis, admoneant. Et hic magnus legis usus est, quæ minas graues & horribiles proponit, quibus ille suam iram, maledictionem, inopiam, famem, bella, regnorum euersiones, exilium, mortem denique sempiternam omnibus denuntiat, qui præcepta eius transgrediuntur. Nec facile minas istas contemnere poterimus, si exempla simul consideremus, quibus iam inde à rerum exordio confirmatæ sunt, & indies non sine multorum magno malo confirmantur. Imò si singuli seipsos, & quæ ipsi aliquando passi sunt, vel etiamnum patiuntur, paulò diligentius considerent, mox cum Dauide fatebuntur, se Dei iram sentire, & propter iniquitatem suam castigari. Inter alia autem iræ suæ argumenta, cum primis euidentis & terrificum Deus, in Filij sui indigna & dira morte, adidit. Quis enim illum peccata vel negligere, vel indulgentius in nobis puniturum esse, putet, qui, ut illa digno supplicio expiarentur, filium dilectum & unigenitum in cruce suspensum atrocissimis doloribus confici, conuicijs, improbissimorum hominum obrui, & tandem inter duos latrones expirare uoluit. Enimuerò qui hoc vnum non oscitanter expendunt, de peccatis leuiter iudicare non poterunt, & mox iræ diuinæ sensu perterrescent, unde uera animi contritio & (ut Pauli uerbo utar) dolor secundum Deum nascitur.

Ephes. 4.

Plat. 38.

II. Fiducia gratiæ Dei.

Isai. 43.

Ezech. 18. 33.

Cæterum ne dolor iste terrorem nimium pariat, neue eo superati Deum odisse & fugere incipiamus, quæ proxima ad desperationem & exitium uia est, fiducia gratiæ Dei in Christo factæ opus erit, quæ animum territum consoletur, fluctuantem ceu ancora uerè sacra confirmet, & conscientiæ æstum restinguat. Excitant hanc promissiones Euangelicæ, quæ in ueteri etiam testamento occurrunt, quales sunt: Ego ego deleo transgressiones tuas, idque propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo uos. Sic DEVS dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum traderet, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Quibus adde mandatum & æter-

& æternum decretum Dei, qui iubet, vt per fidem in filium suum iusticiam, & peccatorum nostrorum multitudinem aut magnitudinem, nos terreat, illis quidem promissionem, de quibus diximus, his autem Dei gratiam & misericordiam opponamus, quæ inexhausta est, & illic maximè exuberat, vbi peccatum abundat. Accedat his consideratio exemplorum, quæ multa passim occurrunt, & his omnibus coniungamus preces, vt Deus fidem nostram augeat, & infirmitati succurrat, ne vllis tentationibus superemur.

At ne caro promissionum & exemplorum gratiæ fiducia efferatur, & hæc in securitatem primò, deinde in nouam licentiam peccandi degeneret, finem nostræ redemptionis semper ob oculos habere conuenit, qui est, vt ex semine verbi per spiritus virtutem renati & innovati sanctè viuamus, neque porrò patiamur peccatum regnare in membris nostris, sed affectus carnis vnà cum ratione & intellectu nostro per fidei obedientiam subigamus, vt Deo audientes sint. Hic autem firmo & constanti animi proposito opus est, vt rectè viuamus, neq; aliquid faciamus, repugnante conscientia. Iuuat propositum istud inuocatio dei, in qua nos assiduos esse oportet, vt is suo spiritu nos regat, atq; in officio contineat. Et hæc quidem pœnitentia vera est, quæ non leuibus iniurijs perficitur, sed assidua & continua praxi (vt ita loquar) constat: quia semper aliquid occurret, quod emendationem requirit, & cum qua nos luctari conuenit. Author illius verus est bonus ille pastor, Christus Iesus, qui per illam nos ad sui gregis societatem reducit, in qua manere non poterunt, nisi qui illi perpetuò student, & infelix peccati seruitium abominantur.

Porrò quia de his disserendi occasionem Christo Pharisei & Scribæ dederant, qui publicanos, & apertos peccatores, in gratiam recipi indignius ferebant, hunc illorum errorem corrigit, & congratulandum potius esse docet ijs, qui à peccatis conuersi in viam redeunt. Nam qui ouem perditam inuenit (inquit) conuocat amicos & vicinos, & dicit eis: Gratulamini mihi, nam inueni ouem meam, quæ perierat. Et quæ drachmam amissam reperit, similiter amicos & vicinas conuocat, vt ipsi congratulentur. Ista autè humano more de semetipso Christus loquitur, vt affectum & studium, quo nos prosequitur, melius exprimat. Solemus enim eorum recuperatione, quæ amissimus, magis gaudere, quàm ijs, quæ nobis semper salua manserunt: quia ex amissione illorum conceptus dolor gaudium illud intendit & auget. Simul autem nostri nos officij admonet. Si enim amici & vicini ijs congratulantur merito, qui suam recuperauerunt, & vt id illi faciant, iure ab eis exigunt, quanto æquius est, vt nos Christo congratulemur, si quos ad ipsum conuerti, & (quod is super omnia optat) salutis in ipso participes fieri videmus? Quis enim nos eius amicos, quis illi coniunctos dixerit, nisi ijs gaudeamus, ex quibus ipse maximam voluptatem percipit? Quod vt melius doceat, quid in cœlis fiat ostendit. Dico vobis (inquit) ita fore gaudium in cœlo super vno peccatore, respiciente maius, quàm super nonaginta nouem iustis, quibus non est opus respicientia. Iustos dicit eos, qui non alieni sunt à suo grege, quamuis alioqui tuos nauos habeant, quos iugi pœnitentia elui oportet, & his peccatores opponit, eos nimirum intelligens, qui prorsus perdiri erant, nisi per ipsum quæsitum & inuenti essent. At horum conuersione cœlites gaudere ait, vt horum exemplo Pharisæicos illos spiritus confutet, qui illis Dei gratiam atque salutem inuidet. Quod verò dictum hoc nonnulli ad Diuos extendunt, vt eos res nostras nouisse & pro nobis intercedere probent, nimis dilutum & friuolum est. Nam simpliciter in cœlo gaudium fore dicit, si vnus modò peccator respiscat: qui verò gauisuri sint, postea denotantur in drachmæ parabola, Angeli Dei, nimirum. Quid ergo diuos hinc ingerere opus est, de quibus nullus est sermo? De Angelorum autem studio erga nos dubitare non possumus, cum Dei ministri sint, qui propter eos mittuntur, qui hæredes sunt salutis. Et non possunt illi non gaudere nostra respicientia, cum per hanc Dei gloria illustretur, & regnum eius augeatur, cuius illi studiosissimi sunt. Obseruemus potius hoc loco, quanta sit hominis, per Christum reparati, dignitas. Gaudet eius salute æternus Dei filius, & tam huic quàm illi congratulantur Angeli. Quod vt nos in tentationibus grauissimis consolari, ita etiam excitare, debet, ne dignitatem hanc iterum prophanemus scelerum licentia, sed tanto monent præterea Christi verba hæc, quàm alieni sint ab eius affectu & bonorum spirituum ingenio, qui infamia & perditione hominum potius, quàm eorum conuersione & salute gaudent: qui item multis scandalo sunt, vt à salute excidant. Sunt illi pestes humani generis, & hostes regni cœlorum, qui sua improbitate (quantum in ipsis est) Christum & Angelos tristitia & mœrore afficiunt. Quod vtinam diligentiùs &

III. Obedientia fidei.

I. Pet. 1. Rom. 6.

Peccatoribus conuersis congratulandum est.

Cœlites gaudent ob peccatoris conuersionem.

frequentius meditentur, qui hodie Euangelij professione superbiunt, sua autem licentia & nequitia papistas superant, & multos absterrent, ne ad bonum illum pastorem Christum, & ad Ecclesiæ societatem, colligantur. Dabunt hi olim graues poenas, de quibus alibi est dictum.

Imprimis autem ad se transferant Christi exemplum Ecclesiarum pastores, & ex eo discant de suo officio iudicare. Meminerint ipsorum esse non solum pascere obiter creditum sibi gregem, sed singulas oues ita curari ab ipsis debere, vt nulla sua culpa amissas quarere, dispersas colligere, & humeris quoque suis, & in sinu gestare debeant. Nam singulas de illorum manu requirit Christus Dominus. Est ergo munus ipsorum plenum laboris & periculi, & cum studio indefesso singularem quoque industriam requirit. Inuent hos suo saltem fauore reliqui Christiani, quos gratiæ Dei consideratio non minus excitare debet, vt ipsi quoque omnium hominum saluti consultum cupiant. Si qui verò ad hanc nihil conferre possunt, pia saltem congratulatione testentur, se illa ex animo gaudere, simulque Deum Patrem precibus assiduis fatigent, vt is regnum filij sui indes protendere, & quàm plurimos ad eius societatem pertrahere dignetur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ. OVIS ERRANTIS RECV- perata à pastore suo, precatio.

TE Fili Dei pastor vigilantissime & mitissime, qui teneros agnos, in campo editos, tuis vlnis excipis, eosq; tuo gremio suavissime foues, errantem etiam ouiculam, tuis humeris impeditam, cum leticia in tuum ouile gestas, te inuocamus, complectere etiam tuis brachijs nos imbecilles, foue nos in tuo sinu, tuo salutari calore & flatu. Inserito nos tuis humeris, tue massa humana, & reducito nos in tuum ouile. In nobis etiam drachmis tuis, quibus in prima creatione tui effigiem impressisti, eandem restitue: fac, vt admoniti à tuo spiritu, serio peccata nostra agnoscamus & deploremus: accende etiam lunem tuum, quod mentes et corda nostra illustret, vt rursus in nobis splendeat tua imago, vt efficiamur ciues regni tui: Et omnes vicini & contubernales tui, tota Ecclesia beatorum Angelorum & hominum tibi agat gratias, & tecum lateatur, qui in nobis miseris & infirmis potentiam & audaciam diaboli superas & errantes in veritatis, & salutis reducis. Amen.

DOMINICA III. POST TRINITATIS EVANGELIUM

Luc. 6. Cap.

HOMILIA I.

Et prout vultis, vt faciant vobis homines, vos etiam facite eis similiter. Nam si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis erit gratia? Nam peccatores quoque diligunt eos, à quibus diliguntur. Et si benefeceritis ijs, qui vobis benefaciunt, quæ vobis erit gratia? Nam & peccatores etiã idẽ faciunt. Et si mutuum dederitis ijs, à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia erit vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria. Itaq; diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date, nihil indesperantes. & erit merces vestra multa, ac filij eritis illius altissimi: Nam ipse benignus est erga ingratos & malos. Estote ergo misericordes, prout et pater vester misericors est.



INIER VITAE CHRISTIANAE OFFICIA nihil præstantius, vilius, & magis necessarium est fraterna charitate. Per hanc enim lex tota impletur, & eandem huius etiam vitæ molestias, quæ multæ, & carni nostræ nimium graues sunt, nõ modo tolerabiles, verũ etiã iucundas

tundas & suaves reddit. Non temerè ergo Iesus Christus illam nobis passim commendat & in præsentia ita de ea disserit, vt simul omnia diligenter remoueat, quæ illam extinguere vel aliqua ex parte impedire possunt. Primò enim, quia in proximi vocabulo, quem lex diligere iubet, plærique hullucinantur, eo omnes compræhendi docet, quos nostræ opis indigos esse videmus, & omne personarum discrimen ita tollit, vt inimicos etiam diligere, & ijs benefacere, iubeat, qui nos iniurijs non vulgaribus affecerunt. Quid ergo non debemus alijs, à quibus nunquam læsi sumus, & qui nos amicorum loco habent, dum nostram opem implorant. Deinde cum talionis lege multi abutantur, & quiduis putent sibi licere in eos, qui in ipsos vel aperta vi, vel etiam sub iuris prætextu, deliquerunt: Christus omnem priuatam vindictam sic prohibet, vt doceat, Christianos homines ad nouas potius iniurias ferendas, quàm ad veteres vlciscendas paratos esse debere. Quæ duo si probè obseruentur, nullus inter homines iniurijs locus reliquus erit, omnes autem beneficentiæ mutua studio accendentur, sequuntur tamen adhuc quædam, quæ ad huius doctrinæ explicationem ampliorem pertinent. In quibus primò summatim compræhendit, quæcunque de charitate & eius officijs dici possunt. Deinde rationibus nonnullis persuadere studet, ne graue putemus, quod de diligendis inimicis præcepit. Tandem verò locum istum concludit exemplo Dei Patris, quod imitari debent, qui eius filij censerunt.

Matth. 11.

Summa doctrinæ huius est: Prout vultis vt faciant vobis homines, vos etiam facite eis similiter. Compræhendit sententia hæc legem & prophetas (vt apud Matthæum habetur) Imò hæc ipsissima naturæ lex est, quam omnium hominum cordibus Deus inscripsit. Quamvis autem verba clara sint, vt tamen eius sensum rectè intelligamus, ante omnia inquirendum erit, ad quam hominis voluntatem lex ista extendi debeat. Nam si absq; omni exceptiõe de omni eo exponatur, quod nobis fieri volumus, mox leges publicæ abolebuntur, iudicia cessabunt, scelerum poenæ è medio tollentur, & his sublatis quiduis audendi licentia regnum obtinebit. Vult enim qui in leges ciuiles peccauit vt ipsi ignoscatur: ergo iudici quoque in neminem animaduertere licebit. Volent auari, vt omnes suis bonis cedant, & horum potestatem ipsis faciant: ergo ipsi quoque sua alijs largiri aut permittere debebunt. Volent, qui ære alieno oppressi sunt, nomina sua expungi: idem ergo omnibus præscribetur, ne debitum à quoquam exigent. Denique quod nunc iste vult, sibi fieri hoc ipsum mox alius quispiam ab ipso postulabit, & ita iniquissimarum postulationum, turbarum, & inextricabilis confusionis nullus erit finis. Non igitur in genere de omnibus, quæ volumus fieri, sententia hæc exponi debet, sed ad eam voluntatem restringi, quæ non pugnat cum æquitate & legibus naturæ. Atqui natura sic affecti sumus, vt nemo se aliqua iniuria affici velit, vt iniurias priuatas sibi condonari omnes cupiant, vt item à suis non negligantur, sed vt quisquis obuius ipsis egentibus aut periclitantibus opem ferat: deniq; nemo est, qui non velit se amari, & apud omnes in honore & pretio esse. Itaq; sententia hæc minimè tollit iudicia publica, neque fontium poenas abolet: non item rerum proprietati aduersatur, vt neque iis, quæ ad legitimam & iustam rei domesticæ administrationem pertinent: quin potius corrigit prauas & iniustas hominum voluntates, qui peccandi licentiam inducere student, & ex aliorum incommodis suum commodum querunt. Quia enim id tu fieri non vis, vt aliorum libidini tuæ res seruiant, hoc ipsum ab alijs quoque non debes exigere. Si enim gentium Philosophi (vt apud Ciceronem est videre) hanc in amicitia primam legem sancendam esse intellexerunt, vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati: Quomò magis Christiani homines cauere debent, ne Christianæ charitatis lege ad res iniustas aut inhonestas abutantur?

Summa doctrina de charitate.
Matth. 7.

Elucet autem hic admirabilis & plus quàm paterna Dei bonitas, qui quod ad totius vitæ nostræ actiones, nullas nobis leges imposuit, quæ vel intellectu vel præstigiis difficiles sint ijs, qui sano sensu vtuntur. Nec enim alienis placitis nos grauat, sed vnumquenque ad animi sui voluntatem remittit: quam si singuli diligentius examinent, mox videbunt iustum æquumque esse, quod prius iniquum, & prorsus intolerabile, videbatur. Imò inexcusabiles erimus, si propriæ voluntatis iura aut leges transgrediamur. Si enim aliorum delicta citò animaduertimus, quomò facilius nostros erroribus vitæ actionibus applicari, adhæc in omnibus locis, cum publicis tum priuatis inscribit. Vidit hoc Alexander Seuerus Imperator, qui etsi Christianam religio-

Bonitas Dei in lege charitatis maxime elucet.

religionem ignoraret, illa tamen naturæ legem contineri intellexit, & ideo in palatii parietibus, alijsq; operibus publicis, describi curauit: **QVOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FECERIS**, & eandem sententiam interea dum fontes plectabantur, per præconem publicè promulgari voluit. Ex illa item militares leges desumpsit, quarum summam his ferè verbis militum Tribunis præscribentibus: Si vis Tribunus esse, imò si viuere vis, manus militum contine. Nemo segetes atterat, nemo salem, oleum, ligna auferat. Nemo ouem alterius rapiat. Annona sua miles contentus sit. Ex præda hostium, non ex lacrymis provincialium, habeat. Hanc ergo assidue meditentur Ecclesiarum ministri. Vellent illi sanam doctrinam sibi proponi, neque noxijs hominum traditionibus seduci. Curent ergo, ne ipsi cuiquam erroris alicuius authores sint, verbum Dei purè prædicent, & nullus salutem negligant. Occident eandem sibiipsis, quicumque magistratum gerunt. Nollent illi, si subditorum loco essent, se tributis & exactionibus immodicis grauari, ius autem in causa bona sibi iuste & absque omni personarum respectu, dici vellent. Eadem ergo officia suæ fidei commisso populo fideliter præstent. Inscribebant illam officinis suis mercatores & opifices, & cum nemo sit, qui se falli, aut foenore iniquo grauari, aut quacunque alia ratione circumferri velit, ipsi quoque ab imposturis, & omnibus ijs abstineant, quæ cum proximi damno coniuncta sunt. Similiter cogitent de hac diligenter heri, & quid secum fieri vellent, expendant, si alij ipsi seruire cogentur: & ita humanius atque mitius multò suis imperabunt. Serui autem, cum in alijs fidem & æquitatem requirant, ipsi quoq; suis heris debita obsequia fideliter præstent. Sit præterea hæc coniugum regula, vt quam à suo compare fidem & amorem postulat quisque, eandem ipse illibatam seruet: & ita sententia, neque adulterijs, neque alijs vitijs, locum fore, quæ coniugij legibus aduersantur. Similiter, qui aliquos inimicorum loco habent, aut se lætos ab alijs arbitrantur, ij mox ad huius sententiæ considerationem animum reuocent, & mox videbunt, quid ipsos facere conueniat. Continet ergo hæc sententia omne id, quod Philosophi olim vix innumeris libris complexi sunt: & omnes eos vanitatis & stultitiæ arguit, qui se nescire queruntur, quam suæ vitæ rationem instituant.

*Probat inimi-
cos omnino
diligere debere.*

Porro redit ad dilectionis præceptum, & eam partem, qua inimicos diligere iubemur, amplius exponit. Nam quæ prius dicta sunt, nunquam sufficiunt ijs, qui carnem in consilium adhibent. Ergo alias adhuc rationes adducit, quibus cunctatores vrgeat, aut effugia quærentes in officio contineat. Et primò quidem ostendit, nos, nisi inimicos diligamus, nihil laude dignum agere, sed ijs adhuc pares esse, quos propter carnis & mundi studia meritò detestamur. Id verò multis enuntiat, quo efficacius animos auditorum penetret, atque eos pudore suffundat, qui sibiipsis mirificè placent, atque blandiuntur, si bene de se meritis aliquam gratiam retulerunt.

Mcob. 3.

Ioan. 9.

Sic ergo dicit: si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis erit gratia? Nam peccatores quoq; diligunt eos, à quibus diliguntur. Et si benefeceritis ijs, qui vobis benefecerunt, quæ vobis erit gratia? Nam & peccatores etiam idem faciunt. Et si mutuum dederitis ijs, à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia erit vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria. Peccatores autem dicit, non eos qui ex infirmitate peccant, (qua ratione nemo hominum non peccator est: nam in multis labimur omnes, inquit Apostolus) sed eos, qui peccati mancipia facti, sese ad omnem licentiam deuouerunt, quos vulgò sceleratos, & poenitere nescios, dicimus. Quo sensu etiam apud Ioannem Deus peccatores dicitur non audire. Ideò Mathæus peccatorum loco publicanos nominauit, qui desperatæ malitiæ & impietatis homines esse, tunc vulgò putabantur. Sensus ergo verborum Christi est, nos si amicos, & eos solos, diligamus, qui iam de nobis bene meriti sunt, aut in posterum nobis gratiam referre possunt, nihil meliores fore sceleratissimis hominibus, et proinde neq; gratiam apud Deum, neq; inter verè pios & honestos aliquam laudem mereri. Qui enim ad hunc modum diligunt, ij non proximum, sed seipsos diligunt: & proinde diligendi finem faciunt, vt primò aliorum amorem erga se refriguisse sentiunt. Idem quoq; non proximo, sed sibiipsis, benefaciunt, cum non aliorum, sed propria comoda querant. Quod cum omnes faciunt, quos ex primis parentibus innata nobis philantia excæcat, quam obsecro gratiam illi merentur? Est autem magnum huius rationis pondus apud eos, qui suæ vocationis & professionis dignitatem rectè considerant. Nam sciunt, Christum suos è mundo sele-

Ioan. 15.

gisse, vt eos sibi populum peculiarem faceret, cuius virtus atque pietas supra omnes alios emineat. Intelligunt ergo se nondum Christiano nomine dignos esse, quando in eodem cum huius seculi filiis gradu adhuc consistunt. Itaque nequaquam sufficit, si mundi iudicio iusti & sancti simus, sed perfectius quid à nobis Christus requirit, & ideo progressu opus est, quo ad nos à mera illa Christianæ perfectionis abesse sentimus. Arguit hoc eorum stultitiam, qui in alijs quoque sceleribus sibi blandiuntur, & ea exemplis aliorum excusant qui Christo nondum verè nomen dederunt. Est hoc nimis vulgare hodiè, eò quod innatum sit omnibus, vt ad exempla recurrant, quando rationibus iustis destituuntur. Sic ergo scortationi, adulterijs, ebrietati, horrearum lasciuia, aleæ, militia, mercenariæ, vlturis, & infinitis alijs sceleribus multi patrocinantur, seque plus satis excusatos esse putant, quòd ea modò designent, quæ apud omnes in vsu sunt. At hoc dicendo seiplos accusant potius, quàm excusant. Ita enim constat, ipsos nondum è mundo selectos, neque adhuc Christianos esse, cum ea designent, quæ Apostolus inter Christianos ne nominanda quidem esse docet.

Quia verò hæc alterius loci sunt, nunc videamus, quo loco haberi debeant, qui ne eos quidè diligere dignantur, à quibus ipsi diligètur, quiq; ijs pessimã gratiã referunt, à quibus ipsi aplissima beneficia acceperunt, imò quorum beneficentiam quotidie sentiunt. Exuerunt hinc communem sensum & in naturæ leges peccant, quæ gratitudinem non modò brutis animalibus, verum etiam telluri insecuit. Nam vt animalia suos nutritios agnoscunt, ita terram diligentiori cultura mitescere, & ex sterili tractabiliorem fieri videmus, vt agriculturalum laboribus respondeat. Est ergo ingratitude vitium ipsius naturæ legibus contrarium, & proinde non temerè à Cicerone dictum fuit, in ingratitude nihil non mali inesse. Vidit hoc ipsum vetus Persarum gens, cuius leges hominibus ingratis capitale supplicium decernebant: nimirum quòd illis nihil scelestius esse crederent. Quid enim maleficij non designabit aliqua iniuria prouocatus, quem beneficia accepta à malefaciendo abstergere non possunt? At regnat hoc hominum genus hodiè passim, & multorum ea est improbitas, vt in eo laudem quærant, si aduersus benefactores suos impiè tumultuentur. Faciunt hoc subditi, qui Principibus suis obstrepunt, vt legum sanctissimarum iugum excutiant, quibus peccandi licentia cohercetur. Ingratitudinem hanc verbi administri sentiunt, quando ab ijs scedisimè proscinduntur, pro quorum salute ipsi excubant, & quos pijs admonitionibus ab interitu reuocare student. Quàm immanis verò liberorum erga parentes, & iuuenum propè omnium erga suos præceptores petulantia, vbique locorum grassetur nemo non videt. Eadem est seruorum erga heros impietas, & plerosque horum lenitate exacerbati constat, vt sibi nihil non licere arbitrentur. Deniq; nihil tam vulgare est, quàm beneficiorum obliuio, & pro bonis haberi possunt, qui ab iniuria & maleficio abstinent.

At singulari obseruatione dignum est, quòd inter charitatis & beneficentiæ opera illud quoq; recenset, quo mutuum datur. Est hoc necessarium, planè, quando non semper omnibus ad manum est, quo opus habent, neq; tantæ sunt omnium fortunæ, vt sua donare possint, quibusvis. Et constat eos, qui mutuum dant, interdum non minus beneficium conferre egenti, quàm si dono darent. Ad hæc charitatis lex minimè excludit gratitudinem, quæ iubet, ne aliorum beneficentia fraudulèter abutamur, sed bonam gratiam referamus ijs, qui nos sua liberalitate iuuerunt. Vult tamen Christus, vt hic quoque ius nostrum non pertinaciter virgeamus, neq; ijs solum mutuum demus, à quibus nos nostra recepturos esse certa spes est: sed potius spectemus, quibus nam alij opus habeant, quàm quibus nobis debeatur. Quia enim prophani, & à fide alieni, mutuum dare solent ijs, à quibus sua recipere, & quorum beneficentia ipsi quoque iuari possunt: Nihil præclari facient, qui cum CHRISTVM profiteantur, in hoc gradu pedem sistunt, & non alius ascendunt, vt eam perfectionem assequantur, quam ille à nobis requirit. Quàm verò necessaria sit hoc tempore ista admonitio, res ipsa testatur. Ea enim est multorum inhumanitas, vt ne ijs quidem mutuum dare velint, à quibus sua se recepturos esse, dubitare non possunt. Et est hic auaritiæ affectus non postremus, quòd ita excæcat hominum mentes, vt quorumvis inopiam atque miseriam in misericorditer spectare possint, modò interea nummos in arca & ingentes frugum acervos contemplari liceat, quibus & ipsi non vtuntur, & simul alijs illorum vsum inuident. Regnat ista inhumanitas hodiè, & fateor eam illorum perfidia & ingratitude prouocari atque augeri, qui dum mutuo accipiunt suos creditores iniquissimè fallunt

Contr. ingrat.
tos.

De mutuo.

fallunt, & in reddendo tam duros & difficiles se præbent, ut in lucro poni possit, quicquid ab istis extorseris. Peccant isti graviter, neque ipsorum ingratitude DEVS inultam sinet: eadem tamen nobis minimè causa esse debet, cum conculcata charitatis lege à benefaciendo prorsus absteineamus. Quin potius cum ingrati mundi contumacia nos luctari convenit, ut nos Dei patris filios esse testemur, quem hominum ingratitude non impedit, quò minus omnibus benefaciat. Præ alijs autem hic peccant, qui charitatis prætextu ad avaritiam palliandam crudelissimè abutuntur, & mutuam quidem dant, sed ea conditione, ut miseros magis grauent, & prædones potius, quàm benefactores dici mereantur. Ex horum numero sunt, qui pignora recipiunt, quibus miseros illos non sine maximo incommodo carere posse sciunt. Qui item foenus exigunt, & viuras faciunt, quas miseri debitores maiori cum difficultate, quàm sortem, dissolunt. Sunt illi aspidum instar, quæ cum morsu venenum soperiferum instillant, quo paulatim homo extinguitur. Imò vorant potius domus, prædia, & fortunas debitorum omnes: neque in hos solos iniurijs sunt, sed in rempublicam, quæ frequenter moribus civilibus concutitur, quos eorum impatientia excitat, qui ære alieno ita se grautos sentiunt, ut nunquam emergere possint. Damnantur vsurariæ artes legibus Imperatorum, ac hodie inter Christiani nominis professores passim regnant. Sed cum à sceleratis & prophanis huius seculi filijs, quoad hanc causam, nihil differant, qui absque fraude mutuam dant ijs, quos accepta reddituros sciunt, nunquam profectò pro suis eos agnosceret Christus, qui vel neminem prorsus iuuant suis opibus, vel non contenti sua recepisse, insuper debitorum suorum fortunas omnes, hirundinum instar, exugunt. Voluptuantur isti terè & superbunt ex malè partis diuitijs: Sed latet domi ipsorum ignis (ut Michæas ait) thesaurus mirum iniquus, & clamant interea ad dominum per ipsos oppressi pauperes, neque horum querelas ille negligit, qui ut omnem iniquitatem punit, ita eam maximè odit, quæ sub pietatis prætextu exercetur.

Mich. 6.

Gratuita beneficentia præcipitur.

Anno 8.

Sed ad Christi verba redeamus, qui quod à nobis fieri debeat, disertis verbis docet: Ita que diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuam date, nihil inde sperantes &c. Quo loco non aliud, quàm gratuitam beneficentiam, & caritatem synceram, præcipit: ut nimirum absque omni privati commodi respectu benefaciamus etiam ijs, ex quibus nihil nobis sperare licet: Et rursus mutui meminit, quia hoc (ut diximus) inter beneficentiæ opera non postremum locum obtinet: simulque monet, ne nos quorundam perfidia & ingratitude absterrei patiamur ab hoc officij genere, quo vix aliud inter homines ad seruandam amicitiam & mutuam beneficentiam vtilius est, & magis necessarium. Ita que quod hic de mutuo dicitur, quidam falsò & perperam detorquent ad redditus annuos, qui ex vsu fructu agrorum aut domuum recipiuntur. Illis enim non mutuum datur, sed contractus sit legitimus, neque foenerator dici debet, qui ex agris, ipsius pecunia ex parte emptis, aut saltem seruatis, aliquem fructum percipit. Iniquus autem & iniustus esset, qui ex aliena pecunia agrum aut domum emere, & ex illis solus fructum habere vellet. Fateor quidem in his etiam non nullos modum excedere, dum onus frumentum (ut Amos loquitur) ab agricolis exigunt, aut miseros censibus grauant maioribus, quàm qui ex agris commodè colligi possunt. Videant ergo Christiani homines primùm, ne quid in leges publicas peccent, & ne alijs quoque mali exempli auctores sint: Deinde valet imprimis Christi lex, ut per hanc legem civilium rigorem mitigent. Nec enim Christiano homini fas est, quod per leges civiles, si id cum alicuius incommodo sit coniunctum. At quia hæc tractatio à Christi verbis alienior est, sufficiat nunc obseruasse, illum hoc loco non aliud iubere, quàm quod infra cap. 14. diligentius exponit dicens. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: ne quando & ipsi te vicissim vocent, ac retribuatur tibi beneficium. Sed cum facis epulum, voca pauperes, mancos, cœcos, claudos. Et beatus eris, quia non possunt retribuere tibi: retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Vbi nemo putauerit, Christum prohibere, ne quid officij præstemus ijs, quos cognationis vinculum, aut viciniæ ius, nobis proprius deuinxit, aut qui opulentiores sunt: sed ne sub beneficentiæ prætextu retributionem vberiore, & priuatum cõmodum, queramus, prohibet. Interim licet honorarijs conuiuijs amicos, cum peregrinos tũ domesticos, excipere, licet diuitum amicitiam colere, & ijs obsequium præstare, qui gratiam bonam referre possunt: omne autè illud ex officio Christianæ charitatis, nõ retributionis spe, fieri debet.

debet. Ita Christiani hominis est mutuum dare egenti, ex quo nihil speres: at simul eodem licet domus & prædia emere, ex iisdem fructum percipere, aut etiam eius gratitudine uti, quem sua pecunia adiuuit: curet modò, ne caritatis affectus lucri cupiditate turbetur.

At quia in his præstandis natura tardiores sumus, stimulos adhibet **CHRISTVS**, & rationibus grauissimis nos excitat. Prima est: Erit merces vestra multa. Ad cuius confirmationem facit, quòd alibi pollicetur, se in suas rationes ascribere velle, quæ suo nomine in suos conferuntur. Et habet vera pietas promissiones tam præsentis, quam futuri seculi: neque exempla defunt eorum, quibus beneficia quæ in homines, vel ingratos vel omnium egentes, contulerunt, pulchrè scenerata sunt. Debet inter hos ceteri David, qui Saulem hostem acerrimum dilexit, & ijs benefecit, ex quibus nihil boni sperare poterat, cum in suam necem palàm coniurauissent. At multa fuit eius merces, quando deiecto Saule ipse in fastigium regni euectus est. Et hodiè non rarò **DEVM** remuneratorem sentiunt, qui homines ergà se ingratos experiuntur. Altera ratio est, quòd nos filios Altissimi illius, id est, veri & æterni **DEI**, cuius gloria supra omnes caelos exaltata est, fore ait. Continet hæc promissio omnia, quæ ad hominis felicitatem faciunt.

Qui enim Dei filius est, idem bonorum eius omnium hæres sit oportet: neque periculum est, ne filios suos, in hoc mundo periclitantes, ille deserat, cuius providentia ad volucres, feras, & homines abs se alienissimos vsque extenditur. Vt verò minus dubitemus promissionem argumento, ex Dei natura delumpto, confirmat, dicens: Nam ipse benignus est erga ingratos & malos. Argumenti vis in eo sita est, quòd pro filiis suis Deus illos agnoscit, qui eius ingenium referunt. At Deus ingratos & indignos suo amore complectitur. Huius ergò similes, imò filij sunt, qui absque omni personarum respectu quibusuis obuijs benefaciunt. Et hoc illud est, quòd gentium philosophi tradiderunt, nos benefaciendo quàm proximè ad Deorum naturam accedere. Est autem hic probè obseruandum, beneficentiam nos non facere Dei filios, sed filiorum Dei signum aut tesseram esse, ex qua illi agnoscuntur. Nam ut filij Dei efficiamur, regeneratione opus est.

Hæc autem solis electis contingit ex gratia, qui **IESVM CHRISTVM** fide non fucata apprehendunt. Frustrà ergo ex his verbis figmento suo præsidium quærunt, qui operum nostrorum merita propugnant, quasi illis regni caelorum hæreditatem mereamur. Quòd si verò beneficentia nos Dei filios esse declarat, satis apparet non inania consilia esse, quæ hic nobis proponuntur, sed præcepta potius, quibus necessario obedire debeant, quicumque pro Dei filiis haberi volunt. Nec enim satis est, si tales dicamur, sed quòd dicimur, factis testari oportet: quando alibi **CHRISTVS** mendaces & homicidas diaboli filios dicit, eò quòd huius opera faciant.

Cæterùm concludit hanc partem **CHRISTVS**, & ad vnus Dei exemplum nos reuocans ait: Estote ergo misericordes, prout Pater vester misericors est. Misericordiam requirit, quæ charitatis atque officiorum omnium erga proximum quasi mater & nutrix est, sicuti Dominica 33. post Trinit, in Samaritani parabola audiemus. Quia verò huius affectum restringere conantur, qui carnis ingenium sapiunt, multi quoque se plus satis profecisse putant, si leuissimum aliquod officium in aliquem conferant, Christus ipseus Dei Patris exemplum nobis misericordiae regulam esse vult. Est is ipsa charitas, & proinde non opus habet vllis incitamentis, quibus excitetur, vt nobis beneficiat. Deinde nostri non minus miseretur, quàm Parens aliquis liberorum suorum. Non vit enim quòd puluis & cinis sumus, & proinde in imitatoribus nostris facile ignoscit. Imò vt apud Isaiam testatur, misericordia eius naturales illas matrum affectiones, quas Græci *σπυγὰς* dixerunt, longè superat. Adhæc misericordiam non verbis solum, aut inanibus promissis, sed reipia & factis testatur, vt in toto hoc mundi istius opificio & omnibus ijs est videre, quæ quotidie fiunt: vt iam nihil de eo dicamus, quòd suo vnigenito non pepercit, sed pro nobis illum tradidit. Et quamuis interdum nostra contumacia quasi victus pœnas scelerum exigat, in ira tamen sua misericordiae recordatur, & hæc illius rigorem temperat. Denique indignissimis quoque benefacit, & (vt in Matthæo habetur) Solem suum oriri sinit super iustos & iniustos, & vtrosque pluuijs atque frugum prouentu recreat. Et vt Micheæ verbis utar, super scelus transiit, iniquitates subigit, & peccata abijcit in abyssum maris. Ista nobis imitanda proponit **CHRISTVS**, ne diligentiori in vitia aliorum inquisitione ipsos negligendi occasionem captemus. Charitatis

Rationibus vrgetur, vt diligamus inimicos.

1. Tim. 4.

Matth. 6.

Psal. 147.

Exemplum Dei proponit imitandum.

1. Ioan. 4.

Psal. 103.

Isai. 49.

Matth. 5.

Matth. 7.

Proverb. 10.
1. Petr. 4.

1. Cor. 1.

ritatis enim est peccatorum multitudinem tegere, non malignius traducere. Apparet autem hoc loco, quantum humana iustitia à diuina distet, & quòd impossibile sit quenquam ad hanc charitatis & misericordiæ perfectionem pertingere. Opus ergo est, vt Christum Iesum apprehendamus, qui vt nobis iustitia à Patre factus est, ita suo Spiritu nos animare & confirmare potest, vt in ipso possimus omnia. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Ne iudicate, & non iudicabimini. Ne condemnate, & non condemnabimini. Remittite, & remittetur vobis. Date, & dabitur vobis: mensuram (inquam) bonam, pressam, & agitatam, & persluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem enim mensura, qua metimini, vicissim metientur vobis alij.



ULTIS ET GRAVIBVS ARGUMENTIS

cusque vsus est IESVS CHRISTVS in commendanda nobis fraterna charitate, & beneficentiæ studio. Fuit inter hæc ordine postremum, ipsius Dei Patris exemplum, cuius bonitas atque misericordia in toto huius mundi opificio & in omnibus eius operibus atque iudicijs elucet. Et huius quidem consideratio apud pios efficacissima est. Vt enim egregiæ & bonæ indolis patriæ virtutis commemoratione ita mouentur, vt inexpiabile scelus esse putent, si non illius vestigijs insistant sedulo: sic, qui germani filij Dei sunt, nihil antiquius habent, quam vt huius ingenio sese accommodent, & ipsum in moribus, dictis, factisque omnibus, referant. At quia nobis, quodam in carne hac vitiosa & mortali viuimus, perpetuo adheret philantiæ malum, fit, vt nunquam non captemus occasiones eos negligendi, quos nobis Deus commendatissimos esse vult. Quapropter etsi audiamus nos debere inimicos diligere, & illis benefacere, qui gratiam referre vel non possunt, vel etiam nolunt, mox tamen aliud effugium queritur: & audiuntur passim eorum voces, qui se inimicis suis optime velle protestantur, & ad condonandum iniurias sibi factas esset paratos: interim se non posse non eos odisse aiunt, qui cum peccandi licentia DEI contemptam committunt, & illius iram prouocare nunquam desinunt. Sunt isti (inquit) non tam nostri quam ipsius Dei hostes, cuius honorem nos propria vita chariorem habere debemus: & propterea neque pium neque æquum est, tales amore prosequi, aut aliquo officio iuuare. Et qui ita sentiunt, ferè scripturis vtuntur, quæ amicitiam mundi huius inimicitiam cum Deo esse docent, & Christi seruos esse negant eos, qui hominibus placere student. Ita verò nimis astute sub plausibili religionis & pietatis prætextu Christianæ charitatis leges violant, & vt causam suam facilius defendant, in obseruandis & notandis omnium vitijs admodum curiosi & acuti sunt. At iidem dum sanctissimi videre volunt, non vno scelere sese polluant. Nam temerarij nimis in quosuis sibi iudicium sumunt, & dum aliorum seuerissimi censores sunt, sibiipsis plus æquo indulgent. Deinde charitatis leges securè violant. Ad hæc aliorum quoque odia prouocant, & ita peccandi materiam ijs præbent, quos suo exemplo in Dei obsequium pertrahere debebant. Concurrunt alia quoque infinita, de quibus suo loco dicetur. Itaque ne quid eorum omittat Christus, quæ in hac causa nobis cognoscenda necessaria sunt, in præsenti de his quoque disserit, & quid in toto isto negotio cauere, quid item fieri debeat, breuiter quidem, sed perspicue & sufficienter docet.

Ne iudicemus
prohibet.

2. par. 19.
Deut. 27.
Psaln. 82.
Zach. 7.

Et primò quidem: Ne iudicate (inquit) & non iudicabimini: Ne condemnate, & non condemnabimini. Vbi ante omnia cauere oportet, ne Christi verba absque omni exceptione secundum literam exponentes in sensum, ab illius mente alienum, detorqueamus. Constat enim nobis non vno loco præcipi, vt iudicemus. In hoc certè magistratus officium maxima ex parte versatur, cui iudicia sua Deus credidisse dicitur, & passim accusantur apud Prophetas, qui in iudicando segniores, vel etiam iniquiores erant. Quoties tandem iudicabitis inique (ait Asaph) & facies impiorum suscipietis. Iudicate pauperi & pupillo, afflictum & pauperem absolute, &c. Et Zacharias, veræ religionis & penitentis officia

officia traditurus ijs, qui de ieiunijs superstitiosis quærebant, ab hoc orditur: Iudicate iudicium veritatis, beneficentiam & misericordiam facite &c. Et qui Ecclesiarum ministri sunt, ij ex Dei verbo de hominum factis iudicare, peccata palàm arguere, & doctrinam ita proponere debent, vt quid corrigi debeat, quidue probari mereatur omnes intelligant. Ideò sacerdotes olim inter lepram & non lepram iudicabant, & ad eosdem referebantur *Deut. 17.* causæ difficiliore, quas non poterant explicare, qui in legis cognitione minus erant exercitati. Quid, quòd Ezechieli dicit Dominus? Et tu fili hominis, an non iudicabis civitatem sanguinum? Adhæc privati quoque homines de doctrina et eius ministris iudicare debent, quid cauere ipsos deceat, intelligant. Notum est enim illud Pauli: Prophetæ *1. Cor. 14.* duo aut tres loquantur, & alij dijudicent. Item: Omnia probate, quod bonum est tenete, *1. Thess. 5.* Et Ioannes similiter monet, ne cuius Spiritui credamus, sed vt Spiritus probemus, num ex *1. Ioan. 4.* Deo sint. Imò vt de proximi moribus iudicium feramus necesse est, siquidẽ illum corrigere, & in viam reducere velimus. Quod cum inter charitatis officia non postremum sit, non putandi sunt, in CHRISTI præceptum peccare, qui istud digna cum libertate & grauitate faciunt.

Quid Christus prohibeat.

Quid ergò in præsentī CHRISTVS prohibet? Priuata & temeraria iudicia, quibus proximi vitia malignius atque odiosius notamus, non vt ille melior fiat, sed vt infamis factus odium nostrum aliqua ex parte exatoret. Est hoc malum nobis natura insitum, vt qui in nostris vitijs cœcutire & nobis mirificè blandiri solemus, in alienis obseruandis Lynceo simus oculatiores. Obseruârunt hoc gentium Philosophi, & idem in Stoicis Horatius notat his versibus:

Horat. lib. 1. Serm. Saty. 3.

*Cum tua peruideas oculis mala hyppus inunctis.
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quam vt aquila, aut serpens Epidaurius?*

Aesopus item dicebat, singulos homines binas habere manticas, alteram à pectore, alteram à tergo, propendentem: & in anteriorem quidem conijcere, quæ ab alijs non recte fieri vident, sua autem vitia in posteriorem occultare, quam tamen nunquam inspiciant. Argutè etiam & verissimè tales, quidnam difficillimum sit, interrogatus, respondit: Seipsum nouisse: Quid verè facillimum? alios admonere siue arguere. At qui huic malo indulgent, ij ferè longius progrediuntur, vt nimirum non contenti non iudicauisse, insuper quosuis etiam condemnent, & ita in ipsas conscientias hominum sibi ius sumant & imperium. Ideoque alterum quoque membrum Christus adiecit: Ne condemnate, & non condemnabimini, &c.

*peccatum iudicandi multiplex.
Iere. 11. 17.
Prouerb. 10.
1. Pet. 4.*

Est autem præceptum hoc obseruatu dignissimum, & imprimis necessarium. Nam qui in hoc peccant, ij DEI partes sibi sumunt, dum ex moribus de ipsa hominis conscientia temerè pronunciant, quæ illi soli cognita est, quem Scripturæ sacræ corda & renes scrutari testantur. Deinde iisdem charitatis leges aperte violant, cuius proprium est (vt superiori homilia modò diximus) tegere multitudinem peccatorum, ne prolixo aliqua infamiae nota inuratur. Imò non alia perniciosior caritatis pestis, quam in aliorum vitijs traducendis sibi indulgere. Vt enim gloriae appetentissimi sunt omnes homines: ita non aliam iniuriam intolerabiliorem esse putant, quam si nomen aut famam suam lædi sentiunt: Ex eo igitur irarum flammæ concipiunt, ex quibus odia, simultates, ardens priuatae vindictæ studium, & nunquam finiendæ contentiones enascuntur. Neque inter eos se continet incendium hoc, à quibus cœpit, sed ferè familias totas peruatit, & frequenter ceu hæreditario iure ad posteros quoque propagatur. Quo Iacobus Apostolus respexisse videtur, quando linguam, ceu infernali igne inflammatam, totum orbem accendere scribit. Accedit huic malo, quòd in iudicando aut obrectando sibi indulgere incipiunt, ij dulcedine quadam vicij huius inescati, linguas suas ad maiedicendum ita assuefreno sese continere patientur. Quod ipsum quoque Iacobus obseruauit, eodem in loco sic dicens: Omnis natura & ferarum & volucrum, serpentium & marinorum, domatur & domita est à natura humana: linguam autem nemo hominum domare potest, malon quod coercere non possis: vt quæ plena sit veneno mortifero, &c. Ita verò simul in CHRISTI exemplum peccatur, quod nobis dictorum & factorum omnium reat, proque illis apud Patrem intercedit. Eò grauius ergo illi peccant, quòd cum gloriae Dei

Iacob. 3.

DOMINICÆ IIII. POST TRINITATIS

- DEI vindices haberi velint, interim filij Dei præcepta simul & exemplum impiè contulcant. Adde quòd iidem sibijpsis egregiè blandiuntur, & improba sanctitatis præcipræ spe repleti, se extra omnem culpam esse sibi persuadent, quibus à nemine quicquam exprobrari possit. Sed spe sua turpissimè falluntur. Quia enim nemo absque vitio vivit, hoc vnum lucri inde reportant, quòd alij plures eorum petulantia & dicacitate ac censu ipsos diligentius obseruant. Fit ergo vt ipsi quoque ab alijs iudicentur atque condemnentur, & ita talionis lege puniuntur, cuius pars est etiam hæc: Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet. Nam etsi peccent ferè, qui aut vindictæ studio, aut alio affectu prauo ipsis detrahunt, iusto tamen Dei iudicio fit, vt peccatum peccati poena sit, & qui linguas suas in alijs traducendis nimium laxarunt, sæpe præter omnem expectationem in scelus aliquod prolapsi omnibus fabula fiant, & extrema infamia notentur. Et hoc illud est, de quo nos in præsentì CHRISTVS admonet. Nihil ergò hæc admonitio & comminatio ad eos pertinet, qui ex officio in aliorum mores & facta inquirunt: nisi quod illos imprimis cauere oportet, ne quæ in alijs reprehendunt, ipsi designent, & ita grauioris scandali sint auctores.

De ijs, qui bene meritis detrahunt.

Quòd si verò peccant, qui aliorum vitia odiosè & prauo affectu insectantur, quanto grauior eorum culpa est, qui quæ benefacta sunt, in sinistram partem rapiunt, & de optimè meritis malè loquuntur? Est hoc genus hominum hodiè passim obuium. Tales enim sunt, qui fidos verbi Dei ministros proscindunt, & eos dissidiorum atque motuum ciuiliū auctores esse clamant, qui hoc vnum agunt, vt pacem in CHRISTO omnes colant, & Deo propitio vtantur. Adnumerari illis debent, qui magistratus pios conuitijs & dieterijs scurrilibus in odium aut contemptum adducere student, atque ex eo voluptatem capiunt, si illorum authoritati aliquid decedere videant. Adde his, qui inter amicos & fratres dissidia & similitates seminant, quique (vt de Doga Idumæo David ait) amant verba perditionis, id est, omnia, quæ perniciem & exitium alijs afferunt. Sunt hi omnes reuera diaboli filij, quando cum perdendi studio mendacia coniungunt, quæ duo illi propria esse CHRISTVS testatur. Et quantum mali dent publicè & priuatim, multi non sine magno dolore experiuntur. Sed & nostri seculi infelicitatem, quo cuius licet temere ea accusare, & non sine publico scandalo traducere, quæ dissimulari potius & taceri debebant: Et hoc quidem impune licet per eos, qui interim hoc CHRISTI præceptum rigidissimè vrgent in illis, in quibus iudicio & animaduersione diligenti imprimis opus est: nimirum in ijs, quæ ad religionem, & fidei atque æternæ salutis doctrinam, faciunt. Hic enim vt modesti & humani habeantur, omnes religiones indifferentes faciunt, & si absque fide in CHRISTVM seruari aliquem negemus, mox nobis hæc CHRISTI verba oggannunt: Ne iudicate, & non iudicabimini, Ne condemnate, & non condemnabimini.

Psal. 52.

Ioan. 8.

Contra eos, qui præcepto Christi in religione abutuntur.

Psal. 14. 42. Ec.

Matt. 3. 17. Marc. 16.

Quorum verò istud? Vt nimirum apud omnes bonam gratiam incant, dum vnum quæque in sua religione, vel potius superstitione, seruari posse sentiunt, siue illa Tatarica, siue Iudæa, siue Christiana sit. Ac non vident, imò videre nolunt, hac sententia religionem omnem simul aboleri, & illius sensum in hominum mentibus extinguere. Si enim Deum eiusmodi fingimus, qui quemuis alium in cultus, qui ipsi debetur, locum cietatem tam faciliè admittat: quid obstabit, quòd minus eos quoque seruari dicamus, qui DEVM omninò nullum esse credunt, quales olim Epicuræi fuerunt, & Nababiles illi, quorum David in Psalmis meminit? Sed vt ad illorum argumentum respondeamus, quòd ex hoc loco eliciunt, mirum est homines alioqui satis oculos non videre, quàm turpiter aduersus hoc CHRISTI præceptum peccent, cuius tam studiosi obseruatores haberi volunt? Si enim iudicare nolunt aliquem, ne etiam ipsi iudicentur, cur sibi in ipsum Deum ius sumunt, vt secus quàm ille de toto salutis negotio pronuncient? Annon enim Patris vox est cœlitus de CHRISTO in carne manifestato dicentis: Hic est filius ille meus dilectus, in quo placatus sum: hunc audite? Annon hic Filius in cœlos ascensurus ait: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. At si in quavis religione salus nobis sine CHRISTO obtingere potest, quid opus fuit illum in mundum venire, hominem fieri, mori, resurgere, & assumptam carnem in cœlis collocare? An non stultitia simul & iniustitiæ Pater damnari merebitur, qui æterno suo decreto rem hanc constituit, quæ nobis ad salutem non erat necessaria? An non cum CHRISTO, æterno Dei filio

Dei Filio, ipse quoque Spiritus sanctus mendacij conuincetur, qui per Prophetas & Apostolos omnem salutem in vno *IESU CHRISTO* nobis monstrauit? Quid verò de sanctissimis Dei seruis dicemus, quibus leue visum fuit vitam & sanguinem profundere, vt Christo inferi, & salutem in ipso consequi possent? Et quis non improtores pessimos fuisse dicat Apostolos, qui totius orbis mutationem tanto cum multorum periculo induxerunt, & ad quæuis supplicia ferenda suos hortati sunt: si absque fide in Christum in quauis alia superstitione salus inueniri poterat? Obseruent ergò pij quanta impietas, & quam multiplex sub istorum plausibili modestia lateat, qui hoc Christi præcepto ad omnium superstitionum defensionem abutuntur. Nemo igitur hæc verba extra statum rapiat, quem ille sibi propositum habuit: linguæ verò petulantiam ita frenemus, vnterim salua nobis aduersus omnes superstitiones maneat Christi Iesu, & fidei in hunc, confessio.

Porro ad *CHRISTI* verba reuersi, quid hîc fieri debeat, videamus. Remittite (inquit) & remittetur vobis: Date, & dabitur vobis, &c. Initio fontem omnis illius mali attingit: qui est, quòd vt vt amicitiam simulemus, manet tamen alta mente reposita acceptarum iniuriarum memoria: qua fit, vt non possimus non aliquo scometricorum famam aut nomen perstringere, qui nos aliqua in re læserunt. Et quamuis id non semper primi faciamus, facile tamen illis consensum præbemus, qui eis maledicere incipiunt. Monet ergo vt ex animo remittamus aut condonemus ijs omnibus, qui aliquam nobis iniuriam aut damnum intulerunt. At hîc rursus obseruamus, hoc quoque præceptum ad priuatos modò homines pertinere, & hoc velle Dominum, ne qui in vlciscendis iniurijs sibi factis sint seueriores. Alia longè est iudicium ratio, & omnium, qui in magistratu sunt constituti. Hi enim & propriam auctoritatem tueri debent, ne Dei iudicia per ipsorum ignauiam in contemptum veniant, & improborum malitiam punire, adeoque (vt in lege Deus præcipit) malum è medio populi excindere. Quod nisi faciant, non solùm in exequendis Dei iudicijs oscitantiores sunt (quod per se reprehensionem meretur) sed insuper pios & bonos impijs vexandos propiciant, quorum audacia eò magis accenditur, quò frigidiores sunt, qui illam publica auctoritate comescere debent.

Est autem hîc obseruatu dignissimum Remittendi verbum. • Eo enim per Metaphoram vitur, & simili à creditoribus desumpto rem illustrat. Solent illi, si humaniores sint, eorum nomina delere, qui non sunt soluendo, idque remissionem vulgò dicunt. Præcipit ergò gratuitam omnis iniuriæ condonationem, & hanc nos facere iubet, etiamsi nulla satisfactio intercedat. Itaque obliuio seu (vt Græci loquuntur) ἀμνησία iniuriarum requiritur, quam minimè præstabimus, nisi prius nos ipsos abnegamus, quia natura ad vindictam procliuēs sumus. At qui iniuriam ne meminere quidem, ij multò minus eas in rationem venire patiuntur, ideoque non modò nullus famam lædunt, sed de illis etiam bene loquuntur, à quibus grauissimè læsi sunt. Exemplum huius indulgentiæ in *CHRISTO* perfectissimum habemus, qui tam absuit, vt iniuriam meminisse vellet, vt ne ad ea quidem conuicia responderit amarulentius, quæ ipsi in faciem dicebantur. Quod vt ipsi quoque faciamus, charitas christiana iubet, quæ nisi id fiat, consistere non potest: neque vnquam pace coibunt, qui inter se dissident, cum iniuriarum inter homines plena sint omnia.

Vidit hoc acerrimi iudicij & spectatæ virtutis vir Thraſybulus, qui cum deletis triginta tyrannis, qui post bellum Peloponesiacum Athenis iniusta & crudelia imperia exercuerant, ab exilio in urbem rediisset ἀμνησία legem sanxit, id est, vltimam veterum iniuriarum memoriam extare voluit: quòd non alia ratione ciuium animos rursus coalescere posse intelligeret. Fecit idem Romanus Senatus interuentio legibus se coerceri non paterentur. Vt vt tamen res cadat, nunquam omnino fallit *CHRISTI* promissio, qui dicit, fore vt nobis quoque remittatur, si in condonandis aliorum delictis faciles simus. Nam etsi multorum ea sit durities & asperitas, vt neque indulgentiæ neque beneficijs vllis vinci possit: non desunt tamen, quos vel ad tempus frangit ista facilitas, vt culpam suam fateantur, & ab inceptis aliquan-

1. Sam. 24.
26.

Matth. 6.

aliquantisper desistant. Exemplum huius rei in Saule, homine contumacissimo, historia sacra proponit: quem Davidis patientia semel & iterum vicit, vt non sine lacrymis innocentia testimonium illi deferret. Quod si verò de hominibus spes nulla est, æternæ tamen salutis ratio, vt illud faciamus, exigit. Nam, quæ hîc habetur, promissio, ad D E V M vsque extenditur, qui (vt in orandi formula Christus docet) non alijs peccata remittet, quàm qui suis quoque debitoribus delicta & offensas remittere solent. Nisi ergo præcepto huic obtemperemus, nosmetipsos precum præsidio spoliabimus: imò proprij oris iudicio atque testimonio nosipfos damnabimus, quoties dicimus: Remitte nobis debita nostra, sicuti etiam nos remittimus debitoribus nostris. Hoc vtinam attentius considerarent, qui in vindicta præcipuam fortitudinis & virtutis laudem consistere putant.

Temeraria iudicia ne obstant Beneficentia:

Matth. 6.

Cœterùm ex temerarijs iudicijs aliud quoque malum nascitur. Nam beneficentia obstant, & causa sunt, vt tenaciores, & in facienda eleemosyna maligniores, simus, eò quòd indignos putamus, qui iuuentur, eos, qui à nobis aliquod vitæ subsidium petunt. Itaque huic etiam vitio occurrens *CHRISTVS* ait: Date, & dabitur vobis: mensuram (inquam) pressam & agitaram & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Quasi diceret: Nolim ego vos vestrum iudicium audire, vel affectus carnis vestræ in concilium admittere, quando de proximi necessitate subleuanda agitur. Si ergo occurrant, qui vestra ope indigent, & hanc à vobis postulant, tunc meminertis, vos non illorum iudices à Deo constitutos, sed potius facultatum, quas possidetis, dispensatores factos esse, quorum copia siue abundantia illorum inopiam subleuare debeat. Ideo, non quòd illi mereantur, sed qui vestri sit officij, expendite, neque permitte, vt sinistra manus dextram moderetur, id est, vt sinister aliquis aut prauus affectus officium pietatis interrumpat. Nam qualescunque sint illi, qui à vobis beneficium accipiunt, non tamen vobis gratia illa peribit. Est enim *DEVS* omnis boni remunerator liberalissimus. Date ergo liberaliter, & procul dubio vobis omne hoc rependetur. Quòd si minus grati erga vos sint, qui beneficium accipiunt, alios excitabit *DEVS*, per quos gratiam vobis referat. Et hi mensuram pressam, agitaram & superfluentem dabunt in sinum vestrum, id est, magno vestro commodo vobis liberalissimè retribuent, quicquid sincero fraternæ dilectionis affectu in homines ingratisimos contuleritis. Id verò sententia generali confirmat: Eadem enim mensura, qua metimini, vicissim metientur vobis alij. Continet hæc sententia talionis legem, & proinde ex communi sensu & naturæ iure deriuatur, quod est, vt quisque digna suis factis præmia recipiat.

Nam mensura metimur, eadem alij nobis metientur.

Proverb. 19.

Gen. 29. 30.

Est autem sententiæ huius multiplex vsus, & proinde dignissima est, quæ cum ea, quam nuper audiimus, in omnibus parietibus, imò omnium cordibus inscribitur. Primò enim ad huius loci caput siue statum extendi potest, ne temerarij nimiorum simus in iudicandis aliorum moribus, eò quòd qui hîc sibi indulgent, in illos pari mensura regeruntur maledicta, quibus ipsorum quoque fama obfuscetur. Deinde ad beneficentiæ studium excitat, ne nobis perire putemus, quod in alios confertur. Nam vt Solomon ait, scœnatur Domino, qui largitur pauperi. Nullus autem Theaurus certior, nulla vsura quæstuosior est, quàm quæ apud Deum, omnis boni fontem redundantissimum, deponitur. Et exempla sunt, quæ docent, tunc ferè gratiam nobis liberalissimè referri, quando nihil huius sperari amplius potest. Pertinet huic loci exemplum, qui ex officijs in Labanum auunculum collatis amplissimam gratiam retulit, quamuis is in illum ingratisimos esset & iniustissimus. Adhæc iustitiam nobis commendat, & è contra fraudes, imposturas, rapinas, & omnem vim iniustam, prohibet. Qui enim iustitiæ student, ij Dei benedictione fruuntur, cuius liberalitas mundi ingratitude longè superat.

Isai. 33.

Proverb. 22.

28.

Accipiunt ergo mensuram pressam & redundantem in sinum suum, quam nulla hominum nequitia illis eripiet. Rursus qui per iniustitiam cum aliorum iniuria discescunt, ij ferè talionis lege mulctantur, vt ipsi quoque alijs præda fiant. Notum enim est illud Domini per Isaiam clamantis: Væ qui prædaris, quia tu quoq; in prædâ daberis. Cui consentiunt, quæ Solomon pronunciauit: Qui per iniuriam & violentiam opprimit pauperem, vt discescat ipse, is dabit diuiti, & egebit. Item: Qui opes suas scœnore & vsuris auget, congerit eas homini, qui pauperibus beneficiat. Debebant in horum consideratione assidui

assidui esse impostores vsurarij, quibus leuiculum videtur quorumuis fortunas inua-
dere, modò ipsi ditescant. Sed etsi ad tempus superbiant suis opibus, nunquam tamen
illa stabiles sunt, & rarò ad tertium vsque hæredem deueniunt. Obseruent hoc ipsum
militēs mercenarij, quibus honestissimum quæstum esse arbitrantur, sanguinem in-
noxium fundere, prædari, cædibus & incendijs omnia miscere, viduas & pupillos
patrijs sedibus eijcere. Fecerunt hæc olim Chananæi, Assyrii, Babylonij, Persæ, Græ-
ci, Romani: quorum omnium ea fors fuit tandem, vt similia domi suæ sentirent.
Et nostro seculo multa vidimus, quæ his fidem facere poterant, nisi ad omnem mali
sensum obstupissemus. Perinent in horum catalogum duri & inuites, qui aliorum
miseriam sicis oculis intuentur, dummodò suis desiderijs indulgeant. Tandem enim
illi quoque infelices fiunt, neque inueniunt aliquos, qui ipsorum calamitatibus moue-
antur. Apostoli enim vox est: Iudicium absque misericordia erit ei, qui non fece- *Iacob. 2.*
rit misericordiam. Idem illis dictum esto, qui peregrinos, viduas, & orphanos, qua- *Exod. 22.*
cunque ratione opprimunt. Minatur enim illis in lege Dominus, fore, vt & ipsi ali-
quando patria eiectione incertis sedibus oberrent, & ipsis cæsis tandem vxores eorum
& liberi viduæ atque orphani fiant. Quid multis? Discant hæc singuli priuatim &
publice expendere, in vnum verò Deum intenti fraternam charitatem colant in Chri-
sto Iesu Domino nostro: Cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas, Amen.

HOMILIA TERTIA.

*Dicebat autem eis parabolam: Num potest cæcus
cæco præire? nonne ambo in foueam cadent? Non est
discipulus supra magistrum suum, sed quisque erit perfe-
ctus, ut magister suus. Quid autem aspicias festucam, qua
est in oculo fratris tui: trabem autem, qua est in oculo
proprio non animaduertis? Aut quomodo potes dicere
fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam, qua in oculo
tuo est, cum ipse trabem, qua est in oculo tuo, non respi-
cias? Hypocrita, eijce primùm trabem illam ex oculo
tuo: & tum dispicies, ut eijcias festucam, qua est in ocu-
lo fratris tui. Non est enim arbor bona, qua ferat fru-
ctum putrem: neque arbor putris, qua ferat fructum bo-
num. Vnaquæque enim arbor ex fructu proprio cognosci-
tur. Neque enim è spinis colligunt ficus, neque è rubo
vindemiant vnam. Bonus homo ex bono Thesauro cor-
dis sui profert bonum: & malus homo ex malo Thesauro
cordis sui profert malum. Ex abundantia enim cordis lo-
quitur os eius.*

DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS, DE *Argumentum
& vsus huius
loci.*
charitate, & eius officijs, ita hucusque differuit, vt simul veram legis diui-
næ sententiam tradiderit, docens, per hanc non solum externa opera, sed
ipsum hominis animum atque mentem formari, ne quid velimus & opte-
mus, quod in illa prohibetur. Vnus autem huius doctrinæ est, vt nobis inhaerentem na-
turæ nostræ vitiositatem agnoscamus, & ex ea intelligamus, nos promisso illo seruato-
re opus habere, qui nostram imperfectionem sarciat, & nos à legis maledictione ab-
soluat. Ceterùm erat hæc doctrina, multis noua & insolens. Nam qui tunc inter Iu-
dæos primas tenebant Pharisei, non modò humanis traditionibus infelicem popu-
lum grauabant, sed ipsam quoque legis doctrinam, falsis interpretationibus iampridem
corruerant. Docebant enim illam per nos impleri posse, & inde colligebant, hominem
ex legis

ex legis operibus iustificari. Erat hæc absurda & nocentissima opinio : Ita enim Christum sibi inutilem reddebant, & dum suam iusticiam stabilire conabantur, eam explodebant, quam nobis Deus in filio suo offert, quæque sola nos apud eius tribunal tuetur. Ideò Christus admonitionem grauem subiicit, vt à falsa doctrinæ præconibus sibi caueant, perseuerent autem in veritatis doctrina, quam ipse tradidit. Et est dignissimum obseruatu, quòd veræ & sanæ doctrinæ istam de vitandis falsis doctoribus admonitionem subiungit. Solet enim hunc ordinem Spiritus sanctus in scripturis passim obseruare, & vt ita fiat necesse est. Nam vt frustra viam rectam alicui monstaueris, nisi eundem de auis, quæ sæpè tristissima & latissima sunt, admoneas: ita nunquam sufficere veritatis doctrinam tradidisse, nisi impostores arguantur, & erroneæ traditiones confutentur, quas multi veritatis titulo palliare solent, & quæ non rarò multorum seculorum vsu, & maioris partis hominum exemplo, commendantur, & ad quas recipiendas pleriq; natura procliuus sunt. Et tanta in his arguendis est Spiritus diligentia, vt Propheta & Apostoli non contenti de his admonuisse, quæ ipsis viuentibus & docentibus disseminabantur, de his quoque vaticinati sint, quas nouissimis seculis exorturas esse præuidebant. Sunt ergò nimis iniqui, neque satis prouidi, qui hodiè iniquius ferunt, si Pontificum traditiones & Monachorum fabulas, arguamus. Atqui vt id fiat, res ipsa monet: quando omnia ea palàm audiuntur, quæ iam olim Spiritus prædixit. Sedit enim in templo Dei Antichristus, & diuinos honores sibi vendicat. Sunt passim, qui Christum in desertis & in conclauius monstrant. Proponuntur publicè dæmoniorum dogmata, quibus ciborum esus & coniugij vsus prohibetur. Vagantur vbique, qui verbum Dei corrumunt, & ex factorum nundinatione quæstum faciunt. Et multorum tanta est stoliditas & cœcitas, vt in luporum fauces & vngues spontè sese ingerant. Quid ergo hic faciunt pastores, quibus gregis sui curam Christus commisit. Num lupos in ipso ouili impune grassari, & oves dispergi sinent? Num ipsi otiosi ista audient atque spectabunt? Num interea blandis sermonibus omnium aures demulcebunt? Qui hoc iubentij aut non intelligunt salutis humanæ negotium, aut parum fidi sunt Christo, qui Ecclesia sua nihil charius habet & preciosius. Est ergo locus hic utilis admodum, & multa consideratione dignissimus, vt excitentur non nihil, qui hæcenus in re maximi momenti negligentiores fuerunt.

Dan. 9.
1. Tim. 4.

Non audiendi,
qui diuersum
à Christo doceant.

1. Marc. 1.

1. Cor. 1.
2. Cor. 3.
Iohan. 8.

Nemo docere
potest, qui non
ipse veritatem
intelligit.
2. Cor. 2.
Ierem. 1.

Sed Christi admonitionem audiamus, cuius propositio aut summa est. Non esse audiendos Phariseos aut scribas, qui diuersum ab ipso doceant. Id argumentis & rationibus probat, ne quid ex affectu loqui videatur. Et debent hoc diligenter cauere doctores, ne imperiose, & absque ratione vlla alios damnent, & ita seipos multis suspensos reddant. Primum argumentum ab illorum persona petit, vtque magis moueat, parabola vititur, dicens: Num potest cœcus cœco præire, aut viæ dux esse? cœcitate nomine legis diuinæ & veritatis ignorantiam intelligit, qua Pharisei laborabant. Quia enim Græca Philosophia imbuti (cuius scholam Iason Hierosolymæ aperuerat) liberum arbitrium, & proprias hominis vires, propugnabant, non poterant verum legis sensum & vsu videre, qui est, vt per ipsam, ceu pædagogum, ad Christum adducamur, qui nobis à Patre satisfactio & iusticia factus est. Itaque vt Paulus ait, ipsi sibi velum imposuerant, quò minus in Mosis faciem intueri, & eius mentem intelligere possent. Accidit hoc omnibus, qui circa legis doctrinam absque Christo occupantur. Quia enim lux mundi Christus est, cœcutiant oportet, & in tenebris ambulent, quotquot illum ignorant. Nam etsi ille se omnium oculis ingerat, illis tamen idem quod lipientibus accidere solet, qui eò minus vident, quò clariori splendore oculos eorum sol ferit, & proinde in ipsa meridie impingunt. Porro Christi argumentum est eiusmodi: Vt cœcus non potest cuiquam viæ dux esse, ita legem docere, aut in eius viis ducere alios nunquam poterit, qui ipse verum illius sensum non intelligit: At scribae & Pharisei hunc non intelligunt, sed ex cœcata mente circa sua figmenta oberrant: Ergò illi nemini præire possunt, & proinde nemo illos sequi, aut pro veritatis doctoribus agnoscere debet.

Admonent nos hæc Christi verba, neminem in Ecclesia doctoris officio fungi posse, qui non ipse certam veritatis cognitionem habeat. Quid enim alios doceat, qui ipse nihil nouit aut intelligit? At cognitio illa diuinæ veritatis diuinitus obtingit, quando homo animalis ea non percipit; quæ sunt spiritus Dei. Ideò Ieremiæ dicebatur: Ecce ego

re ego pono verba mea in os tuum. Et Isaia labia angelus carbone ignito, ex altari sumpto, purgabat: ita nimirum innuens Spiritus ardore & illuminatione opus esse ijs, qui Dei verbum cum aliquo fructu prædicari velint. Quæ causa est, quod Christus discipulos Hierosolymis subsistere, neque ad docendi munus prodire prius voluit, quam Spiritu sancto cœlitus essent donati. At non semper miraculosè homines illuminat Deus, sed medijs quoque ordinarijs plerumque utitur. Nam voluntatem suam & salutis aternæ mysteria sacræ scripturæ libris compræhendit, ut ex illis discantur, quæ populo rudi & indocto prædicari debent. Et scholas in suo populo esse voluit, in quibus in linguarum & scripturarum cognitione instituantur, qui aliquando Ecclesijs docendo seruiant. Tales olim filij Prophetarum erant Samuelis & Elisæi temporibus, & Paulus Timotheum suum à pueris sacras literas didicisse scribit. Istitis ergo studijs sese conferant, qui ad Ecclesiæ ministerium aspirant, & in scripturis diligentes sint, ut eas sibi familiarissimas faciant, atque earundem sensum germanum atque usum intelligant. Admonet de hoc Paulus, quando Timotheum lectioni intentum esse iubet. Arguunt ista eorum negligentiam, qui ubi scripturas vix obiter degustarunt, eas postea negligunt, & quasi iussit ad Ecclesiæ gubernacula semel admissum esse, sese aut otio ignaui, aut venationi, aut alijs studijs parùm honestis, & ab ipsorum vocatione alienissimis, dedunt. Imprimis verò eorum arrogantia damnatur, qui homines ineptissimos titulis magnificis exornant, & iisdem Ecclesijs committunt, cum neque in sacris literis exercitati sint, neque aliquam regendarum Ecclesiarum rationem teneant. Sunt hi omnes duces cæci, neque aliquid in pietatis & salutis studio proficient, qui istos sibi sequendos proposuerint.

Ne quis tamen eos ineptos modò & inutiles putaret, periculosos quoque esse docet. Nam ait: nonne ambo in foueam cadent? Evidentius hoc apud Matthæum enuntiat: Si cæcus cæco præuerit, ambo in foueam cadent. Hic autem interrogatione titur, ut animos magis penetret, & hoc certò euenturum esse ostendat. Ergo non solum doctores in periculo constituti sunt, si cæci fuerint, sed vnà cum illis periclitantur, qui eos sequi volent. Ratio huius sententiæ est, quod nemo ab alterius iudicio pendere, sed omnes Deum in scripturis per filium suum loquentem audire debent, ut de fide sua certi sint. Docet hoc Deus in lege, quando ne illi quidem Prophetæ credamus admonet, qui doctrinam de alienis dijs colendis signis aut miraculo aliquo confirmat. Et notum est illud Christi: Oves meæ vocem meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me: alienum autem nequaquam sequentur, sed fugient ab eo: quia non norunt vocem alienorum. Errant ergo vehementer, qui cuius simpliciter credendum esse aiunt, seque excusatos esse putant, eò quod culpa omnis in doctoribus hæreat. Prætexunt illi ferè simplicem ignorantiam, quæ minimè puniri mereatur. At si rem ipsam consideremus, in plerisque crassa & voluntaria est ignorantia, ut iam de eo nihil dicamus, quod ignorantia neminem excusat, qualiscunque sit; eò quod nos non ignorantes, sed veri cultus gnaros & peritos Deus vult esse. Et ne quid prætexere possemus, voluntatem suam verbo compræhensam in scripturis proposuit, & axiomata quædam religionis Christianæ tradidit, tam certa & perspicua, ut à pueris & mulierculis disci & intelligi possint. Continentur ea in Decalogo, Symbolo Apostolico, & oratione Dominica: à quibus quicumque dissentiant, ij pro seductoribus haberi & modis omnibus vitari debent. Sed & ipsos doctores falsos certis notis insigniuit, ex quibus agnoscantur.

Hos enim ex Episcoporum grege prodituros, & sedem suam in Dei templo habituros esse Paulus prædixit. Et præcipua illorum dogmata paulò antè commemorauimus. Quæ si qui admittunt & sequuntur, ij scientes & volentes sibi falsos doctores deligunt, & proinde digni sunt, qui in eandem cum illis foueam præcipites ruant. Nihil nunc de vita & moribus dico, qui ferè eiusmodi sunt, ut non possint non bonis omnibus suspecti esse. Neque dubium est, plerosque, qui hodie Ianuam suam illis minimè crederent. Quæ ergò leuitas, vel potius insania & impudens est, animam illis credere, & de cœlis atque salutis aternæ ratione loquentes auidè in sinu suo suauiter ridere omnia, quæ de vita aterna dicuntur? Sunt ergò inexcus-

Isai. 6.

2. Reg. 4.
2. Tim. 3.

Falsi doctores
discipulis periculosi sunt.

Deut. 13.
Iohan. 10.

Acto. 20.
2. Thef. 2.
2. Pet. 2.
2. Tim. 4.

inexcusabiles, qui tales sequuntur, neque illis excusandis vllæ rationes sufficere possunt, sed ad illos pertinet, quòd Christus ait: Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Apocaly. 22. Cap.

Impossibile, ut veram viam teneant, qui cæcos duces sequuntur.

At hîc nobis scioli quidam responsant: Esto cæcus sit, & errabundus hinc inde vagetur, qui docendi munus in Ecclesia sustinet. At possum ego illum, quoad ad externam professionem, ne schismatis alicuius author videar, pro meo doctore & duce agnoscere, interim verò ipse viam rectam tenebo, neque de salute mea periclitabor. Sed præuenit horum obiectionem Christus, dicens: Non est discipulus supra magistrum suum, sed quisque erit perfectus, sicut magister suus. Sumit argumentum hoc ex communi sensu. Quasi dicat: Discipuli, si multum proficiant, magistrorum similes fiunt, neque sperari potest, quis ex alio discat, quod is ignorat, quem sibi magistrum aut doctorem deligit. Frustra ergo tu viam rectam tenere te posse speras, si cæco duce viaris. Vis argumenti in eo consistit, quòd cum ex nobis ipsis diuina & cœlestia non sapiamus, doctrina aut institutione omninò nobis opus est. Ni si ergo hæc sana & vera sit, nunquam in veram salutis æternæ cognitionem venire poterimus. Vbi rursus obseruabis, quàm diligenti cura & circumspectione opus sit in deligendis doctoribus, aut Ecclesiarum ministris. Nam qui hîc committitur error, non in illis solis hæret, sed ad multos alios redundat. Ideò tam prolixè Apostoli ea recensent, quibus præditos & ornatos esse conuenit doctrinæ Antistites, ne fiat quod apud Prophetam dicitur: Talis populus, qualis sacerdos. Etenim passim in scripturis populi ignorantia, & quæ hanc secuta est calamitas, ignavis & malefidis sacerdotibus accepta fertur. Est ergo magna & detestabilis eorum leuitas, qui consultò eos verbi administratos quærunt, quos sui similes sperare possint, & quibus pro sua libidine abutantur. Nolunt illi proficere in salutis negotio, quòd aut vanum esse putent, quicquid de illo traditur, aut quod se iam antè plus satis instructos putant. Simul verò impunitatis spem captant ex pastorum suorum ignorantia & malo exemplo, & se abundè satis excusatos esse arbitrantur, si se pastoribus suis nihilo inferiores esse dicere possint. Illorum enim hæ voces sunt: Cur ego in discendo Dei verbo plus laboris atque operæ insumam, quàm noster parochus, qui libros aut nunquam, aut quàm rarissimè, inspicit? Cur ego plura scire velim, quàm illa qui de me, & infinitis alijs, Deo olim rationem redditurus est? Cur à me requiritur, quod ipsi Ecclesiarum antistites non faciunt? Num ego vitæ genus sequar sanctius & austerum magis, quàm ij, qui ex religione viuunt? Agnoscis opinor eorum verba, qui cum meliores magistros habere nolint, eorundem tamen exemplis suæ nequitiæ & libidini patrocinantur. Et sunt quidem rationes istorum plausibiles hominum iudicio, sed longè aliter de causa hac tota Deus pronuntiabit, apud cuius tribunal nulla valet criminis translatio, eò quòd vnusquisque ex suis dictis & factis vel iustificabitur vel damnabitur.

Doctores accusat, qui propria delicta non agnoscebant.

Sed redit Christus ad sui seculi doctores, scribas, & Phariseos, & in eos magna cum grauitate inuehitur, quòd cum sibi in alios imperium vendicarent, & omnium delicta odiosissimè notarent, ipsi interea publicis ijsque grauissimis sceleribus essent infames. Quid autem aspicias (inquit) festucam, quæ est in oculo fratris tui, trabem autem, quæ est in oculo proprio, non animaduertis? Rursus metaphoris & parabolicis locutionibus vtitur, vt pondus maius orationi accedat. Festucam enim dicit delictum leuius & vulgare, trabem verò atrox & immane scelus, quod vulgò omnes, vt intolerabile, detestantur. Magnæ autem impudentiæ illos arguit, quod cum talia multa ipsi committerent, auderent tamen tanta cum seueritate & insolentia in aliorum mores sibi censuram sumere. Sensus enim verborum est: Vt meritò eorum ridetur impudentia, qui in aliorum oculis aut facie næuos aut maculas leuiore notant, in semetipsis autem totius faciei foedam deformitatem non animaduertunt: ita vos nimium ridiculi & impudentes estis, dum in quibusuis alijs leuissima quæquæ reprehenditis, non autem obseruatis ea, quæ à vobis præter omnem dignitatem, & cum publica vestri ordinis infamia, designantur. At non temerè hoc illis Christus exprobrat. Nam vt ex alijs locis constat, grauissimis vitijs & sceleribus illi toti scatebant, cum falsa doctrina populum infelicem seducerent, sub religionis prætextu liberis summæ in parentes impietatis authores essent, domus viduarum deuorarent, promissi Messias honorem in se, & opera sua, transferrent, denique religionem omnem sibi quæstum

quæstum facerent, & patriam vnâ secum in exitium abriperent. Quas ob causas illos Matth. 7.
 Christus alibi lupos rapaces, fures item & latrones, dicit, hypocritas item, qui foris Iohan. 8.
 quidem sanctimoniam simulent, seq; venditent sacerdotij & doctrinæ titulis, intus au- Matth. 22. 23.
 tem mendaciorum & rapinarum sint pleni. At hæc in semetipsis non obseruabant illi,
 sed quasi nihil in se haberent reprehensione dignum, magna cum libertate quosuis cor-
 ripiebant, & pro leuissimis delictis expiatorias victimas poscebant maximi pretij, aut eti-
 am miseris, e Synagogis eiectionis, ab Ecclesiæ societate excludebant. Denique, vt ex-
 emplo res clarior fiat, Monachis atq; sacrificulis isti similimi fuerunt: qui in Papatu rudi
 plebeculæ ob leuissima delicta plurimum negotij faciunt, & nunquam non excommuni-
 cationis fulmen in ore habent, si quis non sese ipsis ad omnia obsequentem præbeat:
 cum ipsi in scripturis, & æterno Dei verbo, impiè ludant, sacra omnia venalia habeant,
 thoris alienis insidientur, sanguinarijs consilijs totum orbem terrarum turbent, deni-
 que ventris atq; veneris turpissima sint mancipia. Tales (inquam) scribæ illi & Pharisei
 erant, & id eo illos Christus festucam in fratrum oculis videre: in proprijs autem oculis tra-
 bem non animaduertere ait. Neque eo contentus, grauiter admodum ait: *Quomodo*
potes dicere fratri tuo: Frater, sine eijciam festucam, quæ in oculo tuo est, cum ipse tra-
bem, quæ est in oculo tuo, non respicias? Repetit subinde fratris nomen, vt magis ar-
guat ipsorum iniquitatem, qui ne ijs quidem parcebant, quos non poterant non pro
fratribus agnoscere, & quorum rationem diligentissimam debebant habere, ne eos vel
intempestiujs correptionibus, vel malo exemplo, offenderent.

Docet autem nos totus iste locus, quàm multum momenti in eo situm sit, vt in- Quàm referat
 culpatos & irreprehensibiles sese præbeant, qui alijs præsumunt, & aliorum mores ex offi- irreprehensi-
 cio corrigere debent. Possunt quidem illi verbis instare, & de virtutibus atque vitijs o- biles esse eos,
 rationes instituere artificiosas: sed nihil aut parùm proficiunt, si ipsi iisdem vitijs labo- qui alijs præ-
 rant, quæ in alijs reprehendunt. Nam vt versus, à pueris decantatus, monet, Turpe sunt.
 est doctori si culpa redarguit ipsum. Quòd si verò maior licentia peccandi accedat, & ijs
 sceleribus infames sint Ecclesiarum antistites, quæ in hominibus plebeis intolerabilia
 putantur, vnâ cum illis tota ministerij Ecclesiastici autoritas periclitabitur: & tunc fit,
 quod de sale infuato dicit Dominus, qui in sterquilinum proiectis à quibusuis obuijs
 conculcatur. Matth. 9.
 Exempla huius mali passim hodie occurrunt, quæ vtinam ab illis diligen- Luc. 14.
 tius obseruarentur, qui de collapsa ministerij autoritate queruntur, cum ipsi interim
 ad exemplum filiorum Eli intemperantia & libidine disfluant, & sua nequitia omnium
 linguas aduersus se prouocent. At quod illis dicitur, hoc ad se quoq; pertinere putent,
 qui in magistratu constituti bonas leges condunt, & iudicia publica exercent. Maximum
 enim robur legib; accedere sentiet, si ipsi illis obedierint: at eadem illicò vilescet, si suo
 exemplo alijs eas violandi occasionem dederint. Eadem est parentum ratio erga liberos,
 præceptorum erga discipulos, herorum erga seruos, Christianorum denique omnium.
 Vult enim nos lucis instar esse Christus, vt exemplo nostro mundi scelera arguamus: &
 cum ille nos e mundo selegerit, & sibi consecrârit, etiam atq; etiam videre nos decet, ne
 propter nos Dei nomen prophanetur. Iohan. 15.

Cæterum ne vitijs patrocinari, & arguendi munus omninò obolare videatur, per- Quomodo via
 git Dominus, & quid fieri debeat, docet: Hypocrita, eijce primùm trabem illam ex tia aliorum
 oculo tuo, & tum dispicies, vt eijcias festucam, quæ est in oculo fratris tui. Hypocritas corrigi debe-
 dicit, non vt conuictetur illis, sed vt fontem huius mali ostendat, qui erat, quòd propriæ ant.
 iustitiæ fucò turgidi, sibi quiduis in omnes alios licere putabant. Et constat hodie eti-
 am, personatos illos doctrinæ antistites ex eo audaciam maiorem concipere, quòd ma-
 gnifico titulorum splendore, & habitu insolenti apud rude vulgus aliquam sanctitatis
 estimationem sibi parauerunt. At iisdem cristas non alia ratione facilius depresso-
 ram, si laruam hanc detrahas, & omne id hypocriticum esse doceas, quo sese veledi-
 tant. Et hæc causa est, quòd frequenter Phariseorum hypocrisim Christus arguit.
 Porrò præceptum, quod hic proponit, duabus partibus constat. Prima, vt à seipsis
 incipiant, monet, qui aliorum peccata arguere & reprehendere volunt. Eijce (in-
 quit) primùm trabem illam ex oculo tuo. Opus ergo hîc erit diligentiori suiipsius ex-
 amine, vt quisque seipsum probè norit, & quid in se emendationem aut correctio-
 nem mereatur, intelligat. Inspiciant ergo legis speculum, & mox infinitæ & ex-
 imiæ trabes occurrent, siue occultas animorum suorum cogitationes, siue dicta &
 facta sua, totamque vitæ suæ consuetudinem, considerent. Deinde vterius progressi
 eos

eos quoq; spectent, quos ipsis Deus præcipue commendauit, & videant iuxta Græcum verbum, ædibus in proprijs quæ recta aut praua gerantur: qui nimirum vxoris mores sint, quæ liberorum disciplina, & quid singuli domestici faciant: & dubium non est, quin hîc quoq; inuenturi sint, quod corrigi oporteat. Sed plerosq; videmus lamiarum similes esse, quas Plutarchus oculos exenticijs habere scribit, quos domi quidem in loculis reconditos asseruant, foras autem egressuræ sumunt, vt, quæ ab alijs fiunt, spectent. At vt domi nostræ, & in nostris rebus oculatissimi simus necesse est, ne (vt modo diximus) cum propriæ salutis iactura ridiculi fiamus, dum aliorum delicta corrigimus, ipsi grauioribus obnoxij.

Vbi verò trabes ex nostris oculis eijcimus, tunc (quæ altera huius præcepti pars est) de festuca ex fratrum oculis eijcienda cogitemus. Non ergo prohibemur, ne fratrum vitia repræhendamus. Nam qui hæc omninò negligunt, aut ignaui dissimulant, non charitatis ingenium referunt, sed proximis suis, quantum in ipsis est, exitij sunt authores. At hîc dispicere nos iubet, qua ratione festucam ex fratris oculo eximamus. Diligentiam ergò & prudentiam requirit, qua omninò opus est, ne (quod imperiti chirurgi solent) vlcera intempestiujs remedijs irriteremus, & incurabilia reddamus. Quare dùm aliorum vitia repræhendimus, curandum est, vt dilectionis & coniunctionis fraternæ mores, amicè cum illis agamus, ne odij aut inuidiæ possimus insimulari. Nam huius suspicio omnem officij gratiam extinguit & abolet. Deinde finis hic nobis propositus sit, vt proximus ædificetur, & in pietate progressus maiores faciat. In vtroq; plurimum proderit, si qui nos simus, quidq; nobis accidere possit, cogitemus, & simul Dei exemplum nobis ob oculos ponamus, qui, cum nos perdere possit, nosque perdendi causas iustas & greues habeat, suæ tamen benignitatis memor, nos corrigere potius & seruare quàm perdere studet. Nolo (inquit) mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Execheielis 18. cap.

Ex malis doctoribus nihil boni potest sperari.

Porro redeamus ad Christi verba, qui doctrinam hanc omnem applicat propositioni de vitandis falsis doctoribus: & rationem affert, quòd cum reuera mali sint, nihil boni ex illis sperari possit. Id verò duplici similitudine explicat. Primam à plantis siue arboribus petit, cuius hic sensus est: Vna quæuis arbor ex suo fructu agnoscitur, sic etiam doctores. Nam non est (inquit) arbor bona, quæ ferat fructum putrem, neque arbor putris, quæ ferat fructum bonum. Item: neq; ex spinis ficum colligunt, neque è rubo vindemiant vuam. At Pharisei & scribæ fructus pessimos ferunt: Ergo arbores malæ sunt, & plurimùm falluntur, qui ex illis bonum quid expectant, aut se saluos fore sperant, si illos sequantur. Quo loco diligenter videre oportet, quinam fructus illi sint, de quibus loquatur. Nam si hoc simpliciter de vita & moribus exponas, ipsa veritatis doctrina in multis damnabitur, qui cum pessimè viuant, illam tamen purè & sincerè docent: & simul in Christi præceptum peccabis, qui scribis quoq; & Phariseis obedire iubet, quando in Mosis cadethra sedent, id est, legis doctrinam proponunt, qualis illa per Mosem tradita est. Propius ergo hæc res considerari debet, & in ipso doctoris vocabulo insistendum erit. Vt enim fructus piri arboris est pirum, cerasi cerasum, mali malum: ita doctoris fructus propriè dicitur doctrina. Ideo hæc potissimùm inspici debet, si quando de illis volumus iudicium facere. Erat autem scribarum doctrina multis modis corruptissima. Nam vt supra modò diximus, liberum hominis arbitrium, & eius vires, magnificè extollebant, operum suorum merita asserabant, gratiæ Dei & Christi merito derogabant, denique authores erant, vt plerique peccata grauissima inanibus & leuiculis ceremonijs expiari posse putarent, quæ proxima via est ad effrenem peccandi licentiam. Erant ergo arbores putres, neque bonum aliquid ex illis poterat sperari. Itaq; vides hoc loco, quid de illis iudicari debeat, qui hodie similia tradunt, & Euangelij prædicationem hoc Pharisæico fermento inficiunt. Laudantur hi à multis, maximè si modestiæ & mansuetudinis speciem præ se ferant: sed reuera arbores putres sunt, & proinde ad nihil viles, quàm vt excisæ & eradicatæ in ignem conijciantur, sicuti Christus alibi testatur dicitur.

Matth. 23.

Debet præterea hinc generalis doctrina peti, vt de re quauis ex fructibus eius iudicemus. Est hoc remedium præsentissimum aduersus scelerum blanditias, quibus nos Satan circumuenire studet. Exempli gratia: ebrietas multis leuicula & vix repræhensivè digna videtur. Sed fructus inspice, quos Salomon describit Prouerb. 23. & quos in veteribus simul ac quotidianis exemplis est videre: & mox patebit: Ebrietatem arborescentem pessimam

peſſimam eſſe, & quam inter homines excindi oporteat. Idem dicemus, ſi ſcortationis & libidinis fructus intueamur. Vel ſi quid auaritia pariat ſpectemus, & quot mala, ſæpè cum Reipub. totius detrimento inde enata ſint. Eadem eſt omnium aliorum ratio, &c. Et quod de his dicitur, hoc ipſum de fide intelligi debet, ne huius profeſſione nobis iſtis aut alijs imponamus, ſed eam operibus (vt Iacobus monet) ceu fructibus dignis, teſtemur. Fructus autem fidei ſunt, fiducia, in vnum Deum, Dei vniuſ inuocatio, Dei timor, obedientia, Dei cultus ex verbo eius inſtitutus, innocentia & dilectionis ſtudium. Quotquot ergo ab his alieni, vitæ fructus longè diuerſos & his contrarios ferunt, ij non bonæ ſed malæ arbores ſunt, quibus iam pridem Chriſtus excidium & ignem æternum minatus eſt.

Iacob. 2.

Alterum ſimile ex re domestica petitur, & huius ſenſus eſt: Vt vir diues ex theſauro opum ſuarum res bonas & pretioſas depromit: ita doctor bonus & myſteriorum regni Dei gnarus ex cordis ſui theſauro bona & ſalutaria dogmata proferit, quæ ad hominum ſalutem promouendam faciunt. Rurſus vt homo malus & improbus ex ſuo theſauro mala & noxia proponit: ſic doctor falſus, & nulla veri Dei cognitione inſtructus, ex corde, noxijs hominum traditionibus imbutus, dogmata propinat falſa, & quæ auditoribus exitium ferunt. Atqui conſtat ſcribas iſtos doctrinam eiſmodi ſpargere. Sunt ergo peſſimi patres familiæ, & malæ fidei promi, quibus tutè credi non poteſt. Scio nonnullos locum hunc aliter exponere, ſed hic ſenſus argumento præſenti imprimis conuenire mihi videtur, & ipſius Chriſti autoritate confirmatur, qui eadem parabola de ſcribis loquens vtitur, Matth. 13, ſic dicens: Omnis ſcriba doctus in regno cælorum ſimilis eſt cuiſpiam patrifamiliæ, qui effert ex theſauro ſuo noua & vetera. Quò etiam poteſt referri, quod alibi de œconomo Eccleſiaſtico dicitur, cuius parabola ſuo loco explicatur.

In præſenti admonitionem hanc generali ſententia confirmat. Ex abundantia enim cordis loquitur os eius. Quia ergo hypocritarum corda propriæ iuſtitiæ fiducia turgent, & humanis traditonibus infecta ſunt, quæ duo Deus quàm maximè odiſſe ſolet: fieri nequit, vt aliud loquantur, quàm quod Deo inimicum, & proinde omnibus ijs noxium eſt, qui illis obtemperant.

Ex abundantia
cordis os lo-
quitur.

At non obſtat huius argumenti tractatio, quò minus hinc generalem doctrinam eliciamus, cuius in vitæ totius inſtitutione multiplex vſus eſt. Vbi primùm occurrit, quòd cor hominis theſauro confertur. In eo enim (vt Matth. 15. habetur) cogitationes tam bonæ quàm malæ, omnis item generis deſideria deliteſcunt, & idem omnium noſtrum conſiliorum atq; factorum fons eſt. Quicunq; ergo vitam ſanctam viuere volent, à cordis purificatione initiũ faciunt oportet. At hanc fide perfici, Petrus in actis conſtanter docet. Et ſufficit hoc ijs conſutandis, qui vel inani ſuoco externarum ceremoniarum Deo ſeruiri, vel nos ex operibus iuſtificari, ſentiunt: cùm opera bona facere non poſſimus, niſi cor prius purificatum ſit fide in Chriſtum, qui nos Spiritus virtute ex ſemine verbi ſui regenerat.

Acto. 15.

Iohan. 3.
1. Petri 1.

Admonemur præterea, quo indicio tam ipſos quàm alios homines probare debeamus. Ex ſermone nimirum, qui certiffimus animi index eſt. Neque hic mihi eos aliquis obijciat, qui longè alia, quàm in animo tegant, loquuntur. Nam horum quoq; ſermo animum fraudulentum & doſoſum indicat, vt mendacia mendacem, blaſphemia & execrationes impium, ſermones ſpurci obſcœnum & libidini deditum arguunt. Eadem eſt aliorum omnium affectuum ratio, quos facilè ex verbis deprehendet, qui hæc non oſcitanter obſeruauerit. In eo autem ſimul ingens apparet noſtri ingenij corruptio. Tam enim notum eſt omnibus, quòd modò diximus, vt gentium quoq; Philoſophi illud nequaquam ignorauerint, qui ideò linguam freno coercendam eſſe monuerunt. Docent hoc ipſum ſacræ literæ, in quibus admodum memorabile eſt, quòd Dauid dicit: Quisquis vitæ cupidus eſt, & optas videre dies bonos: ſerua linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Quòd ne temerè dictum putarem, Deus linguæ ſitu nos admonere voluit, rem præcipi obſeruatu cùm primis neceſſariam. Nec enim vllum in humano corpore membrum eſt, quòd tot clauſtris natura munierit, quot linguæ oppoſita videmus: quæ ex pectore ſurgens per fauces in eos extenditur: Vbi infra quidem mandibulis, deſuper palato ceu fornice quadam, cui cerebrum impoſitum eſt, munitur, obiectos autem ſibi habet dentium ordines, qui inſtar muri illam coercent. Docent iſta minimè permittendum eſſe, vt temerè vageretur lingua, ſed prius animo concipi debere,

Sermo animi
index.

Pſal. 34.

DOMINICÆ V. POST TRINITATIS.

quæ loquamur, & simul inter loquendum adhibendam prudentiam, quæ tritum illud subinde nobis in mentem reducat: Lingua quò vadis? Adde his exempla innumera eorum, qui vel seipsos, vel patriam dulcissimam, vel amicos, imò totas gentes linguæ petulantia in extremum exitium adduxerunt. Ea tamen est nostri ingenij peruersitas, ut plerique hominum nulla istorum omnium ratione habita, omnes honesti & æqui limites transiliant, & ex eo non postremâ voluptatem capiant, si vel maledicendo, vel mentiendo, vel turpia & obscœna loquendo, animi improbitatē exaturare possunt. Non immeritò igitur Apostolus linguam ἀνατάξενον κακόν, id est, malum dixit, quod nulla ratione se coërceri sinat. Ex eo igitur apparet totius naturæ nostræ corruptio, & quo loco simus, nisi aliunde nobis remedium accedat. Ex sermonibus tuis (inquit Christus) iustificaberis, & ex sermonibus tuis condemnaberis. At sermones nostros plerunquē vitiosos esse nemo negauerit, nisi qui cum sensu pudorem quoq; omnem absterfit. Damnemur ergo oportet, nisi nobis Christus succurrat, in cuius lingua non est dolus, quiq; suam iustitiam nobis per fidem communicat. Horum itaq; memores, primò quidem suas linguas singuli frenare discant: Deinde aliorum sermones, & imprimis eorum, qui doctores habentur, obseruent, neq; aliquem audiant, qui nos à Christo Iesu abducere satagit, in quo vno vita & salus inuenitur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Luc. 3.

Matth. 12.

Ioan. 1.
Acto. 4.

DOMINICÆ MISERICORDIÆ
Cœlestis Patris, Luc. 6. cap. precatio.

Filli Dei, qui es orator aterni Patris tui, & verissimus legis diuinae interpres, quam ab initio in creatione mentibus Angelorum & hominum impressisti, eamq; per peccatum diabolorum & hominum obscuratam repetiisti, & eandem in cacumine montis Sinai clara voce pronunciaisti, dato etiam tuo Spiritu sancto & veraci, legem in credentibus restituis, atq; in illis motus congruentes cum eadem tua lege cies: Te inuocamus, miserere nostri secundum tuam promissionem: Excita in nobis verum amorem tuae legis: Facito, ut sordes nostra natura, horribiliter inquinata, serio agnoscamus, & deploremus, & inter illos peiores vera fide te, qui maledictionem legis sustulisti, apprehendamus: Restitue etiam in natura nostra ius tuae legis, & imaginem tuam: Extingue in nobis omnes flammulas malorum cupiditatum, vindictæ, odij, crudelitatis. Reprime etiam Hypocritas, qui blandiunt affectibus hominum, qui mala interiora, haerentia in nostra natura, extenuant, & de lege tua falsa docent. Da verò, ut corda nostra ardeant diuino igne, amante te verum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, & omnes naturas, quæ sunt tibi conformes: Iuuato nos, ut imitati tuum exemplum simus mitēs, & humiles corde, ut hoc modo in hac vita inchoetur in nobis integritas aeterna vita, qualis lucet in cœlesti Patre nostro, & in omni Ecclesia beatorum Angelorum & hominum, quæ tibi similis est, Amen.

DOMINICA V. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

• L V C Æ V. C A P.

HOMILIA PRIMA.

Factum est autem, cum turba immineret ei, ut audiret verbum Dei, ipse stabat iuxta stagnum Genesareth: viditq; duo nauigia, quæ ad stagnum erant: Piscatores autem, cum ex eis descendissent, abluabant retia. Ingressus autem in unum illorum nauigiorum, quod erat Simo-

nis

nis, rogauit eum, ut à terra proueberet paululum: Cumq; con-
 sedisset, docebat turbam ex nauigio. Ut cessauit autem
 loqui, dixit ad Simonem, prouehito in altum, & demit-
 tite retia uestra ad capturam. Tum respondens Simon ait
 ei: Magister, cum per totam noctem nos fatigauerimus,
 nihil cepimus: Tamen ad uerbum tuum demittam rete.
 Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudi-
 nem magnam: Dirumpebatur autem rete eorum. Et in-
 nuerunt socijs, qui erant in altero nauigio, ut uenirent,
 & ipsis opitularentur. Venerunt igitur, & impleuerunt
 ambas naues, ita ut mergerentur.



HOMO PER PECCATUM NON MODO

beatitudine & gloria, ad quam initio conditus erat, excidit, sed vilissimum
 quoque peccati mancipium factus, rationis siue intellectus lucem atque
 usum amisit, ut iam non percipiat ea, quæ sunt Spiritus Dei, neque uiam
 salutis consequendæ intelligat. Ideo non eo modo redemptore opus erat,
 qui peccatum expiaret, & nos vindicaret in libertatem filiorum Dei: uerum etiam do-
 ctore & magistro, qui æternæ salutis doctrinam traderet, & mentes ipsas hominum uo-
 luntatis diuinæ rerumque cœlestium cognitione illustraret. Vtrumque Iesus Christus
 fidelissime præstitit, qui ideo vindex noster & Propheta dicitur, quem omnes audire de-
 beant. Vtque minus dubitarem, miracula multa & minimè uulgaria ædidi, quæ eui-
 denter docent, ipsum esse benedictum illud semen, quod diaboli regnum destruit, pec-
 cati & mortis vires frangit, iusticiam sempiternam reducit, & salutem, omnibus nume-
 ris perfectam, miseris mortalibus confert. Coniunxit autem miraculis doctrinam, in
 qua tam assiduus fuit, ut nihil frequentius fecerit, & se ad euangelizandum à patre mis-
 sum esse, publicè testatus sit. Id uerò nunc amplius confirmat. Describitur enim prima
 huius capituli parte noua concio, quam in confertissima hominum turba habuit: cui de-
 inde subiicitur uocatio aliquot discipulorum, Simonis Petri nimirum & Andrea, Ioan-
 nis, item & Iacobi, quos sibi discipulos domesticos fecit, ut eorum opera atque mini-
 stero postea in Euangelio per totum orbem propagando ueretur. Est autem historia
 hæc fecundissima, & multa continet, quæ fidei instituendæ & confirmandæ seruiunt:
 quæ causa est, quod eam Lucas prolixè & diligenter admodum describit.

Principio summam historię præmittit, & Christum rursus publicè concionatum
 fuisse scribit. Locus indicatur ad lacum Genesareth, qui alio nomine apud Euangeli-
 stas mare Tiberiadis, aut Galilææ dicitur. Et quia mox secuta est Simonis Petri & An-
 dreæ uocatio, constat non procul à Bethsaida hoc factum fuisse, quam Petri & Andrea
 patriam fuisse Ioannes docet. Occasionem uerò docendi dedit populus, qui ad illum
 cateruatim confluebat, & circumquaque ei imminerebat, ut Dei uerbum audiret. Exprimitur
 his uerbis ardens audiendi Christi desiderium, cuius causa proculdubio fuit, quod salutis
 doctrina diu fuerant destituti. Fuit enim ultimus Prophetarum ueteris testamenti Mala-
 chias, qui annis circiter quadringentis & quinquaginta filij Dei in carnem aduentum
 præcessit: A quo tempore nemo fuit, cuius nomen & memoria extet, qui Dei uerbum
 serio, & qua decet fide, prædicarit, usque ad Ioannem Baptistam, quem primum no-
 ui testamenti ministrum fuisse cum alibi sæpe diximus, tum in 2. homil. tertie Domini-
 cæ Aduentus, Deo dante repetemus. Erat quidem ingens sacerdotum numerus, & scri-
 bæ infiniti erant, qui legis diuinæ scientiam profitebantur: sed ij simul omnes auaritia
 & ambitione excœcati sacra omnia uenalia fecerant, legis doctrinam humanis traditio-
 nibus corruperant & circa frigidam modò ceremonias occupati ea docebant, quæ afflictas
 & peccatorum pondere grauatas conscientias nequaquam placare poterant. Itaque (ut
 in Euangelio scribitur) infelix populus ouium instar oberrabat, quæ pastore fido & in-
 dustrio destituatur. At Christus, ut Marcus cap. primo quoque dicit, Dei uerbum
 prædicabat idque cum singulari autoritate, & non aures solas inani uerborum dulcedine

Christus ser-
 uator simul &
 doctor.

Iob 19.
 Deut. 18.

Luc. 4.

Christus rur-
 sus conciona-
 tur.

Iohan. 1.

Populi seruior
 in audiendo
 Christo.

Matth. 9.

DOMINICÆ V. POST TRINITATIS.

demulcebat, sed viuifica Spiritus virtute ipsos animos auditorum penetrabat, vt alios quidem serio pœnitentiæ studio accenderet, alios autem certa remissionis peccatorum, atq; æternæ salutis spe recrearet. Neque in eo lucrum aut honorem priuatum quærebat, sed in vnam auditorum salutem toto animo erat intentus. Hinc nouum illud studium populi enatum est, vt & proprio animi motu & mutuis exhortationibus excitati vndique ad illum concurrerent, & cum importunitate quadam ei imminerent, vt diu optata veritatis doctina reficerentur.

Fuit ergo tunc temporis inter Iudæos eadem rerum conditio, quæ hodiè inter eos est, quibus vncti & rasi papisticarum superstitionum Antistites dominantur. Habent enim illi quoq; Monachos & sacrificos infinitos, qui doctorum titulis superbiunt, & quos maximis impensis alere coguntur. At pleriq; illorum nunquam docent, & vt ignauum suum silentium taceantur, imagines & simulachra dicunt libros laicorum esse, ex quibus populus suum officium discere, & quorum contemplatione ad hoc præstandum excitari debeat. Sunt illi reuera pastores illi, quos Zacharias idola vocat, cum, præter mutam pastorum formam siue personam, nihil habeant. Alij verò aut Patrum & conciliorum traditionibus toti vacant, & ad earum obseruationem omnes adigunt, aut è suggestu narrationes de sanctis recitant, quarum pleræq; fabulosæ sunt, & plenæ superstitionum, quibus conscientia hominum mirificè quidem lactantur, ad certam verò salutis fiduciam nunquam perueniunt. Sitiunt ergo & esuriunt infelices illi, & in omnem salutis occasionem intenti sunt. Quò fit, vt si qui illis Euangelium prædicent, mox turmatim omnes confluant, & zelo abrepti multa quoque faciant satis importunè, & sæpè priuata autoritate ad reformationem Ecclesiæ faciendam manum admoliantur. Fiunt tunc multa tumultuariè, dum animi feruent, ex quibus aduersarij occasionem calumniandi arripiunt, & principes interdum vulgi feruore irritati ad arma ruunt, & crudeliter in quosuis sæuendo ipsi quoque modum excedunt. Sed cur non rem ipsam prius expendunt, & maiori supplicio dignos esse viderent falsos Antistites, qui in manifesta Ecclesiæ totius corruptione nullum remedium hætenus adhibuerunt, sed potius vndique surgentem veritatis lucem nouis quotidie nebulis atque tenebris obscurare conantur? Et quid mirum est, si panem verbi Dei oblatum auidius & (vt ita dicam) immodestius arripiunt, quos eius audiendi fames iam pridem in rabiem quandam ad-

Zach. 11.

In audiendo
verbo Dei ser-
uore opus est.

Psal. 51.
Ephes. 2.
1. Pet. 1.
Rom. 10.

Psal. 107.
Rom. 1.

Cum hodiè do-
cendo minus
proficiatur.

Cæterum, vt ista habeant, admonemur populi istius exemplo, circa Dei verbum studio ardenti opus esse. Vt enim in omnibus alijs negotijs nihil proficitur, nisi diligentia, & seria sedulitas accedat: ita hac in Dei verbo audiendo imprimis opus est, eò quòd caro ab illo natura abhorret, quod suis studijs aduersum & inimicum esse sentit. Hic ergo nunquam non cogitare debemus, salutem nostram sine verbo hoc consistere non posse. Nam vt scriptura omnis testatur, natura peccatores, & filij iræ, sumus. At Dei verbum semen illud regenerationis est, ex quo in Dei filios regeneramur. Per idem fides hoc datur, quæ sola Christum apprehendit, & nos bonorum omnium, quorum hic nobis mediator est, participes reddit. Notum enim est illud Pauli: Fides ex auditu est, auditus verò per verbum Dei. Idem cum salutis doctrina vitæ quoque regulam nobis exhibet, quam qui sequuntur, ij & Deo placent, & in hoc etiam seculo felices atq; beati sunt. Ex illo etiam consolationis argumenta petuntur, quæ nobis aduersa omnia mitigant, & vitam hanc, quæ ærumnarum & malorum plena est, iucundam atque suauem reddunt. Denique per verbum suum Deus nobis seipsum, & suæ gratiæ atque bonitatis thesauros omnes, offert, ideoque de omnibus, qui eius beneficijs fruuntur, dici potest, quod in psalmo de quibusdam dicitur: Misit verbum suum, & sanauit eos. Quæ omnia Paulus probè considerans dicebat: Non me pudet Euangelij Iesu Christi, siquidem potentia Dei est ad salutem omni credenti. Et quicumque ista non oscitanter expendunt, cumque his sui ingenij atq; totius humanæ naturæ infelicitatem conferunt, nisi plus quam ferrei aut plumbei sint, nouo quodam amore & studio verbi audiendi se accendi sentient.

Admonet nos istorum consideratio, quæ causa sit, quòd hodiè docendo i& prædicando minus proficitur. Refriguit apud plerosque vetus ille zelus, quo sub iniuncta instaurati Euangelij omnium animi ardebant. Et quia otio & pace abundant, quâ tus ille thesaurus sit, non cogitant: itaque nescientibus ferè ipsis satietas verbi obrepit, dum sine hoc saluos fieri posse arbitrantur. Esti ergo quotidie omnes inuitet Christus, mul-
ti tamen

multitamen non veniunt, neque putant sibi doctrina & institutione opus esse. Alij verò ne omnino à religione alieni dicantur, pro more diebus Dominicis ad sacros cœtus conueniunt, & Dei populum simulantes verbum audiunt, & quamuis interdum dicentis facundiam admireatur, interdum cum gemitu & suspirijs quædam excipiant, multa apertè probent, eadem tamen nihil ad se facere existimant, & idè non plus inde fructus referunt, quàm si fictam aliquam narrationem aut cantilenam de rebus nouis, aut peregrinis, nihil autem ad se pertinentibus, audiissent. Sunt his peiores multi, qui, vt censors & iudices, veniunt, & in Dei verbum sibi ius sumunt. Hi vt primum audiunt, quod moribus & studijs ipsorum aduersatur, mox iras animo concipiunt, dira quæque verbi administris minantur, & iisdem dicendi leges præscribunt. Quid verò apud tales proficiat Christus, quantumuis per suos ministros sedulò doceat, moneat, hortetur, increpet? Ista ergo emendari, oportet, & serio salutis studio accendi, si, quem Deus nobis offert æternæ salutis, fructum, ex verbo ipsius referre cupimus.

Videamus autem quid fecerit Christus, cum ipsi populus vndique immineret, vt in littore consistendi vix locum habere posset. Vidit adesse duas nauiculas piscatorias, ex quibus piscatores ad retia abluenda descenderant. Ingreditur ergo in alteram earum, quæ Simonis Petri erat, & eo vocato iubet, vt paululum prouehat à littore, & ita ex nauis ad populum circumstantem concionatur. Et quamuis importunos illos & immodestos alia ratione compescere potuisset, hominum tamen moribus sese accommodare, & diuinam virtutem ad tempus dissimulare voluit, vt suæ bonitatis & facilitatis luculentius specimen æderet. Interim suo exemplo docet, nullam negligendam esse occasionem prouehendi regni Dei, & cum rei necessitas iubet, quemuis locum doctrinæ, & religioni, seruire posse. Nam extant huius generis exempla alia multa, in quibus illum sæpè in locis desertis, in agris, in priuatis ædibus, docuisse legimus. Fecerunt idem Apostoli, qui initio quidem in templo prædicare, & cœtus sacros in porticu Salomonis cogere soliti fuerunt: ast vbi id per sacerdotes & seniores non amplius illis licuit, tunc in domibus fidelium, quæ commodiores erant reliquis, doctrinæ & religionis exercitia instituerunt: imò cum ex vrbe eiectione ad exteras gentes sese reciperent, passim prædicarunt, vbicumque populum confluere, & docendi occasionem sibi offerri videbant. Sic Cæsareæ in Cornelij centurionis domo concionem sacram Petrus habuit, Paulus verò ad portas Lytrensium, Philippus extra urbem prope fluium, Athenis in vico Martio docuit: neque propter locum minor fuit verbi Dei effectus. Quod autem de loco dicitur, hoc ipsum de tempore sentire debemus, quod similiter necessitati seruire debet, ne eius gratia oblatam rei bene gerendæ occasionem negligamus. Idè veteres Christiani, vt locis occultioribus, ita ferè nocturno aut antelucano tempore, conuenire solebant, cum interdiu tutò conuenire non possent. Sunt hæc propter eos obseruanda, qui inde calumniandi occasionem horridè arripiunt. Faciebant idem olim Christiani nominis hostes, qui horrenda scelerata & nefanda in cœtibus illis designari dicebant. Sed vt veteres sua innocentia defendebat apud Dei tribunal: ita nostros ipsa necessitas excusat, & potius accusari merentur, qui sua tyrannide pios cogunt ad occulta fidei suæ exercitia confugere, impudè interim per omne genus libidinis grassantibus ijs, qui omnem religionem iam pridem abnegarunt. Non tamen illis patrocina mur, qui occultos cœtus agunt, cum in illis locis viuant, vbi libera verbi prædicatio permittitur, & Sacramentorum vsus secundum Christi institutionem exercetur. Nam vt Paulus ait, debent omnia in Ecclesia decenter, & cum ordine, fieri. Minimè ergò à templis publicis discedendum est, neque clancularijs cœtibus, vbi nulla vrget necessitas, locus dari debet, ne vel schismata excitentur, vel occasio detur aduertarijs, quæ totum religionis negotium suspectum reddant. Rectè ergò & prudenter Christus passim quidem docuit, idem tamen synagogas, & templum ipsum, non subterfugit, sed coram ipsis sacerdotibus & scribis, doctrinam suam proposuit, ne quid monstri alere videretur. Quid autem in presenti docuerit, non opus est inquirere. Quia enim sibi ipsi semper constat, non dubium est, quin veram salutis trationem tradiderit, quam alia eius conciones compræhendunt, quæ ab Euangelistis descriptæ sunt.

Conditio ministri Eccl= sacerdoti.

Acto. 3. 5.

DOMINICÆ V. POST TRINITATIS.

Conditio mi-
nisterij Eccle-
siastici.

Matth. 23.

Nunc conditionem ministerij Ecclesiastici, & eorum, qui in hoc constituti sunt, videamus, quæ in Christi exemplo egregiè adumbratur. Non licet Christo in littore pedem figere, sed cathedram sibi constituit in nauicula, quæ à littore subducta inter fluctus & ventos agitabatur. Tutior autem est auditorum statio, qui in terra stantes verbum salutis ex ore eius audiunt. Indicat typus hic laboriosam & plenam periculi esse eorum functionem, qui Dei verbum prædicant. Est enim mundus hic maris instar, & vt hoc quiescere non potest, cum & naturali motu æstuet, & ventis diuersis agitatum turbetur: ita impijs quoque, ex quibus mundus hic maxima ex parte constat, pax nulla est, quando etiam ipsi proprijs affectibus turbantur, & simul aliunde oblati occasionibus nouas quotidie aduersus pios tumultuandi occasiones inueniunt. Quia tamen Christo omnis potestas data est in coelo & terra, in illo sibi quoque locum reperit, vbi Euangelij sui cathedram collocet, & ferè ijs in locis, vbi minimè speres. Quod si fiat, tutius ferè circa prædicationis initium agunt, qui illud audiunt, at contra Euangelij prædicationes mox fluctus, & ventorum diuersimorum turbines insurgunt. Odit enim mundus veritatis lucem, & confestim nouos furores concipit. Insidiosis disputationibus & vâsanis clamoribus pugnant impostores, qui populi ignorantia & superstitione antehac ad suum quæstum abusi sunt. Iuuant hos summi pontifices, qui vt Aeoli quidam nouos quotidie ventos excitant, & ipsos principes quoque excommunicationis fulminibus perterrefaciunt, ne in terris suis Christi doctrinæ locum dent. Itaque alij quidem ex principum numero propria malitia excitati, alij pontificum improbitate & minis coacti, edicta faciunt, & vim parant, vt Christum finibus suis expellant.

Tunc verò plerumque persecutionis initium fit à doctoribus, quia his eiectis aut oppressis à populo nihil periculi reliquum esse videtur. Est hoc probatum omnium seculorum exemplis, & multa quotidie fiunt, quæ istis abundè fidem faciunt. Accidit tunc ferè, vt quamuis de publica omnium salute agitur, & propter hanc ministri in periculo constituti sint, iniquissimos tamen suorum censors habeant illos ipsos, quorum saluti consultum cupiunt. Imò qui ex vulgo paulò ante sibi ipsis omnia læta pollicebantur, & Euangelium totis animis videbantur complecti, mox noua rabie accensi, doctores suos immodestiæ, importunitatis, imprudentiæ, temeritatis, seditiorum denique, accusant, & eorum capitibus atque sanguine pacem redimere conantur. At non debent ista aliquem offendere, quando constat eandem Christi Iesu sordem fuisse, qui ingratisimos expertus est eos, quorum salutem doctrina & miraculis assidue prouehabat. Pergant igitur verbi administrari, & se Dei seruos esse meminerint, qui ipsis digna suæ fidei præmia retribuet. Auditores verò Dei beneficium agnoscant, & doctores suos ob Dei verbum periclitantes, si non alio officio possunt, saltem pijs votis adiuuent, & quo possunt studio se illis gratos præbeant.

Petri & Andreae vocatio.
Matth. 4.
Marc. 1.
Vnus miraculi.

Transeamus nunc ad alteram huius historiae partem, qua Simonis Petri & Andreae, Ioannis item & Iacobi vocatio describitur. Sunt in eius narratione breuius Matthæus & Marcus. Lucas autem miraculum quoque præmittit, quo illos Christus excitauit, vt ad ipsum sequendum alacriores essent. Est autem huius miraculi præterea vsus multiplex. Primus est quem cum omnibus alijs communem habet, quod nimirum suam doctrinam Christus illo confirmare voluit. Deinde præfenti negotio illud accommodauit, vt discipulos, quos iam vocaturus erat, typò hoc sui officij admoneret, adeoque omnem sui ministerij rationem ob oculos poneret. Præterea consolationem communem habet, quæ pollicetur, nihil defuturum ijs, qui Christum recipiunt, & ab hoc mandatam sibi vocationem sedulo sequuntur. Et de hoc quidem in præfenti dicemus, de ijs proximo sermone dicturi, quæ ad Apostolatam & ministerium verbi pertinent.

Christus suos
ad laborem remittit.

Primò cum dicendi finem fecisset, iubet Petro, vt, longius in altum prouecti, retia deiciant ad piscium capturam. Ita verò tam illum, quam socios admonet, ne otium ignauum, aut inanem nominis splendorem sibi polliceantur, sed labores sibi propositos esse semper cogitent. Quod uti in verbo ministerio imprimis locum habet, simul tamen ad omnes

omnes pertinet, qui Euangelium professi *CHRISTO* & Ecclesie eius nomen derunt. Non enim suis otij & inertiae autor est *CHRISTVS*, sed hoc potius vult, vt singuli honesto aliquo labore sibi & suis victum parent, ne & alijs graues atque molesti sint, & sibiipsis multorum scelerum occasionem praebeant. Constat enim omnium scolorum exemplis, otio nihil nocentius, & bonis moribus magis inimicum esse. Quia enim hominis ingenium natura inquietum est, & semper aliquid vel meditatur, vel agit, fieri non potest, quin in malas meditationes & noxia studia deflectat, si nullo honesto labore aut actione bona occupetur. Quod M. Cato olim prudenter obseruauit, cuius dictum celebratur: Nihil agendo, homines male agere discunt. Et idem idcirco monebat, non minus otij quam negotij rationem extare debere. Hae cum olim ethnici viderint, quos humanae sapientiae studium, & quodidius rerum vsus, reliquis prudentiores fecit, quanto magis homines Christiani ista obseruare debent, ne sub religionis praetextu otientur, & cum publica Ecclesiarum infamia ex alieno viuant? Est eorum hodie ingens numerus, qui egestatem sibi quaestum vberimum faciunt, & cum corporis atque ingenij viribus valeant, nihil tamen operis honesti faciunt, sed incertis sedibus vagando a quibusuis obuijs pecunias, vestes, aut cibos, per Christi nomen extorquent. Sunt & magni charitatis christianae & misericordiae praecones, & nunquam non Christi dicta in ore habent, quibus hic pauperes nobis commendauit. At debeant simul meminisse, charitatis hanc quoque legem esse, ne cui temere graues & molesti simus, & Christum manuarum artificum, omnemque laborem honestum, sua doctrina simul & exemplo commendauisse. Quid, quod in Ecclesia minimè meretur censeri, qui, omni ordine politico & oeconomico turbato, otiosi vagantur? Paulus certe, quem pauperum studiosissimum fuisse constat, ἀποκτῆσθαι, id est, inordinatos illos coercere iubet, & hanc inter homines christianos legem perpetuam esse vult, ne ex publico aut alieno edat, qui non vult laborare. Vide, Thesal. 5. Item 2. Thesal. 3. cap.

Petrus, etsi totam noctem inani labore sese fatigassent, audito tamen Christi mandato ait: Magister, cum per totam noctem nos fatigauerimus, nihil coepimus: tamen ad verbum tuum, id est, tuo iussu demittam rete. Vnde apparet eum, ex Christi concionibus & miraculis, fidei principia concepisisse, vt iam de illo magnifice sentiret, & doctorem non vulgare esse agnosceret. Estque hoc non contemnendum fidei verae exemplum, cuius proprium est, homines Deo obediens reddere. Itaque Petrum imitari debent, quicumque fidei nomine & titulo gloriantur. Id vero ij demum faciunt, qui sensus & intellectum omnem Dei verbo subiiciunt. Quod vt fiat, imprimis obseruandum est, ne vel ad nostros vel aliorum conatus respiciamus, qui sine Deo aliquid tentant. At si ijdem Dei verbo sese accommodent, & eius promissis credant, tutum & facile esse videbunt, quod prius cum periculo coniunctum & impossibile esse videbatur. Petrus certe in praesenti, dum Christi mandato obtemperat, piscium tantam multitudinem concludit, vt huic attrahendae non sufficiant, qui cum ipso in naui erant, qua item rete grauatum ex parte scinditur, & quae vtrunque nauigium impleuit, & pondere suo tantum non demersit. Ex hoc igitur exemplo consolationem petant omnes loci & ordinis homines, vt officium suum sedulo & fide constanti obeant, neque ijs moueantur, quae caro & mundus obijcit. Etenim vt a verbi ministris exordiamur, multa occurrunt, quae impios ab officio suo absterret: qualia sunt aetas, infantia, & quod tam multi eruditione, eloquentia, & pietate, graues, hucusque cum mundi contumacia nequique; luctati sunt. Sed aduersus haec omnia cum Petro dicat Ecclesiae minister: Et haec hactenus non multum profecerint, qui hoc saxum voluerunt, & ego de meipso nihil mihi polliceri possim: quia tamen tu me ad verbi tui ministerium vocauisti o Deus, & quia tu iubes, vt rete illud Euangelicum in mare istud turbulenti simum demittam, vt doceam, moneam, hortor, increpem, consoler: agetum tuo iussu & numine fretus faciam, quod iubes, & tibi rei totius euentum permittam. Sic (inquam) ratione secum inuenti verbi praecones, & procul dubio plus proficiet, quam sperare possint. Idem faciunt, qui magistratum gerunt, & qui reipublicae administrant. Habent enim hi quoque disertum Dei verbum, qui suas leges tueri, ius dicere, honestatem publicam propagare, & scelera excindere, iubet. Cui si obtemperauerint, non deerit successus, etiam si multa obstare videantur. Similiter ad se hoc dictum transferant priuatum, qui vel agriculturae vacant, vel artificia manuarum exercent, & hoc vnum spectent, vt retia sua ad verbum Domini demittant, cuius benedictionem liberalem illico sentient. Atque utinam hunc fructum

Petrus Christo
obtemperat.

ex huius historię cognitione omnes referrent, vt de istis seriò cogitarent. Sed in hoc publicè & priuatim peccatur, quòd pleriq; lucem Euangelicam fugiunt, & inter humanarum rationis tenebras piscantur, non autem secundum Dei verbum retia sua demittunt, id est, nõ in hoc intenti sunt, vt sua studia atq; actiones, ad diuinę voluntatis regulam dirigant.

Gratitudo commendatur.

Postremò ipse Christus nobis spectandus venit, qui Petro ob præstitum sibi officiũ gratiam retribuit tanta liberalitate, quantã ille non ausus fuisset sperare. Docet autem suo exemplo, vt ipsi quoq; gratos nos præbeamus illis, à quibus beneficiũ accepimus. Admonet de hoc naturę lex, quę in brutis quoq; animantibus, beneficij accepti sensum atq; memoriã extare voluit. Quare rectissimè olim à Cicerone dictum fuit: Nihil est tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videãre. Ostendit præterea Christus hoc facto, se maris, adeoq; totius machinę mundi huius, Dominum esse, qui & gratiam suis referre, & eosdem vbiq; alere possit. Exant

Exod. 16.

Luc. 22.

Idem .n. ille est, qui Israëlitis in deserto cõtornices adduxit, manna depluit, aquarum perennes fontes in petris aperuit: qui item discipulis suis sic prospexit, vt nihil illis vnq; defuerit, etsi sine pecunijs & comæatu ab ipso emitterentur. Imò idem ille in animos hominum ius habet, & quosuis excitare potest, vt se seruis ipsius beneficos præbeant. Nimiũ ergò imprudentes & fatui sunt, qui dũ huic seruiunt, sibi ab inopia & hominum insidijs metuunt. Nos potius agnoscamus eius virtutem, quę in Euangelio se se exerit, & secundum hoc instituamus nostra omnia, vt eius fauore & gratia tui, felices, & beati viuamus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Cum autem hoc vidisset Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me: Nam homo peccator sum Domine. Pauor enim occupauerat eum, & omnes, qui cum eo erant, super captura piscium, quã comprehenderrant. Similiter autẽ & Iacobum & Ioannẽ, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis: Et ait ad Simonem Iesus: Ne metue, ab hoc tempore homines viuos capies. Illi autem cum subduxissent in terram nauigia, relictis omnibus secuti sunt eum.



Mnes quidem gratiæ suæ & æternę salutis thesauros Deus nobis in filio suo vnigenito, mira & incredibili liberalitate offert, nosq; ad eum amplexandum magnificis promissionibus excitat atq; hortatur: at pleriq; hominũ vili & obscura eius specie offensi, eum seruatorem & redemptorem suum agnoscere dedignantur. Sciebat ille hoc fore, & ideo ne quis iustam offensionis causam haberet, doctrinę suę miracula omnis generis coniunxit, quibus se & à Deo missum, & virtute diuina instructum, imò Deum verum esse abundè docuit: & miracula illa consilio sic temperauit, vt neminem terrerent diuinę virtutis splendore, sed potius iucundo & salutaris bonitatis eius gustu omnes ad ipsum recipiendũ inuiterent. Huius generis est in priori homil. in mirifica piscium captura æditum audiuius. Eo .n. ostendit Christus se maris & omnium, quę in mari sunt, Dominũ esse: quod verę diuinitatis argumentum est euidētissimum. Quis .n. hominum pisces sine lege natantes ex imis gurgitibus euocare & temerè vagantes in vnũ cogere potest præter Deum, qui illos creat & regit? Deinde docet nihil defore ijs, qui ipsi credunt atq; obediunt, ideoq; plurimũ fecit miraculũ hoc ad confirmandam quatuor discipulorum fidem, quos ad Apostolicum ministerium vocare voluit, ne relicta piscatione, ex qua hucusq; vixerant, sibi fame pereundũ putarent. Accedit tamen his tertium, quòd eodem totę prædicationis Euangelicę aut Ecclesiasticę ministerij ratio adumbratur, de quo in præsentĩ, quòd Dominus dederit, dicemus.

vt discipuli miraculo affecti fuerint?

Prius tamen videre oportet, vt miraculo hoc Petrus & socij eius affecti fuerint, de quo sic scribit Lucas: Cũ hoc vidisset Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me, nam homo peccator sum. Et mox huius dicti causa indicatur: Pauor enim occupauerat ipsum, & omnes, qui cum eo erant, super captura piscium, quã cõprehenderant. Similiter autem & Iacobum & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Primò ad genua

genus Iesu concidisse dicitur, qui antiquitus supplicantium mos fuit. Quid verò petit? Discede à me, inquit. Et quare? Nam homo peccator sum. Mira sanè postulatio, & mirabilior multò postulationis istius causa. Quid enim magis absurdum atque noxium magis petierat, quàm vt Christus à nobis discedat, sine quo salus nostra constare nullo modo potest? Et hoc quidem petunt, qui vel Deum & sacra omnia oderunt, vel propriæ iustitiæ fiducia elati, nullo alio Seruatore sibi opus esse putant. At nimis ineptum & imprudens fuerit, hominem peccatorem velle, vt à se Christus discedat, qui solus peccata expiat, & nos cum Deo Patre in gratiam reducit. Eò magis ergò nos Christi præsentiam expetere debemus, si nos peccatorum culpa grauatos esse sentiamus. Sed minus mirabimur Petrum, si causam huius dicti, & animum illius, proprius inspiciamus. Nec enim diffidentiae aut desperationis hæc vox est, multoq; minus animi à Christo alieni indicium, sed potius eius, qui Christi maiestatem & accepti beneficii magnitudinem rectè æstimabat. Cum .n. antehac (vt ex Ioannis capite primo colligere possumus) Christum doctoris loco habuisset, nunc in tanto miraculo diuinâ quoq; eius potentiâ agnoscat, & cum hac suâ indignitatè conferens, seq; mortalem & peccatorem esse cogitans, non potest non tanta illius familiaritate terri, eò quòd simul in mentem veniebat, Christum ab se minus honorificè tractatū esse. Exempla similia in alijs quoq; occurrunt, quorum pietas & fides in scripturis commendantur. Dauid certè, cum à Deo promissionem, de Messia, ex posteris suis nascituro, accepisset, tanta bonitatis & beneficentiæ consideratione abreptus, dicebat: Quis sum ego Domine Deus, & quæ domus mea, quòd me tantoperè euehis? Et nota est centurionis vox, qui Christo domum eius subituro dixit: Domine non sum idoneus, vt sub rectum meum intres, &c. Et sunt hæc quidem singularis pietatis argumenta, sed quæ simul de nostra miseria & infirmitate testantur, qua fit, vt, qui Dei præsentia imprimis opus habent, ea tamen terrentur, neq; illam ferre possunt, nisi is in tempore nobis consolationem adhibeat. Est ergò plus quam beluinus illorum stupor, qui, cum huius generis exempla passim occurrant, tamen ad eò non humiliantur in Dei conspectu, vt potius propriæ iustitiæ fiducia turgidi eum tantum non sibi debitorem facere audeant.

Admonemur autem in super hoc exemplo, vt Dei beneficia à nobis considerari debeant, vt verum atq; proprium salutis fructum ex illis percipiamus. Proderit primò diligenter inter se conferre Dei maiestatem siue excellentiam atq; nostram conditionem. Ibi mox tante elucebit inæqualitas, vt nulla inter nos & illum communio intercedere possit, nisi ille sese ad nos demittere dignetur. Est enim ille æterna sapientia: nos, quanti quanti sumus, stulticia sumus, ne percipere possumus, quæ sunt Spiritus Dei. Ille veritas est, nos mendaces sumus, & ex mendacijs siue serijs, siue ludicris summâ voluptatem capimus. Ille vis est omnium penetrans, & sese per omnia diffundens: nos infirmi, miseri, & imbecilli sumus, siue animi siue corpus nostrum consideres. Ille iusticia est, nos in peccato contempti & nati, nihil quam peccare possumus. Ille summum bonum est, quod & sibi ipsi sufficit, & omnibus creaturis suum ESSE largitur: nos ita omnium indigi sumus, vt vix vllum animal inuenias, quod pluribus subsidijs opus habeat. Accedit huic comparationi altera consideratio, qua multiplice Dei beneficentiâ nobis ob oculos ponamus, in qua exponenda facilius fuerit dicendum, quàm finem, inuenire. Nam vt ad generis nostri primam originem accedamus, quæ vniq; bonitas admirabilior fuit, quàm quòd hominè ex luto creauit Deus, vt esset, cui beneficiis faceret? In singulis autem eiusdem bonitatis indicia elucet, quando in vtero delitescentes misericè seruat, tuetur, alit, & tandem quasi ex sepulchro extractos in lucem producit. Ad hæc in nobis pascendis & seruandis omnes mundi partes occupatas habet. Nobis .n. coeli pluuiam, niues, rorem, destillant: nobis vndiq; circumfusus aer mouetur, vt & nos & reliqua omnia propter nos foueat atq; vegetet: nobis perennes fluuiorum atq; aquarum fontes fluunt, nobis terra omnis generis fruges producit: nobis perpetuo calore ignis vbiq; operatur: nobis equi, boues, asini, & reliqua iumenta omnia, laborat: ad nostrum deniq; obsequium aues, pisces, feræ omnes veniunt, vt in corruptissima hominis natura, atq; infelici conditione, adhuc pristinae aut veteris dignitatis vestigia agnoscas. Taceo nunc herbarum, gemmarum, & pluriarum rerum vires, quibus eas instruxit Deus, vt valetudini tuendæ seruire possint. Sunt hæc tanta tamq; multa diuinæ beneficentiæ argumenta, vt nullum tempus imò nulla hominum exercitissimorum facundia illis enumerandis possit sufficere. Maiora tamen sunt, quæ ad æternæ salutis negotium pertinent. Nam qui nullius indigus est, nobis miseris, & plursq; miseris, imò perditis, foedere coniungi dignatus est, & vt nos ipsi sociorum atq; amicorum loco esse constaret, voluntatè suam, & quæcūq; nobis cognitu necessaria sūt, regni sui

1. SAMU. 7.

LUC. 7.

Dei beneficia
quomodo con-
siderari debe-
ant

1. COR. 2.

IOAN. 14.

PSALM. 116.

1. COR. 1.

PSALM. 51.

GEN. 7.

IOAN. 13.

regni sui myſteria manifeſtauit, eaſque omnia literis mandari voluit, ne ab incertis reuelationibus pendentibus impoſtorum fallacijs atque inſidijs pateremus. Neq; in his ſubſtitit Dei beneficentia, ſed quaſi nihil in nos vnq; contuliſſet, filium quoq; vnigenitū dedit, cum nobis eo ad reparandam ſalutem opus eſſe videret. Venit is non in humilem modō & abiectā Petri piſcatoris nauiculam, ſed in mundum hunc venit, in vallem lachrymarum venit, imo in carnem miſeram & mortalem venit, vt nobis vnitus naturam noſtram Deo reconciliaret. Et cū in carne ageret, non ſolū docendo, & factis miraculoſis, ſe nobis familiariffimum præbuit, verū etiam facinoroſis accenſeri, & cum his infame crucis diræ ſupplicium ſubire dignatus eſt, vt nos ab omni ſclerum nexu exolueret. Neq; abiectiſſimum infelicis carnis pondus, cū ea ad peragendam generis noſtri redemptionē vniceſſet, ſed incorruptibilitate & immortalitate donatam in cœlos ſubuexit, vt illic pignoris loco eſſet, quod nos de regni cœleſtis poſſeſſione, olim obtinēda, certos atq; ſecuros faceret. Quodq; olim in terris agens fecit, hoc ipſū quotidie facere fatagit, quando nobis præſens adeſt, & ſeipſum atq; ſalutem æternam nobis per Euangelium offert, adeoq; expanſis brachijs, & clara voce, omnes ad ſe inuitat, qui laborant & onerati ſunt. Adde his quā patienter mores noſtros ferat, quā clementer noſtris delictis ignoſcat, quanta indulgentia noſtras querelas, & indigniſſima murmura, audiat, & nullum in illo patris indulgentiſſimi officium deſiderabis. Quæ ſta intra animos ſuos probè ſecum expendunt, nō poterunt non exclamare: Exi à nobis Domine, nam homines peccatores, & tantis beneficijs indigni, ſumus. Ecquid eſt homo mortalis, vt memoriam eius habeas? & filius hominis, vt inuiſas? Sed ō infelicem & deploratam noſtri ſeculi ingratiſſimam, qua pleriq; & temporalia & ſpiritualia Dei beneficia contemnunt, vel etiam iſdem turpiter ad omnem nequitiam abutuntur. Cauſa tanti mali eſt, quod eſſi ex illis fructum multiplicem percipiunt, quam tamen expendunt, vnde ea habeant, niſi quando, præter expectationem in aliquam calamitatem proiecti, ſe miſeros & infelices eſſe ſentiunt. At ne tunc quidem præſentis Dei bonitatem & ſuam ingratiſſimam agnoſcunt, ſed indigniſſimè ſecum agi clamant, & quaſi, quæ illis propria ſint, Deus eripuerit, eum tantum non in ius vocare audent, deſtinato illius rigore conqueri, quando ſupplices ad eius genua procidere, deq; illo ſibi reconciliando cogitare, debebāt. Sunt præterea alij, qui ne iudiciorum quidem Dei exemplum mouentur, & ea ſecuri contēnunt: aut ſi quando hunc ſibi iratū eſſe ſentiunt, tunc vel terrociter nimis aduerſus illū inſurgunt, vel deſperabundi eius faciem oderunt atq; fugiunt. Et hæc cū hodie paſſim ſiant, adhuc tamen nos miſeros atq; infelices eſſe miramur.

Matth. 11.

Pſalm. 8.

Chriſtus Petrum conſolatur.

Porrò ad Chriſtum veniamus, qui pia & ſancta inſirmitate laborantibus mox ſuccurreret, & ita eos conſolatur, vt ſimul miraculum hoc, & hiftoriam omnem, præſenti inſtituta accommodet. Nam ad Simonem, qui plus alijs trepidabat, conuerſus ait: Ne metues, ab hoc tempore homines viuos capies. Quibus verbis hoc dicere videtur: Ferret te rapiti miraculi cōſideratio, & meæ virtutis ſenſu conſternatus trepidas, ſed non in eū ſinem illud dididi, vt timeas, ſed vt ſpem bonam animo concipias, & ad functionem, cui te deſtinasti, fortiter accedas. Nunc enim multò maius opus te vocat. Qui enim hucusq; piſcibus capiendis intentus fuiſti, vt te tuamq; familiam aleres, ab hoc tempore homines capies, & quidem viuos, vt illis vitæ & ſalutis æternæ adminiſter ſis, &c. Quamuis autem in præſentiarum vni Petro loquatur, hæc tamen ad eius quoque ſocios pertinuiſſe, ex Matthæi & Marci narratione conſtat, qui eandem hiftoriam ſuccinctius deſcripſerunt. Continetur autem hiſ tota miniſterij Eccleſiaſtici ratio, de qua aliquid dicemus.

Homines piſcibus conſolantur.

Primū hinc conſideranda venit mundi, & in hoc agentium hominum condicio, illorum per mare adumbrari, nuper diximus. In eo itaque homines vitam degunt, piſcium inſtar. Nam vt hi nullis legibus parent, ſed temere vagantur, & alij alios deuorant atq; periclitantur: ita niſi maior aliqua vis homines coërceat, ipſi quoque excuſſo legum iugo, incertis dubijsque affectibus ducuntur, & ſibi ipſis mutuū interitum ſtruunt. Eſt hoc notius, quā vt multa demonſtratione opus ſit. Magna autem in hoc elucet Dei bonitas, qui talium rationem habet, deq; illis colligendis, & ab exitio vindicandis, cogitat. Debet huius conſideratio nos excitare, ne in carnis & affectuum licentia felicitatem noſtram ſiram eſſe putemus, ſed Deo nos in ordinem redigendos præbeamus.

Deus per Euangelium ex mundo colligit.

Qua autē ratione ſuos ex huius mundi pelago Deus colligit? Per Euangelij prædicationem. Nā quos præſciuit (inquit Apoſtolus ad Rom. 8. cap.) eoſdem & prædeſtinauit: quos verò prædeſtinauit, eoſ & vocauit. Vocationis verò externæ mediū ſiue instrumentū eſt Euangelium, quod non obſcurè Chriſtus innuit, Apoſtoliſ dicēs: Ite in orbē vniuerſū & prædicate Euangelium

Euangelium omni creaturæ &c. Et idem hoc apud Matthæum sagenæ confert, qua pisca-
tores innumerosi piscium captura uti consueuerunt. Huius verò prædicationem, non An-
gelis, sed hominibus certis commendat Dominus, quos ex communi mortaliū sorte dele-
ctos ad hoc munus destinauit. Et est hîc probè obseruandū, quòd in Matthæo 4. cap. dicit:
Ego vos faciam pisces hominum. Quia, n. nos non capimus, quæ sunt Spiritus Dei, &
ne ad cogitandum quidem idonei sumus, nemo hîc quicq; proficiet, nisi à Deo vocatus &
missus fuerit. Ideò Paulus ad Ephesios scribit, Christum dona Spiritus distribuere, & do-
ctores, pastores, Prophetas, Apostolos, dare, qui Ecclesiam colligant atq; ædificent. Et a-
libi, Quomodo (inquit) prædicabunt, nisi missi fuerint. Et huc quoq; pertinet, quòd qui
prius tota nocte nihil cœperant, nunc tantam prædam trahunt, quando ex Christi manda-
to reuera laxauerunt. Etenim in tenebris nequicquam piscantur, qui non expectata Domini
vocatione priuato affectu docendi prouinciam suscipiunt. Discant ergò legitimam voca-
tionem expectare, qui ad Ecclesiæ ministerium aspirant, ne dum hanc præuertunt, & sibi
ipsis onus imponant, cui ferendo non possint sufficere, & simul Ecclesijs damnum dent.
Qui verò ministros vocandi ius habent, eos querant, quorum eruditio, pietas, & docendi
dexteritas, iam antè satis perspecta sit. Nam et si hîc rudes & illiteratos pisces vocari
Dominus, non tamen hoc in exemplum trahi debet, ut hodiè ab Anabaptistis fieri solet.
Licet enim Christo qualescunq; vocare, quia nouas mentes formare, & subito Spiritus do-
nis suis instruere poterat: quod illum in Apostolis fecisse constat. At longè aliq est eorum
conditio, qui ut eligendo & vocando falli possunt: ita errorem ipsi corrigere non pos-
sunt, cum in hominum mentes nihil iuris habeant. Admonet de hoc Paulus, quando Epi-
scopum eligere iubet *didaktikon*, id est, qui ad docendum sit idoneus.

Cæterum doctoris officium quoque parabola hæc, & ipsius Christi verba, pulchrè
adumbrant, piscator in altum progressus rete iacit, & quicquid hoc complectitur, trahit,
neque de sepeandis inutilibus cogitat, donec vel in nauim adductos vider pisces, vel in
lanus redijt: Ita ministrorum est in mundum exire, verbum publicè omnibus prædicare, &
ad Ecclesiæ Christi societatem trahere omnes, qui accedunt, & se trahi patiuntur, neq; cir-
ca initia statim nimia curiositate inquirere, quinam illa digni aut indigni sint. Nam ut ferè
prædam omnem quasi è manibus amittunt, qui inter piscandum separationem faciunt, &
ut triticum cum Zizanijs euellunt, qui priusquam segetes adoleuerint illa tollere conantur:
ita importuni quidam priusquam Ecclesias constituant, intempestiuè excommunicationi-
bus plerosque absterrent, ne ad rete illud Euangelicum accedant: quæ causa est, ut inter-
dum magna segetis spes in ipsa herba extinguatur. Meminerint ergò omnes, se ad colli-
gendum potius, quàm ad dissipandum, destinatos esse, neque reme in alienas conscien-
tias sibi ius & imperium vendicent. Deinde viuos capere debent homines, & ut ijdè Chri-
sto viuant curare. Quis enim piscatorem probauerit, qui adhuc reti inclusos pisces occidit?
Ita nunquam poterunt viuifici verbi administri ceteri, qui docendo hominibus mortem
accerunt. Faciunt autem hoc, qui aut nimio rigore ad desperationem adducunt, aut indul-
gentia nimia auctores sunt, ut in vitijs atque sceleribus computrescant, qui Christo viuere
debeant. Hîc ergò simul officij admonentur, qui ex credentium numero haberi volunt.
Horum est, ut & se capi patientur per Euangelium, & capti viuant. Non enim Christi pi-
sces sunt, qui adhuc in mundo vagantur, & huius desiderijs vacant: Neq; illi gratus cibus
sunt, qui non se illi hostiam viuentem sistant, ut per ipsos Deus glorificetur. Ideò passim
Apostoli monent, ut quotidie peccato moriamur, resurgamus autem ad vitam no-
uam. Sitit & esurit **CHRISTVS** salutem nostram. Huius ergo desiderij membra esse cu-
piunt.

Cæterum dum officium magno cum successu faciunt pij Euangelicæ doctrinæ præ-
cones, duo ferè incommoda incidere solent, quæ & ipsis in miraculi huius historia
stus adumbrari voluit. Primò rete scissum fuisse audiuimus, quo indicatur, semper fore al-
quos, qui simplici veritatis doctrinæ contradicant, & Ecclesiæ vnitatem scindant. Nam ut
Paulus ait, oportet sectas esse, ut manifesti fiant, qui probati sunt. Et harum ferè auctores
sunt, qui aut veteris superstitionis fermentum cum Euangelico miscent (quod olim fecerunt)
qui cum ex Pharisæis Christiani facti essent, legis iugum credentibus imponere ausi sunt)
aut ambitionis æstro exagitati, præ alijs sapere volunt, & ut emineant nouorum dogma-
tum auctores sunt. Ita Arium olim impiam doctrinam inuexisse, & pestilentissimum
schisma excitauisse, historici tradunt, quòd Alexandrinæ Ecclesiæ episcopatum non
potuisset

Matt. 13.

1. Cor. 2.

2. Cor. 3.

Eph. 4.

Doctoris Eu-
angelij officij
um.

Matth. 19.

Rom. 6.

Marc. 11.

Ioan. 19.

Incommoda
que Euangelij
doctoribus
accidunt.

1. Cor. 11.

Act. 15.

potuisset obtinere: quod ipsum multis alijs accidisse constat. Atque utinam non idem hodie etiam fieret ab ijs, qui ne, quid ignorauisse, aut in aliquo errauisse, videantur, precipua Papisticae superstitionis fulcra, Christum impanatum, & simulachrorum usum in templis, pertinacissimè defendunt, & maximum negotium faciunt ijs, qui in reducenda primitiuae Ecclesiae puritate laborant. Alterum incommodum fuit, nauiculæ nimio pondere depressæ submersio. Accidit & hoc frequenter, ut Ecclesiae maximo oneri sint, & eam tantum non deprimant, qui non alio, quàm carnis, studio ad illam accedunt. Ex horum numero sunt, qui aut commodum priuatum quærunt, aut sub Euangelicæ libertatis præextu peccandi licentiam venantur. Tales Apostolorum numero fuere Ananias, Simon Magus, & *ἀντιμα*, illi, id est, inordinati & exleges, de quibus in Epistolis Paulinis frequens fit mentio. Hodie etiam maximus eorum numerus est, qui non alia de causa Euangelium profitentur, quàm ut ex Ecclesiae & cœnobiorum bonis ditescant, & excusso omni disciplinae iugo licenter uiuant. Sunt hi grauisima Ecclesiae onera, & labes sunt publicæ, quibus tota Euangelij doctrina infamis redditur. Attamen non terreant horum exempla pios. Ut enim in præsentem littus educuntur pisces illi, quamuis & rete scindatur, & nauicula tantum non submersa fatiscat: ita nihil obstabit, quò minus electos suos in beata immortalitatis littus ex furentis mundi Oceano *CHRISTVS* educat, ut cum ipso uiuant & regnent.

Act. 5. 8.

Petrus & socij Christum sequuntur.

Ioan. 10.

Gen. 12.

Quomodo Apostoli sua omnia reliquerunt.

Matth. 27.

Ioan. 3. 19.

Marc. 14.

Ioan. 11. 12.

Redeamus nunc ad Petrum, & socios eius, qui, cum nauigia in terram subduxissent, relictis omnibus Christum secuti sunt. Atqui multa erant, quæ illos ab instituto reuocare poterant, sicuti alibi diximus. Sed maior est diuinæ uocationis atque fidei vis, quàm ut illis remoris impediri possit. Nam ut paulò antè monuimus, quos prædestinauit Deus, eisdem efficaciter vocare solet, ut intra animos suos illuminati uerbo eius credant, & Spiritus sancti tractum studiose sequantur. Et huc pertinet illud Christi: Oues meæ uocem meam audiunt, & sequuntur eam. Etenim qui diuinæ bonitatis gustum fide non ficta percipiunt, ijs nihil antiquius est, quàm cum Deo coniungi, & ideò non possunt non Christum sequi, & amplecti, quem nobis gratiæ diuinæ Mediatorem datum esse audiunt. Similis obedientiæ exemplum in Abrahamo Moses proponit, qui Deo uocante solum natale cum domo patria & agnatis omnibus reliquit, etiam si nesciret, ubinam terrarum ipsi sedes nouas parauisset Deus. Quod ipsum à Matthæo quoque factitatum fuisse, in hoc ipso capite Euangelista noster narrat, sicuti etiam id ipsum die Matthæi Apostoli explicatur.

Attamen minimè superuacaneum fuerit uidere, quomodo Apostoli omnia sua reliquerint. Abutuntur enim horum exemplo multi, qui & ipsos perperam imitantur, & promiscuè ab omnibus, ut idem faciant, exigunt. At si Euangelistas audiamus ita in præsentem sua reliquerunt, ut iisdem, quàm diu licebat, adhuc usi sint. Nam in domum suam postea Petrus iterum diuertit, & nauim atque retia habuit, quibus ad piscandum adhuc uisus est, cum Christus ex mortuis resurrexisset, quod Ioannes diligenter narrat. Interea uerò, quia illos ad functionem altiore Christum destinauerat, necesse fuit, ut eos sibi familiares faceret, & ut comites ipsius indiuisi essent, quod à vulgo credentium minimè requisit, quibus domi suæ subsistere, & rebus suis vacare, licuit, ut in Iosephi, Nicodemi, Simonis, & Lazari, ciuium Bethaniensium, & multorum aliorum, exemplis est uidere. Tandem cum tempus illud uenisset, quo Euangelium in toto orbe prædicari oportet, tunc procul relictis omnibus, commissum sibi munus summo studio obiuerunt. Præposterius ergo & inepu- nimis (ne quid grauius dicam) Apostolorum imitatores sunt, qui cum nulla Dei uocatione urgeantur, relictis uxoribus, liberis, & rebus domesticis omnibus, incerti oberrant, & cum nemini uiles sint, ex alieno tamen uiuunt. Idem de Monachis dici potest, nisi quod hi Christo & Apostolis simul turpissimè illudunt, quando paupertatem professi uoluntariam in omni rerum abundantia securi & otiosi delitiantur. Itaque in Sanctorum gestis non omnia in exemplum trahi debent, ne, dum præter uocationem nostram illos imitamur, impij simus nostræ stationis desertores. Verbi quidem ministris ista necessitas incumbit, ut posthabitis alis rebus omnibus, se totos functioni suæ dedicent, ad quam uocati sunt. Reliquis sufficit, si suæ etiam uocationi intenti, in ea officium sedulo faciant, simulque parati sint, si ita ferat necessitas, omnia sua relinquere, & extrema, quæuis pati pro Christo Iesu: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ RETIS EIECTI IN
nomine Christi precatio.

Omnipotens, aeternæ, viue, vere Deus, qui misso Filio tuo, aeternam tibi ex genere humano colligis Ecclesiam, agnoscimus sine tuo numine, nihil esse in homine: praluceat igitur nobis laborantibus in tenebris & confusionibus huius vitæ, Sol iustitiæ, Filius tuus, qui in mentibus nostris accendat veram lucem fidei, nitentem tua misericordia & auxilio. Et tu iudica nos, ut in vocatione nostra simus felices, & tibi seruiamus in fide & bona conscientia. Mittito etiam continua serie fideles ministros, qui rete in tuo nomine eyciant, qui fundamentum veræ doctrinæ rectè tradant, & secent: Facito, ut eorum labor sit felix in te, neq; verbum tuum ad te reuertatur vacuum. Infirmos etiam & vacillantes tuo Spiritu, & Ecclesiæ tue coniunctæ testimonijs confirma, ut inter nos seruetur concordia. Et ut sublatis omnib; dissidijs: falsorum dogmatum, quæ spargit odio tui, tuus, & generis humani, hostis, diabolus, perperuo seruiamus vnum in Filio tuo, & eluctati ex paenitentibus conscientia, habeamus consolationem, pacem, & letitiam in te, Amen.

DOMINICA VI. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

MATTH. V. CAP.

HOMILIA I.

Quisquis igitur soluerit vnum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Quisquis autem fecerit & docuerit, iste magnus vocabitur in regno cælorum. Dico enim vobis, nisi abundauerit vestra iustitia plus quàm Scribarum & Phariseorum, vos nequaquam ingressuros esse in regnum cælorum.

NE DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS DOCTRINAM nouam, legi & Prophetis contrariam, tradere putaretur, cum graui asseueratione paulò antè testatus est, se non venisse, vt legem & Prophetas dissoluat, siue aboleat, sed vt impleat: Et ea occasione docuit, tam stabilem esse verbi Dei, per Mosen & Prophetas traditi, veritatem, vt ne tunc quidem aliquid illi sit decessurum, quando in aduentu suo glorioso coelum & terra in nihilum redigentur. Quo dicto vt librorum veteris testamenti authoritas validissimè asseritur contra Anabaptistas, & alios, qui illos reiiciunt: ita simul admonet Dominus, nihil in Ecclesia tradi debere, quod in legis & Prophetarum doctrina non fundetur. Quia enim hi omnes de ipso testati sunt, non possunt pro Orthodoxis haberi, quotquot noua & ab his dissentientia dogmata inuehant. Et huc facit præsens hic locus, cuius prima parte, quod dixit, omnibus doctoribus in genere applicat: Altero Phariseos reiicit, qui & doctrinam nouam tradebant, & iustitia peculiari sese ostentabant, quæ neque Mosis neque Prophetarum authoritate nitebatur.

Priore parte sic dicit: Quisquis igitur soluerit vnum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum, &c. Intelligit autem regni cælorum nomine Ecclesiam, in qua cœlitus nata Deus regnat, & quam hic olim in cœlos transferet, vt aeterna beatitudine secum fruatur. Itaque sensus verborum est: Cùm ea sit voluntas Dei, per legem patefacta, constantia & stabilitas, vt totam mundi machinam potius dissolui oporteat, quàm huic aliquid derogetur, tam abest, vt ego eam dissoluere aut abolere velim, vt potius affirmem, neminem doctorem fidum fore, aut in Ecclesia ferendum, qui illam non plenè & perfectè tradiderit. Etenim si cuius ea vel negligentia vel audacia fuerit, vt vel docendo, vel vitæ proprio exemplo, vnum ex minimis hisce mandatis abole-

In Ecclesia nihil tradi debet, quod legi & prophetis repugnet.

at, is minimus, adeoq; nullus erit, in regno cœlorum: id est, indignus erit, qui vel postre-
 mum in Ecclesia locum teneat, nedum vt doctoris munere fungatur. Minima autem vocat
 quædam legis diuinæ mandata, non quod reuera parua aut contemptibilia sint, sed ex
 hominum sensu loquitur, quibus nonnulla non vsq; adeo magni momenti esse videntur.
 Nam si Dei maiestatem consideres, nihil quod ipse mandat, minutum aut contemptibile
 videri debet: nec qui ipsissima est sapientia & veritas, in legibus ferendis circa res inuti-
 les aut inanes occupatur. Sed & Sacerdotum atq; Scribarum peruersum iudicium
 atq; audaciam præstringit, qui inter Dei præcepta distinguebant, vt quædam tanquam
 minus necessaria negligenter, circa alia verò solliciti erant, quæ neque ad Dei gloriam,
 neque ad hominis salutem, aliquid momenti conferebant. Et huc referri debet, quod
 infra illos mentham, & anethum & cuminum decimare, quæ autem grauiora sunt o-
 mittere dicit, iudicium videlicet, & misericordiam atque fidem, vbi addit: Duces cæ-
 ci, qui excolatis culicem, camelum autem deglutitis, &c. Vide Matth. 23. & 15.
 cap.

Euangelij præ-
 cones quales
 esse debeant.
 Isa. 58.
 Iere. 1.

Luc. 24.

In præsentī ergo Apostolos, & horum successores, officij sui admonet, vt nimi-
 rum Euangelium, & quæ per hoc nobis offertur Dei gratiam, sic prædicent, vt homines
 sub legis obœdientia atque disciplina contineant. Quod ergo olim Prophetis dictum fu-
 it, vt populo peccata sua annuncient, & verbi tuba omnes ad resipiscentiam excitent, di-
 ruant item & extirpent, quæcumque cum Dei voluntate discrepant, hoc ipsum ad noui
 quoque Testamenti ministros pertinet. Ab hac certè doctrinæ parte Ioannes Baptista cœ-
 pit, quem *CHRISTVS* secutus, Apostolos quoque ab eadem voluit initium face-
 re, quando in nomine suo, prædicare iubet resipiscentiam, & remissionem peccatorum.
 Quæ causa est, quod hi non solum in genere mortificationem carnis, hominis totius in-
 nouationem, & vitæ sanctimoniam, prædicant, sed insuper singulis pro sui loci & ordi-
 nis ratione officia sua præscribunt, & ita quidem, vt doctrina ipsorum cum lege & Pro-
 phetis omnino conueniat. Denique Paulus prædicationis Euangelicæ scopum, ad
 quem ministri collimare debeant, esse dicit, obœdientiam fidei, quæ omnes hominum
 sensus, desideria, intellectum atque voluntatem, Dei verbo subijciat, vt his subactis atque
 mortificatis, Deo sese sistant, viuentem hostiam.

Vita doctrine
 respondeat.

De his ergo in præsentī discipulos suos admonet Dominus, & quia parum profici-
 unt, qui, quod docendo ædificant, vitæ & morum improborum exemplo destruunt, eos
 demum magnos fore dicit in Ecclesia, & honore dignos, qui præcepta Domini fecerint,
 & docuerint. De quo verbi ministros quàm maxime sollicitos esse oportet. Quia enim in
 Ecclesiæ specula constituti sunt, neque latere possunt alios, quæ ipsi faciunt, eò gra-
 us & nocentius est scandalum, quod ex illis nascitur, si vitam viuam petulantem, & mo-
 rum licentiæ indulgeant. Enimuerò vt ab omni vitio immunes sint, fieri non potest, ne-
 que audiendi sunt Anabaptistæ & horum socij, qui omnes natos ideo obseruant, vt illos
 cum doctrina damnandi occasionem inueniant. At cauendum est, ne quid flagitiosum
 designent, & quod meritò in quouis alio repræheadatur. Quod ipsum de ijs quoque di-
 citur, qui ad Reipublicæ gubernacula sedent, ne suo exemplo bonis legibus ipsi suam
 auctoritatem derogent, & alijs illas transgrediendi authores sint.

Euangelio
 non abolentur
 bona opera.

Phil. 3.

Interim breui hoc dicto eorum calumnias diluit Dominus, qui per Euangelij præ-
 dicationem bona opera aboleri, & omnem morum disciplinam euerti clamant. Non
 quidem inficiamur, inueniri passim homines, mundo & carni deditos, qui sub Christi-
 ani nominis prætextu ita viuunt, vt illud propter ipsos malè audiat, neque deesse docto-
 res, qui fidem in *CHRISTVM* ita prædicant, vt mortificationis carnis, rege-
 nationis, obœdientiæ fidei, nullam omnino faciant mentionem, & insuper mundo,
 ventri & gulæ, addicti, exemplo suo alijs licentiæ ansam præbeant. Sed non debet isto-
 rum enauia & improbitas Euangelio fraudi esse. Tales enim olim quoque fuerunt tem-
 pore Apostolorum, vt ex Paulo apparet, qui ad Philipenses scribit: Cauete canes, ca-
 uete malos operarios, cauete concisionem. Nam complures incedunt, quos sæpe dixi
 vobis, nunc autem & flens dico, hostes crucis *CHRISTI*; quorum finis est exitium,
 quorum Deus venter, & gloria cum confusione ipsorum, qui terrestria curant, &c. Non
 igitur nouum est, tales etiam hodie inueniri, qui caueri quidem debent, non autem Euan-
 gelio imputari debet, quod illi faciunt.

Dispensatio-
 nes & indul-
 gentiæ papales

Sed mirum est aduersarios nostros Euangelio acceptum ferre, quod mali illi
 operarij & canes muti faciunt, non autem animaduertere, quid in Papatu fiat:
 vbi inter

ubi inter peccata distinguitur, ut alia pro capitalibus & mortalibus (ut ipsi loquuntur) alia pro venialibus habeantur, de quibus sacrifici precio accepto dispensant. Quid verò hoc aliud est, quam legis præcepta soluere, & diuini iudicij metu liberare homines carni deditos, quo solo possunt in officio contineri? Adde, quòd ab ipso *CHRISTO* traditam præceptorum legis expositionem soluunt, quando hac non mandata obseruatu necessaria, sed consilia modò contineri aiunt. Et ij, quorum autoritate istud fit, hodie in Ecclesia principes & capita summa haberi volunt, & omnem correptionem eijciunt. Sed Christo teste, nulli sunt: imò digni sunt, qui cum seruo illo nequam in tenebras exteriores eijciantur. *Matth. 23.*

Quia verò Christus hoc dicto Scribas & Phariseos pungit, qui suis traditionibus (ut audiemus) legem soluebant, sciebat autem, quam magna esset horum autoritas propter scientiæ & sanctimoniam existimationem, quam sustinebant, nunc propius cum illis congreditur, utque discipulos suos à stolidi eorum admiratione abstrahat, euidenter demonstrat, hypocritas esse, qui verum legis sensum atque usum iam pridem corruperint, & sub illius prætextu impiè cum Deo ludant, adhuc iustitiam tradant, quæ à regno Dei excludat potius, quam huius ciues faciat, sic dicens: Dico enim vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, vos nequaquam ingressuros esse in regnum cælorum. Quibus verbis hoc omnino vult dicere: Dixi magnum fore in regno cælorum eum, qui mandata Dei docuerit, simulque fecerit. At nolim hoc dictum ita intelligi, quasi externa siue politica & ciuili præceptorum legis obseruatio, quali sese Scribæ & Pharisei ostentant, ad salutem sufficiat: neque etiam velim vos, qui aliquando orbis terrarum doctores eritis, non aliam iustitiam tradere, quam quæ ab istis huc usque tradita fuit. Quin potius edico vobis, vos nunquam ingressuros esse in regnum cælorum, nisi vestra iustitia abundarit, id est, perfectior & præstantior fuerit, quam Scribarum & Phariseorum est. Et hoc dicendo, illorum doctrinam simul & iustitiam damnat. Ut verò rectius locum hunc intelligamus, videre oportet, primò, quæ Scribarum & Phariseorum iustitia fuerit: deinde, quæ ista sit, quam Christus requirit.

Quod ad Phariseos, repetendum hinc erit, quod aliàs diximus, annis ante natum *CHRISTVM* circiter centum viginti quinque Sadduceorum & Phariseorum sectas exortas fuisse, quando Antiochij tempore schola græca Hierosolymæ aperta fuit. Inter hos alij præstantiores erant Pharisei, qui stoicorum placita secuti, virtutis studiosiores erant, & in populo docendo magis industrii. At hi cum stoicis liberum hominis arbitrium asserabant, & vires hominis prædicabant, quibus legi satisfieri posset: quod omnis erroris atque corruptelæ principium fuit. Quia enim de lege non altius sentiebant, quam quòd ciuilem modò obœdientiam requirat, iustitiam omnem in externa, & quæ secundum literam præstat, præceptorum Dei obseruatione, consistere arbitrabantur: si videlicet vnus & solius Dei nomen profiterentur, Idolis abstinerent, Dei nomine neque ad peierationes, neque ad alios illicitos vsus, abuterentur, Sabata supersticiosè obseruarent, neminem sua manu aut consilio occiderent, nullius vxorem polluerent, neque alicuius bona inuaderent, nullum item dicerent falsum testimonium. Interim de cordis munditie & puritate nihil dicebant, ut neque de innata nobis vitiositate, quæ obstat, quò minus legem possimus implere. Ut verò apud vulgus sanctitatis & iustitiæ existimationem obtinerent, in ieiunijs publicis frequentes erant, elemosynas item in publico faciebant, publice in foro & compitis precabantur, adhuc crebris ablutionibus vacabant, & vestitu quoque ad hypocrisim composito ab alijs volebant discerni.

Quæ omnia illis *CHRISTVS* alibi exprobrat, & eos sepulchris dealbatis confert, quòd animos haberent plenos auaritiæ, rapinarum, odij, & aliorum scelerum. Itaque iustitia eorum planè Philosophica erat, quali inter gentes multi claruerunt, & quales hodie apud multos inueniuntur, qui à veri Dei cognitione sunt alieni. Accedebat his error omnium nocentissimus, quòd in hac sua iustitia meritum salutis constituerent, cuius fiducia suos quoque discipulos dementatos à iustitia Dei, quam hic in promisso Seruatore offert, abducebant. Quod non aliud erat, quam imperitis *CHRISTVS* spectauit, quando apud Lucam eis exprobrat, quòd lauem cognitionis siue scientiæ sustulerint, & neque ipsi ingrediantur in regnum Dei, neque alios ingredi sinant. *Matth. 23.* *Luc. 11.*

finant. Hanc ergo illorum iustitiam in præfenti damnat, ceu inutilem & perniciosam, & ne propter illam in pretio habeantur, simplices atque imperitos monet.

Pharisæorum
nostri seculi
iustitia.

Quo loco obseruabis, quid de nostri seculi Pharisæis iudicari debeat, qui ipsi quoque arbitrij libertate & suarum virium fiducia superbi, salutem sui meriti esse putant: sanctitatem verò vestitu insolito, ciborum delectu, preculis meritorijs, laboriosis & cum periculo coniunctis peregrinationibus, cereorum incensionibus, votis superstitiosis, Missarum oblationibus, simulachrorum cultu, psalmodijs non intellectis, & sexcentis alijs, metiuntur, quæ *DEVS* nusquam præcepit, cum interim, quod ad mores & vitæ consuetudinem, ne Pharisæicæ quidem iustitiæ, & honestati studeant, sed absque omni pudore atque ratione libidines vagas sectentur, luxu diffuant, fastu & pompa principes superent, & eisdem crudelia de *CHRISTI* cultoribus persequendis consilia suggerant, imò bellorum authores sint, inque sanguine *CHRISTIANO* toti volentur. Atqui hæc hodie studia, hi mores sunt Antistitum, qui Spirituality nomen sibi solis vendicant, vulgus autem Christianorum, non absque contumelia publica, Laicorum nomine appellant. Annon ergò horum admiratoribus atque Sectatoribus rectè dixeris: Nisi abundauerit vestra iustitia plus quam Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, Canonicorum, Sacrificorum, Monachorum, Lolhardorum, Beguttarum, & totius Cleri Papistici, non intrabitis in regnum caelorum?

Christianorum
iustitia quæ?

Alteram ergò iustitiam isti opponit *CHRISTVS*, quam à suis, vt obseruatu necessariam, exigit: eam nimirum quæ non in externa & ciuili præceptorum legis obseruatione & actionibus externis consistat, sed cor & animum, qui omnium consiliorum atque actionum fons est, totum Deo vendicat. Hanc verò vt assequamur, genuino & germano legis sensu opus est, qui nos de proprio & necessario illius vsu edoceat, qui duplex est. Primus, vt peccatum arguat, & in huius cognitionem deducat: id est, vt non solum, quæ contra voluntatem Dei fiunt, accuset, sed inhærentem quoque naturæ vitiositatem, quam in nobis non agnoscimus, in lucem protrahat, peccati conuictos, & de nobis ipsis atque iustitia nostra desperantes, ad *CHRISTVM* deducat, qui nobis à Deo iustitia factus est. Alter, vt vitæ secundum Dei voluntatem instituendæ rationem, omniumque actionum certam regulam, tradat, quam tutò sequi possimus, postquam in *CHRISTO* renati ad vitæ nouitatem aspiramus. Et hæc fidei iustitia est, quam Apostoli passim commendant, & pro qua tantopere pugnant aduersus eos, qui hominem ex legis operibus iustificari & seruari contendebant. Ita verò dicitur, non quòd in otiosa & inani fidei professione consistat, sed quòd Christus fide apprehensus nos ab omni peccatorum & vitiosæ naturæ reatu absoluit, seipsum verò & iustitiam suam nobis communicat, ad hæc ex verbi sui semine Spiritus sancti virtute renatos innovat, vt procul relicto vetere homine nouum induamus, & (vt Paulus de seipso scribit) iam non nos viuamus, sed in nobis ipse viuat. Atqui hæc illa iustitia est, quam in præfenti Christus requirit, quæ Scribarum & Pharisæorum, adeoque omnium aliorum, qui ex operibus iustificari volunt, iustitiam longè superat, & sola Deo placere potest, atque regni caelorum ciues facere: eò quòd non nostrorum operum (quæ in sanctissimis quoque vitiosa sunt & imperfecta) merito, sed dilecti illius Filij, *IESV CHRISTI*, merito nititur, & hominem totum, quod ad corpus & animum, Deo in obsequium vendicat, & fructus fert vberrimos, per quos Deus glorificatur, homines item edificantur, & in melius proficiunt. Meminem ergò meueant hypocritarum calumnia, quibus leuicula videtur fidei iustitia, imò hanc bonis operibus inimicam esse aiunt. Nam si rem ipsam quis consideret, illa omnes hominis vires atque intellectum lupera, & sola arbor illa bona est, cuius fructibus *DEVS* gaudet, vt alibi proluxius dicitur.

Iustitia propria,
non aliena
exigitur.
1. Cor. 1.

Nunc autem obseruatu dignum est, quòd non de iustitia aliena, sed nostra, Dominus loquitur. Nisi abundauerit (inquit) iustitia *VESTRÆ*. Propriè quidem loquendo iustitia aliena seruamur, *CHRISTI* nimirum, qui (vt paulò ante diximus) nobis à Deo iustitia factus est. At eadem nostra fit per fidem, qua & hanc & illum apprehendimus, quod nisi fiat, neque noster erit *CHRISTVS*, neque per illum iustificabimur. Videtur autem ille particulam istam Scribarum & Pharisæorum traditionibus, planè sacrilegis, opposuisse, qui suos sectatores in iustitia aliena

sue meritoria salutis spem ponere docebant. Exemplum huius imposturæ infra capite decimo quinto narratur, ubi illis exprobrat *CHRISTVS*, quod filios in Carbonam deferre iuberent pecunias, quas potius in parentum alimoniam impendere debuissent: quod parentum salutem istis filiorum collationibus aduari docerent. Nec dubium est, quin hoc figmentum alijs quoque ceremonijs externis applicarint, vt quæstum vberiolem facerent. Hunc igitur errorem, *CHRISTVS* in præsentî reprehendit & damnat, suos autem monet, vt vnusquisque iusticiam in seipso habeat, non alienæ merito nitatur.

Est autem admonitio hæc nostris quoque temporibus admodum necessaria, *Opera supererogationis.* quando in Phariseorum locum subreperunt Monachi, qui simili impostura supererogationis opera finxerunt, quæ ad se venientibus pretio vendunt: qua nundinatione nihil audacius vel impudentius fingi poterat. Primum enim suæ vitiositatis immemorantes se non modò iustos esse, sed iustitiæ operibus ita abundare putant, vt de suo alijs largiri possint. Id verò contra omnium sanctorum exemplum faciunt, qui se in peccato conceptos & natos esse fatentur, Deumque supplices rogant, ne cum ipsis *In Psalm. 51. 130. 143.* ingrediat in iudicium. Deinde *CHRISTI* gloriam in se transferunt, quando ex scripturis constat, hunc solum esse, qui suo merito alios iustificare & seruare possit. Præterea quæstum instituunt plus quam Simoniacum. Simon enim ille Samaritanus *Actor. 8.* emere prius voluit, quod alijs venderet: at isti, quod non emerunt, & quod non habent, venum exponunt, vt reuera fumos vendere dici queant: *CHRISTVM* ipsum videlicet, quem fide nunquam apprehenderunt: & cælos, quos esse plerique eorum non credunt, peccatorum remissionem, quam in sinu suo scurriliter rident. Quibus addunt opera illa sua, quæ paulò antè recitauimus, suas nimirum vigilias, lectiones, cantiones, ieiunia, oria, preclararum demurmurationes, & alia huius generis, quibus nihil inanius fingi poterat, cum neque ex fide fiant (quæ nulla esse potest, vbi Dei verbum nullum est) neque cum charitate coniuncta sint, cum nulla ex illis ad quenquam mortalium redeat vtilitas. Itaque relictis impostoribus istis *IESVM CHRISTVM* omnes amplectantur, qui, quæ nobis meruit, gratis donat, neque pro thesauris carbones dat, qui denique seipsum nobis donat, nosque sibi infans, sua membra facit, vt ipso tanquam proprio gloriari possimus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen. *Rom. 10.*

HOMILIA SECUNDA

Audistis, quòd dictum sit antiquis, non occides: quisquis autem occiderit, tenebitur iudicio. Ego verò dico vobis, quicumq; irascitur fratri suo temerè, tenebitur iudicio: Quicumq; verò dixerit fratri suo, Raca, tenebitur confessu: quisquis autem dixerit, fatue, tenebitur gehenna ignis.

DIXIT NVPER *CHRISTVS*: NISI ABVNDAVERIT vestra iustitia plus quam Phariseorum & Scribarum, nequaquam ingressuri estis in regnum Dei. Causa huius dicti, quòd Pharisei sentirent, legem non aliud, quam externam & ciuilem obædientiam, siue iusticiam, exigere, quæ humanis viribus præstari posset. Quorum sententiæ populus quoque acquiescens, de vera iustitia, ad quam lex deducit, ne cogitabat quidem. Vt ergo suos discipulos ab hac persuasione abducat, docet nunc, legis mentem latius patere, & ea hominem totum requiri. Quia verò quæ in genere dicuntur, non omnes intelligunt, neque sibiipsis applicant, in præsentî ad interpretationem legis accedit, & exemplis aliquot rem omnem illustrat. Nam adductis aliquot præceptis, ostendit primum, vt ea Scribæ & Pharisei suis interpretationibus, vel potius additionibus, corruperint, & in sensum alienum detorserint: deinde verum eorum sensum aequè vsum tradit. *Christus legem interpretatur.*

Christus non
nouam legem
dedit.

Rom. 7. 8.

Deut. 6.

Deut. 30.

Leuit. 18.

Psal. 19.

Matth. 19.

Matth. 10.

Luc. 18.

At hinc ante omnia obseruari debet, *CHRISTVM* non (vt quidam arbitrantur) nouum legislatorem agere, neque veteri aliquid adijcere, vt eius defectum farciat. Constat enim sibi semper Dei voluntas. Deinde legi, si eam in se spectes, nihil deest, sed in carne nostra (vt Paulus ait) infirmatur, vt per eam non possint iustificari, & salutem consequi: per se autem tota spiritualis est. Nam huius verba sunt: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima, & omnibus viribus tuis. Adhuc perfectam fidei & vitæ rationem tradit, cui si quid defisset, falsi vtique conuinceretur Moses, qui de illa dixit: Contestor hodie aduersus vos cælum & terram, vitam & mortem proposui vobis, benedictionem & execrationem, &c. Falsi item argueretur ipse *DEVS*, qui dixit: Custodieris ritus meos, & iudicia siue statuta mea, quæ faciens homo, in eis viuet. Temerè etiam dixisset David: Lex Domini integra est, conuertens animam, &c. Quid, quòd ipse *CHRISTVS* non aliam viuendi rationem nobis præscribit, quàm quæ in lege traditur? Eos etiam, qui ex operibus suis iustificari, & vitam consequi volebant, ad legis præcepta remittit? quòd minimè facturum erat, si illis aliquid sciuisset deesse. Quapropter hoc loco neque nouas leges ferre, neque veteri quicquam addere, neque etiam illam corrigere voluit, sed Phariseorum & Scribarum falsis expositionibus obscuratam & eneruatam in integrum (vt sic loquar) restituere, & germanum eius vsum indicare, quem tunc vulgò ignorabant.

Christus non
consilia dat,
sed legis præcepta
exponit.

Quia verò non nouam de lege doctrinam *CHRISTVS* profert, neque præcepta noua condit, sed, quo sensu vetera accipi debeant, docet, vehementer errant, qui non contenti inter veterem legem & *CHRISTI* de moribus præcepta distinxerunt, insuper ex his consilia finxerunt: quasi non quid necessariò fieri debeant mandare, sed consulere modò, voluerit, quid faciant, qui alijs perfectiores esse volunt. Fuit hoc Diaboli commentum, quo & veterem illum Scribarum errorem in Ecclesiam reducere, & religionem Christianam prorsus euertere conatus est. Primò enim fuit hæc compendiosissima ratio, qua iustitiæ veræ studium impediret, & homines ab animorum puritate, ad inanem operum ostentationem, abduceret. Deinde ipsum *CHRISTVM* sua autoritate spoliavit, vt qui consilia modò proponat, quæ nos pro nostro arbitrio vel sequi vel negligere possimus. Denique notuos Phariseos peperit, qui, sub perfectionis Christianæ prætextu, cum Deo simul & hominibus impiè luserunt. Et mirum fuit, potuisse hoc tam putidum commentum persuaderi hominibus Christianis, qui sciebant *IESVM CHRISTVM* nobis doctorem datum esse, ea conditione, vt ipsum audiamus, & animarum quoque interitum eos mereri, qui eius dictis non obtemperant. Vide Matthæum decimo septimo, Deuteronomium decimo octauo capite. Cæterum relictis primæ tabulæ præceptis, quæ non minus, quàm alia, Scribæ adulterauerant, ab ijs orditur, quæ in secunda habentur, & ad fraternam charitatem atque innocentiam pertinent: nimirum, quòd error in his admissus crassior erat, & à quibusuis facilius poterat agnosci. Et in initio præceptum de homicidio adducit, quod in Decalogo sextum habetur.

Lex de homicidio
quomodo à
Scribis corrupta.

Exod. 20. 21.

Deut. 19. 27.

Audistis (inquit) dictum fuisse antiquis: Non occides: quisquis autem occiderit, tenebitur iudicio. Præceptum istud recitat, non quale in lege à Deo promulgatum fuit olim, sed quale à Scribis & Phariseis iam diu recepto more proponebatur. Etenim lex simpliciter, ne occidamus prohibet, & *DEVM* mortis supplicium ei statuisse docet, qui hominem occiderit. Adhuc cum eadem concupiscentiam quoque prohibeat, & in genere maledictos pronunciet eos omnes, qui non omnia Dei mandata fideliter seruauerint, vtique animum quoque ab omni inuidiæ & odij affectu, & in primis à vindictæ cupiditate vult alienissimum esse, & ad Dei tribunal eos citat, qui fratri temerè & ex affectu prauo irascuntur, aut illum oderunt. Ideo præceptum istud ita debebat explicari: Lex dicit: Ne occidas: quisquis igitur fratri irascitur, & corde suo ad vindictam inflammatur, is Deo iudice violati præcepti reus est: quanto minus igitur huius iudicium estugiet, qui quam iratus animo concepit vindictæ cupiditatem, gestu, voce, conuitio aut execratione prodit? At illi, quasi huius legis executio ad iuris ciuilibus modò cognitionem pertineret, dicebant: Non occides. quisquis autem occiderit, tenebitur iudicio, id est, in iudicium trahi, & in

& in factum eius inquiri, & si cædis iniustæ conuincatur, capitis damnari debet. Ita verò legis Dei non alium usum docebant, quàm politicum aut ciuilem, quo homicidiorum licentia coërcetur, quasi illa de ijs solis loquatur, qui suis manib. aliquem iugulant, se autem planè absolutos putabant, si manus à cæde abstinuissent, licet animus ira, & vindictæ cupiditate, totus arderet: licet aliorum opera in cædibus faciendis improbe abuterentur. Quæ etiam causa fuit, quòd cum Christum Pilato traderent, prætorium ingredi noluerunt, ne polluerentur, cum interim innocentem ad immane crucis supplicium postularent. Quid verò hoc aliud fuit, quàm Dei præceptum soluere, & eius quasi aciem hebetare, ne in corda penetraret, & illic latentem homicidij reatum argueret?

Ioan. 18.

Itaque huic corruptelæ legis suam sententiam Christus opponit, his verbis conceptam: Ego verò dico vobis, quicumque irascitur fratri suo temerè, tenebitur iudicio, &c. Vbi ante omnia obseruabis, quòd pro imperio loquens suam auctoritatem recepit, & sententiæ opponit: in quo aliqui veterum diuinitatis testimonium obseruauerunt. Prophetæ enim olim in suis concionibus hoc subinde ingerebant: Sic dicit Dominus. Apostoli autem quicquid dicunt, Christi nomine proponunt, cuius legati sunt, neque priuata sua auctoritate aliquem grauant. At Christus directè suum mandatum commentis scribarum opponit, & vt æternus Dei Filius pro imperio loquitur. Et sensus verborum est: Hactenus quidem sic instituti estis, quasi innocens sit & legi satisfecerit, qui neminem manu occidit: at ego plus quiddam exigo, non quidem vt nouus legislator, sed vt verus legis interpres, quam vestri illi doctores suis expositionibus obsecurant, & eneruant, aut saltem non bona fide dissimulant, &c.

Christus pro imperio loquitur, vt pote Deus.

Debet hinc generalis doctrina colligi, Christi auctoritatem verustati, & consuetudini receptæ, anteponi debere, & frustra longi temporis præscriptionem & multorum consensum iactari in ijs, quæ ad Deum & æternæ salutis negocium spectant. Etenim ea est humani ingenij corruptio & vitiositas, vt figmentis inanibus magis, quàm veritate, plerique delectentur, & idèd illa facilè recipiunt, & recepta mordicus retinent. Et vetustissimus error est, Satanæ concilia Dei expressis mandatis præferre. Hoc in ipso mundi exordio primi parentes fecerunt, quando serpentis verbis fidem habuerunt, & Dei præceptum transgressi sunt. Cur ergo hodie excusantur, qui idem faciunt? Vetustissimus etiam eorum error est, qui plures Deos olim finxerunt, in quos munditotius gubernationem partiti sunt. Num verò eos idcirco probabimus, qui eadem cum illis persuasionem decepti, solis nominibus mutatis, hodie idem faciunt? An non Deus adhuc idem est, qui olim fuit? vel num scripturas iam antiquatas putabimus, quæ illum vnum colere & inuocare docent? Idem de se sceleribus dici potest, quæ multi vetustate, & communi exemplo, excusant: sed adèd ista non iuuant apud Dei tribunal, vt potius eò grauius puniantur, quòd diutius & latius regnant. Primus certè mundus diluuiò perijt, quòd omnis caro corrupisset viam suam. Et in scripturis passim occurrunt loci, in quibus Deus queritur, quòd in vijs patrum suorum ambulent, qui ipsius præcepta obseruare debuerant. Itaque quicquid hodie nonnulli in suarum superstitionum siue scelerum defensionem prætexant, nos ad Christum respicere, & quid hic pronuntiet, audire debemus.

Christi auctoritas receptæ consuetudini præferenda.

Gen. 3.

Deut. 6. Matth. 4. Gen. 6.

Quid verò illud est, quod Christus in præsentì dicit? Quicumque irascitur fratri suo temerè tenebitur iudicio: Quicumque verò dixerit fratri suo Raca, tenebitur confessu: Quisquis autem dixerit, Fatue, tenebitur gehenna ignis. Quibus verbis hoc omninò vult dicere: Lex, dum homicidium prohibet, simul, vt huius causæ caueatur, monet: quare non adhuc satisfecit legi, qui neminem iugulauit, sed qui animum & cordis affectum ita cohibet, vt ab omni cædis cupiditate & meditatione alienus nullo omnino animi irati, & vindictæ cupidi, indicium vel verbo vel facto præbeat. (Vtq;) euentius legis mentem exprimat, tres facit transgressionis gradus, & singulis suam poenam constituit.

Lex de homicidio exponitur.

Primus eorum est, qui fratri suo irascuntur temerè. Non enim de quauis ira loquitur, sed ea, qua absq; iusta & graui causa homines exardescunt. Est enim ira quædã sancta, quæ nimirum cum zelo gloriæ Dei coniuncta est, & eorum non interitum, sed salutem querit, quibus irascimur. Talis erat Moyses, qui eò vsq; excanduit, vt tabulas fæderis abiectas frangeret, quando Dei fœdus ab Israëlitis impiè violatum esse videbat, non sine publici & communis omnium interitus periculo. Laudatur etiam ab ipso

1. Ira prohibetur. Exod. 32.

Num. 25.

Deo Phineos ira, qua inflammatus impurum Zambri cum scorto Madianico confodit, ut verum Dei cultum, & huius gloriam, assereret. Ad quem modum magistratus quoque irasci debent sceleratis omnibus, qui scandalorum publicorum auctores sunt. In præsentem igitur de illis agit Christus, qui fratri temerè irascuntur vel causa omnino nulla prouocati, vel saltem leuicula & iniusta. Et hos iudicio teneri ait: Loquitur autem de iudicio Dei, qui non modò actionum, sed cordium quoque inspector atque iudex est. Itaque ad Dei tribunal eos protrahit, qui secundum scribarum & Phariseorum interpretationem se legi satisfecisse, & ab homicidij culpa prorsus immunes esse, arbitrabantur, si necentiam sua eos gloriari, quos Deus ipse legis violatæ reos agat.

Iac. 11.

Neque Christus alicui rigidior æquo videri debet, etenim totum hominem sibi vendicat Deus, cum autem cor siue animus potissima & nobilissima illius pars sit, qua ratione legem seruauisse dicitur, qui licet manus sanguine non commaculauit, iratus tamen animum iniqua & insana cordis cupiditate polluit. Nec temerè à Iacobo dictum est, irā viri non facere iusticiam Dei, sed potius hominē accendere, ut neque Dei neque sui ipsius rationem habebat: quod Philosophi olim obseruauerunt, quando iram dixerunt breuem ināniam siue furorē esse, cum quo nihil rectè, nihil consideratè, fieri possit. Quam verè autem hoc ab illis sit dictum, iratorum gestus, oculi, nares, dicta, facta denique omnia satis indicant, & exempla multorum docent qui irati ea faciunt, quorum ipsos non modò post pudet atque pœnitet. Itaque huius præcepti Christi memores, iram exardescens in initio statim restinguamus, & abstinemus ab ijs, quibus eam in nobis accendi sentimus, quæ non vnius generis esse solent. Alios enim libido indomita ut canes extimulat, alios ambitionis æstrum, alios ebrietas, et vinum intemperanter sumtum, alios alius aliquis affectus, si huic indulgeant. Obseruent ergo ista in semetipsis singuli, & occasiones omnes vitent, quibus irritari possunt.

2. Raca siue indignantis nota.

Secundus gradus eorum est, qui fratri suo dicunt Raca. Est hæc indignantis vox, qua animi irati affectus exprimitur absque conuicio tamen & contumelia: quales in omnibus linguis multæ sunt. Hos autem, qui iram eiusmodi indicio produnt, confessu siue concilio teneri dicit Christus: Loquitur autem ex more Iudæorum, apud quos *σωφρονας* erat, quod rectè confessum iudicium dixeris, in quo causæ cognoscebantur, & pœnæ decernebantur ijs, qui contra legem aliquid designassent. Itaque sensus est, eos qui fratri Raca dicunt, dignos esse, de quibus coercendis iudices ordinarij statuunt. Quia enim iudicium est pacem cum priuatam tum publicam inter ciues tueri, vique occasionibus quoque omnibus pro virili debent occurrere, quibus illa violari aut turbari potest. Et videtur Dominus hoc loco simul negligentiam magistratum perstringere, qui ista nihil ad se pertinere putabant, si non vis alicui fieret: qui enim fructus erat legis, per scribarum expositiones adulteratæ. Simul autem non obscure innuit, quod etsi iudices cessent, tales tamen olim in confessu illo cœlesti reos fore, quando Apostoli sedebunt ad iudicandum duodecim tribus Israël, ut infra Petro interroganti respondit Dominus 19. cap.

3. Conuitia.

Tertium gradum eorum facit, qui fratri suo dicunt, farne: & quicumque hoc fecerit (ait) tenebitur gehenna ignis, id est, dignus est, qui ad inferos detrusus æternis cruciatibus puniatur. Fuit enim olim gehenna, vallis Hinnom, locus Hierosolymæ vicinus, vbi filios suos Iudæi plus quam barbara crudelitate Deo Moloch viuos immolabant. Alio autem nomine idem locus Tophet dicebatur, nimirum à sono tympanorum, quibus interea omnia resonabant, ne miserè ardentium eiulatus exaudiretur. Quia ergo hæc infernalis & planè Diabolica erat crudelitas, sacri scriptores infernum, qui æternis impiorum supplicijs destinatus est, vallem Hinnom vel gehennam & Tophet dixerunt, ut vel hac ratione ab illa impia & parricidali immanitate populum absterrerent. Facit huc Isaïæ locus, qui inferos describens ait: Preparata est (inquam) & hanc profundam atque amplam fecit, penetrabile eius ignis, vis lignorum ingens, quæ status Domini ceu torrens sulphureus incendit. In Euangelio autem frequentior est gehennæ mentio, nimirum quod hoc nomine infernus tunc vulgò appellaretur. Quod ad verò huius loci argumentū, verborum Christi sensus est, eum, qui animi irati commotionem non solum aliqua significatione vocis prodiderit, sed insuper in conuicium eruperit, quo fratris existimatio læditur, eum, absque omni contradictione mereri, ut ad inferos detrudatur, æternis pœnis excrucians.

Isa. 40.

Ex toto

Ex toto autem conuictorum genere illud nominat, quod leuissimum & omnino nullius momenti esse vulgò putatur, vt doceat, nihil nobis debere leuiculum videri, quo proximi dignitas vel minima ex parte violatur. Et sanè non ad eò leue est fatui conuictum, vt vulgò putatur. Fatuus enim dicitur, qui ratione, qua à brutis differimus, destituitur, & proinde insipidus & ineptus est ad omnia. Qui ergo aliquem fatuum dicit, quasi ex hominum ordine exclusum, ad bruta detrudit, vt indignum, qui inter homines censeatur. Quis verò hanc iniuriam leuem esse dixerit? In ipsum Deum certè ea redundat, quando ex eo gradu detruditur homo, in quem ille eum euexit. Quòd si verò quis reuera fatuus est, idem commiseratione dignus est, neque ei odiosè exprobrari debet, quod neque ab ipso neque aliquo alio mortalium potest emendari. Qui pauperi illudit (inquit Salomon) probro afficit factorem eius. Quantò rectius hoc de eo dicitur, qui misero conuiciatur, cui Deus rationis vsum abstulit. Quia ergo hac ratione & charitatis lex violatur, & Deus ipse ignominia afficitur, vtique gehennæ supplicio dignissimus est, quisquis iræ tantùm indulget, vt proximo conuictum faciat. At si ita puniri meretur, qui, quem fratris loco habere debebat, fatuum dicit, quantò grauior erit eorum culpa, quorum rabies eò vsque exardescit, vt hoc atrociora effutiant, qui denique diris deuouent, & æterni sanctique Dei nomine ad exaturandam iræ suæ intemperiem abutuntur.

Sed hinc querat aliquis, quid de Paulo dici debeat, qui Ananiæ pontifici dixit: Percutiat te Deus paries dealbate? qui idem Galatas stultos appellauit & fascinatos? Cui respondeo, agi hinc de conuictis, quæ irati ex affectu prauo & præcipiti faciunt, non vt proximi vitia corrigant, sed vt infamem reddant, vel etiam malè perdant. Quòd verò Paulus fecit, iustis & grauibus de causis fecit. Nam quòd ad Ananiam, necesse erat confidentem & incurabilem hypocritam ad Dei tribunal citari, & eidem laruam detrahi, ne rudiores & simplices illa porrò deciperentur. Galatis verò ita iratus fuit Apostolus, non vt ipsis malè vellet, & vel infames vel perditos cuperet, sed, vt amoris paterni affectum nunquam exuerit, omnemque lapidem mouerit, vt in viam rectam eos reduceret. Et quia sibiipsis in sua inconstantia placebant, merebantur durius compelli, vt agnita sua stultitia de salute diligentius cogitarent, & huius consilium admitterent. Itaque officium fecit Paulus, & iure ei in eos, quos Christo genuerat, licuit, quod Patrilicet in filios. Quòd ipsum de omnibus debet intelligi, qui aliquos seuerius compellant ex officio, dum saluti eorum consultum cupiunt. Ita enim charitati studere debemus, ne sub huius prætextu sal admonitionum & correptionum, de quo Saluator noster supra hoc ipso cap. 5. agit, infatuatus nobis pereat.

At quia de his dicendi locus sæpè occurrit, nunc finem & scopum obseruemus, quem Christus sibi in tota hac disputatione propositum habuit: vt nimirum doceat, lege non solùm actiones hominũ gubernari, sed eam in corda & animi recessus penetrare, vt totum hominẽ Deo vendicet in obsequium fidei: & proinde frustra securos esse, quasi legẽ impleuerint, qui actu quidem à sceleribus abstinent, corda autem cupiditatibus illicitis obsessa & polluta habent. Ita verò simul arguit malitiosam scribarum & Phariseorum hypocrisim, qua sese & iusticiam suam cum propriæ salutis iactura venditabant, & simul alijs quoque perditionis authores erant, qui per eos persuasi externam illam obedientiam sufficere arbitrabantur, nihil interim solliciti de cordis munditie, quæ sola Deo placet.

Itaque verum & germanum legis vsum nobis tradit, ad quem hæc nobis seruire debet: Vt nimirum nos ipsos in illa, ceu speculo lucidissimo, contemplemur, & non solùm quid fecerimus, sed etiam qui simus ex matris vtero, & quàm nullæ nobis ad rectè agendum vires sint, intelligamus. Quòd enim Paulus dicit, peccatum non cognoui, nisi per legem: non de factis modò, quæ contra legem fiunt, intelligi debet, sed de tota etiam hominis natura, cuius vitiositas & infirmitas siue impotentia sese prodit, si ad legis canonem examinemur. Nam vt huic præcepto, de quo nunc agitur, insistamus, quis obsecro gloriari poterit, se iratum nunquam fuisse, & quidem sine iusta & graui causa? vel quis animo est tam miti & moderato, vt, quam corde concipit, iram non aliquo iudicio prodatur? Annon qui optimi sunt, interdum temerè deuouent ei Nabal fecerat, ita excãdui, vt totam eius familiam excindere statueret. Quis verò sibi ab omni conuictio semper temperat? Quòd cum verissimè dicatur, quid aliud ex lege, quàm damnationis sententiam & exitium, sperare possumus?

Fatuus conuictum.

Prouerb. 17.

Obiectio de Paulo Act. 23. Gal. 3.

Finis huius expositionis.

Proprius legis vsum.

Rom. 7.

1. Sam. 25.

At

At non oportet hinc subsistere, quasi iam finem suum lex attingerit, sed cur illa nos damnet, videndum est. Nimirum ut ubi salutem nostram, quoad nos desperatam, videmus, ad thronum gratiæ recurramus per eum, quem Deus Pater nobis mediatorem fecit, Iesum Christum, videlicet, qui, quod legi impossibile erat præstitit propter eam, quæ in nobis hæret impotentiam, ipse abundè præstitit. Itaque proprius & genuinus legis usus est, ut peccati conuictos quasi pædagogus manu deducat ad Christum, & nos in illius merito atque intercessione confidere doceat. Docent hoc Apostoli passim, & in primis hoc referri debet, quod Ioannes in priori sua Epistola causam istam omnem ceu compendio complectens sic scribit: Filioli, hæc scribo vobis, ut ne peccetis. Quod si quis peccauerit, aduocatum apud Patrem habemus, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris solùm, sed etiam pro totius mundi. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Gal. 3.
Proprius legis
usus.
1. Ioh. 2.

HOMILIA TERTIA.

Igitur, si munus tuum attuleris ad altare, & illic memineris, fratrem tuum habere aliquid contra te: omitte illic munus tuum coram altari, & abi, primum reconciliator fratri tuo, & tum veniens offer munus tuum.



VT DEVS TOTVM HOMINEM, QVOAD COR-
pus & animam, creauit: ita totum quoque sibi vindicat, & ideo in lege iubet, ut ipsum super omnia diligamus ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus nostris. Ex quo sequitur, eos nondum satisfecisse legi, qui actu nihil aduersus illam designarunt, sed ut inhærentes nobis carnis cupiditates frenemus necesse est, ne quid cogitemus, velimus, cupiamus, quod cum bona Dei voluntate pugnet. At si ad hanc regulam seipsum homo examinauerit, mox videbit, se non transgressorem modò legis esse, sed hanc præstitit esse impossibilem: ideoque sibi alia iusticia opus esse, quæ in vno Christo habetur. Quia verò doctrinam hanc non omnes intelligunt, & ut olim scribæ illam suis interpretationibus corruperunt: ita hodie etiam ab illis fieri solet, qui suorum operum meritum atque iusticiam stabiliunt, Christus de vero legis sensu & usu diligenter agit. Exorsus est autem à præcepto homicidij, quo docuit, non cædes modò, sed iram quoque prohiberi, ne hanc vel gestu, vel conuicio, vel quacunque comminationis specie, prodamus: Etenim Dei iudicio teneri omnes, qui fratri temerè irascuntur, gehennæ autem reos esse, qui hunc fatuum dixerint, aut aliquo conuicio leuiori læserint. At hinc dicat aliquis: Audio, quid lex velit, sed simul, quid fieri, video. Sunt inter homines omnia plena iniuriarum, quæ rixas & contentiones pariunt. Fit ergo, ut sancti quoque irascantur, & irati faciant, quæ lex prohibet. Quid ergo faciam? Num de salute mea desperabo? vel num quia gehennam semel merui, iræ indulgebo, & quod vindictæ cupiditas iubet, perficiam?

Deut. 6.
Luc. 10.

Quid faciendū
exortis disti-
dijs.

Ad hanc quæstionem ergo Christus in præsentem per præoccupationem responderet, & huius mali remedium ostendit: ut ne iram, & animo conceptas inimicitias, diutius foueamus, sed absque omni mora rationem & viam quæramus, qua fratribus reconciliemur, cum quibus nobis aliqua similtas siue dissensio intercedit: ne videlicet ex ira, diutius seruata & nutrita, odium nascatur, cuius comes est inuidia, ex quibus coniunctis iniuriæ iniurijs accumulatur, quæ tandem pugnas & cædes pariunt. Imò quia odiū contumelia & cædes spirat, homicidij reos facit apud Dei tribunal omnes eos, qui illi indulgent. Ideo Ioannes Apostolus dicebat: Omnis qui odit fratrem suū, homicida est, sunt autem loci huius partes duæ, quæ totidem argumenta habent, quibus nos ad fouendam concordiam fraternam hortatur.

1. Ioh. 3.

Sine reconcili-
atione cu fra-
tribus nullus
cultus Deo
gratus est.

Prima docet de necessitate salutis esse, ut fratribus, qui à nobis dissident, quam oculis simè reconciliemur: Eò quòd, nisi id fiat, Deo cultum gratum & acceptum præstare non possimus. Igitur si munus tuum (inquit) attuleris ad altare, & illic memineris, &c. Loquitur pro eius seculi more & consuetudine, quando oblationes omnis generis sacrificiorum adhuc in usu erant, ideoque nimirum ridiculi sunt, qui ex hoc loco sacrificium

Missa

Missa & altaria defendunt, & hæc in nouo etiam Testamento adhuc locum habere dicunt. Etenim nobis vnus Iesus Christus & victima est, quæ semel immolata peccatorum remissionem plenam meruit, neque, vt amplius immoletur, necesse habet: & idem altare quoque nostrum est, super quo nosiplos, & preces, atq; elemosynas nostras, in sacrificium boni odoris Deo Patri offerimus, neque alia sacrificia præter ista Christiani nouerunt. Itaque pro illius seculi ratione (vt diximus) in præsentem Dominus loquitur, & muneris siue oblationis nomine totum cultum Dei externum comprehendit, & sensus verborum est, omnem cultum, quantumuis magnificum, Deo improbari, quod ad nos cum fratribus, qui per nos aliquando læsi sunt, non conueniat, & proinde plus quam necessarium esse, vt de illis reconciliandis citò & seriò cogitemus. Argumentum ex Christi verbis eiusmodi formari potest. Vt cultus noster Deo probetur, ex nobis in gratiam redire oportet, quæ nos ei ingratos & inuisos faciunt: Atqui Deo quam maxime improbantur, adeoque exosi sunt, quotquot charitatem fraternam violant, & odia, semel concepta, irremissibiliter fouent: Ergo illa ex animo eijci, & cum fratribus in gratiam redire oportet, vt Deo cultus noster acceptus sit. Maior indubitatè vera est, & communi sensu nititur: quando nobis quoque ingrata sunt officia, quæ ab ijs præstantur, quos non sine causâ exosos habemus. Minorem totius scripturæ consensus probat, & ipsius Dei ingenium atque natura abundè confirmat. Etenim Deus ipsissimè est charitas, neque aliquid aliud tam diuinum est, quam omnes diligere, omnibus bene velle & immerentibus quoque benefacere. Qua ratione ergo Deus pro filijs agnosceret eos, qui odia animo suo fouent? quomodo eorum cultu delectari poterit, qui aduersus fratres malè affecti sunt, neque de his sibi reconciliandis cogitant? Quàm ergo nobis salus nostra cordi est, tam seriò nobis annitendum est, vt cum fratribus, quos offendimus, in gratiam redeamus.

Quia ergo res hæc tanti momenti est, ita de ea Christus loquitur, vt singula propè verba suam habeant emphasim. Primò enim non obiter, & quasi aliud agens, ista pronunciat, sed ex ijs, quæ proximè præcesserunt, hoc colligens, quid facere debeamus, consulit. Quasi diceret: cum ista sic sese habeant, vt, qui fratri suo temerè irascitur, vel quaecunque iræ indicium præbet, coram Deo legis violatæ reus, & gehennæ supplicio dignus sit: nemo putauerit illi probrari posse, quicquid tandem fecerit, quisquis iræ illius aut etiam odij vestigia in illius conspectum attulerit.

Deinde, quid talis faciat, monet. Si (inquit) munus tuum attuleris ad altare, quod ita dicitur, vt eum, non de illicitis gentium & idolatrarum, sed de legitimis sacrificijs loqui constet, quæ ex Dei instituto apud Iudæos fiebant. Neque dicit, si quid alienum, aut rapto quæsitum, attuleris: sed, si munus tuum, quod reuera tuum, & quasi domi tuæ natum, aut tuo pretio emtum est, Deo offerre staueris, &c.

Tertiò, & illic memineris fratrem tuum habere aliquid contra te, id est, te fratrem aliqua affectisse iniuria, vel quamcunque causam præbuisse, propter quam te odio prosequatur, aut litem tibi intendat, &c. Ita verò admonet, vt quoties in Dei conspectum venire, aut sacra facere volumus, prius in nosiplos descendamus, vitam, & dicta factaque nostra, examinemus, quid nimirum fecerimus, quid locuti simus, num quis per nos dicto aut facto læsus sit, num cum aliquo nobis lis intercedat, aut num quis de iniuria, sibi facta, possit conqueri, &c. Hoc (inquam) examine opus est, ne in Dei conspectum animos, aliquo affectu prauo præoccupatos, afferamus, aut alij eiusdem Dei aures querelis iustis & grauibus de nobis fatigent. Quod igitur in præsentem de sacrificaturis dicit Dominus, hoc ipsum nos quoque faciamus, quoties in eorum sacram concedere volumus. Frustra enim communionem aut societatem Ecclesiæ profitebimur, si intra animos nostros odia & simulates foueamus.

Quartò, munus apud altare deponere & relinquere iubet, non autem abijcere, & illinc fugere, vt nunquam redituri. Qua particula docet, non quidem gratas esse Deo oblationes, quæ ab eiusmodi hominibus offeruntur, attamen eosdem non desperare debere, modo officium faciant.

Quintò, quodnam illud sit, docet: Abi (inquit) & primùm reconciliator fratri tuo, & tum veniens offer munus tuum: Vt primùm scilicet cum fratre in gratiam redieris. Ergo neq; prorsus excludit tales, neque ad certum tempus à sacrorum communione abstinere iubet, sed liberum illis facit, imò iubet, vt quod prius desperant, nunc ritè perficiant,

Quid faciunt, qui Deum colere volunt?

Munus tuum.

Recordatio iniuriarum.

Munus relinque ad altare.

Recordatio cum fratre.

perficiant. Quo loco in primis obseruari debet, quod non dicit: Abi, & confitere peccatum tuum sacerdoti, & nouum aliquod sacrum in illius expiationem institue, vel sacrificum aliquem conducito, qui pro te apud Deum satisfaciatur. Ita verò scribarum & Phariseorum doctrinam arguit, qui non magna reconciliationis inter fratres ratione habita, nihil aliud quam sacrificia, & victimas frequentes, requirebant: nimirum ut quæstum maiorem facerent ex sacerdotio. At simul confutantur huius loci autoritate Pontificij doctores, siue illi sacrificuli, siue Monachi fuerint, qui hodie homines sceleratissimos, post omnia charitatis fraternæ, & amicitia, iura violata, ad confessionem auricularem, & satisfactiones inutiles, remittunt, hoc nimirum vnice quærentes, ut ipsorum auaritiæ satisfiat, non ut malè parata restituantur, & inter se concilientur, qui iniurijs mutuis adhuc pugnant. Faciunt hi idem planè, quod Phariseis, Matth. 15. & 23. cap. Christus exprobrauit: non minus autem, quam illi, peccant, qui ipsos secuti peccunijs in altari depositis, & omnis generis oblationibus, atque donarijs in templis suspensis, suas rapinas, furta, fraudes, cædes denique, & quæcunque aduersus fraternæ charitatis leges designauerunt, expiare conantur, non sine sceleris, cuius ipsos nondum pœnitet, superba ostentatione. Atqui docet in præsentis Christus, ne ea quidem reconcilia Deo probari, quæ ex suo largiuntur, qui cum fratribus læsis nondum sunt reconciliati. Et apud Isaiam præces quoque eorum Deus rejicit, qui manus, sanguine plenas, ad ipsum expandunt. Paulus denique dicebat: Si insulam alendis egenis omnes facultates meas, & si tradam corpus meum, ut comburam, charitatem autem non habeam, nihil iuuor. Et tu ô infelix, te salutem æternam mereri credis, si ex alienis spolijs impuros & ignauos Monachos sagines, egentibus interim, & Deum vltorem inuocantibus, illis, quos præter omne ius & fas spoliauisti?

Isai. 1.

1. Cor. 13.

Dei bonitas & Philanthropia.

Hof. 6.

Iohan. 4.

Isa. 29.

Heb. 11.

Gal. 5.

Contra duos & tenas es odij.

Psal. 120.

Reconciliatio cum fratre usque necessaria est.

Est autem hoc loco diligenter consideranda incomparabilis & plusquam paterna Dei bonitas, cui mutua inter homines charitas & concordia ita cordi est, ut eam suo cultui præferat, adeoque quem ipsi debemus honorem, illi ad tempus velit cedere. Quod enim hic dicit Christus, infra cap. nono & duodecimo repetet, & Prophetæ Hofeæ testimonio confirmat, per quem olim Deus dixit: Misericordiam volo, & non sacrificium. Qui locus huic doctrinae imprimis seruit. Cum enim illic exposuisset Deus fucatam Israelitarum & Iudæorum pœnitentiam, quam illi in cultu externo consistere arbitrabantur, hunc nubem matutinæ, & rori manè cadenti, & mox exiccato, confert, simulque quid ab ipsis hucusque requisierit, docet, misericordiam videlicet, quæ mutua dilectionis, beneficentiæ & concordia nutrix est, & Dei cognitionem veram, quæ ut fidem gignit non fucatam, ita in tota hominis vita atque actionibus sese prodit. Neque hoc temerè sic dici putabimus. Scimus enim Deum externis cultibus nequaquam opus habere, sed animum atque cor totum requirere. At qui hoc illi consecratur, eum in Spiritu & veritate colunt, neque eos contemnere aut negligere possunt, quos à Deo diligere, & sibi ab eodem tam diligenter commendari, audiunt. Quod si verò illos negligant, adeoque dissensiones & odiū fouent potius, quam remittunt, nã illi vel hoc vno argumento abundè testantur, se Dei præcepta non magnifacere, & ex eorum numero se esse, quorum cultum Deus per Isaiam rejicit, quod ore quidem ad ipsum appropinquant, & labijs eum honorent, corde autem ab eo procul absint. Et cum sine fide Deo nemo placeat, hæc autem per charitatem agat, quis quæso illos Deo probari dixerit, qui sua in retinendis odijs pertinacia testantur, se charitatis fraternæ nullam rationem habere?

Id verò primùm consolari debet eos, qui reconciliationis cum fratribus cupidius ipsos difficiles, & duos nimis, experiuntur, adeo ut suam facilitatem sibi probro vertis eoque insolentius contra se illos efferri, videant quò diligentius ipsi reconciliationem quærunt. Est hoc pijs acerbissimum, & scimus Dauidem olim de hac suorum hostium duriti implacabili conquestum fuisse, quos barbaris, & à Dei populo alienissimis, gentibus confert et inter alia dicit: Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: sed, dum illis loquor, ipsi bellum moliuntur. Fuit autem causæ Dauidis vindex acerrimus Deus, qui & ipsum defendit, & improborum illorum pertinaciam fregit, imò incurabiles duris exemplis perdidit, sicuti in tota Saulis historia apparet. Quod ipsum omnibus accidis, qui illos imitantur. Qua enim alia ratione Deum placabunt, si ne cultum quidem neque præces eorum ille recepit?

Discant ergo præterea omnes homines, nihil tam necessarium esse ad præsentis vitæ tranquillitatem, & æternæ salutis possessionem consequendam, quam facilitatem illam

illam animorum, qua eos reconciliare nobis studemus, quibus cum his, aut similtas aliqua, intercedit. Etenim ex Domini nostri Iesu Christi mandato precamur: Remitte nobis debita nostra, sicuti & nos remittimus debitoribus nostris. Nisi ergo ex animo condonemus ijs, qui nos offenderunt, proprii oris testimonio nos ipsos damnamus, imò quod grauius est, precando Dei iram & damnationem nobis accersimus, & exitiales nobis fiunt preces, quæ vnicum sunt & tutissimum salutis præsidium in omni aduersorum genere. Et huc refertur parabola heri, cum suis seruis rationes subducens, de qua dicitur Dominica vigesima secunda post Trinitat. Quòd si verò ijs remittere debemus, qui nos offenderunt, quantò magis nos de ijs placandis, & nobis reconciliandis, laborare debemus, qui aliquam causam contra nos habent, & à nobis iniuriam aliquam passi sunt.

Ceterum hinc etiam atque et videndum erit, ut reconciliatio sincera sit, & ab omni dolo & fraude aliena. Etenim inter homines nemini bono probantur, qui (ut prouerbio dicitur) vna manu panem ostentant, altera lapidem, quo incautos feriant, abscondunt, id est, qui amicitiam & pacis studium ore & verbis simulant, cum animus eorum, odij & inuidiæ affectu occupatus, hostile quid meditetur. At multò minus, qui tales sunt, Deo probantur, qui cum ipsissima sit veritas, nihil perinde, ut mendacium & hypocritism, abominatur: in primis autem eam hypocritism odit, quæ saluti aliorum insidias struit, & sub amicitia simulatione nocere studet. Et qui hac vtuntur, infelicis Iudæ socij sunt, qui Christum osculo prodidit. Quod quia inter huius seculi filios nimis vulgare est, non absque causa sapiens ille monet, ne inimico temerè credamus: nimirum quòd sciret, alitè in mentibus hominum repostam manere acceptarum iniuriarum memoriam. Nos verò etsi admonitionis huius nunquam debeamus obliuisci, quando cum illis nobis res est, quos Dei Spiritu nondum regenitos esse constat, ne quid in hac re dolo malo fiat, sedulo cauere decet. Itaque Dei Patris exemplum imitemur, qui cum inimici & filij iræ essemus, nos ipse quaesuit, & Filium suum vnigenitum pro nobis tradidit, ut nos sibi reconciliaret: peccata autem non remittit modò, sed (ut Prophetæ loquuntur) in maris abyssum abijcit, delet item, ne vnquam in memoriam rursus veniant. Adhæc Euangelij præcones mittit, qui ipsius Christi nomine omnes promiscuè vocant, & ut Deo se reconciliari sinant, demissè precantur. Idem ergò nos quoque faciamus, neque pudeat nos ijs supplices fieri, quos ipsi priores læsimus. Nihil enim ex eo nostra existimatio decedet (ut quidam, stultè ambitiosi, metuunt) sed potius amplissima hinc sese offert veræ & immortalis gloriæ materia. Nam & nos ipsos vincimus, qua victoria nullam difficiliorem atque gloriosorem esse, geatium quoque sapientes intellexerunt, & nobis amicos facimus ex inimicis, adhæc Dei exemplum imitati nos ipsos & alios seruamus: denique ex eo nouam animi fiduciam concipimus, qua confirmati in Dei conspectum prodire, huic nostra officia deferre, & eundem inuocare, audemus, qui nos procul dubio exaudiet per Filium suum vnigenitum, Iesum Christum, Seruatorem nostrum: cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA QUARTA.

Esto beneuolus aduersario tuo citò, tum es in via cum eo: ne quando te tradat aduersarius Iudici, & Iudex te tradat ministro, & in custodiam conijciaris. Amen dico tibi, nequaquam exibis illinc, vsquedum reddideris vltimum quadrantem.



VONIAM VITA NOSTRA OFFENSIONVM ET iniuriarum plena est, quæ conuitia, rixas, cædes denique & alia multa parit, quibus charitas fraterna turbatur. Christus in priori homil. diligenter monuit, quid fieri debeat, si quando nos irasci contingat, aut aliqua dissensiones exoriantur. Summa doctrinæ eius est, ut absque mora de fratre nobis reconciliandis cogitemus, idque tam serio studio, ut inter media sacra, & preces quoque, ea res nobis cordi sit: Quia nisi id fiat, nullus cultus, quantumuis splendidus, Deo gratus, nullæ preces eadem acceptæ esse possint.

DOMINICÆ VI. POST TRINITATIS,

Quid agendum
cū aduersario
difficili & ini-
quo.

Cæterum quærat hîc aliquis: Quid verò faciam, si cum, quo cum in gratiam redire cupio, difficiliorem experiar, neq; is reconciliationem aliquam velit admittere, sed inuitum ac reluctantem ad iudicium subsellia pertrahat? Ad hanc quæstionem in præfenti Dominus respondens ait: Esto beneuolus aduersario tuo citò, dum es in via cum eo, &c. Cohærent ista ijs, quæ proximè præcesserunt hoc sensu: Cùm Deus reconciliationem cum fratre tanti faciat, vt suo iure cedere, & suum cultum ad tempus differri potius quàm illam negligi, velit: multò magis vos quoque cum vestris aduersarijs, quantumuis iniqui & morosi sint, omnia potius experiri, quàm iure condendere, oportet.

Christus non
damnat iudicia
legitima.

Priusquàm verò verba Domini propius expendamus, ijs nos occurrere oportet, qui illa à scopo suo insensum alienum detorquent, quasi omnibus actionibus forensibus interdicat, adeò vt homini Christiano nefas sit ius suum persequi, aut ad legum siue iudicum præsidium confugere. Qui error hodie Anabaptistas fascinat, à quibus nonnullos excommunicatos & (vt ipsi loquuntur) Satanæ traditos fuisse, scimus, non alia de causa, quàm quòd causas suas magistratus legitimi cognitioni subiecissent. Etenim vt magistratum damnant, neq; fateri volunt, vnum eundemque & virum Christianum esse, & magistratum gerere posse: ita non minus in religionis Christianæ leges peccauerit illorum iudicio, qui magistratus iudicio causam suam tuentur. At si hoc statuamus, Deum non solùm iudices & magistratus frustra instituisse, verùm etiam his institutis malè agendi, & peccandi occasionem atque materiam dedisse, fatendum erit. Sed & sanctissimos Dei seruos damnabimus, qui ad iudices prouocarunt, atq; iuris & legum præsidio vsi sunt. Moses certè cùm ad ipsum, pro tribunali sedentem, populus conflueret, socero Iethroni de eo interroganti respondebat: Venit populus ad me, vt consulat Deum. Et iudices Spiritus sanctus Deos dicit in scripturis, quòd diuina potestate armati, Dei iudicia enunciant. In nouo autem Testamento Paulus Romanæ ciuitatis iure sese aduersus vim & iniurias defendit, adhæc Iudæos iudices reiecit, & cum aliter non posset, primùm armato militum præsidio sese in locum tutiorem deduci voluit, deinde ab iniquis & auaris præsidibus ad Cæsaris tribunal prouocauit. Idem Corinthios non simpliciter hoc nomine reprehendit, quòd iure agerent cum fratribus, sed quòd de rebus temporarijs temerè alij contra alios litigarent apud Ethnicos iudices, non sine scandalo graui, & publica nominis Christiani contumelia. Iubet ergo, vt ipsi potius de controuersijs eiusmodi inter se transigant; & si id non possint, ex suo cætu arbitros deligant, qui causa cognita pronuntient.

Exod. 18.

Psal. 82.

Acto. 16. 22.
23. 25.

1. Cor. 6.

Lites temerè
vie & non ne-
cessariae pro-
hibentur.

Errant ergò turpissimè, qui huius loci autoritate aduersus publica iudicia, & magistratus ordinarios, abutuntur. Etenim nihil huius in præfenti dicit Christus, sed temerarias modò lites & non necessarias prohibet, monetque vt potiorem fraternæ charitatis & concordia, quàm nostri iuris rationem habeamus: ne quando summum ius (vt prouerbio dicitur) summa fiat iniuria. Ita autem vitio medetur, quo concordia inter homines quàm maximè turbatur, & eorum, qui inter se dissident, reconciliatio, vt plurimum solet impediri: nimium, quòd nostri honoris & commodi plus æquo amantes, iuris quoque nostri nimium tenaces sumus, adeò vt nobis indelebilem infamiae notam inuri putemus, si iure nostro spontè cedamus. Quæ causa est, vt iniurias leues per se impatientissimè feramus, & in semel concepto litigandi seruire nobis ipsis seruiliter blandiamur, neque videamus, quàm mala, aut saltem quàm periculosa sit causa, quam tuemur. At ergò interdum, vt ex vno verbulo temerè elapso horrenda & inextinguibilia litium, nunquam finendarum, incendia exoriantur. Ab hac litigandi pertinacia nos Christus reuocat, & vt rerum iacturam potius faciamus voluntariam, monet, quàm vt nos temerè iudiciorum euripo committamus, quorum exitus ferè incertus est.

1. Esto bene-
uolus.

2. Citò dum
es in via.

Sed proderit verba singula expendisse. Primùm, esto beneuolus (inquit) cum tuo aduersario. Id est, etsi in aduersarium incidas æquo morosior, qui tecum summo iuris rigore agere velit, tu tamen charitatis fraternæ memor, te illi facilem & benignum præbeto, ne dum pari rigore vtrinque contenditis, omnis amicæ transactionis spes vobis interdicat. Deinde, quòd id fieri debeat, monet: Citò, dum es in via cum eo, vt nimirum ad forum contendas. Nulla ergo mora interponi debet: quia vt ignis fomites, quò diutius gliscunt & asseruantur, eò in grauius incendium erumpunt, ubi

materiam idoneam apprehenderunt : ita quò diutius fouentur iræ & inimicitia, eò vi-
res maiores colligunt. Accedunt ferè maledici & obrectatores, qui susurris, delatio-
nibus, & calumnijs animos vtrinque magis irritant. Nihil ergo consultius fuerit, ^{3. Periculum}
quàm principijs litium occurrere, & de aduersario reconciliando cogitare, Et quia ^{predicit.}
sic natura inter nos comparatum est, vt rationibus ab vtili magis, quàm vllis alijs, mo-
ueamur, admonitionem hanc periculi denunciatione confirmat, & vt illud fiat, non
vile modò, sed plus quàm necessarium esse docet, dicens : Ne quando te tradat iu-
dici, & hic te conuictum ministro publico aut stipatori tradat, qui in custodiam sine
carcerem abducatur, vnde non liceat exire, vsque dum extremum quadrantem reddide-
ris, & sic tibi omnis cum aduersario amicè transigendi facultas perierit.

At poterant hoc loco multa alia dici, quæ temerè litigantibus accidunt. Nam ^{Litiū forensti}
primùm, qui litigoso fori freto sese committunt, ij primò pacis & concordia vincu- ^{um incōmoda.}
lum abruptum, & sibiipsis inimicos faciunt, quibus poterant amicis vti, si de suo
iure vel modicum vellent cedere. Ita verò propter vile lucellum, aut vmbrailem,
quàm sibiipsis fingunt nominis sui existimationem, thesaurum amittunt, quo nullus
preciosior, nullus vtilior, nullus magis necessarius est. Etenim verissimè dixit Cicero
sine amicorum beneuolentia, neque in aduersa, neque in secunda fortuna quenquam
viuere posse : Item : Nullius opes vnquam tantas fuisse, aut tantas esse posse, vt sine
multorum amicorum officijs stare possint.

Secundò, Litigatores temerarij sibiipsis labores, & curas inextricabiles, pari-
unt, quibus impediti neque Dei verbum animis attentis audire, neque precibus se-
rijs vacare possunt, in quibus duobus tota pietatis summa consistit. ^{2.}

Tertiò dum, vt fortunas augeant, lites sequuntur, interea ferè illarum iactu-
ram faciunt, & (quod proverbio dicitur) aureo hamo piscantur. Quod enim aduer-
sario, quem sibiipsis placare poterant, dare nolunt, illud omne in malæ fidei causi-
dicos, præcones, apparitores, notarios & scribas, iudices corruptos, arbitros deni-
que versipelles & auaros, expendunt, & ad egestatem extremam rediguntur. Qui-
bus adde, quod frequenter fit, vt, qui causam agunt optimam, ea tamen cadant,
vel in iudices, parum æquos sibi, incidunt. Quòd si verò causam per se malam
contumacius agendo succumbas, quid aliud faciat iudex ab aduersario requisitus,
quàm vt carceribus includendum tradat, vnde non exeat, nisi toto debito soluto,
ex quo bona pars decidi poterat, si initio amicæ transactioni locum dare voluisses.
Etenim qui iudicio vincunt, ferè irritatores facti ius suum rigidissimè persequuntur.
Itaque eis aut satisfacere, aut cum fortunis omnibus & corpore etiam perire oportet.
Hæc omnia breui ista admonitione Christus comprehendit, & verissimè ista ab
illo dici, ipse rerum vsus testatur. Etenim exempla docent, nullum mare tam sauum
esse, nullas syrtes tam periculosas, quæ plura naufragia incautis nauigantibus dede-
rint, quàm forum ijs parere soleat, qui inconsulto & præcipiti litigandi studio sese
illi committunt. Et quia hinc frequenter cædes quoque nasci solent, quas homines
priuati faciunt, vt iam de capitalibus supplicijs, quibus tales sæpè afficiuntur, nihil
dicam, non temerè Christus admonitionem istam suæ in præceptum legis de homi-
cidio interpretationi interferere voluit. ^{3.}

Quia verò Dominus noster Iesus Christus, hoc exemplo, & iisdem propè ver-
bis, apud Lucam vtitur, vbi eorum peruersam socordiam increpat, qui signa negli-
gebant, quibus ipsum Messiam esse, & regnum Dei appropinquare agnoscere de-
bebant, seq; ad hoc excipiendum præparare, hic quoq; locus altiori sensu de Deo iudice
exponi debet, ad cuius tribunal nos omnes sisti oportebit, vt eorum, quæ in præ-
senti vita fecimus, rationem reddamus. Itaque generalis doctrina hæc proponitur, ^{Rom. 14.}
cuius vsus ad vitæ totius institutionem applicari debet, in qua hæc consideranda ve-
niunt.

Primùm, quòd creditoris & debitoris parabola, cum hinc tum alibi adombra-
tur hominis conditio & salutis humanæ negotium. Quia enim Deus nos in eum
nec creauit, & ideo nobis benefacit, vt ipsi seruiamus, & in legis suæ præceptis am-
bulemus, quorum consummatio est dilectio fraterna, qua proximum quenque perin-
de vt <sup>Omnes homi-
nes Deo & alijs
hominibus
sunt debitores.</sup>

DOMINICÆ VI. POST TRINITATIS.

de ut nosipfos complectimur : utique qui concordiam atque pacem fraternam violant, Deo simul atque hominibus debitores fiunt, dum illi quidem obedientiam, his verò charitatis officia negant, quæ ipsi à nobis iure diuino possunt exigere. In huius ergo consideratione ita versari debemus, ut frequenter nosipfos, & vitam nostram, examinemus, adeoque rationes subducamus, quoties in fratres nostros iniurijs fuerimus. Hoc si non oscitanter fiat, debita plura & maiora occurrent, quàm ut ijs exoluendis possimus sufficere. Ut enim nihil nunc dicamus de fide, & Dei cultu, in cuius leges sæpissimè peccatur, inter homines multi se nobis offerent, quos vel dictis temerarijs, vel factis iniquis atque iniustis læsimus, quiq̃ue nos vicissim oderunt, ut, vindictæ cupiditate accensi, aduersus nos hostilia quæque moliantur, neque id dissimulant. Præter hos autem alij occurrent, qui, etiamsi metu & pusillanimitate propria territi, de nobis ne conqueri quidem ausint, neque nobis vlla ratione nocere possint, taciti tamen gemunt, deq̃ue iniurijs sibi factis apud Deum magna cum animorum acerbitate conqueruntur. Porro audit istos Deus, cuius hoc proprium esse omnis scriptura docet, quòd eius aures viduarum, pupillorum, peregrinorum, & omnium eorum clamoribus pateant, qui, ab alijs oppressi, neminem inter homines vindicem atque defensorem habent. Iam ergo aduersarios quidem habes homines, non autem in humano foro de causa tua decerneretur : sed etiamsi tibi faueant, quotquot pro tribunali sedent, aut tuis siue dolis siue muneribus decepti te absoluant, nondum tamen Dei iudicium euasisti, ad quem illi prouocant, & cuius aures iustas querelis suis iam pridem impleuerunt. Itaque ad hunc iudicem traheris, quoties alij de tua iniustitia, iniquitate aut violentia, conqueruntur. Debebant de isto frequenter omnes cogitare, & facillè viderent, quàm grauis culpa sit dilectionis & fraternitatis iura violare, quibus nos Deus constrinxit. Periculosa est illi, quæ apud iudicem instituitur, quem tuo aduersario amicum esse & fauere nollis. Quid ergo fiet, si, qui abs te læsus est, apud Deum te accuset, quem patrem habes, & qui tibi pater non erit, nisi tu illum fratris loco habeas?

Exod. 22.

Dum viuimus
in gratiam redeamus cum
aduersario.
Psal. 84.

Luc. 19.

Quid ergo tunc faciemus ô fratres? Beneuolos nos præbeamus aduersarijs citò, dum in uia cum illis sumus, id est, dum in huius vitæ curriculo versamur. Vita enim nomine vitam nostram notat, eò quòd hæc nihil quàm peregrinatio est, quæ per mundi huius labores atque curas, ceu vallem lacrymarum (ut scripturæ loquuntur) ad patriam cœlestem tendimus. Iubet ergo Dominus, ut, dum hac vita frui datur, transigamus cum ijs, quibus aliquid debemus : & quidem nulla mora interposita, ne vel nos mors inopia præueniat, vel illi morientes nobis cum ipsis transigendi occasionem præripiant. Quia enim vitæ nostræ cursus breuis est, mortis verò hora incerta, & plerunq̃; citius opinione nobis obrepit, non potest nõ periculi plena esse, quæcunque hic admittitur procrastinatio. Rectè igitur Zachæus, cum ad Christum conuersus esset, restitutionem omnium uouebat, quæ ab alijs præter ius extorserat. Et damnantur hoc Christi dicto, qui, quas iniusto titulo possident, opes, non reddunt nisi sub mortis horam, quando vel inuiti omnia relinquere coguntur. Debet autem hoc ad omnia alia quoque extendi, de quibus aliquando rationem Deo reddemus : ne videlicet respicientiam differamus, quando ad hanc nos Dominus vocat : sed nostræ mortalitatis memores vocantem sequamur : ne, dum quas ex peccandi licentia captamus delicias, tandem cum vitæ huius præsentis & futuræ iactura amittamus. In primis autem in iniurijs acceptis hæc Christi admonitio obseruetur, ut cum ijs in gratiam redeamus, qui nos læserunt : nedum iniurias ulcisci volumus, nosipfos proprijs precibus damnemus, ut suo loco dicitur.

Pœna pertinacii
litigatorum.

Sed & in præsentem admonet Dominus, quid pertinaces istos maneat, quibus turpe videtur aduersarijs cedere, aut illis reconciliari : nimirum idem, quod malæ fidei creditoribus fieri solet. Ut enim hi iudicis sententia damnati in neruum coniciuntur, vnde nunquam, nisi creditoribus suis plenè satisfecerint, exire possunt : Ita Deus quoque illos æternis inferni carceribus mancipat, ut in æternum excrucientur, qui fratribus suo delicta noluerunt condonare. Et huc referri debet parabola serui ingrati & insolentis, quæ infra cap. 18. describitur, & Dominica 22. post Trinitat. explicatur.

Abunur

Abutuntur autem hoc Christi dicto pontificij doctores, dum pro focus & aris ^{Abus loci} fingunt, ut inde ad beatæ immortalitatis sedes transferantur. Dicunt enim ex infer- ^{pro igne pur-} gatorio. no redemptionem esse nullam: At hîc de carcere loqui Christum, vnde exituri si- mus, postquam vltimum quadrantem reddiderimus, id est, vbi peccata nostra om- nia plenè expiata fuerint: Ergò esse locum aliquem inter cœlos & inferos medium, qui animarum lustrationi destinatus sit. Sed ad hunc modum argumentando partim malitiosi sunt, partim ridiculi. Malitiæ enim impudentis indicium est, quòd Christi verba in sensum alienum detorquent, & carcerem fabricant nouum, cuius nulla sit vsquam mentio in sacris literis. Nituntur quidem particula *DONEC* vel *VS QVE* *DVM*, nec videre volunt, eam non semper eo sensu vsurpâ, quasi aliquando fu- turum sit, quod negatur: sed interdum, ut hoc, de quo agitur, nunquam futurum esse intelligamus. D. Augustinus certè locum istum de nunquam finiendis inferna- ^{Lib. 80.} bus pœnis interpretatur, & *DONEC* eo sensu positum scribit, quo in Psalmis ^{questio. 69.} Christo dicitur: Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum pe- ^{Psalm. 110.} dum tuorum. Et multò rectius nos colligere possumus: Qui Deo iudice damnan- tur, non exhibunt carcerem fontium supplicij destinatum, donec pro peccatis suis omnibus satisfecerint: At pro peccatis suis nemo satisfaciet vllis pœnis temporarijs. Ergò ex carcere isto nulla est redemptio. Probatur minor per id, quòd peccata mortis æternæ supplicium merentur, & proinde nullis tormentis temporarijs, quan- tumuis diuturnis, expiare possunt. Quòd ergo illi fingunt, perinde est, ac si quis mille aureorum debitum vna aut altera drachma siue denario velit dissoluere. Imò sibiipsis contradicunt, si, quæ de inferno fatentur, diligentius examinent. Si quis e- nim quærat, cur ex inferno redemptionem vllam esse negent? Respondebunt vti- que, quia pœnæ illæ peccatis expiandis non sufficiant, & proinde æternas esse oport- teat. Quo ore igitur illa pœnis purgatorij, quæ & leuiores sunt & breuiores, expiari di- cunt? Sed & sacra sua pro defunctis, quorum causa purgatorium ignem finerunt, eodem hoc suo commento euertunt, ut idem illis accidat, quod ineptis calefactoribus, qui temerè congesta lignorum virentium, & Sarmentorum madidorum, strue, i- gnem suffocant & extinguunt, quem anhelis flatibus accendere conantur, inanis sa- nè est impensa omnis, quæ in sacrificulos & monachos, vel missantes, vel nanius suas decantantes, totum denique illud præficorum & præficarum agmen, insumi- tur: neque etiam toties repetitis tricesimis & anniuersarijs exquiarum sacris opus est. Magis ridiculum est, quòd sub aduersarij nomine, de quo hîc *CHRISTVS*, aut Diabolum intelligunt. Ergo si ipsos audiamus, huic nos beneuolos esse aut indulgere iubet Dominus, ne causam suam contra nos iure persequatur, neue apud Dei tribunal nos accuset. Sed scire velim, quæ indulgentiæ istius ratio sit, qua Diabolû nobis possimus propitiû reddere? Quomodo item hæc ipsorum doctrina cum Spiritus sancti præceptis consentiat, qui nos Diabolo resistere iubet, armis item salu- taribus instruit, quibus illum vincamus, ut sub pedibus nostris conculcetur? An ve- rò nos cum illo inducias faciemus, ut nos mitius tractet? Vah tantam ne cadere posse in hominum mentes vœcordiam, ut, turpis quæstus cupiditate excæcati, non videant, quàm absurda & ridicula sint figmenta, quæ aduersus veritatis doctrinam proferuntur?

Enimverò non possum hoc loco dissimulare argumentum, quod, ex huius lo- ^{Doctores Sor-} ci non tam violentia, quàm stulta & ridicula, detorsione, doctor quidam Sorboni- ^{bonæ argu-} cus olim in disputatione Bernensi, pro humanarum traditionum defensione aduer- ^{mentum pro-} sus pijsimum *IESV CHRISTI* seruum, Guilhelmum Farellum, ita proposuit: ^{humanis tra-} Nos tenemur obedire legibus Diaboli, quantò magis legibus humanis? Antecedens ^{ditionibus.} probo ex Matth. 5. cap. Esto consentiens aduersario tuo: Sed aduersarius noster Diabolus est, 1. Petri 5. Ergò tenemur consentire Diabolo. Consequentia plana est & necessaria, &c. Quid verò est cum ratione insanire, & videntibus oculis non vi- dere, si hoc non est? Sed ita seipos toti mundo deridendos proponant oportet, qui- bus nulla religio est cum Deo ludere. Ut verò ad purgatorij calefactores reuerta- ^{1. Ioh. 1.} mur, non tam illi stultitia, quàm impietate, peccant, quando quæ solius sanguinis

DOMINICÆ VI. POST TRINITATIS,

1. Iohan.

Isai. 42.

Iohan. 5.

Luc. 23.

Christi merito debetur, emundationem à peccatis igni suo lustrali tribuunt, non sine atroci iniuria, quam æterno Filio Dei faciunt, qui per Prophetam clamat: Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. Item: Qui audit verba mea, & credit in eum, qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium non veniet, sed à morte transiit in vitam. Quam promissionem iam moriturus confirmavit, latroni ad se conuerso dicens: Hodie mecum eris in Paradiso. Sed nullis vel rationibus vel scripturæ locis isti homines mouentur, dummodò focus ille ardeat, ad quem hucusque ex aliorum opibus non lautè modò, sed Sybariticè, vixerunt. Nos verò illis procul relictis, vnum Iesum Christum audiamus, & in eius merito repositam habeamus salutis nostræ fiduciam. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

PRECATIO DOMINICÆ IV.
Iusticia Christiana & Pharisaica,
Matth. 5. cap.

A Eterne, viue, vere DEUS, qui filium tuum misisti ex inenarrabili bonitate & misericordia, ut legem tuam impleteret sua satisfactione, & eam in cordibus credentium constituat: Tu, qui hanc sapientiam homini in prima creatione impressisti, doce nos, ut eam agnoscamus, illiq; simus conformes. Tu dixisti: Non occides: qui patefacisti nobis, te Filium tuum, qui est imago tua substantialis, verè diligere, & nolle te eum à Diabolo & hominibus trucidari, nolle te etiam interfici homines innocentes & pios, qui massa tui Filij sunt inserti, & vitam ab eo hauriunt. Et sicut superstes est post interfectam naturam humanam in Filio tuo λόγος, & natura diuina, que ordine iusticie vindictam poscit: Ita scimus animam piij hominis iugulati per iniusticiam, sociam massam desiderare, & vindictam abs te expetere, sicut dictum est: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: Ideò tu extingue in nobis semina iniusti odij, vindicta, crudelitatis, ne manu aut corde membra Filij tui iugulemus: sed simus omnes vnum in Christo, sicut ex vno pane vescimur, & ab vni eidemq; capiti inserimur, & ab eo ad vitam æternam gestamur, Amen.

DOMINICA VII. POST
TRINITAT. EVANGELIUM
MARC. VIII.

HOMILIA VNICA

In diebus illis, cum turba omnino multa esset, nec haberent quo vescerentur, aduocatis ad se Iesus discipulis suis, dicit eis: Misericordia commoueor erga turbam: quia iam triduum manent apud me, nec habent, quo vescantur: & si dimisero eos ieiunos domum suam, deficient in via: quidam enim eorum è longinquo venerunt. Et responderunt ei discipuli eius: Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in deserto? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Ipsi verò dixerunt: septem. Et precepit turba, ut discumberet humi: & acceptis septem illis panibus, cum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis, ut opponerent, & apposuerunt turba. Habebant

item

item pisciculos paucos: & cum benedixisset, dixit, ut hos quoque apponerent. Comederunt autem, & saturati sunt, & sustulerunt, quæ superfuerant, fragmentorum septem sportas. Erant autem qui comederant, quasi quater mille: dimisitq; eos.

TSI DEVS IN FILIO SVO IESV CHRISTO, OMNES suæ gratiæ & æternæ salutis thesauros proponat, quorum causa merito negligi debent, quæcunque in hoc mundo exonia, vel etiam necessaria esse videntur: ea tamen est nostræ carnis corruptio, vt præsentis seculi bonis intenta, *CHRISTVM* facile negligat, imò hoc potissimum nomine negligat, quòd ventri metuit, ne victus inopiam patiatur. Idèd *CHRISTVS* ad se venientibus non modò doctrinam regni Dei proponit, verumetiam beneficia corporalia confert, quibus suam erga nos bonitatem, & diuinam virtutem, quòd cum primis referri debet præsens miraculum, cuius simile etiam capite scripto descriptum est: vt nimirum; discamus, Christi & veræ pietatis sectatoribus nihil eorum defuturum, quæ ad præsentis vitæ sustentationem faciunt, & proinde neminem propter temporaria hæc à Christo deficere, aut verbi ipsius studium intermittere debere. Quòd cum ad salutem nostrum plurimum faciat, proderit singulas miraculi partes diligentius considerare.

Argumentum
& vsus præsentis Evangelij.

Vbi primò omnium populus occurrit, qui miraculo occasionem præbuit. Fuit is multus admodum, nimirum fama aduentus *CHRISTI* excitatus. Nam quidam è longinquo venisse dicuntur. Manserunt autem apud illum toto triduo, vt & doctrinam ipsius audirent, & miraculis eiusdem iuarentur. Est hoc ardentis studij & magnæ constantiæ indicium, cui maius quiddam accedit, quòd interea temporis comæatu caruerunt, quem aut planè nullum, aut perquam exiguum domo seculi attulerant. Solent enim pij tum pietatis studio, tum simplicitate ingenita, abirepti, ferè minus circumspècti esse in ijs, quæ ad victum, & res huius seculi faciunt, cum filij huius seculi in iisdem prudentissimi & astutissimi esse soleant. Sed benè habet, quando errorem hunc (siquidem ita dici meretur) *CHRISTVS* sua cura & diuina prouidentia fideliter sarcit, vt paulò post audiemus.

Populi studiū
miraculo occasi-
onem præbuit

Luc. 16.

Observabis autem in præsentem, quales eos esse conueniat, qui *CHRISTI* sectatores videri, & salutem in illo consequi volunt. Requiritur ab illis duo potissimum, ne ipsis graue videatur, propter *CHRISTVM* & verbum *CHRISTI* sectatores. Primùm, ne ipsis graue videatur, propter *CHRISTVM* & verbum *CHRISTI* sectatores. Si enim homo semetipsum abnegare, & parentes vnà cum vxore & liberis relinquere debet, vt *CHRISTO* potiri possit, certè inexcusabiles erunt, qui vel quæstui, vel voluptatibus ita addicti sunt, vt conciones sacras potius negligant, quàm vt hisce suis studijs aliquid decedere patiantur.

Quales esse
conueniat
Christi secta-
tores.
Matth. 16. 10.

Alterum est, vt cum benè cœperunt, in finem vsque perleuerent, nec vllis difficultatibus sese absterri patiatur, quæ multæ & variæ occurrunt. Nam aut res domesticæ negligi videtur, aut multorum odia metuenda sunt, aut minus indulgentiam, quæ otium & voluptates quærit, aut etiam de fortunis & vita periclitandum, si doctrinam *CHRISTI*, eiusque confessionem, tueri velimus, quam plerique odisse & persequi solent. Atqui omnia ista horum animis obseruari poterant, de quibus hic agitur. Vicit tamen *CHRISTI* amor & salutis studium, quo incensi omnia facile neglexerunt, vt *CHRISTO* potirentur. Illos ergo imitari nos conuenit, nec à tergo respicere, vbi manum aratro admouimus, ne idem nobis accidat, quòd de Lothi vxore narratur, quæ in salis statuam conuersa, & perpetuum vindictæ diuinæ exemplum facta est, quòd Sodomas iam egressa, rerum reliquarum studio & desiderio, respicere ausa fuit. At hoc hodie plerique faciunt, imò matucinos somnos, pocula, aleam, choreas, spectacula, & foedissima illicitarum voluptatum exercitia Dei verbo præferunt.

Luc. 9. 17.
Gen. 19.

Porro *CHRISTVM* videamus, qui paternam, qua suos prosequitur, cura tangitur, ram, atque prouidentiam, multis argumentis testatur. Primò enim à nemine requiritur, cum discipulis de populi fame subleuanda agit. Ita verò Dei Patris ingenium refert, qui cum sciat nobis victu & amictu opus esse, de his liberalissimè prospicit. At qui vnum hoc plurimum consolationis asserre potest, si nos *CHRISTO* cura esse, nec illum nostra ignorare cogitemus. Sequitur enim illum dixisse: Misericordia commoueor erga turbam, &c. Non ergo otiosus rerum nostrarum spectator est, nec regum instar, suorum penuriam, famem, labores, & clamores immisericorditer negligit: Sed cum nos pupilla oculi sui (vt apud Prophetam ait) chariores habeat, nolitis miserijs, perinde vt proprijs afficitur, maximè, si quid nobis in ipsius vocatione versantibus, aduersi accidat. Nec inanis siue inefficax est ipsius misericordia, sed cum præsentis auxilio coniuncta.

Matth. 15. Addit enim apud Matthæum: Et nolo eos demittere ieiunos. *Causa*, ne deficiant in via, cum multi eorum è longinquo aduenerint. Vbi obseruabis, *CHRISTVM* non modò præsentis necessitati consulere, sed in futurum quoque prospicere, ne quid iam abs se dimissi aduersum & incommodum patiantur. Minimè ergo eorum similis est, qui nemini, nisi in extrema necessitate iam constituto, subueniendum esse putant: cum maiorem laudem mereantur, qui, ne quid mali proximus patiatur, præuide- re & cauere solent.

Christi misericordiam quous imitari deest. Non temerè autem ista cum discipulis confert *CHRISTVS*. Nec enim hæc dicendo sibi viam modò ad miraculum, quod animo versabat, sternere, & illius veritatem asserere, voluit: verumetiam (vt antea monuimus) de suo erga nos studio & fide luculenter testari, simulque suo exemplo tam discipulos, quam nos omnes commonefacere, vt eodem affectu ipsi quoque erga proximos egentes atque laborantes tangamur. Charitatem enim ab omnibus exigit, & ex hæc suos discipulos agnosci debere, docet. At charitatis est, opis indigò succurrere: & afflicti misereri, licet ille vel pudore, vel ignorantia, vel alijs causis impeditus opem tuam non imploret. Nota est enim illa Ioannis sententia: Qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum, egentem & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Vt enim affectibus omnibus hoc commune adeoque proprium est, quòd in opus erumpere conantur, & quod volunt effectum dant, nisi grauioribus causis impediuntur: Ita misericordia quoque, cum ipsum cor tenerimè afficiat, qui cogitationum atque actionum omnium fons est, fieri nequit, quin operibus sese conspicuam reddat, nec in verbis inanibus, & promissionibus vacuis, subsistit, sed ulterius progressa, opem, quam potest, fidelissimè præstat. Sunt hæc nobis sic consideranda, vt *CHRISTVM* exemplum sedulò imitemur, cum vndique occurrant, qui, si non aperis clamoribus, certè re ipsa, & aspectu miserabili, opem nostram implorant. Quos vtinam aquoribus oculis respicerent, qui non contenti in sua copia aliorum inopiam neglexisse, insuper vel vsuris iniquissimis, vel rapinis, & omni impolitarum genere, miseris circumueniunt, & tunc demum se rebus suis probè consuluisse arbitrantur, si ex aliorum incommodis suum commodum quærant. Sunt illi à Christi ingenio alienissimi, & olim suæ illius crudelitatis horribiles pœnas exoluent.

Discipulorum Christi tarditas & stupor. Quid verò ad *CHRISTI* sermonem discipuli respondent? Vnde quis (aiunt) isto, poterit saturare panibus in deserto? Impossibile illis videtur, quòd se ieiunos nolle dimittere dixerat. Sciebant enim se non plures septem panibus habere, hominum verò videbant adesse aliquot millia, nec in deserto plures panes reperiri posse, qui omnibus exaturandis sufficiant. Atqui non multò antè *CHRISTVS* quinque panibus hominum quinque millia cibauerat, & tamen quòd nunc tentat, factu impossibile esse arbitrantur. Sed ea est nostræ carnis corruptio, vt licet in ijs, quæ ad præsens seculum faciunt, astutissima sit, in diuinis tamen sententia naturæ cursum, aut præsentem rerum faciem, iudicat, Dei promissis fidem habere nequit, vt primùm illa cum his non per omnia conuenire videt. Et tanta est huius mali vis, vt in electis quoque frequenter sese exerat. Nam quòd discipulis in præsentibus accidit, hoc ipsum Mosi etiam accidisse videmus, quando murmurantibus Israelitis ad *DEVM* dicebat: Vnde mihi caro, vt dem vniuerso populo huic? Atqui hæc

DOMINICÆ VII. POST TRINITAT:

PRECATIO DOMINICÆ PIORVM

auditorum saturatorum in deserto.

Marc. 8.

TE FILI Dei, qui auditores tuos paucis in deserto intus tua efficaci consolatione, foris vero cibo miraculose adducto: inuocamus, miserere etiam ex intimis tuis visceribus Ecclesia tua, qua in deserto & Dalmanutha habitat, nec habet defensionem à magnis imperijs, sed ex tuo ore & collo solum pendet: Pasce eam vera luce agnitionis & inuocationis tui: tribue etiam ex tuo consilio aliqua hospitia tua Ecclesie, & serua aliquos nidulos, in quibus sonet vox tua, sine corruptelis idolatricis. Inuato nos, ut patienter feramus rummas, qua nos propter confessionem veritatis premunt, & da, ut lato corde in deserto, & ieiuni etiam, tuam vocem audiamus & discamus, ut tandem tuam presentiam in liberatione tuorum lati agnoscamus & celebremus, Amen.

DOMINICA VIII. POST TRINITAT. EVANGELIUM

MATTH. VII. CAP.

HOMILIA I.

Introite per angustam portam: quoniam lata est porta, & spatiosa via, qua abducit in exitium, multiq; sunt, qui introeunt per eam. Quia angusta est porta, & stricta via, qua ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniant eam.



DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS NON fideliter modò veram salutis & vitæ aternæ viam tradit, vetumetiam diligenter de ijs admonet, quæ nos ab ea abducunt, vel eam ingressos remorantur. Inter hæc ferè duo præcipuè nocent. Vnum est, mundi huius aut multitudinis promiscuæ exemplum, quod foris sensus inescat, & allicit: Quia enim

Remore salutis.

Alterum falsa doctrina, quæ mentes fascinat, & erroneis opinionibus imbuat. vt diximus, Dei voluntatem, in Scripturis reuelatam, non omnes rectè intelligunt, & proinde in diuersas sententias & studia contraria mundus scinditur, multi tam in religione, quàm vita & moribus, se excusatos putant, si maiorem partem siue multitudinem sequantur, aut suis doctoribus simpliciter credant, qui pro ipsis Deo sint rationem reddaturi. Estque vterque error admodum frequens & vulgaris hodie. Itaque aduersus vtrumque CHRISTVS suos diligenter instruit, & in presenti de primo sic loquitur, vt de via siue medio vitæ aternæ nos probè doceat, & ad hoc sectandum hortetur.

Propositio huius loci.

Propositio totius loci est: Introite per angustam portam. Non ergò monstratorem portam siue viam salutis, sed, vt per eam ingrediamur, iubet: quia nisi ita fiat, ad salutem nunquam perueniemus. Rationem verò subiicit: quoniam lata porta est, & spatiosa via, quæ abducit in exitium, multiq; sunt, qui introeunt per eam. Ab ea igitur declinandum, neque sequendum multitudinis exemplum, nisi perire libeat. Rursus autem quæ ad vitam ducit via stricta, & porta, per quam ad vitam introitur, angusta est, & pauci admodum illam inueniunt: quare in hoc persequens respicere oportet, vt ipsos imitemini, &c. Quod autem simplici, & perspicua orationis forma poterat enuntiare, parabola vestit, à peregrinantibus sumpta, quæ in scripturis frequens est, in quibus præcepta legis viæ Domini dicuntur, eò quòd secundum illa totius vitæ cursum dirigere debemus. Præsenti autem loco imprimis conuenit, quia non

psalm. 119.

quia non solum scandalo medetur, quod ex multitudine secus agentium nascitur, verum etiam de multis nos admonet, quæ in omni vitæ instituto obseruatu necessaria sunt.

Et initio quidem, quæ omnium nostrum in terris hisce conditio sit, docet: Nimirum quod peregrini sumus, & vt Apostolus scribit, non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus. Agnouerunt hoc omnes, quorum fides atque pietas in scriptura commendatur. Iacob Patriarcha, à Pharaone de ætate sua interrogatus, respondebat: Dies annorum, quibus peregrinus fui, sunt triginta & centum anni. Et hoc Patriarchæ eo ipso confelsi sunt, quod in tabernaculis habitauerunt, sola fide promissionis freti, quam suo tempore implendam esse credebant. Dauid quoque, etsi rex esset potentissimus, & terris multis longè lateque imperaret, inter precandum tamen non verebatur dicere: Aduena sum apud te **D E V S**, & peregrinus, quales fuerunt omnes progenitores mei. Et huic consentit quod Paulus scribit, nos, quoad hoc corpore vestiti, in terris agimus, aduenas esse, & peregrinari à Domino, & ideo corpus nostrum domum terrestrem, siue tabernaculum luteum, vocat, quod dissolui, & eodem nos exui oporteat, vt coelesti & non manu facto domicilio superinduamur.

Peregrini sumus in terra.

Heb. 13.

Gen. 47.

Heb. 11.

Psalms. 39.

2. Cor. 5.

Est autem non utilis modò, sed necessaria quoque, frequens istorum consideratio. Nam primò docet, non offendi quenquam debere, si quid aduersum aut molestum in huius vitæ curriculo nobis accidat. Est enim hæc communis peregrinantium fors, vt multa eis præter animi sui voluntatem ferenda sint, qualia sunt, ætus & frigus, pluuia & niues, ventorum turbines, itinerum difficultates, navigationum pericula, hospitum siue cauponum perfidia, aut saltem inhumanitas, insidiæ prædonum & latronum, & alia innumera, quæ recitare longum foret. Atqui eadem omnino est omnium nostrum, quoad hic viuimus, siue corpus siue animam spectes, conditio. Etenim peregrinatio nostra in mundo est, qui totus in malo iacet, teste Apostolo, & qui deserto horrido ac sterili confertur, quia laborum & periculorum plenus est, & ideo vallis lacrymarum dicitur. Vt ergo qui longinquas peregrinationes suscipiant, sese ad omnia eius incommoda studiosè præparant, & armant: ita nos facere oportet, ne quid nobis improuisum accidat, quo offensi aut consternati in medio cursu succumbamus.

Nemo molestus vite huius ut offendatur.

1. Ioan. 5.

Psalms. 84.

Deinde admonet nos peregrinantium parabola, ne huic mundo addicti in via suscepta hæreamus, sed vt frugi & cordati homines, dum peregrè versantur, patrij soli spe & amore non modò durissima quæque vincunt, verum etiam omnes illecebras peregrinarum regionum facillè contemnunt, neque se his retineri sinunt, quò minus doctum festinent, ita nos, procul relictis omnibus, quæ nobis mundus hic vel læta vel tristia, secunda aut aduersa, obijcit, ad nostram patriam contendamus. Est hæc in coelis, vbi Pater ille noster communis est, quem inuocamus, vbi item mansiones illæ sunt, inter quas nobis locum parauit **CHRISTVS** Dominus, ibi quoque thesaurus ille est, eiusdem merito acquisitus, quem neque fures surripere, neque tineæ aut ærugo perdere possunt. Denique illic nomina nostra adscripta sunt, & proinde ibidem est (vt Paulus ait) *παλιπύμα* nostrum, & inde Seruatorem nostrum expectamus, cui nos obuiam contendere oportet, quoad vitæ huius curriculum durat. Damnantiorum Vlysis patriæ obliuiscantur: At quantò magis damnari debent, qui, propter terrena coelestem illam patriam, negligunt, in qua sola voluptas vera, & vita nullis molestijs obnoxia, inuenitur?

Nemo in via salutis cunctetur.

Matth. 6.

Ioan. 14.

Luc. 10.

Philip. 3.

Et quod huius loci argumento cum primis seruit, vt per ignotas regiones peregrinantibus opus est, viam rectam siue regiam tenere, ne ab hac declinantes periclitentur: ita nos in huius seculi peregrinatione etiam atque etiam videre oportet, vt reuertemur, qua ad vitam æternam peruenitur, insistamus. Nam si semel ab ea deire debet mirabilis huius vitæ conditio, qua à peregrinantium itineribus multum distat. Hi enim interdum subsistunt, & moras neant: at nostra hæc peregrinatio moras nullas admittit: sed qui illam semel ingressi sunt, subinde progrediuntur, & vt, qui secundo flumine, aut ventis secūdis, nauigio vehuntur, siue dormiāt aut vigilet, edāt aut bibāt, ludāt, aut seria

Via recta tenenda.

aut feria tractent, ad partum festinant, quem tandem attingunt: ita qui in vitæ huius studio currunt, siue vitæ, siue mortis, aut perditionis viam sequantur, in horas ad finem suum tendunt, mortem videlicet, quæ rectam viam ingressos ad portam beatæ immortalitatis deducit, deuiantes autem ad tartara præcipitat.

Via duplex
siue binum.

Et hoc præcipuum huius loci caput est, de quo nos *CHRISTVS* admonet. Nam olim Philosophi & Poëtæ iuuenibus duas vias proposuerunt, vnâ voluptatis, amœnam, facilem, & iucundam, sed quæ ad præcipitium egestatis, infamiae, & perditionis, deducat: alteram virtutis, duram, asperam, laboriosam, & periculi plenam, qua ad honores, opes, & veræ felicitatis arcem perueniatur: Ita in præsentibus duas vias & portas fingit, quarum alia ad vitam, alia ad perditionem deducat. In eo autem Philosophis præstat, quod non circa huius seculi statum hæret, sed mentes altius ad æterna euehit, docens, quæ via damnationem, siue mortem sempiternam, euadere, vitam verò æternam, quæ sola vitæ nomen meretur, possimus consequi. Et quia per viam strictam siue periculosam, per portam item angustam introire iussit, præcepti huius rationem reddit, dum viam vtramque describit, & huius finem siue exitum indicat.

Via ad exitum.

Enimvero paradoxon videri potest, iubere, vt quis relicta via trita & lata, per strictam & sentibus obsitam, cuius vix aliqua vestigia appareant, ingrediatur. Ideo ait: Quoniam lata est porta, & spaciola via, quæ abducit in exitum, multi sunt, qui introeunt per eam. Vocat autem viam spaciosam genus vitæ, & multaque studia, quibus maior hominum pars intenta ad latam illam & omnibus horis patientem perditionis siue mortis, portam, festinat. Huic tribuit primò multitudinem & spaciositatem, quia non vllò calle aut semita constat, sed diuerticula habet innumera, quæ singula nos abducunt, vel potius seducunt. Vt enim per deserta loca aut sylvas profundas, ferè via vnica est, quam qui sequuntur tuti euadunt, diuerticula autem & auia multa sunt, quæ vel pastores, vel lignatores, vel etiam prædones atque latrones ad sua lustra sectantur: Sic in hoc mundo vnica quidem ad vitam via est, auia autem infinita errorum, & superstitionum, occasiones item infinitæ voluptatum atq; scelerum, quæ omnia tandem ad vnum finem siue exitum perditionis diriguntur.

Gene. 3.

Deinde multos per hæc auia ingredi dicit. Quia enim natura peccatores & mendaces sumus, arrident carni errores, & exemplum mundi, eò quod corruptæ naturæ & carnis rationi consentiant, & insuper Satana lenocinijs commendentur, vt sicuti olim Eux arboris vitæ fructus aridebat, ita nobis peccatum mirificè placet. Fit ergo vt homines pessimis exemplis se mutuo seducant, & plerique nesciant se errare & perire, eò quod multitudinem sectentur. Exempla huius mali videre est in superstitionum sectatoribus, in sceleratis item, qui morum licentiæ indulgent, & sceleribus assueuerunt. Quàm enim pertinaci studio ij omnes sua illa auia sectentur, facile intelligunt, qui scortatores libidinibus vagis diffluentes, ebriosos & intemperantes, fastui & luxui deditos, avaros, & vsurarios, sanguinarios Cares arguunt, & vt vitam sanctius instituant, hortantur: aut qui superstitionum sectatoribus & idololatrias errores suos exprobrant. Nam hi omnes, quum ferè omnibus alijs argumentis, quibus se excusent, destituantur, ad mundi & multitudinis exemplum confugiunt, nec possunt adduci, vt credant, cultus istos, tot seculorum atque gentium consuetudine confirmatos, DEO displicere, tot item myriades hominum, qui omnes iam inde ab orbe condito his moribus vixerunt, damnatos esse, aut quod omnes, qui hodie eadem via ingrediuntur, sint perituri. Et inueniuntur nonnulli, quorum tam deuotus ad impietatem est animus, vt secum maiori parte mundi, in qua tam multi sint sapientia & fortitudine illustres, belli item atque festiui socijs perire malle dicunt, quàm cum pauculis phanaticis & morosis seruari. Sed procul abesse debet ià *CHRISTI* cultoribus tanta impietas: quin potius abhorrere debent à multitudinis exemplo, neque eis vnquam excidat, quod *CHRISTVS* discipulis suis dixit: Vos de mundo non estis, ego elegi vos ex mundo.

Ioan. 15.
1. Ioan. 2.

Apostoli monent. Ne diligatis mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Item Romanorum duodecimo. Ne configuremini seculo isti, sed transformemini per renouationem mentis vestræ, ad hoc vt probetis, quæ sit voluntas Dei, bona illa, accepta & perfecta.

Sed

Via & porta
ad vitam est
Christus.

Sed videamus è contra, quæ sit viæ ad vitam ducentis conditio, de qua sic loquimur: Quia angusta est porta, & stricta via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inveniunt eam. Quo loco diligenter inquiri debet, quæ sit porta illa angusta, & via stricta. Etsi enim talis sit ea, per quam ad vitam introitur, non tamen sequitur, omnes vias strictas ad vitam ducere. Quin obseruetur potius Satanæ astutia, qui & ipse eiusmodi vias plures commentus est, quibus imponeret superstitionis & iusticiarum, qui à mundi consortio & exemplo abhorrent quidem, ad vitam verò per suorum operum siue afflictionum merita contendunt. Inter gentes certè Gymnosophistas excitavit, qui nudi in sylvis agebant, voluptatum omnium expertes, ab exortu Solis ad occasum vique feruentibus arenis toto die insistebant, Solem immobilibus oculis contuentes, ad hæc frigora, niuium & hyemis vim, sine dolore, perferebant, & igne ipsis adhibito, sine gemitu adurebantur. Quis ergo hos vitæ genus admodum triste, & viam strictam, elegisse negauerit? Baalis item sacerdotes seipos cultris lacerasse, historia sacra testatur. Inter Iudæos autem Pharisei, & his austeriores Eseni, fuerunt, qui crebris ieiunijs carnem suam castigârunt, & in omni vita severitate singulari usi sunt. Sed & inter Christianos homines per angustam portam ingredi videntur Eremitæ, & monachi flagellantes, cum multis alijs, qui cilitijs vestiuntur, nudis pedibus incedunt, humi cubant, ieiunijs & vigilijs sese macerant. Audiuntur item multorum querelæ, qui se uereri dicunt, ne ipsis nimium bene sit, & proinde crucem sibi accersunt non necessariam. Quibus meritò Anabaptistas adnumeraueris, qui veteri Donatistarum furore correpti, persecutionibus & afflictionibus sese obijciunt, ut se per viam illam strictam incedere, & solos verè Christianos esse, probent. Sed quia hos omnes proprii meriti fiducia decipit, non ad vitam ingrediuntur, sed idem eis accidit, quod Iudæis olim, qui iustitiam Dei ignorantes, & propriam iustitiã quærentes constituerunt, iustitiã Dei non fuerunt subiecti. Ipsum ergo Christum de hac via & porta loquentem audiamus, qui dicit: Ego sum via, & veritas, & vita: Item: Ego sum ostium: per me si quis introierit, seruetur. Ipse ergo & via & ostium, siue porta est, qua ad vitam venit, & solus quidem. Nam addit: Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Item: Qui non ingreditur per ostium, sed ascendit aliundè, ille fur est & latro. Ingrediuntur autem per CHRISTVM, qui in ipsum credunt & ab ipso præscriptam viam regulam sequuntur, quæ est: Si quis vult post me venire, & neget semetipsum & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Lucæ nono. Matthæi decimo sexto capite.

1. Reg. 17.

Rom. 10.

Ioan. 14. et 10.

At hæc quærat aliquis: Qua ratione hæc porta angusta, & via stricta, dicatur? Etenim omnibus patet CHRISTVS, & ut omnes ad se vocat, ita neminem ad se venientem rejicit. Idè iugum suum suave esse dicit, & dilectus ille discipulus eius præcepta graua esse negat. Quomodo ergo pauci hæc viam inveniunt. Respondet his Paulus, quando mysterium Christi à temporibus æternis tacitum fuisse, & hominem animale non percipere dicit ea, quæ sunt spiritus DEI. Itaque nostro vitio, & mundi malitia, sit, ut porta illa angusta, & via stricta sit, quæ per se omnes admittit, & iam pridem ab ipso DEI filio repurgata atque complanata est. Nam primò doctrina fidei in CHRISTVM, carnis rationi non ignota modò, sed prorsus etiam aduersaria est. Etenim quia caro splendore externo religionem metitur, & bonam cordis intentionem DEO probari putat, ludit ferè in DEI cultu, & æternæ salutis negotio, & dum cultus & vias salutis ex seipsa fingit, hypocritæ quidem iusticiarum doctrina de CHRISTO crucifixo offenduntur: At huius sæculi sapientes eandem ridet, & extremam stultitiam esse iudicant, contentis & reiectis omnibus alijs religionibus, sola fide in CHRISTVM niti. Hanc ergo salutis viam pauci, imò nulli inueniunt, qui carnis sensu aut ratione ducuntur. Nam ut ipse alibi ait: Nemo nouit Filium, nisi Pater, ideoque ad illum nemo venit, nisi Pater eum traxerit. Deinde fides hæc minimè otiosa est, ea autem requirit simul & agit, quæ carni acerbantur & tristia, mortificationem nimirum membrorum terrestrium, id est, desideriorum carnis, nostri abnegationem, obedientiam, quæ omnes sensus cum intellectu verbo Dei subiiciat, hominis denique totius inuolutionem, quæ nos totos Deo vendicat, ut huc superquamur.

Quomodo
Christus via
& porta angusta
dicatur.

Matth. 11.

1. Ioan. 5.

Rom. 16.

1. Cor. 2.

1. Cor. 11.

Matt. 11.

Ioan. 6.

DOMINICÆ VIII. POST TRINITAT.

Etenim omnes quidem seruari vellent, sed interim in studijs suis pergere, & aliorum, cum quibus viuunt, moribus sese accomodare, ne quem offendant. Itaque etsi via hæc ipsis monstratur, & per eam ingredi incipiant, ferè sua ista impedimenta secum afferunt, & huius mundi sarcinis onusti non possunt per portam illam introire, quæ non nisi expeditos & alacres recipit. Et hoc illud est, quod CHRISTVS diuites difficulter ad regnum cœlorum ingredi dicit: nimirum, quod diuitias ferè animi elatio, fastus, pompa, huius seculi, gloriæ studium, voluptates, & infinitæ aliæ scelerum illecebræ, comitantur, quæ illos progredi non sinunt. Imò hæc illæ spinæ sunt, quæ semen verbi in cordibus hominum suffocant, ne possit fructum ferre. Accedit his crux, perpetua fidei comes. Odit enim veritatis lucem mundus hic, et neque hanc, neque eos, qui in illa ambulant, ferre potest: eò quod opera sua praua non vult argui. Ideò omnes, qui volunt piè viuere in CHRISTO, persecutionem patiuntur, & per multas tribulationes in regnum Dei peruenitur. Et hæc sunt, quæ portam istam nobis angustam reddunt, & viam vitæ quasi obsepunt, vt non absque labore superetur: quæ causa est, vt plerique ab ea abhorreant, & multitudinis exemplum secuti cateruatim spaciosam illam viam sequantur, quæ ad exitium deducit.

Matt. 19. et 13

Ioan. 3.

2. Tim. 3.

Acto. 14.

Contra eos, qui multitudi-
ne suorum su-
perstitiones
defendant.

Habes ergò hæc, quod ijs respondeas, qui hodie de superstitionum suarum splendore, sociorum item, qui easdem cum ipsis sectantur, autoritate, potentia, & multitudine, gloriantur, nobis verò rusticam & vilem rituum simplicitatem, contemptum, odia, & persecutiones, quas sustineamus, adhæc paucitatem noui illius Euangelij (vt ipsi loquuntur) sectatorum exprobrant. Etenim si cultus externi splendorem, & immodicos sumtus, probaret DEVS, nunquam profectò Mosaicos ritus abrogauisset, quibus nihil augustius, magnificentius & sumtuosius, orbis terrarum habuit, & qui saluberrimorum & sanctissimorum mysteriorum pleni fuerunt. Quod si verò sectatorum autoritatem, potentiam, multitudinem, victorias denique & lætus successus, ad doctrinæ & religionis alicuius defensionem sufficere putant, cur non Turciam amplectantur, cuius professores hodie maximam orbis terrarum partem occupant, & de Christiani nominis cultoribus quotidie victorias referunt, atque triumphant? At constat iam inde ab orbe condito, plures & potentiores semper fuisse superstitionum sectatores, quàm veres DEI cultores. Ante diluuium omnis caro corrupta viam suam, & ad numerum octonarium Ecclesia redacta, atque angustis, arcæ finibus conclusa fuit. De Patriarcharum seculo quid attinet dicere, quando Iacobum cum septuaginta duntaxat animabus in Aegyptum descendisse constat, penes quas tunc erat Ecclesiæ Dei nomen & titulus? Aucti sunt quidem filij Israël, vt aliquot centena millia armatorum in censum venirent: sed quantus fuit hic numerus, si cum omnium aliarum gentium, quæ per orbem tunc dispersæ Deos fictitios & innumeros coluerunt, conferatur. Et vt de Iudæis, quales prophetarum tempore fuerunt, loquamur, annon maior illorum pars ferè ex Idololatriæ, & diuini foederis transgressoribus constitit? Isaias cerè de sui coetus macilentia siue tenuitate queritur, & se cum pauculis filijs siue discipulis, quos sibi Dominus dederit, portenti instar in Israele esse clamat, Quod si ad noui testamenti historiam veniamus, iussit quidem CHRISTVS Apostolos Euangelium in toto orbe diulgare, at idem in præsentem pauciores esse dicit, qui per viam rectam, & portam illam angustam, ingrediantur, quæ ad vitæ & regni Dei possessionem deducit. Et alibi multos quidem vocari, paucos autem electos esse tastatur, ideoque gregem suum pusillum esse dicit, atque eidem in hoc seculo non aliud ferè, quàm contemptum, infamiam, odia, persecutiones, & indignas cædes pollicetur. Neminem ergo moueant aduersariorum nostrorum clamores, sed potius suspectæ nobis sint hoc iplo nomine illorum superstitiones, quod potentia & multitudine nos superent: Nec propterea animo frangamur, sed soletur potius celebre illud IESV CHRISTI dictum: Ne timueris pusille grex, nam complacitum est Patri vestro dare vobis regnum. Lucæ duodecimo capite.

Gene. 6.

1. Pet. 3.

Isai. 24. & 8.

Matth. 20. 22.

Luc. 12.

Ioan. 16.

Christianorū
officium.
Luc. 13.

Et huc inprimis facit, quod ipse idem apud Lucam ad huius præsentis loci explanationem profert. Cùm enim à quodam interrogaretur, an pauci sint, qui seruentur? Respondit: contendite intrare per angustam portam. Quasi diceret: Quid opus est in seruandorum multitudinem aut paucitatem inquirere? Num excidit vobis, quod alias dixi? Quin ergo, quod vestra salus exegit, facitis? & siue illi pauci siue multi fuerint ea via in-

via ingredimini, quam vobis monstraui. Vtitur autem contendendi verbo, vt studio ardenti & indefesso opus esse doceat. Etenim si ad vitam velimus ingredi, luctandum erit nobis, non solum cum carnis nostræ desiderijs & afflictibus prauis, verumetiam cum ratione & intellectu, quæ præstantior hominis pars est, adhæc cum mundi illecebris & exemplo, imò cum illius principe Satana, cuius astutia est incredibilis & idomita improbitas, qua nihil non audet, & in omnes formas sese vertit, vt vel dolis suis nos circumueniat, vel periculis obiectis à via salutis absterreat. Quæ omnia nos non modò procul à tergo relinquere, sed vincere & pedibus calcare, oportet, ne nos viam hanc ingressos remorentur. Excitet nos Filij Dei autoritas, qui ita iubet, & hanc totius mundi exemplo, & omnium aliud suadentium, consilijs opponamus. Moucant sanctissimorum patrum exempla, qui olim vocantem Dominum secuti sunt, & horum vestigijs ipsi quoque insistamus. Aduersus pericula autem & difficultates omnes, nos consoletur spes vitæ æternæ, quam nobis *CHRISTVS* pollicetur. Breuis & momentanea est omnis huius seculi afflictio, æterna autem sunt vitæ æternæ bona, quæ tanta sunt, vt neque sensu neque intellectu comprehendere possint. Nam qui hanc assequuntur, ij gaudio illo vero & solido fruuntur, quod nemo ab illis auferet: ijdem Sanctorum cœlitum & Angelorum consortes fiunt, & Seruatori nostro *IESV CHRISTO* similes facti, ad eius mensam beatæ immortalitatis ambrosia atque nectare saturabuntur, æternumque cum illo viuent atque regnabunt. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum,

A M E N.

HOMILIA II.

Cauete verò vobis à Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. A fructibus eorum agnoscetis eos. Num colligunt ex spinis vnam, aut ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona fert fructus bonos, putris autem arbor fert fructus malos. Non potest arbor bona fructus malos ferre, neque arbor putris fructus bonos ferre. Omnis arbor, quæ non fert fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. Nempe igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos.



VEMADMODVM DEVS PER FIDOS

Verbi sui precones æternæ vitæ viam commonstrat, & dispersos atque palantes ad Ecclesiæ suæ societatem colligit, deque omnibus fideliter admonet, quæ nos facere aut omittere conuenit: ita vicissim communis hostis Satan suos seruos excitare solet, per quos veritatis doctrinam adulterat, à vitæ semita miseros abducit, in sectas distrahit, & simplices, qui illis aures præbent, vel superstitionibus vanis dementat, vel salutis propriæ securos & omnis religionis contemptores, facit. Quia verò omnibus seculis maior hominum pars impostores & seductores eiusmodi secuta est, commodè Dominus & Seruator noster *IESVS CHRISTVS*, qui in præcedenti homilia, ne mundi & multitudinis exemplum sectemur, admonuit, nunc de Pseudoprophetis quoque cauidis suos discipulos monet.

Propositio & summa totius loci est: Cauete verò vobis à Pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ouium, &c. Prophetæ vox non eum modò significat, qui de futuris vaticinantur, sed doctorem quemuis, qui ordinaria vocatione ad ministerium Ecclesiæ destinatus, voluntatem Dei ex scripturis interpretatur, & ad vsum præsentem accommo-
lat, vt auditores ex eo doctrinam & consolationem percipiant, atque in

Propositio
huius loci.

1. Cor. 14.

Iere. 23.

Ecclesi. sem-
per periculum
imminet à
Pseudopphetis.
Plal. 116.

Num. 16.

Isa. 56.
Mich. 7.

Matth. 23.

Pseudopphete
caueri de-
vent.

Iohan. 10.

Matth. 15.

1. Thef. 7.
1. Iohan. 4.

Deut. 13.

CHRISTO ad salutem æternam ædificantur. Sic Paulus de Prophetæ officio diserit, in priori ad Corinth. scribens: Qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem & exhortationem, & consolationem. Falsi ergo Prophetæ sunt, qui non legitime ordinati sunt, neque auditoribus utilia, & ad ædificationem pertinentia, loquuntur, sed sub hoc plausible & pijs omnibus venerando prophetarum titulo incautis ac simplicibus imponunt. Ideo dicit Christus: Qui veniunt, ex privato nimirum instinctu, non autem à Domino mittuntur: Eorum similes, de quibus ipse per Ieremiam ait: Currebant, & ego non misi eos. Deinde in vestimentis ouium eos venire dicit, quia se oues esse, & ad populi Dei gregem siue Ecclesiam pertinere simulant, imò huius pastores dici & esse volunt, cum intrinsecus, id est ingenij, & intentionis suæ respectu, sint lupi rapaces, vtur seclè blanditijs mirificis insinuent.

De his verò suos admonens Christus, non obscure inuit, à talibus periculum esse, & Ecclesiæ statum nunquã fore ita bene constitutum, quin tales possint subrepere. Etenim omnes homines natura mendaces, & proinde ad fabulas & fallacias propensi sunt, & falsis narrationibus potius quàm veris delectantur. Quò fit, vt si nemo nos fallat, plerique seipso fallant, & mendaci aliqua persuasione animos suos pascant, dum sibijpsis vel in superstitionibus suis, vel in turpi scelerum licentia blandiuntur. Non deest ergo occasio Satan, sed mox suos seruos submittit, qui Dei nomine sese venditant, saluus publicæ studiũ profitentur, verbum Dei & scripturas frequenter in ore habet, & (vt mirè ingeniosa est hypocrisis) ieiunijs, precibus, vestitu terrico, & ad simulationem composito, fictis item blanditijs, quæremonijs, suspirijs crebris & lacrymis, se mundo mortuos esse, & rotos cœlestium amore atque desiderio ardere, simulant cum non aliud querant, quàm vt suis commodis, & priuatæ existimationi consulant: Tales olim cum tota factione sua Corithæ fuerunt, qui populi totius causam agere volebant videri, vt & hunc ex Mosis atque Aaronis tyrannide eriperent, & Deo suum honorem atque cultum vindicarent. Tales prophetarum tempore erant multi, quos canes mutos dicit Isaias, qui item (vt Micheas ait) de vino & sicera concionabantur, & populum inanibus promissis aduersus Prophetarum minas, confidentiorem faciebant. Similes horum erant CHRISTI temporibus Pharisei, & scribæ cum sacerdotibus, qui cum Mosis cathedram occupassent, populum inani traditionum fucò decipiebant, & sub longarum precationum prætextu domus viduarum & orphanorum deuorabant. Et huius generis impostores nouissimis temporibus passim exorituros esse, CHRISTVS & Apostoli prædixerunt, & verè quidem hoc prædictum fuisse, res ipsa loquitur, si quid inter Christianos ab annis quingentis factum sit, ex historijs animo reperas, & quid quotidie fiat, paulò attentius obserues.

Nobis ergò Christum loqui putabimus, & de nostro nos officio admonere, in cuius consideratione nos eò diligentius versari conuenit, quòd multi hinc grauius offendunt. Sunt enim, qui admonitionem istam minimè ad se pertinere, nec quicquam referre putant, quæ aut qualis doctrina prædicetur. Et hi semper ratum fore aiunt, quòd CHRISTVS dixit: Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur eam, alieni autem vocem non sequuntur. Ad hæc doctores pro ipsis & toto populo rationem reddiuros esse dicunt: se ergo apud Deum excusatos esse, si suorum principum voluntati atque exemplo sese accommodent, & eos doctores simpliciter sequantur, quos illis probari vident. At longè aliter CHRISTVS, qui ouibus suis in præsentem præsentem uete vobis à Pseudopphetis. Cauendi verbo diligentem attentionem requirit, & ne vllum securitati locum demus. Et infra sui præcepti rationem grauem reddit dicens: Si cæcus cæco dux fuerit, ambo cadent in fœueam. Et his consentiunt Apostolorum admonitiones. Omnia probate, quòd bonum est, tenete. Item: Charissimi, ne cuius Spiritum credideritis, sed probate spiritus, num ex Deo sint. Qui ergo quosuis promiscue audiunt & sectantur, ij satis ostendunt, se nulla veritatis dilectione teneri, & proinde dignos esse, quos Deus impostoribus seducendos, expilandos & dilaniandos propinet. Sibi ergò hoc Christi dictum singuli priuatim applicent, qui verò ad Reipub. gubernacula assidēt, plus quiddam abs se præterea requiri sciant: Vt nimirum hinc potissimum pro publica populi salute vigilent, ne doctrinæ fontes toxico humanarum inuentionum inficiantur. Ideoque autoritate & iure suo in illis coercendis vtantur, qui illud audent. Extat de hac re lex DEI, qui falsum Prophetam lapidare iussit: quam CHRISTVS minimè

minimè abrogauit, vt neq; alias morales atq; iudiciales, quæ ad conseruandum honestatem, iusticiam, & pacem publicam, sunt necessaria. Qua verò moderatione legis istius rigor temperari debeat & intendi, faciliè intelliget princeps verè Christianus, si, quid cuiusque salus & Dei gloria requirat, expenderit.

At quærat aliquis: Quo autem indicio ego, qui scripturarum inexpertus & rudis sum, lupos illos agnoscam, si sub pellibus ouillis latitant, & (vt paulò antè dictum est) oves atque pastores tam mirifico astu mentiri possunt? Huic ergo quæstioni occurrens Dominus verum Indicem siue Lydium lapidem nobis porrigit, ad quem cum doctores tum doctrinas exploremus. A fructibus eorum (inquit) agnosceris eos. Et quod breuius dictum poterat videri, similibus ex vulgo petitis declarat, dicens: Num colligunt ex spinis vnam, aut ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona, fert fructus bonos, putris autem arbor fert fructus malos. &c. Quibus verbis hoc omnino vult dicere: Vt vnaquæque arbor sui generis fructus fert, nec aliquis tam vecors facile fuerit, vt ex spinis vnam colligere, aut ex tribulis ficus decerpere velit: Vt item arbor bona & integri succus fructus bonos, putris autem arbor putres & inspidos fructus gignit, neque aliter fieri potest, ideoque arbor quæque ex suis fructibus, qualis sit, agnoscitur: Ita ex fructuum indicio prophetæ quoque siue doctores agnoscuntur, & qui illos obseruare volet, non facile falli poterit, nisi sciens volensque cæcutiat.

Cæterùm hic probè teneamus oportet, quinam fructus illi sint, de quibus Dominus loquitur. Nam multi hos ad vitam & mores doctorum siue Prophetarum referunt, & ex illis de doctrina iudicant. At licet hi in doctore respici debeant, & nulla venia dignus sit, qui mali exempli author est suis auditoribus, tamen vitæ exemplum, siue mores, non sunt proprii illi fructus, ex quibus semper certum iudicium de doctrina fieri possit: & sæpè fit, vt veritatem purè ac sedulò doceant, qui pessimè viuunt: quod CHRISTVS quoque obseruauit, quando de Scribis & Phariseis dicebat: In cathedra Moysis sedent: Omnia ergo, quæ dixerint vobis, vt seruetis, seruate & facite: at secundum opera eorum ne feceritis: dicunt enim, & non faciunt. Vt ergo huius loci verum sensum teneamus, Prophetæ aut doctoris vocabulo insistere nos oportet. Huius proprius & germanus fructus est, doctrina. Hæc ergo examinari debet, vt nimirum, ex quibus fontibus deriuetur, ad quem finem item siue scopum dirigatur, & quæ eius effecta sint, videamus. Ita nos ipse CHRISTVS docet, quando suæ doctrinæ autoritatem contra Iudeos altruens, inter alia inquit: Doctrina mea non est mea, sed eius, qui misit me. Suam esse negat, ex hominis solius, quem assumserat, respectu loquens, vt eam non humanam, aut ex hominibus acceptam, sed diuinam esse ostendat. Et mox hoc hoc ipsum probat, dicens: Si quis voluerit eius voluntatem facere, id est, si quis serio voluntatis diuinæ studio tenetur, faciliè intelliget, num doctrina mea ex Deo sit, an ex me ipso loquar; nimirum, vt homo aliquis vulgaris, & affectui carnis deditus. Nam qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit ipsum, hic verax est, & iniusticia in eo non est: videlicet quòdam doctrinam. Quòdam vitam enim, & in hærentem nobis vitiositatem omnes homines peccatores sunt, & in multis labitur omnes: quod Apostoli ipsi non dissimularunt. Ex his ergo collige, quinam doctoris veri & fidi fructus sint: nimirum non ex seipso loqui, sed doctrinam ex Dei ore, id est, ex scripturis acceptam proponere, Dei gloriam quærere, huic soli homines addicere per eum, qui solus ad patrem via est, hominum item saluti studere, vt omnia ad Ecclesiæ edificationem faciant, sub qua pacis publicæ & charitatis studium continetur. Qui hoc seriò & ex corde faciunt, ij procul dubio curabunt, vt vita & mores ipsorum doctrinæ respondeant.

Nec enim, quòd alijs sedulò inculcant, verbum Dei in semetipsis negligent, aut segnescere patientur. Econtra Pseudoprophetæ aut falsi doctoris fructus atque effecta erunt, proprii capitis figmenta, aut ab alijs excogitatas traditiones pro Dei oraculis venditare, suas paleas cum tritico Dei miscere: non huius sed propriam gloriam quærere: non auditorum saluti, sed priuato commodo & quæstui, studere: homines non Deo per Christum adducere, sed sibijpsis discipulos parare: eosdem propriæ iustitiæ fiducia inflare, & circa ceremonias inutiles occupatos tenere: denique Respub. turbare, coniugia

Quo indicio agnoscendi Pseudoprophe t.e.

Fructus Prophetarum proprii.

Matth. 23.

Ioan. 7^a

Ephes. 2.

Rom. 3.

Iacob. 3.

Acto. 14.

Ioan. 14.

Ierem. 23.

temerè dissoluere, œconomiam in familijs euertere, & dissidia atque diffensionēs non necessarias serere. Qui ista faciunt, ij verè sectatoribus suis licentiæ authores sunt, dum peccata tam facilè expiare posse fingunt, ipsi autem ex aliorum stulticia & superstitione voluptatem capiunt, & in sinu suo suauiter rident, quando narias atque fumos suos, quos nimium credulis vendunt, in tanto precio & sibi quæstuosos esse conspiciantur. Et quamuis interdum pietatem, & ardens sanctimoniam studium, simulent, intrinsecus tamen lupi rapaces sunt, imò (vt Christus alibi ait) fures & latrones sunt. Nam vt Deo gloriam suam eripiunt, & Iesum Christum meriti sui laude spoliant, populum autem simplicem pecunijs emungunt, atque conscientias multorum diris ac horrendis tormentis excruciant. Tales fuisse Christi tempore Phariseos & sacerdotes Iudæorum, ipse non vno loco testatur, & eosdem propter sacrorum nundinationem, instar canum impudentissimorum, flagello facto ex templo eiecit nimirum ad patris dictum respiciens, qui olim per Zachariam prædixerat, Chananæis siue mercatoribus non locum fore in sua domo. Similes horum sunt hodie, qui sibi primatum in Ecclesia vendicant, honorem Christo debitum in creaturas, & ritus ridiculos, atque frigidissimas superstitiones, transferunt, & (quod facturos Petrus prædixit) de Christianis hominibus turpissimè nundinantur. Quibus rectè adnumeraueris Anabaptistas, qui in familias subeunt, & artificialitas conscientias fictis blanditijs atque suspirijs inescant, vt salutis dubias factas facilius in suas partes pertrahant, & plerunque seditionum, dispensationum, diuortiorum, & turbularum publicarum authores sunt, vt ipsi interea sub ementito sanctitatis titulo ex alieno securi & ignaui viuant. Hi ergo omnes cauendi sunt. Nam reuera arbores patres sunt, ex quibus non potest fructus aliquis sperari: Spinæ item & tribuli sunt, qui conscientias credulorum acutissimè quidem pungunt, easdem verò neque vuis suauibus, neque ficibus, qui celestis dulcedinis saporem referant, recreare aut exhilarare possunt.

Quid enim ex illis prioribus tibi pollicearis, qui suos sectatores, quos suis traditionibus atque minis purgatorij ignis, & metu excommunicationis, sibi seruos fecerunt, per ludibrium bonos Christianos vocare solent? Et notum est Alexandri VI. Papæ dictum, qui, de fide & religione Papistica loquens, dicebat: Est hæc bona persuasio, quia per hanc regnamus. Quisquis ergo salutis doctrinam & animarum medicinam ex talibus sperat, non minus stultè facit, quàm si ex spinis vuas, & ex tribulis ficus, velit decerpere.

Debet autem hæc Christi de Pseudoprophetis agnoscendis regula latius extendi, vt de re quauis ex suis effectis siue fructibus iudicemus. Nam si hoc fiat, multa displicentia re incipient, quæ prius arridebant aut saltem non admodum noxa esse videbantur. Exemplis hoc demonstrari facilè potest. Scortatio ijs, qui natura ad vagas libidines propensi sunt, leuiculum quid esse putatur, & ijdem aduultu licentiam pro lusu & ioco habent. At si fructus, & effecta consideres, mox familiarum euerfiones, dissidia ciuilia, veneficia, cædes, & multorum regnorum horribiles morus, occurrent, quibus illa aut grauiter concussa, aut omnino collapsa sunt. Nec enim cessat Dominus, quò minus Scortatores & adulteros ipse iudicet. Eadem est ratio auaritiæ, in qua defendenda mirificè sibi ipsi delicias faciunt, qui diuitias summum bonum esse sibi persuaserunt. Quod si verò ijdem expendant, quot curæ mordaces, quot labores & vigilæ, auaros priuatim fatigent, quàm multa ijdem contra ius & fas iniquè, quàm multa aduersus charitatis leges immiserit corditer, quàm multa honestatis legibus contraria, impudenter faciant: mox intelligunt, non frustra ab Apostolo dictum esse, auaritiã malorum omnium esse radicem. Idem de ebrietate dici potest, quæ hodie in toto orbe apud omnis loci & ordinis homines dominatur, & apud plerosque virtutis nomen obtinuit, quasi ad amicitias conciliandas atque conseruandas, nihil vilius nihil honestius, nihil magis sit necessarium. Sed si quis ebrietatis effecta examinet, multa trista, inhonesta, iniusta, & noxia videbit, quibus priuatim & publicè peccatur, nec mirabitur Solomonem dixisse: Apud quem est vix? Apud quem est dolor? Apud quem est murmur? Apud quem rixæ? Apud quem sunt vulnera sine causa? Apud quem rubedo oculorum? Apud eos nimirum, qui vinum sedantur: Apud eos qui veniunt scrutatum, vbi infundatur. &c. Et exempla cum vetera tum recentia doceant, ebriositatis & gulæ studio multos ad egestatem extremam reductos esse, multos illi-

Ioan. 10.

Ioan. 2.
Matth. 21.
Zach. 14.

2. Pet. 2.

De peccatis
quoque ex fructibus iudicandum.

Heb. 13.

1. Tim. 6.

Proverb. 23.

illos illicitis cupiditatibus accensos sese incestis libidinibus polluisse, multos caeco furore abreptos linguas ad conuicia laxauisse, à quibus ad pugnas & caedes peruentum est: multos item reges & principes viros sibiipsis & regnis sui intemperantia sua exitium accersuisse. Taceo nunc, quod ebrij opera Domini non considerant, & tandem beluino stupore correpti nihil pensi habent, & sæpè in peccatis suis horribiliter pereunt. Ad hunc modum expendamus o fratres omnium vitiorum, quæ hodie in mundo regnant, effecta, & facillè apparebit, quàm fallantur, qui illa pro leuiculis ducunt.

Isai. 5.

Ceterum, ad præsentis loci argumenti redeamus, ne quis falsos doctores impunituros putet suos dolos, rapinas & seductiones, quibus multos circumueniunt, & perdunt, non sine manifesta nominis diuini contumelia, prænam illis CHRISTVS denunciatur, dicens: Omnis arbor, quæ non fert fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. Nam vt frugi colonus in suo fundo non fert arbores steriles, quæ terram frustra occupant, multo minus noxias, quæ vel umbra vel radicibus longè lateque dispersis, aut naturali aliqua contagione, tegetibus, atque plantis alijs, officiant: Ita neque DEVS in Ecclesia, quæ sua vinea atque fundus est, Pseudopphetas ferre potest, qui, cum colonos fidos agere deberent, in eiusmodi truncos inutiles, imò noxios degenerant. Occupant quidem aliquando locum suum ad tempus, vt per hos electi probentur, atque manifesti fiant, reprobi autem, & qui veritati mendacia præferunt, efficaci illusionè seducantur, sed non dormitat interea DEVS, qui illis diem suum constituit, quando iudicium suum in illos proferet. Duo autem minatur: Primò excidium siue extirpationem, vt infra: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. Ergò ex Ecclesia tales excinduntur, vt ne membra quidem eius sint amplius, qui pastores & antistites fuerunt. Id verò cum ignominia coniunctum est, quæ nihil intolerabilius est ijs, qui sui questus, & existimationis ergò omnia faciunt. Deinde in ignem conijciendos fore dicit, vt comburantur. Vt enim aridorum lignorum, arborum in primis fructiferorum, & palmitum, ex vitibus refectorum, si steriles & succus exeres sint, non alius vius est, quàm vt fornacibus & foco seruiant: Sic Pseudopphetas & doctores falsos eadem omnino fors manet iusto DEI iudicio, vt qui multos ad exitium abduxerunt, tandem ipsi quoque malè pereant, & quia ne tunc quidem respiscunt, sed incurabili contumacia errores & blasphemias suas defendunt, ad inferos detrusi sempiternis cruciatibus mulcentur.

Pœna Pseudopphetarum.

1. Cor. 11.
2. Thef. 2.
Matth. 15.

Ezech. 15.
Ioan. 15.

Exempla, quibus hoc demonstratur, multa passim occurrunt. Sensit enim hunc iudicij diuini rigorem Balaam, qui cum asina, qua vehebatur, obstinator, DEO reluctaretur, cum Madianitis suis, quibus pessimi consilij author fuerat, excisus est, & procul dubio nunc in igne illo inextinguibili torquetur. Idem exitus Baalis Sacerdotum atque Prophetarum fuit, quos primò per Eliam, deinde per Iehu DEVS excidit, cum imposturis suis diu Israël totum, & huius reges, seduxissent. In Iudæorum quoque Sacerdotibus & Scribis, quod CHRISTVS minatur, impletum esse historia docet. Quid verò idem de Antichristo, & tota illa Babylone spiritali, vaticinatus sit, satis notum est: & iam nunc exerit sese aduersus illos Domini iudicium. Ingulatur in multorum cordibus Antichristus, & passim vilescit eius authoritas, neque sine ignominia reteguntur pudenda magnæ illius matris fornicationum.

Num. 22 et 31.

1. Reg. 15.
2. Reg. 10.

Matth. 21.
2. Thef. 2.
Apo. 18. et 20.

Excinduntur & eijciuntur ex multis locis eius satellites. At quia plerique incurabiles sunt, non procul abest dies ille, quo Diabolus ipse morietur in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & Pseudopphetæ cruciabuntur die ac nocte in omnia secula. Neminem ergo offendant pompa & fastus, quo nunc sese ostentant, nemo item tyrannide & crudelitate, qua in fideles sæuiunt, terreatur, quo minus illis procul relictis persistamus in libertate Euangelij, quam nobis DEVS concessit, & constanti fide sequamur bonum illum & fidum pastorem, IESVM CHRISTVM, qui solus habet verba vitæ æternæ, & Ecclesiam suam, seruat usque in consummationem seculi. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Ioan. 10. 6.
Matth. 28.

HOMILIA III.

Non quisquis dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Multi dicent mihi in illo die: Domine, Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus, & per nomen tuum demonia eiecimus, & per nomen tuum multas virtutes adidimus? Tunc autem profitebor illis: Nunquam noui vos: Discedite à me, qui facitis iniquitatem.

Falsa doctrina effusa.



INTER EA, QVAE NOS AB AETERNAE SALUTIS via abducunt, nihil nocentius est falsa doctrina: eò quòd cordibus insidens, hæc falsis de Deo & eius cultu totaque salutis ratione opinionibus imbuit, quæ vel superstitiones absurdas pariunt, vel hypocritas faciunt, qui cù Deo non verentur ludere, & tandem in omnem scelerum licentiam effunduntur. Est; periculum hoc eò grauius, quòd natura ad errores sumus propensi, & plerique se ipsos vanis persuasionibus decipiant, vt primùm sui animi cogitationibus indulgent. Itaq; Christus Iesus postquam totam veræ salutis & beatitudinis doctrinam prolixè tradidit, vt ab ijs sibi caueant, iubet, qui sui discipuli esse volunt: Ita nimirum eos confutans, qui se apud Deum excusatos putant, si ducibus suis simpliciter credant. Deinde quo indicio agnosci possint seductores, docet. Postremò ijsdem pœnas minatur, quas non effugient, qui scientes volentes eorum somnia sequuntur. Cœterum duo sunt, quæ incautis & rerum imperitis ferè imponunt. Vnum, externa professio, qua impostores eiusmodi non solùm Christi nomen iactant, sed huius seruos & præcones se esse dicunt, & miracum hypocrisis dulce & salubre illud nomen Iesu in suis sermonibus publicè & priuatim ingeminant. Alterum, miracula omnis generis, quibus doctrinam suam confirmant. De vtroq; igitur in præsentī Christus agit, & neutrum tanti momenti esse docet, vt quaquam mouere debeat.

Pseudopropheta nomen Christi frustra prætexunt.

De primo dicit: Non quisquis dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei &c. Quasi diceret: Scio quid doctores falsi prætexant. Dominum me dicunt, vt se abs me missos & meos seruos esse simulent, qui non aliud quàm meam gloriam, & hominum salutem, quarant. At non debet hoc quinquam mouere. Non enim mox in regnum cœlorum introibit, vt salutis & vitæ æternæ particeps fiat, qui me suum Dominum profiteretur, sed qui voluntatem Patris mei fecerit. Itaque non quo nomine illi se venditent, spectandum erit, sed num Patris mei cœlestis voluntati obediunt, & quod hic iussit, sedulo exequantur.

Voluntas Patris.

Ioan. 7. 6. 4.

Gen. 9. Gal. 3.

Quo loco diligenter obseruari debet, quòd non dicit: Qui fecerit voluntatem meam: sed Patris mei, qui in cœlis est. Nec enim hoc ita accipi debet, quasi alia Filij, alia Patris voluntas sit, aut quòd Filius Patre minor sit, quòd ad Deitatem: sed in Mediatoris persona secundum assumptam hominis naturam loquitur, vt doceat, de doctores iudicium & examen fieri debere, num suum exemplum referant aut imitentur. Facit ergo ad huius loci explicationem, quòd sibi dicit. Doctrina mea non est mea (nimirum vt nudi hominis) sed eius, qui misit me. Et rursus: Descendi è cœlo, vt faciam, non quòd ego volo, sed quòd vult is, qui misit me. Item: Non quæro meam voluntatem, sed eius, qui misit me, Patris. Denique hunc suum cibum esse ait, quo sustentetur & recreetur, vt faciat voluntatem eius, qui ipsum miserit, atque opus eiusdem perficiat. At præcipuum voluntatis istius caput est, ipso Christo teste: Vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, et filius in se credentes seruet, et ex morte in vitam resuscitet. De hac voluntate exponi debent patribus datæ promissiones de semine mulieris & Abrahami, quòd non aliud esse quàm *IESVM CHRISTVM* Paulus disertè docet. Eadem Moses & vniuersa legis doctrina explicat, quæ nos pædagogi instar

instar ad Christum deducit. In eisdem expositione omnes Propheta versantur, qui sui seculi hominibus salutem in hoc promisso Seruatore monstrauerunt. Neque alium Apostoli prædicauerunt, ut ipsorum scripta abundè testantur. Quicumque ergo inter docendum hanc Dei voluntatem diligenter inculcât, ad vnum Christum õnes adducât, huic vni fidere & viuere docent, & ipsi suo exêplo alijs præeût, ij fideles Christi serui sunt, quos tunc sequi liceat. Et hi in regnũ cœlorũ introibunt, adeoq; ipsis dicetur olim: Euge serui boni & fideles, super pauca fuistis fideles, super multa vos cõstituã: ingredimini in gaudiũ domini vestri. Et tales quidẽ Apostoli fuerint, qui vt nihil aliud nouerũt, quã Iesũ Christũ crucifixum: Ita hunc non ore solũ, sed vitæ & morum etiam exemplo prædicauerunt, vt singuli dicere potuerint: Viuo iam non ego, sed uiuit in me Christus. De hoc suum Timotheum Paulus admonens dicebat: Esto exemplar fidelium in sermone, in conuersatione, in charitate, in spiritu, in fide, in puritate. Hæc exerce, in his esto, vt tuus profectus manifestus sit inter omnes: Attende tibi ipsi & doctrinæ perliste in his: id enim si feceris, te ipsum seruabis, & eos, qui te audierint. E contra verò quicumq; Christum ore quidem profitentur, sed non hoc vno contenti, suos auditores ad alia quoque salutis præsidia remittunt, ad hæc exemplo malo seducunt, dum vel superstitiones sectantur, vel etsi rectè doceant, tamen mundo & carnis desiderijs addicti licenter viuunt, adeoq; quod bene docendo ædificant, vitæ exemplo pessimo destruant: ij reuera Pseudoprophetae sunt, qui Christum sibi ipsi & suis sectatoribus inutilem faciunt, & proinde non introibunt in regnum cœlorum, in quod non alia via aut ostium patet, quã quod nobis in Filio suo Deus aperuit. Vide Ioan. 10. cap.

Matth. 25.

1. Cor. 2.

1. Tim. 4.

Id verò in ijs, quæ sequuntur, amplius illustrat, & ita simul ad alterum huius loci caput, quod est de Pseudoprophetarum miraculis, transit dicens: Multi dicent mihi in illo die (nouissimo nimirũ, quo venturus sum ad iudicandum viuos & mortuos) Domine, domine, nonne per nomen tuum prophetauimus? &c. Quibus verbis hoc vult dicere: ideo istorum hominum professio externa neminem mouere debet, quia tanta est eorum confidentia, vt non solũ inter homines rudes atque imperitos se meo nomine venditare ausing, sed in magno illo die, quando ad meum tribunal stabunt, me vt suum Dominum compellere audebunt, imò interrogationibus suis me vrgere non verebuntur, quasi ego eis testimonium veritatis & integritatis dare debeam, & tantũ non de iniuria sibi facta conquerentur, si illud ipsis negem.

Pseudoprophetarum confidentia.

Quæ verò illa sunt, quibus se venditabunt? Primò per tuum nomen, id est, ex tuo iussu & mandato prophetauimus, scripturarum interpretes fuimus, & Euangelium tuum prædicauimus, vt tibi discipulos adduceremus, regnumq; tuum longè lateq; propagemus. Deinde per nomen tuum dæmones eiecimus, id est, in eo tibi seruiimus, quod proprium tuum opus est, qui ideo in mundum venisti, vt semen mulieris factus veteris serpentis caput conculcaros, & eius opera destrueres. Vt ergo tibi fideles essemus, ipsi quoque tui nominis fiducia armati dæmonia ex multis expulimus, quos illa obsessos tenebant. Præterea per tuum nomen multas virtutes, & opera miraculosa, a. idimus, vt Euangelio tuo apud omnes fidem faceremus. Sunt hæc admodum angusta & præclara: nec illos Christus falsi arguit, aut mendacij accusat, vt constet eum omnino de illis loqui, qui reuera prophetarunt, Euangelium prædicauerunt, & in suo nomine miracula fecerunt multa & magna, & quorum virtus in dæmoniorum quoque eiectione sese manifestauit. Quid verò addit? Tunc autem profitebor illis, id est, diserte & liberè eis respondebo: Nunciam noui vos. Grauis admodum vox, & quæ fulminis instar illos feriet. Nam hoc dicendo, non solũ testimonio, quod ipsi extorquere conabuntur, eos priuabit, sed insuamquam mihi seruiistis, neq; ego vos vnquam pro meis seruis agnoui. Discedit ergo vos, qui facitis iniquitatẽ. Poterat dicere: qui multa iniquè, subdolè, perfidè, fecistis: Sed ita loq; voluit, vt tũc quoq; in illo die adhuc sui similes futuros esse innuat. Quasi diceret: quoniam facul hinc facistis, q non cõtenti ijs, quæ olim per vos improbè facta sunt, etiã nũc mihi faciũ facere conamini, & vestra merita audetis iactare, cũ & meæ gloriæ & multorũ salutis obstaculo fueritis. Exprimit ergo his hypocritarũ impudentem cõfidentia, vt minus miremur, si hodie nequissimi hõines se Apostolicos, & Apostolorũ successores, ipsius item Christi in terris vicarios, dicere audent, quibus ligandi & soluendi potestas data sit, qui deniq; sibi obsequentes in cœlo locare, contradicentes in tartara præcipitare possint. Arguet olim hanc audaciam & impietatem Domini in totius mundi cõspectu, & tunc ab eius cõspectu abrepti ad inferos detrudentur, vbi cum sempiterno fletu & stridore dentium torque-

Pseudoprophetae quibus gloriantur?

Gene. 3.

1. Cor. 13.

torquebuntur, cum (vt Lucæ 13. dicitur) viderint Abrahamum, & Isaacum, & Iacobum, & omnes veros Prophetas in regno Dei, ipsos autem foras expelli.

In primis autem docet his locus, miracula, si nudè in seipsis considerentur, neque veritatis neque sanctitatis testimonia esse, vt quis propter illa vel doctor verax, vel sanctus haberi debeat. Etenim fecerunt olim sæpè miracula magna & stupenda homines impij, & nefarij impostores. Mosis & Aaronis signa imitati sunt Magi Aegyptij, Ioannes & Iambres. Iudas proditor inter duodecim discipulos numeratur, quos ad prædicandum Christus emisit, & miraculorum virtute donauit. Simon item Samaritanus signis prodigiosis populum totum ita dementauit, vt magna illa Dei virtus diceretur. Et filios Sceuræ magicis exorcismis tale quid conatos fuisse legimus. Et Christus non in præsentis modò miraculorum meminit, quæ impostores ædituri sint, verum etiam de nouissimorum temporum periculis vaticinans inter alia dixit: Surgent pseudochristi & prophetae, & erunt signa magna & prodigia: ita vt seducant, si fieri possit, etiam electos. Taceo nunc, quæ inter gentes apud Deorum aras atque statuas, & in papatu iam aliquot seculis ad imaginum, & noui illius Dei Mayzim miraculosè confirmationem factæ sunt, & interdum adhuc hodiè fiunt: quæ si quis pro veris signis velit tueri, idem de alteris illis statuat oportet, per quæ Satan falsorum Deorum cultum gentibus persuasit.

Permittit autem ista fieri Deus multas ob causas: Primò vt suorum fidem tenter acque probet, de quo Moses scribit ad hunc modum: Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium somniet, dederitque tibi signum aut portentum, quod prædixit tibi, arque dicat tibi: Eamus post Deos alienos (quos non nouisti,) ac seruiemus eis: Non audies verba Prophetae illius, aut eius, qui somnium eiusmodi somniauerit: quia tentat vos Dominus Deus vester, num sitis amantes Domini Dei vestri in toto corde vestro, & in tota anima vestra. Deinde propter reprobos ista fieri finit Deus, vt efficaci illusione decipiantur, qui veritatis dilectionem amplecti nolunt, qua de re Paulus in posteriori ad Thessalonic, disserit, vbi de Antichristo vaticinatur, qui cum omnipotentia, & signis atque prodigijs mendacibus venturus sit. Præterea ex Dei permissu interdum in Christi nomine signa & miracula faciunt nequissimi impostores, quæ ipsi in testimonium cedat, & eos reddant in excusabiles, quando non credunt Christo, cuius virtutem diuinam in signis experiuntur, quæ in ipsius nomine faciunt. Et quia hæc omnia luce clara sunt, & exemplis plurimis poterant confirmari, nequaquam in miraculis obstupescere debent homines Christiani, vt propter ea doctrinam nouam & Euangelij veritati contra dicentem, admittant, sed potius ad canonem verbi Dei miracula illa examinent, vera ne an falsa sint. Nam etsi reuera fiant, quod ad opus externum, falsa tamen sunt, cum in malum finem fiant, nimirum vt errores & superstitiones confirment, & incautos à Christo, qui veritas & vita est, abducant. Itaque Dei verbo ita nos assuescere oportet, vt ne angelo quidem è cœlis delapso credamus, qui prædicarit præter id, quod olim Apostoli tradiderunt: ne dum vt propter signum fallax & incertum de fide in Christum dubitemus. Est hoc diligenter obseruandum propter eos, qui hodiè, vt Euangelij doctrinam nouis signis & operibus miraculosis probemus, à nobis requirunt, cum interim negare non possint, ea, quæ docemus, cum Christi & Apostolorum doctrina prorsus conuenire. Quia enim hæc iam olim miraculis innumeris confirmata est, noua fieri minimè opus est, & qui noua petunt, ipsi Christo & Apostolis atrocem iniuriam faciunt. Sunt ergo isti Iudæorum similes, quibus Paulus proprium hoc tribuit, quòd signa petant, et de quibus Christus dixit, nisi signa & prodigia videritis, non credetis: sed iidem digni sunt, quibus Satan illudat, ne unquam ad veritatis cognitionem perueniant.

Quia autem toto hoc loco de regno cœlorum, id est, de vera salute aut beatitudine, deq; recta huius consequenda ratione, agitur, debet hinc generalis doctrina peti, neq; externam, quæ ore fit, fidei veræ professionem, neque sacra externa, aut quicquam huius generis, nos regni istius ciues & salutis particeps posse facere, nisi Dei voluntatem faciamus, & huic nos subiiciamus, per fidei obœdientiam, quam Euangelicæ prædicationis finem siue scopum esse Paulus docet. Est doctrina hæc plus quàm necessaria, quia ad hunc lapidem omnibus seculis plurimi offenderunt, qui in fide et veri Dei cultu fuerunt instituti. Iudæos certè hoc nomine potissimum Deus per Prophetas accusat, quòd ipsum Dominum & Patrem profiterentur, circumcisionem iactarent, in sacrificijs essent seduli & frequentes, in eius item conspectum crebrò venirent: Non autem eam præstarent reuerentiam & obœdientiam, quam serui hæris, & filij parentibus suis

Miracula per se non sunt testimonia veritatis & sanctitatis.

Exod. 7. 8.

2. Tim. 3.

Matth. 10.

Acto. 2. 19.

Matth. 24.

Deut. 13.

2. Thef. 2.

Iohan. 14.

Gal. 3.

1. Cor. 1.

Ioan. 4.

Professio fidei et externa sacra non faciunt beatos.

Rom. 16.

Malach.

Iere. 4.

Psal. 50.

Isa. 1.

raceam, in quas totus mundus scinditur, Euangelij doctrina, quæ vni Deo per vnum Mediatorem *I E S V M C H R I S T V M* fidere docet, erronea, falsa, & hæretica dicitur, & qui eam profitentur, digni iudicantur, ad quos exterminandos omnes conuident. Exincta autem omni charitate, regnant passim doli, fraudes, imposturæ, insatiabilis habendi cupido, rapinæ, vsuræ, furta, vis, iniuriæ, cædes, veneficia, & cum his, luxus, fastus, libidines vagæ, stupra, adulteria, incestus, & quæcunque alia huius generis commemorari possunt; & impune quidem regnant. Imò, si qui serio pietatis studio accenssi illa improbant, & sanctioris vitæ regulam sequuntur, plerisque fabula & ludus sine, à multis etiam odio habeantur. Interea autem Christiani volunt dici, & regni cælorum hæreditatem ad se pertinere putant, quod Christo in baptismo nomen dederint, in quo eo alij alijs blandiuntur, sed non potest falli Deus, cuius oculi per totum orbem discurrent & in cordium intimos recessus penetrant. Et olim nihil huius opinantibus illucescet magnus ille dies, quo filius Dei Iesus Christus in nubibus cæli veniet cum gloria Patris & sanctis Angelis suis, apud cuius tribunal omnes manifestabimur, vt vnus quisque reportet, quæ in corpore suo fecit, siue bonum siue malum. Neque tunc alio patrocinio iuabimur, quàm fide vera, quæ per charitatem agit, ex cuius indicia erunt beneficia, quæ propter Christum in eius seruos siue membra contulimus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Matth. 24.
Luc. 21.
Matth. 25.
Rom. 14.

PRECATIO DOMINICÆ VERORUM & FALSORUM Prophetarum Matth. 7.

Fili Dei viui, qui per verbum & Spiritum sanctum perpetuam tibi in genere humano colligis Ecclesiam, Misere nostri secundum promissionem Euangelij, da vt sinus cinerum tui cætus, qui te verè agnoscat, & celebrat, libera verò Ecclesiam tuam à furoribus Diabolorum, hostium tuorum, qui in organis suis horribiles ululatus blasphemiarum contra veritatem tuam edunt, reprime falsos doctores, hypocritas, & Enthusiastas, qui, discedentes à norma tua doctrina, proponunt commentitias opiniones hominum, quæ frustum nullum ferunt, quæ in veris tentationibus & lucta, nullam firmam consolationem monstrant anxia menti, nec foris ostendunt signa conuersæ mentis ad te vera penitentia: Tu verò doce corda nostra, vt ex te, arbore vita, & vite aternæ vita, hauriamus dulcem & efficacem succum, pascentem animas nostras vera luce & vita, vt facientes voluntatem aterni Patris tui in cælum ingrediamur, Amen.

P A R A E N E S I S.

VNica est causa cur licet & necesse est discedere ab illis, qui pra se ferunt titulum Ecclesie & ordinaria potestatis, idolatria, iuxta dicta: Hunc audite. Canete vobis à Psephodopphetis &c. Fugite idola. Si quis aliud Euangelium docuerit &c. Sic nos scimus nos à Pontificijs, quia evertunt doctrinam fundamenti & stabiliunt idola. Evertunt primam tabulam decalogi, quia obscurant doctrinam inuocationis, & stabiliunt cultum hominum sanctorum mortuorum, & in adoratione panis, qui est Deus Mazaïm, confirmant tetra idola, obscurant & evertunt quintum & sextum præceptum in prohibitione ciborum, & in vsu coniugij: Similiter, nonum & decimum, cum fingunt, concupiscentiam hærentem in nostra natura non esse peccatum: Evertunt articulum de gloria Filij Dei, cum constituent plures mediatores. Oppugnant articulum de Ecclesia, quia fingunt Ecclesiam esse regnum politicum, & alligant eam ad auctoritatem hominum, quibus tribuerunt potestatem condendi novos articulos fidei. Evertunt articulum: Credo remissionem peccatorum, quia dicunt, non credas, sed dubites: dicunt de merito, non de gratuita remissione peccatorum. Ergo grauè cause sunt, cur ab illis discessimus, & quarimus veram Ecclesiam, quæ audit vocem Christi.

Cum sectatoribus Suenckfeldij est nobis lis etiam de aliquibus articulis fidei. Istorum omnium doctrina nullum parit fructum, quia nec Pontificij, nec Enthusiasta monstrant veras fontes consolationis. Aut homo fit hypocrita, aut adigitur ad desperationem. Doctrina ista, quam ex Dei verbo sonamus, docet nos, quomodo piè & placidè in domino obdormire possimus. Decerpamus ergo ficus & vvas non ex spinis & tribulis, sed ex arbore vita & vite vera, qui est Christus.

DOMINICA IX. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

LVC. XVI. CAP.

HOMILIA I.

Dixit autem Iesus discipulis suis: Fuit homo quidam diues, qui habebat dispensatorem, & is delatus est apud eum, ut qui dissiparet ipsius bona. Vocauit igitur eum, & dixit ei: Quid hoc audio de te? Redde rationem dispensationis tuæ: non enim poteris amplius esse dispensator. Dixit autem apud se dispensator: Quid faciam, cum Dominus meus auferat à me dispensationem? Fodere non possum, mendicare pudet. Noui, quid sim factururus, ut, cum amotus fuero à dispensatione, recipiant me aliqui in domus suas. Conuocatis igitur singulis debitoribus Domini sui, dixit primo: Quantum debes Domino meo? Is ait, centum batos olei. Tum ille dixit ei: Accipe tabulas tuas, & scribe ciccò, & scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu uerò quantum debes? Is autem ait: Centum coros tritici. Tum ipse dixit ei: Accipe tabulas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus dispensatorem iniustum, quod prudenter fecisset: Quoniam filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in suo genere.

DILIGENTER IN PRÆCEDENTIBVS HANC LE-
ctioem uerbis, Dominus noster Iesus Christus, de Euangelio, & singulis
huius partibus, pœnitentia nimirum, & remissione peccatorũ, differuit, Et il-
lam quidem omnibus necessariam esse docuit, qui cum Deo reconciliari, &
salutem consequi, uolunt: Hanc autem omnibus expositam esse ostendit, qui
à peccatis ad Deum seriò conuertuntur. Atqui non in nuda aut inani professione ista cõ-
sistunt, neq; Deus suos cultores uult otiosos esse: Ideo commodè nunc de præcipuo ho-
minis Christiani officio, dilectione & beneficentia, disputat. Quæ, ut in opum abundan-
tia amplissimam habet sese exercendi materiam: ita in illis maximè peccatur. Quapropter
de his diligenter differit aduersus auaritiam & luxum, in quibus opum abusus potissimùm
consistit. Et in præsentem quidem beneficentiæ studium eleganti parabola nobis commen-
dat, cuius hic scopus & hæc summa est: eos, qui diuitias habent, non suis cupiditatibus
indulgere, sed potius, recta illarum dispensatione, animarum quoq; saluti in futurum pro-
ficere debere: ut quando à nobis Deus rationes exigit, dignum & optatum ex nostra be-
nificentiæ fructum percipiamus. Figuratur autem tota hæc tractatio per comparationē,
quæ docet, inexcusabilem esse illorum ignauiam, qui in uijs, quæ ad æternam uitam spe-
tant, non eodem studio & industria utuntur, qua homines, mundo dediti, ea curant. Co-
simul multa alia continent, quæ cognitu uilissima sunt, de omnibus ex ordine dicemus.
Principiò homo diues aut opulentus inducitur, qui opum suarum dispensatorem
habuit. Qua parte tota diuitiarum aut bonorum huius seculi ratio adumbratur. Nam di-
ues ille homo Deus est, quem omnium bonorum, tam spiritualium quàm corporalium,
fontem atq; largitorem esse, non solum sacre literæ docent, uerumetiam gentium Philo-
sophi olim agnouerunt. Dispensatores huius sunt homines, & ij inprimis, quos ille
præ alijs diuites, & bonis varijs instructos, fecit. Nam ut dispensator proprium habet
nihil,

Summa pœ-
rabola.

Opum ratio.

1. Cor. 4.

nihil, sed alterius bona, suæ fidei credita, administrat: Ita omnes nos nihil possidemus, quod possimus nostrum dicere (quia nudi ex utero matris nascimur, nec aliquid in mundum inferimus) Deus autem ex gratuita bonitate inter nos dona sua distribuit, alijs quidem opes, alijs honores, alijs dignitates, alijs sapientiam, alijs corporis vires, alijs aliud, prout ipsi visum fuerit. Imò ne hæc quidem æquali mensura omnibus confert, sed certo iudicio agit, ut qui nos probè cognitos habet, &, quantum cuique committi debeat, intelligit. Est hoc obseruatum & consideratum dignissimum, quia nos officij admonet, & ne donis qualibuscunq; efferamur, nos coërceat. Nam omnibus occini potest Paulinum illud: Quid habes, quod non accepisti? Quòd si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? In quem finem verò dona Dei accipimus? Num ut nobis solis priuatim illa seruiant? Certè ut non nobis, sed alijs, nascimur (quod omnibus seculis sapientissimi quique intellexerunt) ita non solum nobis solis Deus sua dona largitur, sed dispensatores esse vult, qui illis ad sui nominis illustrationem, & multorum aliorum vtilitatem, vtamur. Admonet nos de isto corporis nostri fabrica, aut constitutio. Nam quia corpus vnum est, membra, etsi diuersa & alia alijs præstantiora sint, singula tamen, quicquid habent, in commune deponunt, ut totius corporis valetudo seruetur, & membris laborantibus succurratur: Ita cum vna sit omnium credentium Ecclesia, quæ ex membris, multum inter se diuersis, constituitur (si Dei dona consideres) æquum est, ut hic quoque omnes omnia inter se communia faciant, non quidem iniusta confusione, quæ ex rerum suarum possessione aliquem deiciat, sed amica dispensatione, quam nobis Deus commisit. Debent ergo istud ad se priuatim transferre omnis ordinis & loci homines, ut se Dei dispensatores, & proinde aliorum omnium in eius domo agentium seruos esse meminerint. Nam si vnum hoc non oscitanter considerent, adeo non superbibunt operibus, aut qualibuscunq; bonis, ut potius eò humiliores fiant, quòd plura se à Domino accepisse vident, Semper enim illis in mentem veniet, quòd de pluribus rationem reddere cogentur.

Diuitum conditio.

Sed è contra videamus, quisnam & qualis hic dispensator fuerit: Iniquus nimirum & perfidus. Nam bona heri, suæ fidei credita, dissipauit, & tandem apud herum eò nomine delatus est. Quo loco diuitum huius seculi conditio nobis depingitur. Non sufficiunt hi rebus suis curandis, & quòd plures sunt diuitiæ, eò pluribus seruis opus habent, per quos sua & recipiant & dispensent. Ita verò onus & molestiam magnam ex eo sentiunt, in quo infelix & stultus mundus summam felicitatis partem consistere putat. Nam præter id, quòd ipsi seruis prospicere, & proinde ipsis inservire, coguntur, ab istis plerumq; contemni solent: Vnde mox fraudes, imposturæ, furta, & omnis generis expilationes, nascuntur, quas nunquam omnes effugere possunt. Et cum omni populo in ore sint, quæ à seruis fraudulenter & iniuste fiunt, illi ferè postremi ea resciscunt, cuius mali causa est, quòd, vel ignaui & stupidi nimis, parasitos & assentatores frugum seruis præferunt: Vel intolentiores æquo se plus satis sapere sibi iam pridem persuaserunt, neque de rebus suis à quoquam volunt admoneri. Sed & vulgi vitio multum hic delinquitur. Nam ut plerique leuissima quæque obseruant & traducunt: ita rarissime ad eorum rem referunt, ad quos ea imprimis pertinet. Ergo postremi ferè resciscunt Patresfamilias, quæ à filijs & seruis suis improbè designantur. Est hæc tanta diuitum infelicitas, ut sola sufficere posset rectè considerata, ne opes tanto studio corrodamus, quibus tot curæ totq; incommoda coniuncta sunt.

Typi eorum, qui dona Dei dissipant.

Simul autem in isto dispensatore omnium eorum typus proponitur, qui donis, à Deo datis, abutuntur. Est hoc vitium vulgare admodum. Qui enim diuitijs per se iustis, & legitime partis, abundant, ij aut non contenti illis, quas habent, insatiabili avaritiæ studio quondam augere satagunt, & sibi solis ea congerunt atque possident, quæ multorum aliorum vtilibus debebant seruire: Aut luxu foedo omnia dissipant, dum suo fastui, gulæ, libidinis, ambitioni, alijsque prauis cupiditatibus, satisfacere student. Et illi se egregiè excusatos arbitrantur, si diuitias suas esse dicant, & sibi licere, ut eis pro suo arbitrio vtantur. At nihil habent illi, quod iure suum dicere possint, & simul ea, quæ Deus dedit, iniuste & turpiter dissipant, dum ea alienis vtilibus seruire cogunt. Eadem principum culpa est, qui autoritate & potestate, diuinitus data, suas res agunt, publicas negligunt: Vel ut ipsi otio suo consulant, populum officarijs committunt, quorum rapacitate totus expilatur. Et hi quoque se extra culpam esse putant, si penes se potestatem & ius esse vociferentur, de omnibus pro suo arbitrio statuendi. Sed hi quoque præstan-

præstantissima Dei dona dissipant, vt iam de populo nihil dicam, quem Deus olim de ipsorum manibus requiret. Idem de ijs dicere possumus, qui valetudine, forma, & viribus corporis, sapientia, & eloquentia, alijsque, tam corporis quam ingenij animique, bonis, pro suæ carnis arbitrio abutuntur. Quia enim illa in vsus inhonestos, & Deo inuisos conuertunt, & eorum improbi dissipatores sunt, dignas olim pœnas Domino exoluent. Hic ergo magna & vniuersalis (vt sic loquar) mundi improbitas arguitur, quando paucissimos est videre, qui donis suis rectè vtantur, vt & Dei gloriam prouehant, & proximi commodis atq; salutem consulunt velint.

Sed videamus, quid cū suo isto dissipatore herus egerit, vt ex eo discamus, quid à Deo *pœna mala si* expectare debeant omnes ijs, qui illius mores imitantur. Vocatur ab hero, qui cum eo *ex-dei dispensa* postulans ait: Quid hoc audio de te? Quasi dicat: hæc ne fides tua est? Itane rerum me- *torum.* arum curam geris? Et mox addit: Redde rationem dispensationis tuæ: non enim poteris amplius esse dispensator. Ita ergo rationem suæ administrationis ab illo exigit, vt simul eū ab officio remoueat. Solet hoc ipsum omnibus accidere, qui Dei negotia fide mala agunt. Rata enim erit omnibus seculis sententia, quam per Ieremiam pronunciat: Maledictus, *Ierem. 49.* qui fecerit opus Domini malignè. Et hinc primùm occurrit, quòd tales diu latere non possunt, imò ne momento quidem oculos Dei effugere. Nā etsi ad tempus multa dissimulet, *Iere. 27.* omnia tamen videt & audit, vt aliorum relatione ipsi nequaquā sit opus. Facit huc, quòd idem per eundem Prophetam dicit: Ego Dominus, & cor perscrutor, & renes exploro, vt reddam cuiq; iuxta viam suam, & secundum fructum studiorum suorum. Quod vnum sufficere debebat, ad excitandum eos, qui sibi ex eo impunitatem perpetuam pollicentur, quòd Deus res humanas aut prorsus ignoret, aut saltem negligat. At neutrum de illo cogitari debere, hic locus docet. Nam qui huius dispensatoris improbitatem rescit, simul ab eodem suæ dispensationis rationem exigit. In quo cum seueritate iustitiæ quoq; suā declarat. Nam etsi iniquitatem impunitam non sinat, iudiciū tamen non solet præcipitare. Huius tamen meminisse debent, quotquot vel opum abundantia affluunt, aut alijs Dei donis ornati sunt. Reddent aliquando suæ dispensationis rationem, quando à morituris animam reposcet Deus, quando item in magno illo die Christus pauperū causam suscipiet, & sibi factum iudicabit, quicquid cum illis factum fuerit. Sed & Ecclesiarum ministri, & *Matth. 25.* qui magistratus gerunt, de hoc ipso frequenter cogitare debent, à quibus suæ functionis rationem sic Deus exiget, vt eorum quoq; sanguinem ex ipsorum manibus requisiturus sit, qui eorum incuria aut negligentia perierunt. Semper ergo in nostris nimis atq; auribus *Ebr. 3. 33.* vox ista sonet, vt nobis dici putemus: Redde rationem dispensationis tuæ. Nec enim rationes modò à nobis exigit Deus, verà etiam ex gradu suo eos deturbat, quos malæ fidei dispensatores esse depræhēdit. Aufert ergo illis bona sua, quibus malè vsi sunt, adeoq; infamia nos-
tatos à regno suo in vniuersum excludit. Hinc est, quòd diuitiæ vel palàm diripiuntur, aut per intemperantiam dilapidantur, vel etiam sensim euanescent, vt rarò ad tertium hæredè in ijs, qui in publicis functionibus parū fidi sunt. Multos certè ex Ecclesiæ ministris exa-
thorari videmus iusto Dei iudicio, vt inglorij & omnibus exosi fiant, qui, vt in honore & pretio essent, malis hominibus blandiendo suam auctoritatem turpi silentio aut indulgē-
tia seruili prostituerunt. Cuius rei exempla in Heli sacerdote, & ijs, qui post Babylonicū *1. Sam. 1. 3. 4.* exilium inasserenda Dei gloria ignauiores fuerunt, scripturæ sacræ proponunt. Principes quoq; viros non rarò idem pati cernimus, & in historijs exempla eorū passim occurrunt, qui, quòd in Reipub. perfidi, aut negligentiores æquo fuerunt, hominū contemptissimi facti sunt. Nec enim alicui mortalium Deus obstrictus est, eius opera non possit carere: Sed facile illi est inuenire, quorum ministerio vtatur, & quos ad functiones suas obeundas donis necessarijs instruat. Nemo igitur seipsum inani persuasionem fallat.

Continet præterea totus iste locus doctrinam, obseruatu vtilem, & necessariā ijs, qui *Magistratum* reipub. administrant. Horum ante omnia est, vt ipsi negotia sua curent, neq; eorū gubernationem ita alijs committant, vt ipsi, quid rerū geratur, ignorent. Quia tales ignorantia minimè excusat, si quod malū dent. Nam cū capitis instar sint in populo, nomen istud nunq; merebuntur, nisi videant, audiant, sapiant, ea deniq; prospiciant, quæ reipub. salutaria & necessaria sunt. At quæ nostri seculi calamitas est, hodie pleriq; Reges & principes vltimi ferè resciscunt, quæ ipsorum ministri iniuste, inique, & interdum crudeliter, faciunt: neque prius manum admouent, quàm malum prorsus est immedicabile. Deinde si quid ad ipsos deferatur, ne præcipitent iudiciū. Est hoc vulgare vitium eorum, qui suo

otio & negligentia res in discrimen adduxerunt. Tunc enim non tam reipub. amore, quàm vindictæ priuatæ studio in quosuis capitalibus pœnis animaduertunt, vt honorẽ suum aliquo modo tueantur, quẽ prius oscitanter nimis neglexerunt. Atqui diligenter prius causæ cognosci, & postea demum sententiæ ferri, debent. Vbi plerunq; opus est, vt altera quoq; pars audiatur, & ne animum affectu aliquo priuato aut præiudicio occupatũ, habeamus. Postremò pro rei dignitate puniant eos, quos aliquid præter officium fecisse videntur. Quod vt in omnib. hominibus, absq; omni personarũ respectu, obseruari debet: ita maxime in ijs, qui supremi magistratus nomine rebus præfecti sunt: Eò quòd horũ exemplum si impunita abeat, plures alios corrumpunt, & licentiam publicam inducunt. Quod ne fiat inuitò cauere proderit, ne qui alij rebus præficiantur, quàm quorum fides & integritas prius satis perspecta est. At hodie in vtroq; peccatur, dũ temerè publicis functionibus adhibentur, qui suas res nunq; cum laude administrarunt: & ijde feruntur indulgenter nimis, etiam si reipub. simul omnẽ dissipent, & curã exitiali licentia coniunctam confusione nem introducant.

Mores inertis
um dissipato-
rum.

Sed proderit dispensatorem hunc iniustum audire, quale ipse de reb. suis consiliũ seculum ineat. Quid faciam (inquit) cum dominus meus auferat à me dispensationẽ? Vnde verò ista consilij incertitudo? Addit: Fodere non possum mendicare pudet. Faretur ergo ignauiam, cum detestabili superbia vel ambitione coniunctam. Quia .n. in otio, & rerum abundantia, hucusq; enutritus fuerat, à labore non potuit nõ abhorreere. At cum nihil haberet aliud, vnde viueret, mendicandũ illi fuisset, & ostiatim stipes aut victus quærendus. Eius autem non poterat non pudere eum, qui hactenus ex alieno superbierat. Quid ergo restat tibi ò infelix? Noui (inquit) quid faciam, vt cum amotus fuero à dispensatione, recipiant me aliqui in domus suas. Nouis ergo artibus amicos sibi parare vult, qui egentem recipiant, & sua ope subleuent. At quæ illæ artes fuerint, paulò post audiemus. Nunc prius obseruandi nobis veniant inertium concoctorum & abliguratorum mores, quos hoc exemplo, tanquam in tabula depictos, Christus nobis proponit. Primum rerum omnium incerti sunt, nec aliquam inire possunt honestè viuendi rationem, si vitæ genus sit mutandum, cui iam diu assueuerunt. At quæ huius mali causa est? Quia fodere non possunt, mendicare autem pudet. Laboris enim omnes impatientes sunt, vt qui nunquam aliquid opus suis manibus fecerint. Eo ipso autem se degeneres esse produunt, quando ad laborem omnes nati sumus, & in primo parente omnibus nobis dictum sit: In sudore vultus tui comedes panem tuum.

Genes. 3.

Quis ergo suæ fortis aut etiam vocationis Dei memores esse dicat eos, qui à labore non aliter, quàm à scelere aliquo, aut re, hominibus ingenuis indigna, abhorrent? Atqui id faciunt reuera, quicumque assueuerunt ex alieno in rerum omnium abundantia viuere. Ijdem verò interea pauperes videri nolunt, & proinde mendicare eos pudet. Imò plebrosque horum superbire adhuc, & maiorem opibus, stemmatum antiquitate, generis nobilitate, & nescio quibus alijs hominum ambitiosorum figmentis, gloriari videmus. Ergo vnum hoc illis reliquum est, vt ad malas artes conuertantur, quas interim honestatis & amicitia titulis palliant. Est hoc hominum genus hodie vbique obuium, & ijdem præcipui malorum ferè omnium authores sunt. Sunt enim ignaui & inertes plurimi, qui laborare neque possunt, neq; volunt. Sunt quos nobilitatis opinio inebriat, vt labores manuaris, aut seruitia, sibi dedecori fore existiment: & hi ferè eò usq; stultitiæ progrediuntur, vt familiaria suæ toti ignominiam fieri clament, si liberos suos opificijs manuarijs instituendos dare iubeantur. Interim vtriq; edere & bibere volunt: imò helluari, voluptates omnes generis sequi, vestitu sese ostentare, supra omnes alios eminere, volunt. Hinc ergo consiliu illud ineunt, & ferè communis omnium istorum quæstio est: Quid faciã? Nobili familia oriundus sum, nobilibus semper conuixi, sumptus magnos illud vitæ genus requirit, quod solũ me decet. Istos verò neq; patrimoniij tenuitas sustinere potest, neq; vt manu labore, aut ostiatim mendicando, illos mihi parem, decorum est. Num ergo sũrabor? At vt mihi abundè omnia suppetant necesse est. At quæ ferè est deliberationum eiusmodi conclusio? Ea nimirum, vt dum omnem infamiam subterfugere volunt, & imprimis à furti crimine sibi timent, quod imprimis infame & exosum est, ad suas artes conuertuntur, quæ etsi non censentur furti nomine, suspensio tamen magis digna sunt, quàm istud. Alij .n. ad reipub. admissi publicas leges & iura violant, iudicia vernalia habent, & mirificis exactioib. quosuis expilant. Alij in bellum profugiunt, & militiam mercenariam sectantur, vt huius titulo sua furta, rapinas, homicidia, sacrilegia deniq; & quæuis atrocissima scelera, tegant. Alij

Alij seditiosas legum & reipub. mutationes moliantur, quod olim cum suis coniuratis apud Romanos Catilina fecit. Alij quibus ad ista non satis animi est, et si mendici videri non sint, ex publico tamen sibi dari volunt, quod ipsis satis sit. Itaq; ex ἀτάκτων illorum numero sunt, de quibus in Epistolis ad Thessalonicenses Paulus scribit, qui nullis legibus, siue politicis, siue Ecclesiasticis, subditi, absq; omni disciplina atq; ordine viuunt, & quæ in alios vsus collecta sunt, bona publica, ipsi ociosi & ignaui ventres deuorant. Et tales quidem hodie plures passim esse videmus, quàm Christianæ professioni vtile aut decorum sit. Imò periculum est, ne quando isti & reipub. & Ecclesias simul omnes euertant aut dissipent, nisi remedium breui adhibeatur.

At quodnam illud fuerit? Primùm in Dei promissiones singuli respiciant, qui in sua vocatione ambulantes abundè pollicetur, quæ ad vitam commodè & honestè transigendam necessaria sunt. Eas ergo sibi ipsis singuli applicent, neq; dubitent de earum veritate, quæ olim plurimis demonstrata est, & quotidie multis confirmatur. Iuuenis fui (inquit David Psalmo trigesimo septimo) & iam tenui, nec vidi iustum derelictum, neque posteros eius mendicantes panem. Deinde singuli vocationi diuinæ sese accomodent, neq; ignauum otium sequantur, sed labore aliquo honesto victum sibi parare satagant. Fecerunt hoc olim sanctissimi patres, quorum labores benedictione liberalissima Deus probauit. Et cur hodie alicuius operis pudeat Christianos homines, qui patrem credentium, Abrahamum, Isaacum, item Iacobum, Moysen, Dauidem, agros coluisse, & pecora pascere, audiunt? Qui deniq; æternum Dei filium, iam hominem factum, in pauperis fabri, & ad rempub. nati, inter quotidianos labores æducatum esse norunt? Aut cur iuuenes patricij, se laboribus exerceant, quando constat tunc maximè veterum Respublicas floruisse, & imperio atque potentia auctas esse, quando ab aratro in curiam patres veniebant, & ex triumphalibus curribus ad agros suos reuertebantur? Quàm potius turpe est eos in ignauo otio consensescere, qui Christum suum Seruatorem profitentur, cuius vita omnis laborum & negotiorum plena fuit, & qui Apostolis præceptoribus gloriantur, qui piscando, texendo, & aljs opificijs victum sibi parauerunt? Horum igitur consideratione omnes excitati, otium ignauum fugiant, & mox sentient, artibus hisce malis & inhonestis nequaquam sibi opus esse, quibus hodie multi sibi ipsis consulunt.

Accedat his magistratum industria, quorum est, ad labores & opera honesta suos assuefacere, leges sumptuarias tueri, luxui & intemperantiæ modum statuere, otiosum ad Rempub. præcludere, quod olim Athenienses & Massilienses homines sapientia & virtute celeberrimos, non minori cum fructu, quàm laude fecisse scimus. Apud illos enim Areopagita, quid quisque ciuium faceret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissimè inquirere solebant. Hi verò ab otio ita abhorruerunt, vt neque Mimis & histrionibus locum darent, neque intra urbem admitterent eos, qui sub alicuius religionis simulatione inertis alimenta quærebant. Quorum exempla si hodie Principes & urbium Magistratus, sequerentur, breui Respublicas & Ecclesias magis videremus florere.

Porro redeamus ad nostrum illum, qui, quod animo conceperat consilium, factum exequitur. Nam ad se vocatis omnibus sui heri debitoribus, singulis ex summa, quam debebat, aliquid detrahit. Et primùm quidem, qui batos siue cados olei centum dequingenta tantum contineantur. Idem postea cum reliquis fecit, vt omnes illos tanto beneficio sibi obstringeret, & ex alieno sibi amicos pararet, qui ipsum ad se reciperent. Vbi rursus malæ fidei dispensatorum artes exprimuntur, quas non in eum finem Christus describit, vt aliquis eas imitetur, sed potius vt sibi ab illis cauere possint, quibus cum illis res est. At hodie tanta est astutia istorum hominum, vt ne Lynceis quidem oculis omnes eorum fraudes & doli possint deprehendi. Et cum nemini quicquam remittant, sed potius summo rigore extremum quoque quadrantem exigant, ita tamen sibi ipsis prospicere norunt, vt suorum Magistratum impensis sibi amicos parent, & cum illos etiam turpissimè fallant, tamen fidelissimi & integerrimi dicantur. Dispensator eiusmodi Iudas fuit, qui ideo vnguenti pretiosi, super CHRISTI caput effusi, vnctionem agrè tulit, quòd præclaram defraudandi occasionem sibi ex manibus elapsam esse videret. Et huius discipuli atque successores sunt, qui vel in Ecclesia, vel republica, pecunias, aut quæcunq; alia bona sibi credita suffragantur: quod non vno modo (vt diximus) solet fieri.

Ratio inertes illos coercēdi.

Ephes. 4.

Gen. 13. 27.

30.

Exod. 3.

1. Sam. 16.

Dispensatoris iniqui artes.

Marc. 14.

Ioan. 12.

fieri. Nam inter expensorum rationes saepe adscribunt, quod ipsi nunquam dederunt aut inter accepta minus consignant, quam acceperint. Sape etiam ab ijs, quos meticulosiores esse vident, multa extorquent publicæ authoritatis prætextu, quæ postea sibijpsis reseruant. Taceo nunc fraudes in contractibus, in monetæ & nummorum rationibus, in frugum distractione, & sexcenta alia, quibus possunt, oculatissimis quoque, cum facere, vt sub Reipublicæ prætextu res suas agant. At meminisse ijdem debebant, frustra ea homines celari, quæ Dei oculis patent, qui occultissima quæque videt. Et qui olim Iudam peculatorem, & Ananiam, qui in proprijs pecunijs fraudem commisit, exemplis nouis atque horrendis puniuit, nunquam impunitos dimittet eos, qui illorum vestigijs insistant. At quod de illis dicitur, non minus ad eos pertinet, qui priuaticum seruiunt, quales sunt famuli domestici, & famulæ vel ancillæ. Nam istorum quoque vocatio à Domino est, à quo reportabunt (vt Paulus ait) quicquid boni & mali fecerint. Seruiant ergo cum simplicitate cordis, & cum timore ac tremore, neque ad oculum modò seruiant, vt qui hominibus placere student, sed vt serui Christi ex animo faciant, quæ vult Deus. De hac parte lege 6. cap. ad Ephes.

Ioan. 12.
Acto. 1, 5.

Rom. 9.

status para-
bola.

Restat postrema parabola pars, qua eius argumentum atque scopus continetur. Et laudauit Dominus (inquit) dispensatorem iniustum, quod prudenter fecisset. Laudauisse eum dicitur herus, non quod fraudes & imposturæ probentur Deo, sed quod ex hominum sensu atque more Christus loquitur. Ita laudare dicimur ea, quæ admiratione prosequimur, aut in quibus astutiam & prudentiam eorum per Sarcasum probamus, qui reuera vituperio digni sunt. Et mox gnomen generalem subiicit, qua omnes excitat, vt sibi à filijs huius seculi caueant. Nam sic ait: Quoniam filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in suo genere. Quæ sententia reprehensionis speciem habet, ac si diceret: Mirum sanè est, filios lucis, id est, homines Deo consecratos, & verbi atq; Spiritus luce illustratos, tam stupidos & socordes esse in ijs, quæ ad salutem æternam spectant, cum huic mundo dediti tanta solertia atque industria res suas agant, ne huius mortalis vitæ præsidij destituantur. Quin ergo expergiscimini horum exemplo, vt ipsi quoq; quos suorum bonorum dispensatores Deus constituit, vobis amicos pareatis, quorum opera vobis aliquando utilis atque salutaris sit. At quia parabola totius sensum atque scopum postea ipse dominus exponet, ista modò sufficiant. Nunc autem obseruemus, Christum nobis commone vitium exprobrare, quo fit, vt res huius seculi maiori studio agamus, quam vitæ æternæ negotium. Exempla in omni vita plurima occurrunt. Quid enim non faciunt auari, vt opum acervos congerant? Per terras & maria discurrunt, mille discrimina vitæ subeunt, noctes insomnes ducunt, laboribus totam familiam fatigant, seipos curis conficiunt. At quantos ijdem in veræ & cœlestis sapientiæ studio progressus facerent, si vel decimam laborum istorum partem huic feridè impenderent. At hic ferè frigent, & nimium illis videtur, quicquid Deus exigit. Idem de ambitiosis & auræ popularis captatoribus dicere licet, qui seruitutem omnium inhonestissimam subeunt, & vulgo ignobili, quem verè bestiam multorum capitum veteres dixerunt, turpissimè assentantur; qui interim eximij Dei seruis, pijs nimirum Magistratibus, & fidei verbi diuini doctoribus, parere detestant, qui ipsos ad cœlestem & æternam gloriam euehere student. Quid verò de impuris scortatoribus dicemus, quos illicitus amor eò redigit, vt omnes animi & corporis vires incredibili industria intendant ad libidini suæ satisfaciendum? At ijdem in cœlestium bonorum amore profus frigent, neque illa putant digna esse, quorum causa aliquid faciant. Quod si veritatis Euangelicæ hostes spectemus, quid his laboriosius, ingeniosius, & pertinacius in oppugnanda luce illa, quam tantopere oderunt? Stertentibus interea, & omnem laborem subterfugientibus, pijs, qui veritatis studium proficiunt. Excitet nos istorum consideratio, vt nos tam turpis socordiae pudeat, & ne ex nostris moribus hostium ingenia atque consilia iudicemus. Nunquam enim illi dormiunt, & omnem extinguendæ doctrinæ purioris occasionem vanantur. Vigilemus ergo etiam nos, & fidem nostram publicè testemur beneficentia in fratres egenos, innocentia vitæ, & cultus puritate, vt olim cœlestis regni hæredes simus cum Christo

Iesu, Domino nostro: Cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum,

A M E N.

HOMI.

conuersus esset, se malè partorum restitutionem quadruplam facturum, & insuper dimidium suarum facultatum in pauperes erogaturum esse, pollicebatur. Cur ergo (inquis) Christus Mammona iniquitatis dicit? Ab affectu nimirum, & propter multiplicem abusum, qui apud eos cernitur, qui animos suos fide & pietate vera non probè munierunt. Nam si ea, ex quibus diuitiæ constant, consideres, utpote agros, pecora, aurum, argentum, & quæcunq; alia sunt huius generis: omnia ista Dei creaturæ, & eiusdem dona sunt, quibus suorum quoq; fidem atq; pietatem in hoc etiam seculo interdum remunerat, ut in *Gen. 13. 24. 41.* Abrahami, Iosephi, & multorum aliorum exemplis, apparet. Sed ex nostræ naturæ vitio abusus multiplex nascitur, & quia in illum incidunt, irritamenta malorum fiunt (ut veteris Poëtæ verbis utar) & multis sceleribus occasionem atq; materiam præbent. Vulgare etenim est, quòd illarum abundantia confidentes reddit, at confidentiam mox sequitur fastus, & insolentia, inhumanitas, & superbus aliorum hominum contemptus, luxus, libido, petulantia morum, quibus omnibus ferè comes est auaritia, & insatiabilis illas augendi cupiditas. Nam ut per se arrident carni, ita accessione sua huius desideria indies accendunt, & licet aliqui in ijs tractandis prodigaliores sint, iisdem tamè sua profusione coguntur, ut ferè tenaciores sint, vbi minimè oportebat, ut luxui & in temperantiæ suæ possint satisfacere. Et quia apud sanctos quoq; vitij istis interdum locus est, non temerè hæc etiam, quæ iustis rationibus partæ sunt, aut ex peculiari Dei benedictione obtigerunt, iniquitatis diuitiæ dicuntur. Quibus addere licet, quod etsi sancti sibi ipsi diligenter caueant & illis rectissimè vtantur, non idem tamen semper hæredum animus est, qui, ut primùm in liberam earum possessionem veniunt, desiderijs suis indulgere, & multa aduersus charitatis & innocentia leges patrare, incipiunt. Quæ causa est, quòd alibi scriptura diuitias laqueum & spinas dicit, eò quòd ob inhærentem nobis naturæ corruptionem periculosa est earum tractatio, quæ, si per se æstimentur, diuinæ bonitatis præclarum donum sunt. Possunt etiam iniquæ dici, quòd caducæ & fluxæ sunt, & ideo ferè eos præter omnem expectationem fallunt, qui sibi in illis certum & perpetuum vitæ præsidium constituerunt. Ut enim non semper præstant foelicitatem, quæ prima fronte pollicentur, cum comites habeant curas, laborem, metum, & infinita alia, quæ sæpe vitam ipsam nobis amaram reddunt: Ita plerunq; suos cultores, atq; custodes, subito deserunt, qui eas animab. suis chariores habebat.

1. Tim. 6.
Luc. 8.

Eccl. 1.

Verus diuitiarum vsus.

1.

Gen. 13. 41. 42.
Tob. 1.

2.

Num. 18.
Exod. 30.

Et de his quidem diligentius dicimus propter eos, qui, cum ob paupertatem, cum qua ipsi conflantur, morosiores sint, diuites omnes temerè damnant, & studiosè omnia eorum corradunt, quæcunq; in diuitiarum vituperium, tam in sacris quàm prophanis scripturis dicuntur. Hi verò meminisse debebant, corruptos diuitum mores ita reprehendi ac traduci debere, ne qua interea Deo iniuria fiat, neq; huius dona præclara & vtilia propter nostram prauitatem damnentur. Sed & diuites nunquam non cogitent, quo epithero æterna Dei sapientia diuitias ornet. Huius enim consideratio faciet, ut neq; anxie nimis illas acquirere cupiant, neque iisdem animos suos applicent: Ad hæc eosdem in officio continerebit, ne earum fiducia elati in charitatem fraternam, & sanctitatem vitæ, insolenter peccent.

Proderit ergo nunc verum quoq; & licitum vsus diuitiarum propius intueri, quòd minus à nobis peccetur. Est autem hic etiam multiplex. Primò nostræ necessitati seruire debent. Nec enim ita earum dispensatores nos facit Deus, ut omnis fructus ad alios redeat, nos verò nihil inde præmij recipiamus. Sed ut dispensatores ex sua functione mercedem habent, vnde viuunt: ita nobis quoq; victu, & alia necessaria huius vitæ subsidia, ex opibus à Deo datis, recipere licet. Minimè ergo peccant, qui diuitijs suis fruuntur, & ex illis comodus viuunt, modò in alijs etiam sui officij probè sint memores. Id enim sanctissimos quoq; cultores Dei olim fecisse legimus.

Deinde cum nos totos, & omnia nostra, Deo debeamus, huius quoq; cultus diuitijs nostris adiuuari & prouehi debet. Atqui ipse quidem neq; auro & argento, neq; vestibus aut pecoribus nostris, opus habet: Gratissimus autem illi cultus est, si verbi sui doctrina longè lateq; diuulgetur, si Ecclesiæ conseruentur, si legitimus sacramentorum vsus retineatur. Quæ omnia cum absq; scholis, verbi præconibus, & Ecclesiarum ministris, fieri non possint, non poterimus diuitijs nostris melius vt, quàm si scholas, & in his agentium studia, adiuuemus, & verbi Administros foueamus, ne qui inopid præsi Ecclesias relinquere, & alium vitæ rationem inire, cogantur. Ideo olim Deus sacerdotibus & Leuitis ex terræ totius prouentibus decimas, atque primitias, reddere, & in publico populi censu vnumquenque, qui in censum veniebat, dimidium solum in cul-

in cultum tabernaculi sacri aut templi dare iussit. Quod olim Christiani principes obseruauerunt, & decimas Ecclesijs hinc inde attribuerunt, quod non aliam conseruandi ministerij Ecclesiastici, & externi cultus, rationem commodiorem, inueniri posse viderent.

Tertius diuitiarum vsus est in ijs, quæ ad rempub. pertinent. Quia enim multa sunt, quæ non nisi publicis impensis fieri possunt, siue ædificia publica, vrbium munitiones, vias, fontes, iuris administrationem, legationes, bellicum apparatus, & infinita alia, quæ ad Reipub. conseruationem necessaria sunt, siue magistratum & publicorum ministrorum stipendia spectemus, optimo sanè iure exigitur, vt singuli pro suarum facultatum ratione, quod publica autoritate constitutum, & in quauis gente receptum est, contribuant. Admonet de hoc Christus, quando Casari reddere iubet, quæ sunt Casaris, & ipse sub censu nasci, & tam suo, quàm Petri, nomine, didrachma dare voluit, ne quis tuo exemplo abtueretur, aut sub libertatis Christianæ prætextu immunitatem sibi vendicaret. Et notum est illud Pauli: Reddite omnibus, quod debetis: cui tributum debetur, tributum: cui vectigal, vectigal. Itaq; graue illerum scelus est, qui in his fraudulenter agunt, & iudem in legitimum diuitiarum vsum non sine totius reipub. incommodo peccant.

Postremò pauperum quoq; subuentioni opes nostræ inferuire debent, vt nostra abundantia aliorum inopiam subleuet, atque sarciat: Et de isto potissimum facultatum vsu Dominus in præfenti loquitur. Exigit hunc passim scriptura sacra, & in lege pauperibus ita prospectum voluit Deus, ne qui essent, qui ab opulentioribus neglecti vitam publicè, quàm priuatim, illis subueniri possit. Prophetæ etiam de beneficentia in pauperes sæpe concionantur, & eam omnibus sacrificijs, & ieiunijs longè præferunt. Christus item, ne quæ nobis restaret tergerisandi occasio, illos sibi substituit, & vt in eos conferamus iussit, quæ in ipsum vellemus conferre, si adhuc in terris ageret. Quorum omnium Apostoli memores, hoc sui officij imprimis esse putauerunt, vt ipsi causam egentium susciperent, & cum in Iudæorum gente, sacerdotum partim incuria, partim auaritia & rapacitate, res eò deuenisset, vt contra legem Dei mendicorum plena essent omnia, qui & vias publicas, & templi fores, obsidebant, Apostoli id effectum dederunt, vt in primitiua Ecclesia nullus haberetur, cui vitæ subsidia deessent, aut qui ostium patem stipemue peteret: Et iudem Ecclesias passim hortati sunt, vt exterorum quoque inopiæ succurrerent. Iubet hoc communis humanitatis sensus, vt eorum miseremur, qui, cum eiusdem naturæ nobiscum contortes sint, durius tamen tractantur. Neque poterimus non eorum miseria tangi, si cogitemus à nobis quoque nihil humani alienum esse, & nobis idem posse accidere, quod illis accidit. Et ista quidem gentium Philosophi viderunt, qui eos demum proximè ad Deorum similitudinem dixerunt accedere, qui quàm plurimis benefaciunt. At diligentiores in his esse conuenit Christianos homines, quos Deus ipse suo verbo ad ista officia excitat, & qui in Christo lesu in vnum corpus coaluerunt, quique, nisi vno spiritu ducantur, corporis istius membra censi non possunt. At quis eodem Spiritu eos duci & animari dixerit, qui suis modò rebus intenti, aliorum miseras securè negligunt? Non temerè ergo de pauperum subuentione Christus sæpe concionatur: Quæ doctrina, etsi ad omnes homines extendi debeat, imprimis tamen ad eos pertinet, qui diuitijs pluribus à Deo donati sunt. Hi ergo meminerint, se Dei dispensatores esse, qui certo iudicio alios alijs opulentiores, & pauperiores, facit, vt mutua beneficentiæ inter nos locus sit: Adeoque vt ad illius studium necessitatis vinculo astringi nos sentiamus, cum nemo sibi ipsi solus sufficiat, sed alter alterius opera & auxilio habeat opus. Turpe & iniquum iudicatur, si quis dispensator ab hominibus constitutus, aliena bona vel negligentius tractet, vel etiam fraudulenter diripiat. At quantò turpius scelus, & maiori supplicio dignum est, in dispensatione, diuinitus commissa, perfidum & iniustum deprehendi?

Sed de eo etiam nos hinc apertius admonet Christus, quando beneficis amplissimi præmij promissionem ita proponit, vt simul doceat, quid de duris illis & inhumanis fratrum egentium contemptoribus Pater cœlestis iam pridem decreuerit. Facite (inquit) vobis amicos ex Mammona iniquitatis, vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Cum defeceritis (inquit) vt partim ad dispensatoris parabolam alludat, qui ab officio amotus ad egestatem venturus erat, à quibus susciperetur: partim verò beneficentia sibi aliquorum animos conciliauisset, à quibus susciperetur: partim verò nos communis nostræ sortis admonet, vt nos mortales esse meminerimus, qui, vt nihil nobis

Matth. 22.

Luc. 2.

Matth. 17.

Rom. 13.

4. vsus diuitiarum.

Matth. 25.

Luc. 11.

Beneficentia præmium.

nil nobis insolens accidat, cum ætate tamen deficiamus, neque permanentem habemus ciuitatem in terris, vbi nunc cum labore, & multiplici molestia, peregrinamur. Vult ergo, ita res nostras instituamus, vt, cum huius vitæ curriculum emensi sumus, locum in cœlesti patria iam præparatum habeamus, in quem cum alijs pijs, atque adeo cum illis ipsis, colligamur: quos in hoc seculo egentes nostra beneficentia subleuamus. Ex eo autem aliud elici debet, nullam cœlestis vitæ & felicitatis spem illis reliquam esse, qui Adamantina cordis duritia omnium calamitates atque egestatem despiciunt, & sua abundantia ad explendam ingluuiem, ad fastum & libidinem, fœdè abutuntur.

An cœlites
nos ad se reci-
piendi ius habe-
ant.

Matth. 28.

Cæterùm occurrunt hoc loco quæstiones duæ. Vna, an sancti cœlites nos in vitæ æternæ consortium recipiendi ius habeant, vt aut recipiamur, suis apud Deum precibus impetrent? Altera, num operibus charitatis & beneficentiæ cœlos mereri possimus? Controuertitur de vtrâque hodie passim, & scimus, aduersarios nostros huius loci autoritate plurimum niti, eò quod verba Christi tale quid dicere videntur. Ac cum idem ille sibi ipsi minimè contradicat, alibi autem disertè pronunciet, salutem, & vitam æternam, nobis ex mera & gratuita Dei misericordia dari, huius autem apprehendendi rationem esse nullam aliam, quàm fidem, qua ipsi vnimur atque inferimur: necessariò nobis sensus quærendus erit, qui cum fidei analogia conueniat, & omnem contradictionis speciem collat. Et primò quidem quodad sanctos cœlites, hi neque recipiendi in cœlos ius habent, sed omne hoc Christo relinquunt, cui soli omnis potestas data est in cœlo, & in terra: neque etiam nostri apud Deum deprecatores sunt, cum hanc quoque gloriâ sibi vendicet Christus, qui solus ille Filius dilectus est, in quo Patri est satisfactum. Et meminisse oportet, Christum hic de illis solis loqui, quos in terris agentes, nostra liberalitate adiuuimus. Hi nos in æterna tabernacula ad se recipere dicuntur, quando in illis nostræ fidei testimonium extat, quæ sola nos cœlorum hæredes facit in Christo. Ad hæc vt Christum ipsum alere, vestire, inuisere, hospitio excipere, & iuuare, dicuntur, qui pauperes illius officijs istis subleuant: Ita hi ipsi nos in tabernacula æterna recipiunt, quando Christus nos illorum cohæredes, & conuernales (vt ita loquar) in cœlis facit: à quibus omnino excludentur, quotquot sua inhumanitate ostendunt se à fide esse alienos.

Num opera te-
nificentiæ cœ-
los mereantur.

Quodad alteram quæstionem de operibus beneficentiæ aut charitatis, facilis etiam est solutio. Nam vt demus meritum aliquod ijs tribui, qui electis benefaciunt, quos suo tempore Christus in cœlos ad se recipiet, iam hoc ipsum omnibus aljs negabitur, qui elemosynam faciunt in indignos, quos pro suis Christus non agnoscit. Atqui constat beneficentiam nostram ex nostri animi instituto æstimari, & Deo gratam esse, si propter Christi nomen eam exerceamus, licet multi nos fallant, qui hoc falsò & fraudulenter prætexunt. Quod nisi nobis probè persuasum sit, mox charitatem frigere, & beneficentiæ studium extinguere sentiemus, si qui nobis vel leuissima ex causa suspecti sint. Quod ergo alibi oblata occasione monemus, hic quoque obseruandum erit, in operibus eiusmodi ad fidem respici debere, sine qua Deo probari non possunt. Nam quod non ex fide fit, peccatum est: & vt per solum Christum, fide apprehensum, nobis ad thronum gratiæ accessus patet: Ita opera quoque nulla in Dei conspectu consistere possunt, quàm quæ ex fide ista emanant. Itaque omnis meriti gloria ad Christum redit, propter quem & nos, & opera nostra, patri placent, vt imperfectionem, quæ illis coniuncta est, nobis non imputet. Et cum illa ipsa in nobis Dei Spiritus operetur, ille suum opus in nobis remunerat (quod non vno loco D. Augustinus docet) nobis autem hoc ipsum adscribit ex gratia, vt ad benefaciendum magis excitemur.

Bonitatis diu-
inæ testimoniu.

1. Reg. 97.

1. Reg. 18.

Sed vt ad rem ipsam redeamus, est hoc eximium diuinæ bonitatis argumentum, quod, quæ in pauperes conferuntur, officia, tam cumulatè rependit, vt pro terrenis cœlestia, pro temporalibus æterna, retribuât. Nunquam enim hoc faceret, nisi miseros nos mortales ineffabili amore complecteretur, & eos cuperet regni sui cœlestis consortes habere, qui ne hac quidem vita in terris digni sumus. Et non desunt exempla quæ docent, ad multos etiam in hoc seculo, magno cum fœnore illa officia rediisse, quæ in Dei seruos egentes contulerunt. Sareptana vidua Eliam, quem Achabi tyrannis ex Israël eiecerat, hospitio excipit, & vicissim huius ministerio ad Dei veri Ecclesiam adducitur, & nunc in cœlis viuit, ac regnat. Eodem tempore Abdias, prætorio præfectus, Prophetas in speluncis abscondos alit & tuetur: nec dubi-

nec dubium est, quin fidei suæ fructum in cœlis habeat, in Ecclesia certè eius nomen magnificè celebratur.

Sed quid exemplis opus est, quando vniuersales promissiones vbiq̃ue occurrunt, quibus fidem suam omnibus obstringit Deus, qui in pauperes misericordiam exercent? Apud Isaiam ait: Frange esurienti panem tuum, afflictos & vagos domum deducito: si videris nudum tege eum, & à carne tua ne te abscondas, id est, ne pudeat te proximi aut cognati tui pauperis. Tunc erumpet velut aurora lux tua, & sanitas tua protinus germinabit, iustitia anteibit faciem tuam, & gloria Domini colliget te. Consentit his, quod in præfenti Christus promittit: quòd nimirum benefici amicos sibi parent veros Dei cultores, & proinde Ecclesiæ Dei membra fiant, cum quibus tandem in cœlis quoque sint regnaturi. Arguit autem istorum consideratio multorum inhumanitatem, quos neq; communis hominum fors, neq; præsens fratrum egentium calamitas, neq; promissionum diuinarum liberalitas atq; amplitudo mouet, vt ijs succurrant, quorum opera fortassis ipsis etiam aliquando vilis esse poterat. Ita verò isti seipfos à regno Dei excludunt, dum eos tam facile negligunt, qui eius veri ciues sunt. Causa tanti mali est philautia, quæ plerosq; excæcat, vt non videant se Deo scenerari, quando egenis benefaciunt, & quòd hunc remuneratorem habituri sint. Quapropter Christus ratione aliquot, è vulgo petitas, adeoque sententias prouerbiales subiicit, quibus veterum hunc nobis excuti-

Isa. 58.

Proverb. 19.

Prima est: Qui fidelis est in minimo, etiam in magno fidelis est: & qui in minimo iniustus est, etiam in magno est iniustus, sensus est: Qui rebus maioribus præfici volunt, ij paruas fideliter administrare debent. Quis enim ea, quæ maioris momenti sunt, ei committat, qui in minimis negligens, & malæ fidei seruus, esse depræhenditur? At nihil inter homines vilius & minoris pretij est, quàm diuitiæ. Nam quæ in his pretiosissima habentur, aurum videlicet & argentum, quid aliud, quàm terræ excrementa sunt, ad solum luxum & fraudes idonea, quibus hominum vita commodius carere poterat: Cum per se ad hanc conseruandam nihil conferant, insuper autem præcipua sint causa maximorum scelerum, quibus infelix hic mundus turbatur? Si quis ergo his ita addictus fuerit, vt neglecto illorum vsu, in quem ea Deus destinauit, ea petulanter dissipat, aut malis artibus opes in vniuersum omnes in vsu alienum conuertit, nã ille indignus est, qui ad veros illos, & coelestes æternæ beatitudinis, thesauros admittatur.

1. Ratio.
Qui fidelis est
in minimo,
&c.

Potest autem huius sententiæ multiplex vsus esse in alijs vitæ generalibus. Paulus certè Diaconis hanc non obscure applicat, quando eos, qui bene ministrauerint, gradum sibi bonum acquirere ait, vt ad maiora promoueantur. Et rursus de Episcopis agens, eos ad gubernandam Dei Ecclesiam minimè idoneos fore scribit, qui domui suæ præesse non possunt. Debent ergo huius sententiæ omnes meminisse, vt in quacunq; vocatione cogitent se Deo seruire, & hanc eius voluntatem esse, vt quod in mandatis acceperunt, fideliter exequantur. David, cum opilionem ageret, eam fidem præstitit, vt ouium causa, imò propter agnum vnicum, cum vrsis & leonibus congregeretur: mox ergo ad militiam, pro populo Dei obeundam, promotus est. Et cum hic quoque omnia boni militis officia strenuè obiret, dignum se ostendit esse, qui ad regiam dignitatem eueheretur.

Vsus sententiæ
huius.

1. Tim. 3.

Debebant in horum meditatione diligentius versari, qui se à Deo negligi querunt, & indignè secum agi putant, si non ad dignitates, aut feliciorum vitæ conditionem, prouehantur. Nam si in seipfos descenderent, & pristinos mores examinarent, mox viderent, nullam sibi iniuriam fieri, sed potius sibi precibus opus esse apud Deum, ne is dignas ab illis negligentia poenas exigat.

Habent præterea hic regulam generalè principes viri quæ obseruent, si quando publici ministri, prouinciarum præfecti, quæstores, dispensatores bonorum Ecclesiæ, aut quicunq; alij in Repub. constituendi sunt: Vt nimirum eos deligant, quorum fides atque probitas in minoribus officijs, aut etiam in propria domus administratione, prius satis cognita & perfecta est. At hodiè ferè ad publica munera adhibentur, qui prius infami luxu sua prodegerunt, quibus & reipub. & Ecclesiarum dissipationem maxima ex parte debemus.

Secunda ratio est, quam ex priori concludit, dicens: Si in iniusto Mammona fideles non fuistis, verum Mammona quis credet vobis? Iniustum Mammona hinc dicit pro diuitijs mendacibus & fluxis, quæ possessorem fallunt, & spe sua frustrantur, vt supra fuistis fideles.

2. Ratio.
Si in iniusto
Mammona nõ
vt supra fuistis fideles.

vt supra diximus, & ideo illis veras opes opponit, cœlestes nimirum & diuinas intelligens, quæ solæ stabiles & æternæ sunt. Et eodem sensu subiicit: si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Vbi alienæ diuitiæ dicuntur, quas vulgò fortunæ bona dicunt, & alienas propriissimè vocat, eò quòd neq; nobiscum nascuntur, (nudi enim in mundum ex matris utero venimus) neq; reuera nostræ sunt, cum earum dispensatores modò simus, & neq; dispensatio illa in nostra potestate sit, sed plerumque à nobis, etiam inuitis atq; reluctantibus, transferatur.

Iob 1.

His opponuntur veræ, quas modò nostras dicit, quia, qui illas semel verè apprehenderunt, ij meliorem partem (vt de Maria supra cap. 10. dicit) elegerunt, quæ ab illis nunquam auferetur. Nam, vt filij Dei & legitimi hæredes, illas possident. Ideo apud Matthæum eo nomine eas commendat, quòd neq; à tineis aut erugine corrumpi, neq; à furibus diripi possint. Quid, quòd ne in morte quidem eas amittimus, sed potius in plenam venimus possessionem? Verè igitur de illis Christiani homines dicere possunt, quod olim Bias de sapientia, & alijs animi bonis, pronuntiauit, cum capta ab hostibus Priene, patria alijs rerum pretiosissimarum pondere onustis, ipse vacuus abibat, dicens: Ego verò bona mea mecum porto. Potuit ergo pro alienis agnoscere ea, quæ fortunæ casibus obnoxia sunt: sola autem putauit sua esse, quæ à nemine eripi poterant. Arguitur hoc exemplo multorum peruersitas (ne quid grauius dicam) qui, de solis alienis & caducis opibus solliciti, ea nihili faciunt, quæ vt nobis propria & perpetua essent, Christus sanguinis sui pretio acquisiuit.

Matth. 6.

3. Ratio.

Nemo potest
duob. dominis
seruire.

Tertia ratio sequitur, quæ plus quiddam continet. Nam illis eam opponit, qui diuitijs ita se seruire posse sibi persuadent, vt simul Deo quoq; cultum suū exhibeant, & patrier huius seculi, & æternæ vitæ, bonis, fruantur. Hos igitur generali sententia, quæ tunc quoq; in omnium ore fuisse videtur, confutat dicens: Nullus seruus potest duobus Dominis seruire: ijs nimirum, qui ingenio, moribus, & iustis, inter se pugnant. Nam aut vnum odio habebit, & alterum diligit: Aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Et quia hæc communi sensu confirmantur, sententiam istam, præsentis causæ accomodans, infert: Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Cuius dicti veritas etsi in paucorum animis fidem inueniat, irrefragabilis tamen est, cum Deus & Mammon, siue Plutus, tam præceptis quàm operibus dissideant.

Deus enim iubet thesaurum in cœlis parare, Mammon, vt in terris hisce nobis prospiciamus, præcipit. Dei mandatum est iuuare pauperes, & egentium misereri: Mammon clamat, proximus tibi ipsi esto, & cur alios iuuando te ipsum negligas? Deus mandat, ne quem fraudemus: Mammon in dolis, imposturis, furtis, & rapinis laudem, industriæ, & lucrum, inueniri docet. Deus, vt in se solo spem omnem colloquamus, præcipit, non autem in opibus perituris, & momentaneis: Mammon spem vitæ & felicitatis omnem in diuitijs monstrat. Dei voluntas est, vt opibus sobriè & temperanter vtamur, & vitam viuamus honestam & sanctam. Mammon verò nos luxuriari & voluptuari vult, & omnibus alijs contemptis immani fastu efferrî. Denique Deus suo Spiritu in nobis proximi dilectionem, verbi sui studium, fidei constantiam, pacem conscientiæ, gignit: At Mammon inuidiæ ac odij flammis animos accendit, verbi semen conscientias immanibus curis turbat, atque salutis incertas facit. Verissimè ergo dicitur eos non posse Deo seruire, qui diuitijs animos mancipauerunt. Diuites quidem fuisse fatemur multos eximios Dei cultores, at eosdem diuitijs non seruuisse, sed potius his præfuisse, & piè ijsdem vtos fuisse, omnia illorum facta testantur. Quid ergo restat fratres, quàm vt mundo, & huius seculi bonis, longum valere dicentes, totos nos Deo consecremus, ab hoc datas opes gratis animis excipiamus, illis piè vtamur, vt non nostræ modò necessitati seruiant, verum etiam per nos Ecclesia, respub. & pauperes iuuentur. Ita nobis amicos parabimus fidelissimos. Nam electis Dei omnibus associati in æterna tabernacula recipiemur, vbi immortalis gaudio exultabimus cum Domino & redemptore nostro, Iesu Christo: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum,

A M E N.

DOMINUS

DOMINICÆ IN IUSTIÆ CON-
mi laudati propter calliditatem, precatio.

Viste tu quidem benefice Saluator nos obiurgas, & nostram segnitiam in quarenda tua veritate vituperas. Procidimus supplices ante faciem tuam, & dolentes fatemur, triste in nobis esse frigus, & asperam glaciem nostri cordis, quod te non ardenti desiderio prosequitur, sed bona, & voluptates huius peritura vite, tua veritati antefert: Innuocamus te ex parua scintilla fidei, qua in hac vita etiam in filiis lucis imbecillis est, facito nos prudentes, cum tu sis sapientia aeterni Patris tui, auge nostram fidem: Opitulare nostra imbecillitati: Inuato, ut seruemus ordinem à te institutum, & nobis prima cura sit, te complecti & retinere. Da etiam, ut bonis istius vite fruamur secundum tuam voluntatem, ut ea conferamus ad conseruationem ministerij, ad propagationem tue doctrina: Fac, ut inueniamus amicos illos, qui in domo tua habitant. Tu optime pater familias, insere in librum vite nomen nostrum. Fac nos ciues tui regni: Et quia illud in hac vita inchoatur, largire, ut illi amici tui, te praeunte & gubernante, docendo, communicatione ministerij, nos recipiant in aeterna tabernacula, in societatem bonorum Ecclesia, extra quam nulla est salus, ut in tristi angustia nostri cordis, quando anima nostra, territa tuo iudicio aduersus peccata, deficit, inueniamus conseruationem, & aeternam habitationem apud Patrem tuum, Amen.

DOMINICA X. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

L V C. XIX.

HOMILIA PRIMA.

Tum quidam Phariseorum è turba dixerunt ei: Magister, obiurga discipulos tuos. Et ipse respondens dixit eis: Dico vobis, si siluerint isti, mox lapides clamaturi. Et ut appropinquauit, visa vrbe fleuit super ea, dicens: Enimvero si vel tu nosset vel hoc saltem tuo die, quæ ad pacem tuam pertinent. Sed occulta sunt nunc oculis tuis. Nam venient dies aduersum te, quo circumijcient inimici tui tibi vallum, & circumcingent te, & constringent undique, teque solo equabunt, & filios tuos intus: Neque relinquent in te lapidem super lapidem: eò quòd non noveris tempus illud visitationis tue.

HVIVS DOMINICAE LECTIO PARS EST dulcissimæ historiæ Christi, regia pompa, & cum triumpho, inter ramos palmarum & olearum, & inter faustissimas populi acclamationes, Dominica Palmarum ingredientis in sanctam urbem Hierosolymã. Sed hoc tempore pro concione explicatur, quia eventus ipsi vaticinio Christi de excidio & euerione vrbis & populi Iudaici finali, hoc mense Augusto respondere. Ex historijs enim constat, die 10. Augusti, post quinque mensium difficilem obsidionem, milites non expectato mandato Titi Vespasiani, qui parcere voluit ædificio templi, igni iniecto templum in flammam & cineres disperxisse, cuius conflagratio tantum, sed toti etiam populo Iudaico, fatalis fuit. Funditus enim tum tota politia Iudaica euerfa & deleta fuit, quæ adhuc quoque durat, sicuti in hac lectione à Christo Domino etiam prædicta est, cuius summa hæc est:

Quia sciebat Dominus noster Iesus Christus, mortem suam multis scandalo fore, qui difficulter credituri essent, eum esse promissum illum humani generis redemptorem, & regni Dei instauratorem, quem in cruce infami medium inter duos latrones tum pendere viderunt. Ideo sæpius de hoc priuatim cum selectis suis discipulis egit, & ipso in verbis ingressu, scandalum hoc aliqua ex parte remouere voluit. Nam vt in explicatione regij ingressus Christi Dominica Palmarum audiuius, non cum paucis discipulis, vt solitus erat Christus, pedes aduenit, sed pullo asinæ insidens, & toti populo conspicuus, numerosum comitatum secum traxit eorum, qui faustis acclamationibus populum totum in eius admirationem excitauerunt. Denique quamuis totus ille apparatus nihil magnificum aut regium præ se ferret, multa tamen fecit, quæ ipsum verè regem sapientia, potentia, & iustitia, præ alijs omnibus instructissimum: Regnum verò eius non terrenum, neque terribile, sed cœlestes & saluificum esse, docent. De quibus cum alibi sæpe, præsertim verò Dominica Palmarum dictum sit, nunc huius loci narratio nobis consideranda venit, qua docemur, vt plerique in mundo Christi aduentu, & regni eius manifestatione, affici soleant, & quæ poenæ omnibus ijs iam paratæ sint, qui in illo sese offerentem gratiam Dei contempnunt, aut etiam hostiliter persequuntur.

Phariseos
Christum insi-
diosè secutos
esse.
Matth. 21.

Ad primum pertinet, quod de Phariseis dicitur, qui illum monuerunt, vt discipulos sibi acclamantes obiurgaret. Et illos quidem in turba hac aut comitatu Christi fuisse Lucas scribit, & hæc illi dixisse, cum adhuc in via esset. Matthæus verò puerorum meminit, qui postea in templo iisdem vocibus illum celebrauerunt, & quorum clamore Principes sacerdotum & scribæ offensi, eum similiter interrogarunt: Audis, quid isti dicunt? Fuerunt ergo isti homines indefessi hostes Christi, neq; illos alicuius laboris piguit, vt aliquam vel calumniandi, vel ipsum accusandi occasionem inuenire possent. Non puduit ergo eos, quo minus turbæ huic immixti illum sequerentur: Et postea puerorum quæque voces obseruant, suo autem exemplo eorum arguunt ignauiam, qui, cum Christum profiteantur, tamen omnem laborem nimium, & omne tempus malè amissum & perditum, putant, quod audiendis concionibus eius impenditur, vt iam de illis nihil dicam, qui apertas & horribiles blasphemias surdis auribus prætereunt, imò ne prouocati quidem, & in arenam protracti, gloriam illius, qua decebat constantia, tuentur.

Christo non
desse amulos.

Luc. 2.

At quod hoc loco præcipuum est, admonemur isto exemplo, nunquam desore æmulos, & hostes Christi, qui suum illi honorem inuideant, & quidem tunc, quando iam triumphare, & omnium laudibus in cœlos efforri, videntur. Est enim signum illud contradictionis, de quo Simeon in Spiritu vaticinatus. Sunt autem inter huius æmulos facile Principes Pharisei & pontifices, quos partim propriæ iustitiæ fiducia inflat, partim ambitio, & inanis gloriæ studium, excæcat, adhæc cupiditas quæstus extimulat, quem ex religione vanantur. Quia enim his vitijs ipsi laborant, non potest eis Christus non intolerabilis esse, qui humanam iustitiam omnem damnat, & larua detracta eorum superbiam atq; auaritiam detegit. Idem tamen mira astutia odium veritatis simulato gloriæ Dei zelo palliare possunt, & eas impiæ arrogantia insimulare, qui soli illius vindices sunt. Dum enim Christum satis pro imperio discipulos suos increpare iubent, dum item interrogant, an puerorum acclamantium voces audiat? nõ obscure illū perstringunt, quasi ambiciose nimis vulgi applausum capter, & non solum rudis plebeculæ, verum etiam puerulorum simplicium, laudibus delectetur. At dum hac suspicione illum grauant, pro sui nominis existimatione pugnant. Cum enim ipsi hucusq; in religione leges tulissent pro suo arbitrio, minimè ferre possunt, vt ipsorum autoritas vel minima ex parte labefactetur. Ea autem mox tota ruitura videbatur, si populo liceret Messiaæ titulum & honorem ei deferre, quæ ipsi cane & angue peius oderant, quem Samaritanum & Diabolicum impostore dicebant, eò quod ipsorum dolos atq; Tyrannidem argueret. Hæc igitur est illa Helena, pro qua isti homines pugnant, qui interea toti zelo gloriæ Dei ardere videri volunt. Imitantur horum mores hodie Monachi, & purpurati præfules, qui iam aliquot seculis in Ecclesiam sibi omne ius & imperiū vendicauerunt. Quia n. hi quoq; præcipuū præsidium in populi ignorantia habent, nihil minus ferre possunt, quàm veritatis lucem, qua vera Christi cognitio manifestata ipsorum quæstum & fastum euertit. Interea verò cum ipsi pro sua culina, & gloria, pugnent, nos ambitionis accusare solent, qui Christo suum honorem vindicare studemus, & hoc vnum agimus, vt ille supra omnes emineat, & solus agnoscat esse prouocatus ille rex gloriæ, quem Pater super montem suum sanctum, constituit. Obseruemus ergo

Ioan. 8.
Luc. 11.

ergo vetera ista exempla, ne istorum calumnijs moueamur: sed potius artes eorum detegamus, quibus imperito vulgo fucum faciunt.

Sed Christum audiamus his respondentem: Dico vobis (inquit) si siluerint isti, mox lapides clamuros. Quibus verbis docet, non posse fieri, vt negotium hoc silentio sepeliatur. Quia enim Patris decretum sit nomen Filij glorificare, & publicis testimonijs indices illustrius facere, oleum & operam perdituros esse omnes eos, qui illud tegere, & sub ignorantia tenebris detinere velint. Apud Matthæum verò ijs, qui puerorum acclamations indignius ferebant, dicit: Quidni? Nunquam legistis, ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Quibus verbis plus quàm puerilem ignorantiam, vel potius stupiditatem inexcusabilem, illis exprobrat, qui cum interpretes scripturarum, & doctrinae antistites, haberi vellent, adhuc tamen ignorarent Dei consilium & morem, qui (vt in Psal. 8. scribitur) puerulis & infantibus adeò delectator, vt suum nomen per eos maximè illustrari velit. Et simul illos neglecti officij accusat, cum ipsorum imprimis esset, ei testimonium publicum deferre, & populum totum ad laudes ipsius decantandas excitare. In genere autem docet, Deum nunquam defuturum nominis & gloriae expectationem, nec quicquam obstare posse, quo minus miraculosè, & præter omnium debebant. Debet hoc de tota Euangelij doctrina intelligi. Dei enim decretum est, quòd illius verbum de Hierusalem exire, & totum orbem terrarum illustrare debuit. Et Christus ait: Oportet apud omnes gentes prædicari Euangelium. Quis ergo, quò minus id fiat, obstabit? Quis Spiritui sancto resistet, quo minus, vbi vult, spiriet? Aut num Deo vnquam defuturos putabimus sui verbi præcones, qui omnium animos & linguas proprio arbitrio formare potest? Olim certè, cum in officio seigniores essent sacerdotes, quorum labia scientiam custodire, & populum verbo Dei instituere debebant, extraordinariè Prophetas excitauit, & ab aratro aut stiuâ Helisæum, à re pecuaria Amos, ex illustri & regia familia Isaiam, ex piscatorum & publicanorum, atq; textorum siue cerdonum numero, Apostolos vocare potuit, qui illud officium obirent. Quod ipsum hodie etiam fieri videmus, vt, non expectata Pontificum aut Episcoporum ordinatione, multi ad Euangelium prædicandum exurgant, & hoc illis inuitis mirifico cum successu annuntient. Ferunt hoc illi indignissimè, & legitimam vocationem in nobis desiderant, quasi verò ita sese illorum ordini obstrinxerit Deus, vt nemo legitimus Ecclesiae minister censeri debeat, nisi quem ipsi ordinauerint. Et cur non potius Dei manum atq; providentiam agnoscunt, qui necessariò alios excitat Christi sui præcones, cessantibus illis, qui minus illud ad se solos pertinere existimant? Possunt quidem isti nobis negocium facere, & contra nos Principum arma concitare possunt: Euangelij verò vocem prohibere nunquam poterunt. Nam vt hîc Christus ait, tacentibus omnibus hominibus, lapides clamabunt. Quod reuera olim impletum est. Cum enim nemo esset Hierosolymæ, qui Christi nomen & gloriam assereret, & Ecclesia tota, oraculo admonita, Pellam abiisset, Romanorum legiones urbem cinxerunt, & tunc horribiles petrarum ex castris eiaculae solent, quasi alta voce Christo regi testimonium dederunt, hunc esse æternum, Dei Filium, & vnicum generis humani redemptorem, cuius contemptum ille vlciscatur. Et horridis elementa omnia aduersus Euangelij hostes conclamare, & horrendis portentis exitium illis denuntiare. Quorum consideratio terrorem quidem nobis incutere debet, ne in stupido admonitionum Christi contemptu obrigescamus: Simul tamen consolationem ipsidum subesse meminerimus, quando Deus apertè testatur, se Ecclesiae suae, in hoc mundo laborantis, curam habere, neq; passurum vnquam, vt verbum eius impudè contemnatur.

Faciunt ad horum confirmationem, quæ deinceps Lucas narrat. Quia enim Christus nouerat, quid non multò post esset euenturum, vbi appropinquauit vrbi, fleuit luctu per ea, dicens: Enimverò, si vel tu nosset, vel hoc saltem tuo die, quæ ad pacem tuam pertinent, &c. Describuntur hæc ita, vt in illis manifesta habeamus fidelissimi seruatoris, simul & iustissimi regis, argumenta: Et quia locus iste præterea exemplum memorabile continet, quo Deus toti orbi terrarum iræ suæ magnitudinem erga verbi sui hostes, siue contemptores, declarare voluit, vtile fuerit, singulas eius partes diligentius inspicere.

Primum visa vrbe fleuisse super illa dicitur. Poterat hoc alicui mirum videri, & ab eius maiestate alienum, nisi eum verum hominem induisse scriptura doceret, qui omnes nos.

Christi laudes
sepeliri non
posse.

Matth. 22.

Isai. 2.

Matth. 24. 28.

Ioan. 3.

Malach. 2.

1. Reg. 19.

Amos. 7.

Christus flet
visa vrbe.

Fletus Christi
qui doceat
nos.

nes nostræ naturæ infirmitates in se recepit. Ne quam verò causam lachrymarum ex bisipsis fingeremus falsam, non Lucas modò eum super vrbe fleuisse dicit, sed idem ipse etiam testatur his verbis: Enimuerò si vel tu nosses, vel hoc saltem tuo die, quæ ad pacem tuam pertinent: sed occulta sunt nunc oculis tuis. Quibus verbis duo agit. Primò animi sui dolorem exprimit, qui ex commiseratione nascebatur, cum vrbs huius veterem dignitatem, & mox venturum excidium, quo nullum vnquam in orbe miserabilius vidum est, animo suo volueret. Fuit enim, Plinio teste, vrbiū totius orientis celeberrima, & multum ad eius ornatum Herodes contulerat, qui maximis impensis, & mirifico studio, templum ædificarat, quo vix illum aliud magnificentius fuit. Adhæc iam inde à Davidis temporibus, vsque ad Babylonicum exilium, per annos circiter quadringentos & quinquaginta regni sedes fuerat. Superavit tamen hæc omnia, quòd illic cultus sui sedem Deus collocavit, & de illa dixit: Hæc mea est requies in æternum: Hic habitabo, quoniam expetiui eam. Deniq; typus Ecclesiæ fuit, quæ frequenter Hierosolymæ nomine appellatur, & illic primùm collecta inde in totum orbem terrarum ad omnes gentes propagata est. Fuit ergo horribile istud Dei iudicium, talem tantamq; vrbe tam miserabili exemplo perire. Non potuit ergo non toto animo commoueri, & in lachrymas acerbissimas erumpere Christus, quando qui nihil antiquius habebat hominum salute illam perituram prorsus cogitabat, quæ præ alijs omnibus diuini cultus sacrarium, & cultorum Dei asylum esse debuisset. Ideo dolorem hunc animi verbis quoq; patheticis admodum testatur: Enimuerò (inquit) si vel tu nosses, vel hoc saltem tuo die, &c. Confert vrbs huius ingratitude, & contumaciam, cum alijs, & eandem per temporis circumstantiam amplificat, quasi dicat: Tolerabile videri poterat, alias ciuitates, me, suum redemptorem, non agnoscere, & verbum illud gratiæ aspernari: Si vel tu, quæ doctrinæ & cultus diuini sedes es, quam tot Prophetæ sua prædicatione illustrarunt, & cui ego me ipsum tam amice, tamq; varijs modis reuelauī, hanc Dei gratiam agnosceres, & ijs, quæ hucusq; contumaciter nimis fecisti contenta, vel saltem hoc tuo die, quo te peculiari bonitatis suæ argumento ille visitat, rectius quid agatur, expenderes. Certè si de his sermò cogitares, non posses non de illis etiam cogitare diligentius, quæ ad tuam pacem pertinent, id est, quæ tibi ad tuendam tuam incolumitatem sunt necessaria. Ita verò dicendo Patres fidos imitatur Christus, qui eò grauiori dolore afficiuntur, quòd propiorem videtur filiorum calamitatem, quam illi sibipsis sua prodigalitate, & contumaci omnium admo-

Non desperandum temerè de gratia Dei, nec de ea dubitandum.

Psal. 81.

Isai. 48.

apoc. 7. 21.

Est autem hoc memorabile exemplum, quo docemur, non temerè dubitandum esse de gratia Dei, neue talem fingamus, qui, vt sanguinarij Tyranni solent, hominum exciuiò delectetur. Quis enim hoc vel cogitet, qui Christū reprobæ gentis, & ad omnem impietatem deuotæ vrbs interitum lachrymis profecutum fuisse audit? Etenim quem hic in illo videmus summæ misericordiæ affectum, eum Deus Pater non rarò in scripturis exerit. Eiusdem certè animi vox est, quæ in Psalmis habetur: O si populus meus me audisset, si Israël in vijs meis ambulauisset: quam breui inimicos eorum deiecissē, & contra infestantes eos vertissē manum meam, &c. Consentiant his, quæ per Isaiam idē dicit: O si ad præcepta mea attenderes, redundaret istar fluminis pax tua, & iustitia tua sicut fluctus maris. Cum ergo ille nostrum interitum, imò contumaciam nostram, quæ huius causa est, deploret, nunquam profecto surdus erit ad eorum preces, qui ad ipsum conuersi gratiam & misericordiam eius inuocant. At hic simul cauendum erit, ne eius bonitate ad peccandi licentiam turpiter abutamur. Nam vt hæ Christi lachrymæ amoris erga nos maximi argumentum sunt: ita execrabilem Hierosolymitanorum ciuium impietatem arguunt, quæ illum lachrymari coëgit. Paterni amoris & indulgentiæ signum est, flere, visa filij rebellis & intemperantis contumacia: At fletus ille, nisi filium moueat, & ad meliorem frugem deducat, eum quouis supplicio dignum esse ostendit.

Curemus ergo etiam atque etiam, ne ipsi quoque lachrymas Christi contra nos, in testimonium iustæ nostræ damnationis, prouocemus. Flere quidem nunc non potest, quando in coelestem gloriam euectus eum locum obtinet, vbi olim noster etiam fletus cessabit, & omnis lachryma abstergetur: At non poterit non ad iustam vindictam excitari, si se, cū in terris hisce versaretur, frustra propter nos fleuisse, esuriuisse, sitiuisse, deniq; sanguinem quoque proprium profudisse videat. Horum itaque memores, horreamus & abominemur peccata, quæ Dei filio tanti doloris causam olim fuisse scimus. Simul autem ad nos transferamus exemplum Christi, ne ipsi fratrum interitum sicis oculis intue-

amur, multò minus autem ijs insultemus, quorum commiseratio nos ad lachrymas pro-
uocare debet.

Sed alterum quoque videamus, quod primis hisce verbis Dominus agit. Est hoc
stupiditatis & socordiae exprobratio. Dicit enim: Sed occulta sunt nunc oculis tuis. Er-
gòne (inquit) ignorantes peccauerunt, & proinde in illos iniquior fuit Deus, qui tam
crudeli & horribili exemplo eos perdidit? Nequaquam. Quomodo enim Dei voluntatem
ignorare poterant, qui promissiones salutis quotidie in ore habebant, & quibus lex
nunquam non inculcabatur? Aut num Christum illos ignorauisse dicemus, qui iam annis
aliquot inter illos versatus, saluificam suam virtutem, non tam doctrina quàm factis mi-
raculosis spectandam proposuerat? Quòd si qui ignorantiam prætexere velint, vulgi
Hierosolymitani vocibus conuincantur. Nam in publico, & quidem in templo à multis
dictum fuisse Ioannes scribit: Christus cum venerit, num signa edet plura ijs, quæ hic
ædidi? Ioan. 7.

Quapropter dum hæc abscondita, aut oculis eorum occulta esse, dicit Christus,
non culpam ipsorum extenuare vult, sed potius stuporem, plus quàm belluinum notat,
quo impediti Deum, sese illis offerentem, non cernant, & neque gratiam eius, neque
iræ, iam ardentis, argumenta, obseruent. Frequenter autem socordiam hanc Prophe-
ta etiam accusant, quia deploratæ malitiæ indicium est, si qui Dei iudicia prorsus asper-
nentur, & omnia temerè aut fortuito accidere sibi persuadeant. Apud Sophoniam Deus
lucernis accensis se eos scrutari & inuisere velle ait, qui in fecibus suis coagulati dicunt
intra corda sua: Dominus neque bene facit, neque malè. Et in Psalmis desperatæ impie-
tatis hominum voces sunt: Dominus non videt, neque Deus Iacob intelligit. Vult
ergo in præsentibus istis Christus docere, Hierosolymitanos ciues ipsos sui excidij si-
bi authores esse, & simul mederi scandalo, quod ex eorum ignorantia voluntaria nasce-
batur. Nam non dubium est, plerosque illius vrbs exemplo detentos fuisse, quò minus
Christum amplecterentur, quem videbant ab ijs reijci, qui præcipuam doctrinæ & sapi-
entiae existimationem sustinebant. Vult ergo monere, ne quem eorum incredulitas aut
contumacia offendat, qui horribili stupore excæcati sibi ipsi Dei iram atq; exitium iam-
pridem accersuerint. Quod ipsum nos quoque cogitare oportet, si qui præ alijs sapere
videntur, prædicationem gratiæ exhibant, & incurabili contumacia in proprium interitum
ruunt. Nam eò grauior poena eos manet, quòd propius & illustrius Dei gratia illis affulget:
neque diu apud tales homines cessare potest vindicta Dei, qui suæ misericordiae contem-
ptores inultos abire non sinit.

Et huc faciunt, quæ sequuntur. Christus enim, qui miserabilem vrbs occasum
ex misericordia paterna defleuerat, nunc, quasi animo iterum collecto, iudicis personam
suscepit, & quas poenas de illa sumpturus sit Deus, pronunciat. Nā venient dies aduersum
te, quo circumijcient inimici tui tibi vallum, & circumcingent te, & constringent vadi-
que solo æquabunt, & filios tuos intus: neque relinquent in te lapidem super lapi-
dem. Vbi primùm pulchra & grauis diei aut temporis oppositio occurrit. Nam paulò
ante conquestus erat, quod hunc suum diem non obseruaret: Vbi dies in bonam par-
tem sumitur pro tempore gratiæ, aut accepto illo tempore (vt Propheta loquitur) quo
Deus gratiam suam hominibus offert, Hic verò diem vindictæ intelligit, quem Ioel ma-
gnum & formidabilem dicit, eò quòd nemo illum sustinere possit. Perinde ergo hoc est,
ac si dixisset: Nunc quidem o Hierosolyma, Deus, suæ bonitatis memor, te inuisit a-
micè, & gratiam suam tibi offert, quam si agnosceres, beata fores, & imminens tibi ex-
itium posses subterfugere. At quia incurabili ingratitude & proteruita cum illius boni-
tate bellum suscepisti, alium diem tibi dixit Deus, quo suum ius persequetur, & digno
supplicio te mulcabit.

Id verò omnes sibi dici putent, quoscuq; Deus verbi sui luce, & gratiæ prædicatio-
ne, quasi ex alto inuisit. Qui enim plus quàm paterno affectu nos miseros complectitur,
vt exitio iam perituros subducatur: idem iustus quoq; & seuerus iudex est, & gratiæ suæ con-
tèptum magna cum seueritate ulciscitur. Sed præstat singula videre, quæ vrbi Hierosolymæ
denuntiat, vt simul inspectis historijs in hac etiam parte Christi omniscientiam & verita-
tem agnoscamus.

Prædixerat ille Iudæis, fore, vt qui ipsum, in nomine Patris sui venientem, nol-
lent recipere, alios essent recepturi, qui suo proprio nomine venirent, & priuatum
commodum quaerent. Id verò mox à morte eius impleri cœpit. Cum enim Romani
præsides

Socordiam ex-
probrat Chri-
stus suis audien-
toribus.

Soph. 1.

Pœnam denū-
tiat Christus
suo populo,

Isa. 49.
Ioel. 2.

Excidij Hiero-
solymitani hi-
storia,

Præfides populum partim infatiabili auaritia, partim vi & iniustitia, grauer præmerent, & ideo omnium animi nouo promissæ liberationis desiderio flagrarent, eam occasionem arripuerunt homines nequam & seditiosi, qui promissi illius Mesiæ titulum sibi vendicabant. Itaque in suas partes trahebant illi infelicem populum, quæ tumultuum quotidie nouorum causa erat. Ceciderunt in illis multa millia Iudæorum, vnâ cum impostoribus illis, quorum artibus seducebantur. Sed cum seditionum nullus finis esset, tandem, vltimo Neronis annos cum legionibus in Iudæam mittitur Vespasianus, qui à Gzilæa facto belli initio, totam ferro & igne vastat, inde vrbi Hierosolymæ imminet. In eius autem obsidione à militibus Imperator electus, Romam contendit, & bellum Tito filio committit. Fecit hic, quæcumq; in vrbe munitissimæ obsidione ad Imperatore bono & strenuo fieri solent, & quæ facturum Christus prædixerat.

Ioseph. l. 6. de bello Iud. c. 12.

Primò enim vallum circumiecit vrbi, quod Iosephus, fide dignissimus scriptor, atque testis oculatus, his verbis describit: A Romanis duodecima Maij aggeres inchoati, vix vigesima nona perfecti sunt, cum totos dies septendecim laborauissent. Ingentes enim aggeres quatuor iacti sunt: Et vnus quidem, qui erat ad Antoniam, & à quinta legione fuerat extructus contra medium stagnum, quod Struthium vocatur: alter verò à duodecima duodecim cubitis distans. Decima autem legio, quæ supra memoratis præstabat, in septentrionali parte opus crexerat, vbi stagnum est, quod Amygdalon dicitur. Sed & quinta decima legio aggerem triginta cubitis descendentem fecit ad Pontificis monumentum. Facit etiam alterius aggeris, & Turrium aliquot, per Romanos extructarum mentionem Iosephus, quæ omnia Christus hic vno verbo comprehendit.

Ibid. cap. 13.

Deinde, circumcingent te, inquit. Ad cuius explicationem facit, quòd, cum Iudæi irruptione facta aggeres & munitiones Romanorum incendissent ac diruissent, Titus nouum & mirificum opus excogitans, totam urbem muro inclusit, quem diuino impetu (vt Iosephus scribit) milites tridui spacio per ambitum triginta & nouem stadiorum duxerunt, vnâ cum tredecim castellis, in quibus excubiæ contra urbem disponerentur.

Ex eo secutum est, quòd hîc tertio loco Christus dicit: Et constringent vndique. Id verò de oppugnationibus crebris intelligi debet, quibus Romani inclusos continus & eminus instârunt, quæ eò grauiores fuerunt, quòd intra muros simul horribililue, seditionibus iom & fame, plus quàm Saguntina, consumebantur: Quæ illos non modò ad cibos insolitos cogebat, verumetiam matres, omni humanitatis sensu exutas, destabili crudelitate armabat, vt ex se natos infantes iugularent, & ignibus tostos audientibus laniarent. Et huc cum primis pertinet, quod Ioseph. eiusdem lib. cap. 14. scribit: cum non superesset locus in vrbe, vbi sepelirentur cadauera, in fossas ex muro præcipitabant, quas circumiens Titus, vbi plenas cadaueribus vidit, altaque sanie tabefactis cadaueribus desfluentes, ingemuit, & expansis manibus testabatur, hoc non suum opus esse.

Ibid. li. 7. c. 18.

Addit his Dominus quartam, & æquabunt te solo. Quod ipsum iubente Tito factum esse idem Iosephus testatur, cum iam nullus cædi & rapinæ locus esset reliquus. Itaque ex tota ciuitate, quæ in toto Oriente florentissima fuerat, tres solæ turres relictæ sunt, Phaselus, Hippicus, & Mariannes cum parte muri ab Occidente, vt ex his, ceu testibus, constaret, qualem, quamque munitam ciuitatem Romana virtus expugnauisset.

In primis tamen memorabile est, quòd hîc Christus adiecit: Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Fuit hoc perpetuum decretum Dei, vt nimirum vrbis huius & templi excidium irreparabile esset, vt alibi quoque diximus. Passus est quidem Aelius Adrianus in ruinis Hierosolymæ urbem nouam condi, quam ex suo nomine Aeliam dixit, & Christianis habitandam permisit: Templum tamen nemo vnquam potuit instaurare, etsi id Iudæi sæpe conati sint. Et vt multa alia omittamus, tradunt Ecclesiastici scriptores, Iulianum Apostotatam, vt Christum falsi conuinceret, Iudæis auctorem fuisse, vt illius instauracionem aggredierentur: sed illos horrendis prodigijs impeditos, & ab opere deterritos fuisse, quò minus illud perficerent. Itaque iam annis mille quingentis, & pluribus, templum illud in ruinis iacet. Quæ enim de illo, & Hierosolyma, hodie fabulantur superstitiosi homines, qui Dei gratiam, & Christi meritum, illis locis alligant, tam putida & anilia sunt, vt refutatione nulla opus habeant.

[Cæterum

Cœteram ne quis Dei iram in muros modò, & insentatos lapides defœnituram putaret, filiorum quoque, id est, ciuium & inquilinorum, Christus disertè meminit, quos istis malis affligi & constringi oporteat. Et hoc ab illo verissimè dictum esse, ex ijs patet, quæ modò de lue & fame intra urbem grassante diximus. Quibus adijci debet, quod Iosephus de cœsorum & captiuorum numero tradidit: illorum quidem decies centena, horum autem nonaginta septem millia, numerans: quorum alij ad triumphum seruati, alij ad metalla, tri emes, & publica opera, damnati, multi in ludis publicis cum bestijs, aut gladiatoribus pugnare coacti, miserabiliter perierunt. Et hæc quidem paulò diligentius & prolixius commemorauimus, vt euentius pateat, Christi Iesù Regis & Sacerdotis nostri, veritas, & in hostibus vlciscendis potentia.

Lib. 7.
capite 17.

Est autem excidij huius multiplex vsus. Primò enim testatur, promissum illum humani generis vindicem & redemptorem reuera exhibitum esse, & ea perfecisse, quæ ad nostram redemptionem pertinebant. Hunc enim stante adhuc Iudæorum Republicæ, nati, mori, & resuscitari, debuisse, ex Daniele capite nono patet, qui post occisum Mesiam demum urbem à populo, tunc orbis Domino, excindendam fore, olim prædixit. Docet item excidium hoc, Christum non venisse, vt in terris regnum, more principum huius seculi, constituat: sed vt Dei regnum inter homines instauret. Et solum hoc sufficit ad confutandum eorum errorem, qui regnum somniabant, cuius sedes futura esset Hierosolyma.

1.
Vsus excidij
Hierosolymitani.

Præterea est hoc abrogationis ceremoniarum Mosaicarum testimonium euidentissimum, quod toti mundo proponi admodum vtile & necessarium erat. Scimus enim, quanta pertinacia legem & huius ritus retinere conati olim fuerint, non solum Iudæi, verum etiam multi eorum, qui Christo iam nomen dederant. Et quàmuis veli scissio in morte Christi facta illos de hoc admonere poterat, & Apostoli grauius legis iustitiam oppugnarent, nunquam tamen hæc persuasio ex quorundam animis eximi potuit, quò minus legem cum Euangelio miscerent: & ideo ipsam officinam totius illius cultus Leuitici oportuit eueri, vt omnibus constaret, eius vsum porrò nullum esse in Ecclesia.

2.

3.

Præcipuus tamen excidij istius vsus est, vt discamus iram Dei agnoscere, quæ is peccata quidem omnia, imprimis autem verbi sui contemptum, & hostiles aduersus gratiæ suæ prædicationem conatus, punire solet. Quod enim Iudæi passi sunt, hoc multis alijs, iam inde ab origine rerum accidisse, constat. Magna & multiplex fuit primi mundi malitia: sed Diluuij pœnas tunc maximè in se prouocârunt, quando Noam, iustitiæ præconem, aspernati sunt. Aegyptios quoque, etsi luxu & intemperantia sua iam pridem exitium meruissent, tunc demum horrendis exemplis Deus multum prædicari, & cultum verum exerceri, volebat. Et si ad magnas illas Monarchias accedamus, Assyriacam nimirum, Babylonicam, Persicam & Græcam, omnibus illis persecutiones Ecclesiæ, & verbi Dei contemptum, exitio fuisse patebit. De Romanis alibi, oblata occasione diximus, nec, vt eadem repetamus, opus est, quando omnibus notum est, nulli Imperatori impunè abijisse, qui Christum ausus agredi, & eandem audaciam toti Imperio ruinam peperisse. Nec desunt exempla nostri seculi, quæ idem docent. In ea ergo mentis oculos dirigamus, & cogitemus, quantum Deus suum verbum, & Ecclesiam, faciat. Nam etiam si dura & horrenda sint, quæ Evangelij & Filij Dei contemptoribus in hoc seculo accidunt, leuia tamen possunt videri præ illis, quæ ijdem æternum patientur. Et Iudæi non solum euersa vrbe, & prorsus sublata eorum politia extorres vagantur, & publicum iræ Dei exemplum sunt, verum etiam repudiati à Deo, à promissionibus gratiæ exciderunt, & in sensum reprobum dati, contumacia incurabili damnationem suam indies magis aggrauant. Semper ergo nobis Apostoli dictum obuersetur, quo huius exempli proprium vsus nobis commendat: Si Deus naturalibus ramis non pepercit, vide, ne tibi quoque non parcat.

4.
Vsus qui est
præcipuus,
scilicet iræ
Dei consideratio
contra contemptores
verbi.
Gen.
2. Pet. 2.

1. Tim. 11.

Admonet nos de eo ipso Christus, tum tantorum malorum causam denuo adducit, & inculcat, dicens: Eò, quòd non noueris tempus illud visitationis tuæ. Solet autem Deus bifariam visitare homines. Primum, quando peccatorum remissionem gratam nobis offert, & ad pœnitentiam hortatur, vt salutis in filio exhibitæ participes redamur. Et hanc visitationem Zacharias, in tuo cantico, commendat his verbis: Benedictus Dominus Deus Israël, quòd inuiserit & redemerit populum suum, Et paulò post:

Causa excidij
repetitur
Dei visitatio
prima.

Luc. 1.

Jerem. 32, 39. Inuisit nos oriens siue Germen (de Christo autem loquitur, quem hoc nomine Prophetæ designant) ex alto: vt appareat ijs, qui in tenebris & umbra mortis positi sunt, ad dirigendum pedes nostros in viam pacis.

*2. visitatio
Dei.*

Deinde visitare dicitur Deus, quando in peccata hominum inquit, vt pœnas de illis iustas & dignas sumat. Quo sensu in lege, Exod. 20. dicit: Ego Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem Patrum in filijs, &c. Et in Sophonia cap. 1. Eodem tempore lucernis scrutabor Hierosolymam, & visitabo viros, qui in fecibus suis coagulati, &c. In præsentî de primo visitationis genere loquitur, sic tamen, vt alterum non omnino excludat, et sic duplicem fœcordiam illis exprobrat. Vt enim non agnouerunt gratiam & bonitatem Dei, qui ipsos ad salutem inuitabat: ita nec tempus iræ obseruauerunt, vt saltem huius indicij visis à sceleribus abstinere. Hanc verò exitij tam horribilis causam fore docet. Continetur autem his verbis sententia Dei generalis & perpetua, à qua is nunquam discedit. Vult hîc (vt Paul. 1. Tim. 2. ait) homines saluos fieri, & in veritatis cognitionem venire: Et ideo nos inuisit verbo gratiæ, & ad vitæ emendationem hortatur. At idem gratiæ suæ contemptum seuerè vindicat, & contra seucros & contumaces admonitionum suarum contemptores lucernas illas accendit, de quibus modò ex Sophonia diximus.

Sunt hæc nobis diligenter obseruanda nostro seculo. Inuisit nos quotidie Deus, & in filio suo Iesu Christo salutem nobis offert gratuitam. Agnoscamus hanc eius bonitatem, & cum simul infelicem mundum multis iræ suæ comminationib. terret, serio propriæ salutis studio accensi illum vera fide amplectamur, vt eius Spiritu renouati, vitam viuamus nouam, & per illius meritum seruemur. Ipsi debeat benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Et ingressus in templum cœpit eicere eos, qui vendebant in eo, & emebant, dicens eis: Scriptum est, Domus mea domus precatationis est: Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et docebat quotidie in templo. Principes autem Sacerdotum, & Scriba, & primores plebis, studebant eum pendere, nec inueniebant, quid facerent. Totus .n. populus pendebat ab ipso, cum eum audiret.



AVDIVIMVS INGRESSVM REGIVM DOMINI nostri Iesu Christi in Hierosolymam, quem ita instituit, & fecit, vt non obscure maiestatem suam atq; potentiam declarârit, simulq; suo exemplo Reges & Principes omnes officij admoneat. Vt enim omniscientiæ, potentia, & iustitiæ argumenta præbuit manifesta: Sic bonitatis & clementiæ plus quam paternæ exemplum est, quòd ad vrbs conspectum lachrymas profudit, & eorum interitum deslere dignatus est, qui non vno modo perdi meruerant. Ex eo igitur euidentissimè apparet, hominum sanguinem in oculis eius pretiosissimum esse, quod in bono Rege Spiritus sanctus imprimis, requirit.

Sequitur nunc quid primùm fecerit, vbi in urbem peruenit: Quòd nimirum templum ingressus ex eo omnes eiecerit, qui illic emebant aut vendebant, ipse verò ibidem populum docuerit, & doctrinam suam (vt Matthæus annotat vigesimo primo capite) miraculosa cœcorum & claudorum curatione confirmârit. Quo factò se reuera populi Dei siue Ecclesiæ Regem & Sacerdotem esse demonstrauit, cui Ecclesiæ & religionis reformandæ munus à Patre mandatum sit: Simul autem suo exemplo docet, quid in reformationibus eiusmodi omnes eos facere conueniat, ad quos ea cura ex Dei mandato pertinet. Est ergo historia hæc digna, quæ sæpius consideretur, nec temerè factum putabimus, quòd eâ ab omnibus Euangelistis describi voluit Spiritus S. Ita, n. admonet, nobis quoq; non debere graue aut molestū videri, si frequentius eadem nobis proponatur:

Occurrit autem hîc primo loco, quòd cum iam urbem ingressus esset, non in Antoniam (castellum id fuit, quod Herodes magnis impensis instauratum in Antonij honorem ita denominauit) neque in prætorium, sed in templum, diuerit. Eo autem factò

*Christus in
templum di-
uertit.*

facto rursus testatus est, regnum suum non de hoc mundo esse, sed in mundum se venisse, ut veritati testimonium ferat, huius doctrinam asserat, promissiones Dei impleat, & eius regnum inter homines instauret.

Quia verò ingressu hoc in urbem se regem esse testari voluit, interim suo exemplo aperte docet, templorum & religionis curam ad Principes quoque, & omnes eos, pertinere, qui Republicam administrant. Nam etiamsi cultum suum Deus non armis huius seculi, sed verbi sui prædicatione, & Spiritus virtute, propagari velit: illius tamen curam magistratibus, quàm maximè commendatam esse vult, & ab illis hoc requirit, ut illum inter suæ fidei creditum populum, secundum sui verbi regulam, constitui, & benè constitutum seruari ac retineri, curentur. Quorsum enim opus erat librum legis diuinæ Regibus commendari, si religionis cura nihil ad eos pertinet? Aut cur pœnæ blasphemis & falsis doctoribus constituuntur, si Magistratus (cuius solus est potestas de sonibus sumere) rebus aut negotijs ad religionem pertinentibus, se non debet immiscere? Et ut ista omittamus, an non communis sensus, & lex naturæ, hoc iubent, ut qui à Deo potestate & autoritate armati sunt, vicissim huius gloriam, atque honorem, tunc cantur, sicque ei bonam gratiam referant? Sed quid multis opus est, quando in veteri testamento hoc potissimum nomine David, Solomon, Iosaphat, Ezechias, Iosias, Zorobabel, & similes laudantur, quòd in religione rectè constituenda, & abusibus seu superstitionibus abolendis operam strenuam nauarunt? & de **CHRISTI** Ecclesia Isaias 48. cap. varicilians, Reges eius nutricios, & Reginas nutrices, fore pollicetur. Sunt hæc obseruanda non solum propter Anabaptistas, & horum similes fanaticos homines, qui omnem cum politicum, tum Ecclesiasticum, ordinem, è medio sublatum volunt: Verum etiam propter Pontifices & Episcopos, qui in Ecclesia omnem potestatem ad se transtulerunt, & nefas esse clamant, ut Reges atque Principes quocumque in illa constituant, aut ad reformandū cultum Dei manum admoueant: Istud enim non nisi vniuersalis concilij autoritate fieri oportere. Ita verò malè usurpatam tyrannidem peioribus artibus stabilunt, & tanquam prophanos & impios homines à religionis cura eos excludunt, quorum opera Deus omnibus seculis ad coercendam Pontificum licentiam, & ad eorundem negligentiam corrigendam vtiliter est usus. Imò cum ipsi Imperatorum donationibus, partim fictis, partim impudenti ambitione, & turpi hypocrisis, extortis, gloriantur, ipsi tamen minime permissum esse clamant, ut in religione, quantumvis corrupta, aliquid teneant. Ergo ne Ludouico licuit Romam Pontifici donare, & ad hoc Imperatoria auro Dei cultus instauret, & abusus è medio tollantur? Illis item ius erit superstitionibus & fortunis pervertere, falsa doctrina conscientias hominum turbare, eosdem pecunijs, autem & alijs, quos Magistratus autoritate Deus armavit, nefas fuerit, eorum licentiæ obicere, & ut veritatis doctrina cum vero cultu reducatur, prospicere? Sed ita cornua sua Ananiam & Saphiram prodar oportet, cuius vox est, se à nemine reprehendi debere, etiamsi millia multa animarum cateruatim ad inferos rapiat. Excitent autem ista Christianos Principes, ne sui populi salutem negligant. Hunc enim ex illorum manibus requiret Deus, neque in eius conspectu locus illis excusatio erit aliqua, si auctoritatem suam tam seruiliter Pontificum pedibus calcandam subijciant, quæ & Dei gloriam, & publicam omnium salutem, debebant tueri.

Ceterum, quid Christus in templo fecerit, audiamus: Ingressus cepit eiecere eiculis & aboliis ijs, quæ Sacerdotum avaritia & libidine contra verbum Dei inuecta erant, & substituisse, quæ in templis exerceri debent, quæque ad verum cultum pertinent. Quod ut rectius intelligatur, paucis reperendum erit, quanam apud Iudæos templi profanationis, & cultus diuini corruptio, fuerit. Fuit illud antiquitus in eum usum Dei iussu edificatum, ut illic collecti verbum audirent, preces publice facerent, & quæ tunc in usu erant sacra obirent. Vnicum verò esse voluit Deus, ne superstitionum diuersitate populus in sectas distraheretur, sed facilius in fidei vnitatem, & eiusdem religionis siue cultus exercitio posset contineri. Erat ergo magna eius loci maiestas, & cum illo tempore Iudæi per omnes gentes dispersi essent, quotidie ex remotissimis quoque terris illuc confluebant, qui Deo sacrificium aliquod volebant offerre. At cum eodem tempore, partim Romanorum præsidum rapacitate, partim Sacerdotum avaritia, sacerdotium vana factum esset, hac Dei constitutione simul, & populi vndique confluentis studio, Sacerdotes ad

Religionis curam pertinere ad magistratum.

2. Reg. 22.

2. Par. 34.

2. Sam. 6.

2. Par. 14.

16. 29. 30. 34.

1. Reg. 8.

Es. 2. 5.

Christus eiecit vendentes & ementes.

tes ad quæstum suum abuti cœperunt. Itaque oves, boues, columbas, & quæ alia sacrificijs seruire poterant, in templi atrio vendebantur, vt ex illorum emptione aliqua lucri pars ad ipsos rediret, & plures ad sacrificandum allicerentur. Adhæc propter peregrinos numulariorum etiam mensæ aut abaci illic visebantur: adeo vt templum iam nihil à foro prophano differret. Erat ergo hæc turpis nimium loci sacri, & totius cultus diuini, prophanatio, quæ sub plausible Religionis prouehendæ prætextu priuato Sacerdotum quæstui seruiebat, cum qua si conferas, quæ postremis temporibus in Christianorum templis inuecta sunt, non minorem, imò impudentiorem multò totius Religionis prophanationem videbis: de qua cum sæpe dictum sit, & omnium oculis obuersetur, non opus est nunc omnes negotiationis illius species enumerare.

Templi reformationis.

Ioan. 2.

Marc. 11.

Videamus nunc potius Christi de his omnibus iudiciū: quem ita offenderunt, vt nõ contentus verbis durioribus omnes increpauit, qui talia faciebant, manum quoq; admo- uerit. Nam venditores simul atq; emptores templo eiecit: quod aliàs quoq; admo- cationis suæ initium, flagello ex funibus factò illū fecisse, Ioannes scribit. Sed & mentas numulariorū euerit, & cathedras eorum confregit, qui ibidē columbas vendebant. Quæ omnia absq; multorum detrimento fieri non potuerunt. Addit Marcus, quòd per ipsum nemini licuerit aliquid vas aut instrumentū per templum deferre: adeò illud ab omnib; ijs repurgatum esse voluit, quæ ad Dei cultum nihil faciunt. Neq; his subitè factis profu- git, sed in templo confidens publicè docere cœpit, & doctrinā suam (vt initio diximus) mi- raculosis operibus confirmauit. Fuit ergo hoc inter omnia diuinæ eius potentix atq; ma- iestatis opera, quæ hucusq; fecit (meo iudicio) longè præstantissimū. Quis.n. alius mortaliū istud impunè facere potuisset? Enimuero cum anno proximè sequenti Pilatus Cæsaris imagines in templū intulisset, ingens populi concursus factus, & publica seditio exorta est. Idem etiam maiori cum periculo accidit, cum pecuniam sacrā è templo ablatam in aquæ- ductum insumpsisset. Nunc autē cum & templum temerè violatū videri posset, & Sacer- dotum autoritas contumeliosè conculcata, & complures in corpore & fortunis damnum aut iniuriam passi essent, omnium tamen manus quiescunt, omnium ora silent, nequicq; reperitur in seditiosissima gente, qui vim istam vi repellere, aut saltem impedire aulit. At cum præter imbellem discipulorum turbam nemo Christo adesset, diuinæ virtutis hoc opus fuit, quæ mentes omnium terruit, & manus continuit.

Ioslib. 2. cap. 3. de bello iudaico.

An Christus iure hoc fecerit

Mal. 3.

Disputatur hîc à nonnullis, quo iure istud Christus Dominus fecerit, & num alicui ex verbi ministris, aut priuatis hominibus, idem facere liceat? Et Christum quidem excu- sant, quòd singulari quodam & Heroico motu rem tantam sit aggressus, & quòd, quæ ita fiunt, diuinæ virtutis opera sint. At mihi quòd ad Christum disputatio ista superuacua & curiosa potius, quā utilis & necessaria, videtur. Cur .n. vt nudus homo consideratur, quæ alieno motu excitari oportuerit, qui Deus quoq; verus atq; æternus est, & proprio consilio atq; instinctu facit omnia? Deinde cur de iure eius disputatur, cum eum à Deo patre Regē & Sacerdotem destinatū fuisse constet, & iam olim à Malachia prædictū fuerit, illum ignis instar in templū venturum esse, vt filios Leui purget ac emundet? Suo igitur iure hîc usus est, & proinde alia excusatione non habet opus. Quin potius (vt antè modò monui- mus) exemplum præbet Regibus, & omnibus alijs, quos Deus imperio & auctoritate ar- mauit, vt ipsi quoq; simili zelo ac feruore cultum verum tueantur, & ab omni superstitione atq; idololatria repurgent.

An priuati idē tentare debeant.

Act. 17.

Quòd verò priuatos homines, fatemur, hos nihil huius absq; peculiari Dei mandato tentare debere: Sed sufficiat eis, vt ipsi conscientiam purā seruent: Publicas autē reformationes ijs relinquunt, qui illas ex officio facere debent. Pium equidē est dolere ac ingemiscere, quando veri cultus loco superstitiones & idololatriā regnare vident (sicuti Paulum Atheniensium idololatria doluisse legimus) sed tumultuandi occasionē neq; ipsi temerè arripere, neque alijs præbere, debent. Interim minimè negamus, sæpe fieri, vt priuati homines, & interdum idiotæ etiam ac illiterati, eiusmodi facinora faciant, quæ cum hoc Christi facto conueniunt, & cum præsentī atq; inuitabili periculo coniuncta sunt: vt cum idola in locis publicis deiciunt, doctores falsos palàm in concionibus falsi arguunt, panem consecratū, vt pro Christo adoretur, in processionib; publicis ex Episcoporum manibus excutunt, aut etiam conculcant, quod nostrò tempore non vno loco factum esse scimus. Quæ omnia eiusmodi sunt, vt nemo illa temerè iubere, aut aliquem ad ea hortari, debeat: At si nemine iubente à viris bonis fiant, quorum pietas nobis satis perspecta est, & quos ratione sana semper vsos esse constat, ego tales minimè damnauerim: sed pecu-

sed peculiarem Spiritus sancti motum in illis agnosco, qui eorum opera, ad asserendam Dei gloriam, & ad confundendam idololatrarum stupiditatem, uti solet. Quod si qui eos temeritatis accusant, ego potius Spiritus Dei vim considerandam esse puto, qui in eiusmodi motibus, verè Heroicis, non permittit semper, ut omnia ad nostræ rationis calculus reuocemus: potius autem reprehendi merentur ignaui principes, & personati doctores, vel potius canes muti, qui ea tam diu ferunt, quæ autoritate publica tolli & aboleri debebant.

Sed ut ad Christum redeamus, ne insanientium more ista facere videretur, consilij & facti sui rationem ex scripturis affert: Scriptum est (inquit) domus mea, domus precationis est: Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Coniungit duos locos, quorum alter apud Iaiam capite quinquagesimo sexto habetur de gentium vocatione, quas ad Ecclesiam, & verum Dei cultum, aliquando accedere oporteat: Alter extat Ieremiæ septimo, ubi Hypocritas accusat Dominus, qui templi & externi cultus fiducia ad peccandi licentiam abutebantur, & impunitatem sibi ex eo promittebant, quod in templo frequenter comparerent, & sacris publicis interessent. Ut enim latrones in speluncis suis fiduciam habent, eoque audaciores sunt in perpetrandis sceleribus, si loca habeant munita aut occulta, quo se recipere possunt, ut tuto lateant: Ita Hypocritæ ex similitudine cultu, & ceremoniarum obseruatione, insolentem peccandi fiduciam solent concipere. Prophetæ autem verbis vititur Christus, ut malum hoc non recens, sed auitum & hereditarium istis esse ostendat. Quamuis alius quoque insurgat, & Sacerdotum doctrinam atque mores accuset, qui templum reuera in latronum speluncam conuerterant. Qui enim non per Christum ingreditur, verè fur atque latro est: quia & illum sua gloria spoliat, & eos fortunis exuit, qui ipsi obediunt, adhæc animabus eorundem certum exitum struit. Atqui omnia hæc ab illis fiebant, cum salutis ostia & vias longè alias monstrarent, religionem omnè sibi quæstum fecissent, & infelicem populum à Christo abstraherent: quod non aliud erat, quam animas eorum iugulare, & ad sempiternum exitum abripere. Continetur autem hoc Christi exemplo quicquid de reformatione religionis & Ecclesiæ dici potest.

Et huius quidem curam atque studium ad magistratum legitimum imprimis pertinet, iam antè diximus. Nunc obseruemus, quod æternus Dei filius, cuius solius autoritas sufficere poterat, facti sui rationem ex scriptura adducit. Eo enim admonemur in reformandis aut constituendis Ecclesijs nihil ex priuato, alicuius hominis arbitrio, sed omnia secundum verbi Dei præscriptum institui ac fieri debere. Quia enim Ecclesia deus sibi sumere debet, quam ille dederit: Ideoque solius Dei verbum audiatur. Obseruauit hoc olim Iosias Rex, qui cum ex legis lectione intellexisset, quam procul à vijs Dei deflexisset populus, vestimenta sua scidit, & legem, diu amissam, omnib. proponi voluit, ut secundum hanc abusus omnes corrigerentur. Quem scopum etiam Christianis Regibus olim propositum fuisse constat. Quapropter in ipso limine offendunt, qui hodie vel concilio vniuersali opus esse clamitant, vel homines politica sapientiâ & eruditione præditos deligendos dicunt, quibus hoc negotij detur, ut in nostri seculi contrarijs tolerabilè & moderatam doctrinæ atque religionis formam conscribant, deinceps ab omnibus recipiantur. Quid enim concilio opus est ijs, qui in veteris & noui testamenti libris veræ Ecclesiæ, & omnium piorum, quotquot à mundi exordio fuerunt, consensum inueniunt, à quo nemini dissentire licet? Vel num interea de salute totus mundus periclitari, & incertis oportet hæc causa ad conscientiam hominis pertinet, quæ non alibi, quam in solius Dei verbo acquiescit, frustra ijs hominum autoritas obtrudetur, qui, quid Deus velit & iubeat, audire cupiunt.

Deinde quid in reformationibus tolli, quid uè substitui, oporteat, Christus suo exemplo docet. Eijcit .n. ex templo omnes, qui vendebant & emebant, adhæc Sacerdotes hoc nomine grauius accusat, quod ex templo Dei speluncam latronum fecissent. Damnantur ergo in Religionè, & prorsus abrogari debent, quæcûq; ad quæstum instituta sunt. Cum .n. Deus nos gratuita misericordia seruet, quæstum à sua Ecclesia procul remotum esse vult. Ex nimis temerarij sūt, qui hūc ex spiritus sancti donis facere in animū inducūt, cū illa nō sint in nostro arbitrio aut potestate. Cōstituit quidē dominus, ut ex Euāgelio viuāt, quicquid hoc prædicat. At idē spiritus sui dona aut sacramēta vèdere prohibet, & scimus quod Ghezi seruo suo Elifæus, quid item

Christus facti rationem reddit.

Ioan. 10.

Reformationem Ecclesiæ fieri debere ex verbo Dei.

2. Paralip. 34.

Que in reformatione Religionis tolli debent.

2. Reg. 5.
Acto. 8.

quid item Simoni Mago Petrus, olim dixerint, cum illi simile quid tentarent, pecunia tua (inquit Apostolus) tecum sit in perditionem, qui donum Dei putaris pecunijs acquiri. Non est tibi pars neque fors in ratione hac. Nec tamen eos solos eiecit Dominus ex templo, qui illic mercabantur, sed eos quoque prohibuit (vt diximus) qui vasa quæcunque per illud deferebant. Debent ergo in reformationibus omnia ea tolli, quæ vel ministrorum auaritiæ & quæstui priuato seruiunt, vel ad cultum Dei nihil faciunt. At si hæc regula obseruetur, quid obsecro ex toto papatu reliquum manebit, vbi venalia sunt omnia, & ea etiam in honore summo & pretio habentur, quibus Dei cultus impeditur, & euertitur? De simulachris loquor, de quibus olim Lactantius dicere non est veritus. Religionem omnino nullam esse, vbiunque simulachrum est. In illis ergo eijciendis olim strenuissimi fuerunt, quotquot à Spiritu sancto eo nomine commendantur, quod veri Dei cultum à sordibus repurgauerint. Ezechias certè ne æneum quidem serpentem amplius ferendum putauit, quando Iudæi ex eo simulachrum fecerant, quod suffitu & cultu externo honorabant. Nec probrosus fuit inter Christianos aliquem *εικονομαχος*, id est, imaginum oppugnatorem aut destructorem dici, vsq; ad Gregorij tertij tempora, qui sub annum nati Christi septingentesimum trigessimum nonum Leonem Isaurum hoc nomine notauit, & excommunicationis fulmine ferijt, quod imagines ex templis deleri iussisset. Sed neminem moueant hominum temeraria iudicia, quando, quod facimus, verbi Dei autoritate defendi potest.

2. Reg. 18.

Vera pietatis
exercitia esse
restituenda.

Porro non sufficit sustulisse, quæ Deo displicent, & verum cultum impediunt, nisi substituantur ijs vera pietatis exercitia: Ea paucis hisce verbis comprehendit Christus: Domus mea, domus orationis, vocabitur. Continetur his totum Ecclesiæ regimen, siue gubernatio, vnà cum vero cultu, qui huic necessariò coniunctus est. Nam oratio siue inuocatio absque doctrina verbi Dei consistere non potest. Quomodo inuocabunt eum (inquit Paulus capite decimo ad Romanos) in quem non crediderint? Quomodo credent ei, de quo nihil audierunt? Quomodo audient absque prædicante? Itaque Ecclesiæ gubernatio ex verbi doctrina, seu prædicatione Euangelij, dependet, quod idè scepterum potentia Christi dicitur. Et hæc causa est, quod vt hic in docendo frequentissimus fuit antea: Ita nunc quæprimùm negotiatores ex templo eiecit, mox populum docere incipit. Vnde colligimus, Ecclesiam veram apud eos esse non posse, apud quos verbi prædicatio silet, & qui illo neglecto circa res inutiles, aut inanes ceremonias, occupantur. Cultus autem externus simul & internus ferè in inuocatione consistit. Nam vt hæc ex fide nascitur: ita cum conscientia puritate confessionem quoq; coniunctã habet, quem cultum Deo gratissimũ esse, omnis scriptura docet. Huc .n. facit, quod in Psalmo veri cultus rationem traditurus ait: In die tribulationis tuæ inuoca me, & liberabo te, Tuq; me glorificabis. Et Christus eos demum veros Dei cultores esse testatur, qui illum adorant in spiritu & veritate. Debet ergo hic locus nos ad inuocandum excitare, quando dubium non est, preces nostras illi acceptas fore, cum ijs maximè colatur atq; honoretur. Singuli item doctrinam hanc ad se transferre debent, vt seipsos verã Dei domum, aut templũ, tunc demum fore meminerint, si Dei verbo locum dent, & illũ pura conscientia ex fide inuocet. Qui ista negligunt, non habent, quod de Dei cultu, aut Ecclesiæ titulo glorientur.

Psalm. 110.

Psalm. 50.

Ioan. 4.

Christum con-
cionantem nõ
nisi ignobile
vulgus audi-
uisse.

Ioan. 18.

Christi hostes
qui fuerint.

Restat vltima huius loci pars, qua narratur, vt totum hoc Christi factum mundus exceperit. Principes Sacerdotum (inquit Euangelista noster, Lucas) & Scribæ, & primores plebis, studebant eum perdere, nec inueniebant, quid facerent. Totus enim populus pendebat ab eo, cum iptum audiret. Quo loco tria dicuntur. Primum, quinam Christi auditores fuerint, ex quibus tunc Ecclesia eius fuit collecta. Vbi præter vulgus, & promiscuam populi ignobilis & imperiti turbam, nemo nominatur. At solent Reges, quando vrbes regni primas ingrediuntur, nobilium & magistratuum corona stipari, & multa magnificè, cum omnium ordinum applausu facere. Ergo Christus in eo etiam declaratur, regnum suum non esse de hoc mundo, quod non nisi ab obscuris & contemptissimis audiatur. Veruntamen in eo elucet Euangelij eius virtus, quod infirmis & obsecris de illis triumphauit, qui in omnium illustrissimi & potentissimi habebantur. Quod obseruari debet, ne quem hodie ostendat, si Ecclesia ex ijs potissimùm constetur, qui à potentibus vix pro vulgi fece agnoscentur. Ita enim Deus mundi huius superbiam confundit, sicut Apostolus in priori ad Corinth. cap. 1. docet.

Deinde secundo loco ostenditur, quos nam hostes, aut aduersarios Christus habuerit. Vbi nominantur principes Sacerdotum, & Scribæ, vnã cum primoribus populi. Opposuerunt

Opposuerunt ergo se illi omnes, qui vel in Ecclesia, vel repub. præ alijs excelluerunt. Nec leue fuit odium, quo illum persecuti sunt, sed eò vsque exarsit, vt eum occidere stude-
rent. In græco quærendi verbo vitur Lucas, vt doceat, eos inter se de ratione ipsum
interficiendi consultauisse: vt nimirum vel aperta vi trucidarent, vel occultè per insidias
interciperent. Ita verò illorum nequitia, & sanguinaria impietas, detegitur. Quid enim
multa deliberatione opus erat, si dignum mortis supplicio esse sciebant? Poterant enim
aduersus eum iure ac legibus agere. At cum id nolint, satis apparet, illos de iniusta vi co-
gitasse, vt vel templum quoque, in quo docebat, sanguine innoxio polluerent. So-
lent hoc ipsam etiam nostro tempore facere Pontifices, & qui cum his aduersus veritatem
conspirauerunt. Cum enim nos hæresis accusent, non colloquijs aut disputationibus
agunt, imò hoc sollicitè cauent, ne res ad liberam & publicam disputationem deueniat,
sed insidioso conciliorum prætextu vtuntur, occultè autem Reges & Principes contra nos
accendant, neq; pudet interdum per sicarios rem agere, vt eos è medio tollant, quos suæ
tyrannidi præ alijs officere sentiunt.

Sed quàm inanis fuerit hostium *CHRISTI* conatus (quod postremum huius
loci caput est) vno verbo Lucas indicat: Non inueniebant, quid facerent. Itaque ne-
que ratio aliqua vel in speciem honesta vel tuta, neque aliquis tam improbus & deuo-
ta impietatis homo inueniri potuit, qui se illis tanti sceleris ministrum præberet. Et
causa additur: Quia totus populus ab eo pendebat, & ipsum docentem audiebat. Hic
principibus Sacerdotum, & primoribus in Republica, vulgus contemptibile, illorum
& inconstantibus consilijs & machinationibus, doctrina Christi, opponitur. At quid infirmus
& inconstantibus vulgo, si capite destituatur? Quid Christi doctrina simplicius & con-
tempnissimus, si ad nostræ rationis calculum examinetur? Potuerunt tamen ista sufficere
contra omnes illos, qui eum occidere conabantur: Adeoque metu plus quàm seruili
reuerenti sunt, ne cruenta sua consilia exequi possent. Tam facile est Deo hostium fu-
orum conatibus obstare: Et solet ferè metus iste eorum corda occupare, qui tam De-
um, quàm homines securè contemnere videbantur. Exempla eius rei passim mul-
ta occurrunt. Imò hæc propria impiæ aduersus verbum Dei tyrannidis poena est, vt
ignobile vulgus timeant, qui aduersus Deum plus, quàm Diabolica insolentia atque
ferocia insurgunt.

Cæterum admonet nos huius historiæ conclusio, quid sibi polliceri debeant o-
mnes ijs, qui in restituendo vero Dei cultu fidelem operam nauant, vt enim falsi An-
tistes quæstum suum minui nolunt: ita mundo dediti lucem veritatis odisse solent,
quæ ipsorum mores improbi arguuntur. Hinc ergo odia, similitates, insidias, & aper-
te persecuciones nascuntur: quibus non solum verbi Administrari, verum etiam pij Princi-
pes peti solent, qui operi illi sanctissimo manum admouent. Expertus est hanc mundi
malitiam David, sicuti in Psalmis non vno loco testatur. Et Ezechia non defuit Sobna,
qui sanctis eius consilijs sese opponeret. Quid verò de Iosia dicemus, sanctissimo Princ-
pe, qui & populi superstitioni coptumacia, & principum malitia, atque consiliariorum
perfidia impeditus est, quò minus proficeret in Dei cultu restituendo? Et quid hodie in
multis locis fiat, non opus est commemorare, cum omnibus nota sint. Neminem ta-
men hæc impiorum audacia terrere debet: quia non semper possunt, quod volunt,
aut quod posse putabantur. Et solet Deus tueri eos, qui in sua vocatione ambulant.
Exempla, quæ huc faciunt, alibi commemorauimus. Sed vt pessimè nobis res cedat, quò-
ad huius seculi successum, beati tamen erimus, si, pro causa tam bona & sancta, aliquid
sit ferendum. Quàm verò infelices sint, qui per Dei verbum reformari nolunt, multo-
rum horribilis exitus probat. Olim Babylonios reformatores ijs adduxit Deus, qui Io-
siam & Prophetas audire noluerant. Et isti Romanorum armis miserè cum suo templo
excisi sunt, quibus durum visum fuit Dei Filio obtemperare. Et quid hodie periculi à
Turcis & ciuilibus bellis vndique immineat, nemo non videt. Excitent nos hæc exempla,
vt fortes atque constantes simus in asserendo cultu Dei, neque terreamur infelicis mun-
di, & impiorum præfulum, conatibus, quos facile eludet & franget is, qui mundum &
huius Principem iam olim deuicit, Dominus & Seruator noster, Iesus
Christus: Cui debetur benedictio, honor, gloria, & po-
testas in æternum, Amen.

Hostium
sibi conatus ir-
ritos esse.

Quid speran-
dum sit pijs
reformatorib.
Ecclesia.

Psalm. 3. 4. 7.
2. Reg. 18.

DOMINICÆ CHRISTI FVNDENTIS

lachrymas, propter interitum sua gentis precatio.

Luc. 19. Cap.

DVplex quidem te, benefice Saluator, bibentem ex torrente, & gustantem mortem, oppressit dolor. Prior, fauissimus sensus ira Dei, percellentis tuam animam, & vires corporis, cruciatu & terrore inenarrabili: Alter verò, & item tristis, cum prauideres maximam partem generis humani, & precipue tuam gentem, spreto tuo beneficio, per seueritatem in finali blasphemia & contemptu tui: Ideo ex consideratione horribilium pœnarum, quæ Iudeos, & partem generis humani damnatam, opprimunt, tibi illo die, qui tibi in hac vita fauissimus illuxit, in medio triumpho copiosa lachryma mitem faciem rigarunt: & conquestus es gemitu & voce lugubri de rabie Diaboli, tenentis captiua corda miserorum hominum. Te verò alloquimur Fili Dei: Exaruit olea, transfer autem tuum illum affectum in oleastro, in nos miseros & imbecilles, qui tuo gregi, & tua massa, inserimur: Tu es Pontifex noster, qui tentatus es per omnia, ut posses affici nostris miseris. Miserere tua Ecclesia, quam immani odio hostes tui oppugnant. Excute nobis profundum stertorem, da ut cognoscamus diem visitationis, lucem, quate donante fulget. Tu tuo contractu aperi oculos nostros, ut ingrediat lumen vita, & fruamur pace aeterna apud te: Procul depelle à nobis barbara lacerantia, ne isti nidi, qui præbent hospitium Ecclesia tua, fiant stabula immanium Turcorum, aut aliarum gentium, quæ te oderunt. Repurga tuam Ecclesiam foris ab omni idololatria, splendeat lux incorrupta doctrina: Et intus purifica vera fide corda nostra, ne illa sint spelunca Diabolorum, qui sunt homicida ab initio, sed sint templa diuinitatis, repleta fide, & iustitia aeterna, Amen.

DOMINICA XI. POST TRINITATIS EVANGELIUM

LVC. XVIII. CAP.

HOMILIA VNICA.

Dixit autem (Christus Dominus) etiam quibusdam qui sibi persuaferant, se iustos esse, & pro nihilo habebant reliquos, parabolam istam: Duo homines ascenderant in templum, ut precarentur, vnus Phariseus, & alter publicanus. Phariseus stans hæc apud se precabatur: Deus, gratias ago tibi, quòd non sim ut reliqui homines, rapaces, iniusti, mæchi, vel etiam ut iste publicanus. Ieiuno bis in hebdomade, decimo quacunq; possideo. Publicanus autem procul stans nolebat vel oculos in cælum attollere, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit ille iustificatus domum suam potius, quam ille. Quia quicunq; se extollit, deprimetur: Et, qui se deprimat, extolletur.

Remouet Christus pro
suis pro
impedimenta.



REMADMODVM INTER FIDEI ET VERAE pietatis exercitia preces imprimis commendantur: Ita Dominus & Seruator noster, Iesus Christus, cum de nouissimorum temporum periculis disseruisset, portum & asylum tutissimum in precibus assiduis monstrauit. At duo ferè sunt, quæ preces, Deo ingratas & proinde inanes, reddunt: Superbus nimirum, aut operum atq; meritorum propriorum, fiducia, & superbus aliorum contemptus. Etenim etsi monstro simile videri possit, hominem mortalem & pro-

& propter peccata iræ Dei atque damnationi æternæ obnoxium, in Dei conspectu sese ostentare, est tamen hic communis morbus, cuius (vt & multorum aliorum) causa est, quod plerique Deum ex suo ingenio, & proprijs moribus, æstimant. Quia ergo apud homines aliquid impetraturi nostra in illos officia & merita alligamus, idem sibi coram Deo quoque non licere solum, verumetiam necessarium esse, multi arbitrantur, & ideo sua opera vel apertè iactant, vel saltem intra animos suos fiduciam in illis collocant. Nascitur ex eo alterum vitium, quod iidem reliquos omnes præ se contemnunt. Nec enim fieri potest, vt aliquem mortalium magnificat, qui in Dei conspectu sese venditare, & cum eius gratia quodammodo bellum suscipere, audeat. Quapropter ijs, quæ de precandi assiduitate in proposita parabola prius dixerat, commodè huius loci doctrinam Christus succijcit, qua monet, preces nostras Deo minimè acceptas fore, nisi ex animo verè humiliato, & peccatorum serua agnitione contrito, proficiantur.

Occasionem huius admonitionis ex ijs petit, qui iam pridem sibi persuaserant, se iustor esse, & hac fiducia turgidi, reliquos homines non sine contumelia publica fastidiebant. Erat talium magnus numerus illo tempore, cum inter Iudæos rerum quodammodo potirentur Pharisei, quos in legis operibus, & propria iustitia, salutis suæ fiduciam collocauissent, iam sæpe pro concione diximus. Quorum doctrina ex iisdem fontibus, morali nimirum Ethnicorum philosophia, nouissimis temporibus in Ecclesiam deriuata, errores, & superstitiones infinitas, peperit, quibus veritatis doctrina partim miserè adulterata, partim obruta atque sepulta fuit. Est ergo hæc admonitio Christi etiam nobis cognitu vtilissima, quam vt altius animis auditorum insideret, eleganti parabola comprehendit, qua simul famosissima illa, de hominis iustificatione, quaestio, luculentissimè explicatur. Producentur .n. duo, qui, etsi eodem precandi ardore, & cultus diuini studio, accensi esse videantur, conditione tamè, ingenio, & morib., plurimùm inter se differunt. Alter .n. est Phariseus, propriæ iustitiæ fiducia turgidus, alter verò publicanus, qui cum neque peccata sua diffiteri, neque vllum in proprijs suorū operum meritis præsidium inuenire possit, ad solius Dei misericordiã confugit, & ita gratuitam peccatorū suorum remissionem allecutus est. Sed præstat vtrunquæ seorsum inspicere, & de vtroque ipsius Christi iudicium audire.

In primo humanæ iustitiæ, & quæ ex hac nascitur, operum fiduciæ, typus, nobis exhibitur. Itaque quæ ille fecerit, ex ordine consideranda veniunt. Inter quæ primū est, quod in templū Domini ascendit: nimirum secundum Dei institutionem, qui ita præceperat, & veteris Ecclesiæ morem. Voluit enim Deus populum suum in coetibus sacris frequentem esse, & ideo templum quoque à Solomone ædificatum, non sine miraculo consecrauit, quo testatus est, se illorum preces exaudire velle, qui in illo opem suam inuocarent. Quæ caussa fuit, quod omnibus seculis Iudæi ad illud ex longinquis etiam regionibus confluerunt, & ipsi Apostoli quotidie eò abierint, vt precationibus publicis interessent, sicuti in Act. libro est videre. Itaque laudem meretur, quod Phariseus iste in templum ascendit. Deinde preces facturum, non apertis verbis, aut ad hypocrisim fictis susurris atque demurmurationibus, vtitur, quod in alijs istius ordinis Christus apud Matthæum reprehendit: sed intra animum suum cum Deo colloquium instituit. Tertiò non publicus suarum virtutum præco est, sed Deo gratias agit pro donis, quibus se ab illo ornatū esse agnoscebat. Quartò opera habet per se bona & sancta, quæ cum legis diuinæ regula conueniunt, & quæ ipse Deus per Isaiam nobis commendat, dicens: Cessate malè facere, & discite bene facere. Abstinet enim à malo, cum neque aliena rapiat, neque aliquem defraudet, vel quicquid iniuste agat, neque thori coniugalis sanctitatem violet. Ad hæc bonis operibus studet, & credibile est beneficentiam quoque illum exercuisse, cum alibi hanc Christus Phariseis tribuat. Addit his, quod bis in hebdomade ieiunet, & decimas persoluat ex bonis suis omnibus. Et has quidem ex peculiari mandato Dei omnes dare debebant, vt ex illis Leuiticæ atque pauperes alerentur: Ieiunia verò ordinaria nulla Deus præscripsit, præterquam quod septimo mense in die expiationis animas affligere, & carni solita subsidia subtrahere iubebantur. At Phariseos frequentius ieiunauisse ex Christi etiam verbis apparet, quæ Matthæi sexto capite habentur. Et aliqui veterum illos singulis hebdomadis die secundo & quinto id fecisse tradunt. Dum ergo huius mentionem facit, se plus quiddam hucusque præstitisse arbitratur, quam Deus in lege requirat. Quod verò obseruatum inaprimis dignum est, etsi hæc intra animum suum secum cogitet, nihil tamen su-

Occasio huius doctrine.

Phariseus iustitiæ humanæ typus.

1. Reg. 8.

Act. 3.

Matth. 6.

Isa. 1.

Matth. 23.

Deut. 14. 26.

Leuit. 23.

men suis viribus, aut propriæ industriæ tribuit, sed in omnibus istis Dei gratiam agnoscit, cuius virtute hæc præstet. Ideo dicit: Deus, gratias ago tibi, quod non sicut reliqui homines, &c. Ergo in eo etiam alijs Pharisæis melior fuisse videtur, qui hominem cum Philosophis gentium ἀντιθέσιον, id est, sui iuris & potestatis esse fingebant: Libertate sui arbitrij gloriabantur, & proinde sibiipsis acceptum ferebant, si quid recte facerent. Itaque habuit Pharisæus iste multa, quæ per se laudem merentur, in quibus typum veræ iustitiæ operum nobis Christus proponit. Licet enim nihil horum nos iustificet apud Dei tribunal, ab omnibus tamen hæc pietatis exercitia requiruntur, ut religioni studeant, Sabbathum sanctificent, coetus sacros adeant, Deum cum gratiarum actione inuocent, à sceleribus manifestis simul & occultis abstineant, vnicuique coercedant, quod debetur, & inter hæc omnia carnem lasciuientem temperantiæ freno coercedant. Hæc enim cum legibus naturæ conueniunt, & qui ista vel omnino negligunt, vel etiam reprehendunt, eos non temerè Pharisæis & Ethnicis deteriores esse dixeris.

Pharisæus
peccat sua in-
iustitiæ fiducia.

Quid ergo illud est, in quo iste peccauit, & propter quod in Dei conspectu non est iustificatus? Vno verbo explicari potest. Nam propriæ iustitiæ fiducia illi obstitit, quæ deceptus contra Deum simul, & homines superbiuit. Nam etsi Deo gratias agat, id tamen obiter & perfunctoriè facit, & simulata potius vel imaginaria, quam serua gratiarum actio, qualis interdum à diuitibus solet fieri, qui cum se Deo gratias debere fateantur, interim se propria industria diuitias tantas acquisiuisse sibi persuadent, ipsæque vt proprijs, efferuntur, & in illis spem omnem collocant: Quæ etiam causa est, quod neque egestatis suæ pristinæ sunt memores, neque animos suos ad humilitatem & modestiam componunt. Et talem hunc quoque fuisse facile ex eo apparet, quod nullam innate omnibus hominibus vitiositatis mentionem facit, quod peccata sua non fatetur, & proinde nec remissionem illorum à Deo petit, sed quasi facta recta sint omnia, de operibus suis gloriando sibiipsi delicias facit: Adhæc omnes simul homines præ se contemnit & damnat, cum potius cogitare deberet, abs se quoque nihil humani alienum esse, se denique in domo Dei adhuc seruum inutilem esse, etiamsi omnia fecisset, quæ in lege reperiuntur. Ergo non satis fuerit Dei gratiam in genere fateri, imò illi gloriam dare, quod ipsius opus sit, quicquid à nobis boni sit, nisi simul omnem ex nostro animo expuamus operum nostrorum fiduciam. Est enim hæc simulata gratiæ diuinæ prædicatio, si interea aliquod salutis meritum operibus nostris tribuamus. Item enim Deum nobis duplici nomine debitorem facimus, qui & debuerit nobis eam virtutem largiri, quæ nos alijs præstantiores fecit, & insuper opera nostra, quæ inde enata sunt, præmijs remunerare debet. Sunt ergo eiusmodi hominum cultus non solum inutiles, verum etiam Deo abominabiles, cum illis neque timor Dei coniunctus sit, neque pœnitentia & fide commendentur, neque etiam illius misericordiam inuocent. Cur enim Deum timeat, qui peccatum, quo ille offenditur, nullum in se agnoscit? Cur pœnitentiam vel similem salutem, qui se per omnia iustum esse sibi persuasit? Aut quis Deo fidere dicet eum, qui propriæ iustitiæ fiducia nititur? Ista verò simul inuocationem Dei excludunt, quæ, si timorem, pœnitentiam, & fidem, sustuleris, aut omnino nulla, aut non nisi frigidissima erit & imaginaria.

Papistæ Pharisæis insolentiores.

At cum huius Pharisæi iustitiæ siue meritum nullum fuerit, quàm miserè, & quàm turpiter seipsum fallunt, qui cum nihil horum allegare possint, tamen aduersus Deum simul & homines efferuntur. Id verò nimis impudenter faciunt, qui in papatu suorum operum iustitiam iactant: Nam nulla prorsus facta gratiæ Dei aut gratiæ misericordiæ mentione suas vires prædicant: Operum autem bonorum loco commemorant missæ sacrificium, ferias, peregrinationes, votum cœlibatus, voluntariam paupertatem, templorum & altarium foundationes, donationes collegijs factas, sacra pro defunctis, ieiunia, quæ ciborum delectu metiuntur, preculas certo numero, & summa cum festinatione præcipitatas, portentosas vestium formas, & sexcenta alia, quæ nemo sanctorum veteris aut noui Testamenti vnquam sibi facienda putauit, & quæ non alia, quàm humanarum traditionum, auctoritate, nituntur. Ista tamen in Dei conspectu sic iactant, vt se solos Clerum, id est, hæreditatem, & peculium Domini, esse dicant, totum verò populum reliquum prophano vocabulo Laicos appellent, tantum non Iudæos imitari, qui gentes omnes per contumeliam Goyim dicere consueuerunt, imò locum quoque in rebus sibi proprium vendicauerunt, quo vulgus Christianorum cancellis ferreis, & plerumque etiam

etiam gradibus sublimioribus, excluditur. Nec his omnibus contenti, opera supererogationis fixerunt, quorum merita in alios redundant, qui illa pecunijs redimunt. Quis ergo, istos homines, negauerit, omnibus. Phariseis insolentiores atque confidentiores esse? Aut num illis vnquam in mentem venire putas illud Christi: Si feceritis omnia, quae vobis praecpta sunt, dicite, serui inutiles sumus? Quomodo enim se inutiles seruos esse dicerent, qui, se multis alijs salutem suis oporibus mereri posse, sibi persuaserunt? At non habent, quo omnibus istis insultent quidam ex nostris, qui cum neque vera neque simulata opera habeant, quibus aliquam pietatis speciem praetexant, sed in apertis sceleribus vitam transigant, fide tamen & Euangelij cognitione gloriantur, neque pudet illos suae confidentiae, qua in coetibus sacris prima subsellia occupant, Sacramentis Ecclesiae communicant, Euangelicae item doctrinae vindices videri & haberi volunt, cum iniustissimi sint hominum, cum ex rapto viuunt, vsuras iniquissimas exigant, fallant, defraudent: Adhuc intemperantia, luxu, & libidine diffluant, & ne a sacris quidem Ecclesiae opibus manus abstineant. Arbitrantur illi nudam fidei ac nominis Christiani professionem sufficere, sed omnibus illis dicitur, quod olim Hypocritis Deus respondit: Quid tibi vis, quod commemoras ceremonias meas? Cur ore tuo foedus meum iactas? Cum odio habeas disciplinam, & verba mea post te abijcias? Os tuum addixisti malo, & lingua tua dolum concinnat. Sedes, & contra fratrem tuum loqueris; Filium matris tuae probro afficis. Haec fecisti, cumque ego dissimulo, fingis me plane tibi similem esse. Disceptabo itaque tecum, & ordine proponam ante oculos tuos, istud quaeso intelligite, qui obliuisti Dei, ne cum rapiam, non sit, qui eripiat. Psal. 50.

Coeterum Phariseo hypocritae publicanus opponitur: verae iustitiae exemplum, eius nimirum, quae in Dei iudicio sola potest consistere, & quae preces nostras Deo gratas, atque acceptas, reddit. Estque & comparatio haec carnis iudicio non mira solum, sed etiam absurda. Nam quae publicanorum conditio, studiaque, eo tempore fuerint, alibi data occasione diximus: Iudaeis certe omnibus exosi erant, non propter auaritiam modo, verum etiam quod Romanae tyrannidis ministri essent, & iugum illius, per se durum & graue, ipsi suis exactionibus iniquis & subdolis intolerabile prorsus redderent. Talem ergo Phariseo opponere, perinde fuit, ac si quis hodie cum Eremita, barbarum & sanguinarium militem, cum viro honesto & graui, lenonem impurum, conferret. Sed ita fieri oportebat, ut Phariseorum hypocrisis & confidentia fortius confutaretur, & omnibus constaret, quam abominabilis Deo sit propriae iustitiae fiducia.

Ne tamen quis ex eo scelerum excusationem caperet, quid de publicano dicatur, videamus. Primum procul stetit dicitur, nimirum ab altari, vel propitiatorio, quod praesentiae & gratiae Dei Sacramentum erat, & quod ne oculos quidem attollere voluerit. Vnde verò haec formido exorta est? Vel quae pudoris huius causa fuit? Non alia certe, quam vera & seria peccatorum agnitio, quae in animo eius sensum irae Dei, & veram contritionem, exciuit. Etenim fieri non potest, quin iram Dei sentiant, quicunque peccata sua verè agnoscunt. Adhuc cognitionis huius perpetuus comes est pudor, quod Paulus aperte docet, de ijs loquens, qui ad Christum conuersi, eorum, quae aliquando designauerunt, recordantur. Quem (inquit) tunc fructum habebatis eorum, de quibus nunc erubescitis? Id est, quorum tanta est foeditas & indignitas, ut sine pudore non possitis eorum meminisse? Omnium certe, qui in seipos descendunt, & quot modis clementissimum illum Patrem offenderint, serio cogitant, vox vana est: Peccaui pater, in caelum & in te, neque dignus sum posthac vocari filius tuus. Et David querebatur, peccatum suum semper sibi obuersari: nimirum, quod & pudorem nouum ipsi subinde offunderet, & animum irae diuinae sensu perterrefaceret. Est autem hoc iustitiae verae, & salutis totius initium, ut alias etiam saepe diximus, se ipsum videlicet nouisse. Ex eo enim vera humilitas nascitur, quae facit, ut de remedio gratiae Dei solliciti nosipos damnando illius iudicium praeniamus. Exempla huius cognitionis in sanctissimis hominibus passim occurrunt, Et quia caro propter innatam sibi confidentiam ab ea abhorret, legis speculum omnibus Deus proposuit, quod qui inueniunt, ij velint nolint coguntur se miseros & infelices agnoscere. Habet ergo publicanus iste salutis principium, & quamuis operum iustitiae penes Pharisaum maior sit, in eo tamen superat hunc ille, quod peccati agnitione humiliatus primum iustitiae verae gratia iam attingit, cum Phariseus sua confidentia excacatus seipsum ab illa longissime alienaret.

Luc. 17.

Publicanus
vera iustitiae
exemplum.Publicanus
procul stat,
quia peccati
pudor huius
causa est.

Rom. 6.

Luc. 15.
Psal. 51.

Serio ob peccata dolet.

Deinde pœnitentia vitæ prioris serio tangitur, quod non tam verbis, quam gestu, testatur. Nam percutit pectus suum, quo animi acerbissimus dolor notatur, qui, ut de vitæ totius emendatione consilium ineamus, efficit. Est hic alter ad iustitiam gradus, necessarius omnino: Quia nisi seria de pœnitentia cogitatio peccati agnitionem sequatur, hæc non multum proderit, imò noxia erit: Quia securitas noua obrepens paulatim agnitionem illam ex animis nostris delet, tandem verò cum desperatione eadem reuertitur, eò quòd conscientiam omnino extinguere impossibile est. Id verò Pharisæis olim accidit, & hodie omnibus accidere solet, quos propriæ iustitiæ fiducia dementat, ut de pœnitentia ne cogitent quidem, sed huius doctrinam sibi superuacaneam esse arbitrantur. Simul autem eos quoque exemplum hoc publicani arguit, qui peccata quidem sua agnoscunt atq; fatentur, in iisdem verò absq; pœnitentia pergunt, dum in theatrica quadam expiatione & fictitijs satisfactionibus acquiescunt, ut olim Iudæi, qui sacrificijs, ieiunijs, & alijs quibusdam ceremonijs fidebant.

Ad Dei misericordiam con- fugit.

Tertio ad solius Dei misericordiam publicanus confugiens clamat: Deus, propitius esto mihi peccatori. Vicit ergo in lucta illa conscientia fides, quæ illum mouit, & confirmauit, ut quamuis se propter peccata morte & exitio sempiterno dignum sentiret, nec aliquid videret, quo Dei iram posset restringere, non tamen desperaret, sed in gratuita misericordia salutis præsidium quæreretur. Et debet hæc diligenter obseruari, quòd simpliciter petit, ut sibi ignoscatur, nihil autem iactat, neq; vllis satisfactionibus gloriatur. Sciuit ergo cum Dauide, Deum sacrificijs non opus habere, & peccata inanibus ceremonijs non posse expiari, in hominis autem viribus nihil esse, quod ad Dei tribunal possit consistere: ideoq; idem facit, quod optimi quiq; cultores Dei omnibus seculis fecerunt, & quod solum intra æstuantis conscientia certamina nos iuare potest, Hoc igitur ordine progrediantur, quotquot hodie saluti suæ consultum cupiunt.

Christi de vtroq; iudicium.

Sequitur enim *CHRISTIE SV* de vtroque iudicium, graue admodum, & multa obseruatione dignum: Dico vobis, descendit iste iustificatus domum suam potius, quam ille. Quæ comparatio non ita accipi debet, quasi Pharisæum quoque iustificatum fuisse ex operibus suis, Christus sentiat, eidem tamen præferat publicanum: sed de Dei iudicio hæc agitur, & iustitia operum cum iustitia fidei confertur, quam Paulus iustitiam Dei dicit, quia nobis à Deo per Euangelium in Christo offertur, & sola in eius iudicio consistit. Etenim habuit iustitiam humanam Pharisæus, quæ hominum iudicio magna, & laude dignissima, videri poterat, cum nullius sceleris reus esset, & vitam viuere innocuam. Sed quid illa ad Dei tribunal profuit, vbi cordium & cogitationum, imò ipsius naturæ vitiosæ examen fit? Planè nihil, cum secundum hanc in peccatis conceptus & natus esset, cogitationibus pessimis distraheretur, cupiditatibus prauis arderet, & sua illa confidentia sese Deo abominabilem atq; exosum faceret. Publicanus autem, cum humana, aut operum, iustitia destitueretur, ad Dei misericordiam conuersus huius iustitiæ fide vera apprehendit, quæ peccatorum remissione, & imputatione iustitiæ filij Dei gratuita, constat. Itaque improprie iustificatus dicitur Pharisæus, quia humano iudicio talis videbatur: Verè autem iustificatus fuit publicanus, quia pro iusto illum habuit Deus, à cuius solius iudicio salus nostra dependet.

Facit ergo exemplum hoc ad illustrandam & confirmandam doctrinam de iustificatione fidei, quam vnanimi consensu Apostoli tradunt. Nam si publicanum spectes, peccatorem quidem fuisse constat, & morte dignum, neque nouam qualitatem accepisse. Iustificatus tamen fuit, eò quòd propter fiduciam gratuita misericordie Deus illi peccata non amplius imputauit, sed iustitiæ suæ in Filio suo nobis exhibitæ consortem siue participem fecit. Itaque ex gratuita peccatorum remissione iustificatio nostra dependet, & ideo fide iustificari dicimur, quòd hac sola Christus apprehenditur, in quo Pater placatus peccatis nostris ignoscit, & se nobis propitium præbet.

In salutis ratione nihil superbia ex alijs, & contra.

Porrò concludit doctrinam hanc Dominus Epiphonemate, seu vniuersali sententia, qua etiam supra capite decimo quarto vsus fuit: Quia quicumque se extollit, deprimetur: Et qui se deprimat, extolletur. Conuenit dictum hoc cum naturæ legibus, aut communi sensu, & tam hominum quam Dei iudicio ratum habetur. Coram hominibus enim sese extollunt, qui supra alios efferuntur, & quasi soli sapiant, soli laude & honore digni sint, alios omnes præ se contemnunt. Qui ita sentiunt, ferè omnibus iniurijs & exosi fiunt, & quamuis ad tempus superbiant, & multi metu potius, quam amore, adducti eos reuereantur, occasione tamen oblata ex alto detruduntur, & eos hostes

hostes quoque sentiunt, quorum autoritate imprimis nitebantur. Econtra ad lucrificandum animos hominum nihil efficacius est officiosa humilitate, quam Christus, discipulorum pedes abluens, proprio exemplo nobis commendat. At hic de Dei iudicio Dominus loquitur, qui & ipse (vt Petrus ait) superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, quod facile apparet, si Esauum cum Iacobo, Iosephum cum ambitiosis fratribus, Dauidem cum Saule, conferas.

1. Pet. 5.
Gen. 25. 37.
1. Sam. 17. 18.

In presenti tamen vniuersalem doctrinam Christus ad salutis æternæ, & iustificationis nostræ, negotium accommodat, in quo nihil superbia exitius, nihil item vera humilitatione vtilius & salutaris est. Superbia autem in hac causa est, sine Dei timore seipsum admirari, & magnificare, donis Dei extolli, propriæ virtutis fiducia niti, neque in Dei verbum respicere, sed pro suo arbitrio vitam & actiones omnes instituere. Est hæc superbia execrabilis, quia aduersus Dei gratiam effertur, & ἐθελοθρηνησίαν parit, vt relicto Dei verbo ex nobis ipsis cultus nouos & illicitos instituamus.

Superbia in hac causa quid sit?

Econtra humilitas vera est, Deum reuereri, dona eius agnoscere, propriæ indignitatis sensu affici, & non alio, quam gratuita misericordiæ, præsidio niti. Hæc quia cū fide coniuncta sunt, & veram obedientiam in nobis excitant, Deo gratos atque acceptos faciunt. Itaque nobis totius huius doctrinæ v sus esto, vt procul relicta nostrorum siue operum siue meritorum fiducia, nostram indignitatem & peccata, quæ multa & grania sunt, agnoscamus: Non desperemus autem de gratia Dei, quæ inexhausta est, & sub eius potenti manu humiliati, studeamus innocentia & charitati fraternæ, cuius exemplar nobis viuum est Iesus Christus, salutis nostræ Mediator vnicus; cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Humilitas quid sit?

DOMINICA PHARISÆI ET PVBLICANI, precantium in templo. Luc. 18.

Fili Dei, Domine Iesu Christe, qui es καρδιογνώστης, & iudicas interiores motus cordium, tu pronuntiaſti: Quicumq; se exaltat, humiliabitur. Da, vt istam regulam verè exprimamus: Tu ab omni æternitate fuisti exaltatus in loco supremo, in regno Patris tui: Tamen ex immensa misericordia humiliasti te, factus es minimus in regno cælorum, non solum, quia in te maior est reuerentia erga æternum Patrem tuum, quam in vlla alia creatura: sed quia factus es ἄνθρωπον pro genere humano lapsus: Induisti hanc miseram naturam, non rapuisti vsus diuinitatis tempore humiliationis, sed te ipsum exinanisti vsq; ad mortem: Ideo te Deus exaltauit, & collocatus es ad dextram æterni Patris tui, vt sis Rex & caput Ecclesia tue. Inuauit dato tuo Spiritu sancto, vt nos humiliemus in corde contrito, & tremente sermones tuos, vt serio agnoscamus nostram infirmitatem & peccata, non tumeamus inani persuasione iustitia humana, quæ est sicut pannus menstruata in conspectu tuo: Sed verè eam habeamus vt κέλευθα, & clamemus: Non intres Domine in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, imitati exemplum humilis peccatoris, cum quo sonemus. Deus sis propitius in me peccatorem. Et tu, qui ex cælo humilia respicis, retrahere nostra pauida corda ex doloribus mortis: Instilla nobis cælestem tuam consolationem: Copula nos tibi ad vitam sublimem: Da vt in cruce etiam nos reuerenter humiliemus sub potentem manum tuam, in premendo & liberando: Et tu porrige nobis dextram tuam, ne succumbamus, & tandem in glorificatione & exaltatione Ecclesia tue adducito nos sursum, vbi tu es ad dextram æterni Patris tui, vt perpetuo simus tecum, Amen.

DOMINICA XII. POST TRINITAT. EVANGELIUM

MARC VII. CAP.

HOMILIA VNICA.

Et regressus è finibus Tyri & Sidonis, venit ad mare Galilææ per medios fines decapolis. Et offerunt ei surdum,

E iij

diffi-

difficiliter loquentem, & precantur eum, ut imponat ei manum. Et cum accepisset eum de turba priuatim, misit digitos suos in auriculas eius, & cum spuisset tetigit linguam eius, ac suspiciens in cœlum ingemuit, dicitq; ei: Ephphatha, quod est, adaperitor. Et statim adaperita sunt eius aures, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et imperauit eis, ut nulli dicerent: sed quantumcunq; ipse eis imperasset, multo amplius predicabant. Et supra modum percellabantur, dicentes: Bene omnia fecit: facit ut & surdi audiant, & muti loquantur.

Argumentum
Eius præsen-
tis loci.
Matth. 11.
Ioan. 6. & 7.
Ioan. 20.



VT CHRISTVS IESVS, DOMINVS NOSTER, laborantes & oneratos amicè inuitat: ita neminem ad se venientem reicit, sed benignè susceptos omni officio subleuat, & indes miraculosis operibus suam erga humanum genus bonitatem & virtutem diuinam declarat. Nobis verò illorum omnium hic vsus esse debet, ut illum promissum Saluatorem esse agnoscamus, & in illum credentes salutem consequamur æternam. Eodem ergo etiam prærens hoc miraculum referri debet, quod ob multa, quæ illo continentur, mysteria Marcus singulari diligentia describit.

Christus redit
ad eos, quos
prius relique-
rat.
Matth. 15.
Matth. 15.
Iud. 6. 7.
1. Sam. 17. & c.

Primò locum indicat, dum Christum è finibus Tyri & Sidonis regressum, per medios fines Decapolis ad mare Galilææ venisse, ait: Addit Mattheus, quòd illic in monte quodam confederit. Atqui paulò antè ab ingratis & contumacibus humanarum traditionum atque superstitionum assertoribus dicefferat, quos nunc denuò accedere dignatur. Sed ut diceffu suo, quid incurabiles maneat, adumbrare voluit: ita reditu suo nouam salutis spem facit ijs, qui ipsum nunc maiori desiderio excepturi erant. Et sanè multa huius generis videre licebit, si quid olim in veteri testamento cum Iudæis egerit Deus, probè inspiciamus: quos sæpè quidem ad tempus deseruit, & hostibus diuexandos tradidit, semper tamen eosdem fauore suo clementer respexit, & ex hostium tyrannide asseruit. Faciend ipsum etiam hodie, nec rarò peccatis nostris ita irascitur, ut omnem gratiam nobis subduxisse videri possit, mox tamen nouas quodammodo occasiones captat, ut ad nos redire possit, & saluos facere. Atqui hoc illud est, de quo Isaias loquitur, quando Deum alienum opus facere ait, ut tandem opus suum facere queat. Opus enim à Dei natura alienissimum dici potest, quando irascitur & perdit, siue flagellis cædit (natura enim nostri amantissimus est, & saluos cupit omnis generis & loci homines) cædit tamen & flagellat eos, qui hoc meruerunt, sed ideo cædit, ut emendatos in gratiam recipiat, & nouo fauore prosequatur. Debent ista nos consolari in tribulationibus, ne dubitemus patere nobis diuinæ gratiæ & bonitatis fores: interim tamen non aspernemur eam gratiam, quam hodie indignis & ingratis offert, ne, dum illam multo- ties repellimus, iram nobis constemus prorius implacabilem.

Isa. 28.

Isa. 2.

Surdus & dif-
ficiliter loquens
ad Christum
adducitur.

Porro ad Christum reuersum magnam vndique populi turbam confluisse, & ex grotos multos ad illum adduxisse Mattheus scribit, inter quos etiam surdus iste, & lingue impeditioris homo fuit, cuius historiam præ cæteris sibi describendam Marcus sumit. Adduxerunt (inquit) ei surdum, & difficiliter loquentem, & precantur eum, ut imponat ei manum. Mouit illos hominis miseri calamitas, quem auditus & linguæ defectus rebus gerendis ineptum omninò reddebat, & Christo adducunt, quòd itis vitijs nullam humanam artem mederi posse viderent.

Typus conditi-
onis omnium
nostrum.

Nobis autem in misero hoc vniuersalis nostræ corruptionis typus considerandus venit, quando eadem est, quòd animam, omnium nostrum conditio, quæ miseri huius fuit, quòd ad corporis vitia. Quia enim Diabolus salutis nostræ perpetuò insidias struit, totus in hoc esse solet, ut ea nobis eripiat, quibus illa aut parari aut retineri potest. Inter illa præcipuum est Dei verbum, quo edocti & illuminati, in Christi cognitionem abducimur, in illo salutem fide apprehendimus, per eundem patrem Deum inuocamus, eidem gratias agimus, tales denique efficiuntur, ut pro veris Dei cultoribus & filijs possimus agnosci.

Quid

Quid Satan? Primò surdos reddere conatur, ne Dei verbo aures præbeamus. Fit hoc multifariâ. Alij enim ipsius prauis suggestionib. persuasi, superuacaneum esse putant verbi studium, cum homo per se abundè sapiat, & naturæ lex nobis ad vitam rectè influendam sufficere possit. Alij propter obscuritatem sibi à verbo Dei abstinendum esse arbitrantur, quàm tantum esse sibi persuaserunt, vt ex eo nihil certi elici posse dicant. Sunt item qui carnis affectus secuti, verbum hostiliter odisse & persequi solent, eò quòd illud studijs suis aduersari vident. Qui instar aspidis (vt David ait) aures obturant, ne quid suis cupiditatibus inimicum audire cogantur. Et hi quidem omnes verbum vel omnino nunquam audiunt, vel nulla cum animi attentione audiunt, vel auribus finistris audiunt, dum ex ijs, quæ bene & rectè dicuntur, calumniandi occasiones capiunt. Est hæc surditas omnium nocentissima, & manifestum salutis periculum sibi coniunctum habet. Quæ enim de illorum salute spes esse potest, quæ verbum & nuntium salutis non admittunt. Nec tamen hoc loco subsistit Diaboli rabies, sed vterius progressa linguam quoq; inuadit, quam suis artib. adeò impeditâ reddit, vt nec Christum confiteri, nec Deū inuocare, nec illius beneficia gratiarū a cione celebrare, aut ea loqui possit, quæ ad proximi ædificationem faciunt. Eosdem verò ad blasphemias, deierationes, turpiloquia, illusiones, & ad omnia, quæ bonis moribus officiant, expeditissimos & loquacissimos reddit. Talium hominum hodie magnus vbique est numerus, qui cum ad omnia pietatis præcepta & officia surdi & muti & inepti sint, impuris tamen sermonibus assidue student, illis delectantur, nec vnquam ijs vel audiendis vel dicendis fatigari possunt, quæ ab hominum Christianorum auribus atq; oculis alienissima esse debebant.

Cæterum, quia tales in summo salutis suæ periculo constituti sunt, non parum proderit videre, quid cum illis agi oporteat, si quo modo liberari & sanari queant. Docet hoc præsens historia illorum exemplo, qui miserum hunc ad Christum adduxerunt, & rogauerunt, vt ipsi manum imponeret. Primò igitur ad Christum ducantur, quem à Patre nobis datum esse Isaias ait, vt surdorum aures aperiat, mutorum linguas in iubulum soluat, & omnibus vicijs medeatur, quæ salutis nostræ officere possunt. Et hic quidem singulos sui officij meminisse decet. Christo adducant ministri, quoscumque illius ope indigere vident: & quia tales plerunq; reluctari solent, & Medici minus difficulter admittunt, inuitis quoque & reluctantibus instent tempestiuè & in tempestiuè, & cunctabundos vrgeant, si fortè ipsorum salutis consulere possint. Eadem cura ad Magistratus quoque pertinet, quibus cum publica salutis cum primis commissa sit, id nequaquam negligere debent, sine quo ne priuata quidem cuiusquam salutis consistere potest. Sed & singulorum est, hac in re charitatis officium facere, si quos Christo medico opus habere viderint. Si enim inimici bouem vel asinum errantem, aut nimio pondere depressum negligere, scelus est, quantò grauior illorum culpa est, qui fratres negligunt, quos ad Dei verbum surdos esse, & in diuinis linguas impeditas, in turpibus verò & noxijs plus satis liberas habere vident? Accedant autem admonitionibus & hortationibus ardentes ad Deum preces, vt talium hominum miseris, suam manum ipsis porrigere, & miseris sua gratia curare dignetur. Sed ô deploratam nostri seculi locordiam, quando alij quidem ista nihil ad se pertinere putant, alij neminem vrgeri aut cogi debere clamant, multi verò eiusmodi homines in delictijs habent, & ex illorum tum inscitia tum impijs illusionibus voluptatem capiunt, plerique etiam in precibus frigidi sunt. Quò fit, vt malum hoc indies latius serpat, & plures quotidie inficiat.

Sed Christum videamus, qui ad se venientem amice suscipit, & ita illi medetur, vt non modò diuinæ suæ virtutis specimen edat, verum etiam rationem tradat, quâ eos sequi oportet, qui in ipso salutem assequi cupiunt. Primò à turba seorsum abducit. Vt enim suos è mundo selegit, ita nequaquam mundo abdictos esse vult eos, qui ex suorum numero censi volunt. Frustra enim medicina illis adhibetur, qui ex morborum contagio novos indies morbos sibi ipsis assciscunt. Deinde digitos in aures illas immittit, & imputo suo illius linguam contingit. Diuina enim virtute animos nostros aperiri & trahi oportet, vt Dei verbum attentè audiant, nec vnquam salutaria & sancta loquemur, nisi celestis sapientiæ salua animos nostros imbuat, & linguas gubernet. At hanc solus Christus habet, qui nobis à Deo sapientia factus est, & in quo omnes sapientiæ & scientiæ thesaurus reconditos habemus. Tertiò in cælum suspicit Christus, vt ostendat salutem, & quæcunq; ad hanc faciunt, à patre cœlesti peti debere, à quo omne bonum dari, Apostolus quoque testatur.

Fit Diabolus surdos reddit, & linguam impedit.

Psal. 50

vt cum surdis & mutis agi oporteat.

Isai. 35.

Matth. 9.

2. Tim. 3.

Exod. 23.

Christus surdo & muto medetur.

Ioan. 15.

Ioan. 6.

1. Cor. 1.

Colos. 2.

Quartò

Iacob. 1.

Hebr. 2. 4. 5.

Luc. 19.

Quartò ingemuisse dicitur, nimirum quòd in vno hoc vniuersalem humani generis corruptionem deploraret. Fidelis enim est Pontifex, qui vt nobis compati potest, ita dolet illi hominum infelix fors, quos natura cæcos, surdos, mutos, & ad capessendum regnum Dei ineptos esse videt. Vnde alibi illachrymâsse legitur, cum horribilem vrbis Hierosolymorum occasum animo suo versaret. Quintò ait, Ephphata quod est, Adaperitor. Etsi enim sola diuina virtute saluamur, salutem tamen per verbum nobis Christus offert, quòd fide nos excipere conuenit, vt alibi prolixius dictum est. Voluit autem vocem Hebraicam, siue Syriacam potius, Marcus apponere, vt sciremus, Christum in miraculis edendis nihil præstigiôsè fecisse, nec incantatorum & exorcistarum more verbis conceptis & superstitionis demurmurationibus, adhæc vocibus peregrinis, & vix ulli antea auditis, sed vulgò notis vsum esse, & quidem talibus, quæ præfenti negotio pulchrè conuenirent. Nec mora, verba ipsius effectus sequitur. Aperiuntur enim surdi aures, soluuntur linguæ vincula, & iam rectè & expeditè loquitur, qui prius nec aurium nec linguæ vsum integrum habuerat.

Officia eorum, qui salute in Christo frui volunt.

1. Ioan. 5.

Ephes. 4.

Colos. 3.

Psal. 34.

Docent hæc, qua via nobis insistendum sit, si Dei verbum cum fructu audire, & salute vera frui, velimus. Relinquamus mundi infelicis consortium, qui totus in malo constitutus est, & tum exemplo tuo, tum improbis sermonibus à Deo retrahit, & bonos etiam mores corrumpit. Inde ad Christum concedamus, in quo dedit Pater, quæcunque salutem nostram inferuunt. Nec modò verbum audiamus, sed simul preces & gemitus iungamus ardentibus, nec interim de Christi fide & Dei bonitate dubitemus. Liberati verò, rectè & dextrè loquamur, & faciamus omnia. Fidem in Christum ingenuè profiteamur, precibus & gratiarum actioni assiduè vacemus, temperemus autem nobis à spurco sermone, & verba nostra diuino atque cœlesti sale condiamus, vt & gloriæ Dei, & audientium ædificationi seruiant. Si qui secus agunt, ij se haud quaquam adhuc liberatos esse declarant, aut spreto Christi beneficio semetipsos Diabolo rursus vincendos tradiderunt.

Gratitudinis & confessionis fidei exemplum.

Sequitur historię Catastrophe, quæ duo habet. Præcipit Christus, ne cui hoc dicent. Ita verò modestiam docet, ne auram popularem ambitiosius affectemus. At populus (quæ altera huius Epilogi pars est) vndique tam hoc quam reliqua illius miracula diuulgat, illumq; omnia benè & rectè facere restatur: nihil nimirum Phariseos veritus, quos Christo & discipulis ipsius indefinenter insidari nouerant. Est hoc memoria bene confessionis fidei & gratitudinis exemplum, quæ duo passim à nobis scriptura requirit. Præstemus ergo illa hodie, & cum certò nobis constet, Christum Iesum, qui nobis à Deo patre doctor & Saluator datus est, vtroq; officio rectè functum esse, nequaquam nos illius pudere decet. Quin potius amplectamur illum vera fide, fidem verò tum ortum vita profiteamur. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas, in æternum, Amen.

DOMINICÆ SVRDI ET MUTI sanati à Domino Marc. 7. Precatio.

Iesu Christe Fili Dei, vnice medice animarum nostrarum: Tu omnia benè facis, surdos facis audire, & multos loqui: Agnoscimus nos miseri agroti, per peccatum primorum parentum nostram naturam esse ream: & cum tu hominem lapsum tua luce transfusa ab æterno Patre tuo, & viuifico calore tui Spiritus non amplius impleas, nos esse miseros surdos, non exaudire nos tuam, qui es $\delta\omicron\varsigma$ & orator æterni Patris, vocem: neg, eam, que sit genus humanum alloqueris, regens peccata & monstrans Euangelij promissionem: neg, eam, que intus in anima loqueris, agnitionem, lucem, & consolationem ab æterno Patre tuo. Lingua etiam nostra, affecta paralyti ex contactu & morsu vetiti pomi, elanguit, nec exprimit voces fidei: inuocationis & confessionis, quas tu nostra menti in prima creaturæ impresseras: Sed tu benefice Saluator, qui apparuisti denuò, vt destruas opera Diaboli, & omnia rursus benè facias: Segrega nos à populo, à multitudine generis humani impii, & tuo digito, dato tuo Spiritu sancto, tange aures nostras, aperi mentem nostram, vt vocem tuam loquentis ad nos, foris & intus audiamus, in vera fide & agnitione tui ad te conuersi. Solam etiam vinculum lingue nostre, eijce à nobis perniciosum excrementum, illud virus, quod vnà cum succo pomi vetiti nobis instillauit Diabolus. Confirmato linguam nostram calore tui Spiritus, vt tibi læti respondeamus: sonemus tuam gloriam, & seruemur in cætu illorum qui viuunt, audiunt, & loquuntur ea, que tibi gratia sunt. Amen.

DOMINICA XIII. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

LVC. X. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Tum ecce, quidam legis interpres surrexit, tentans eum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ei: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille verò respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione tua: Et proximum tuum ut teipsum. Tum ille dixit ei: Rectè respondisti, hoc fac & viues.

POST QUAM DOMINVS NOSTER IESVS Christus in ijs, quæ modò lecta verba proximè præcesserunt, de Evangelij sui prædicatione, & eiusdem effectu, differuit, inde in ardentem gratiarum actionem erupit, qua Dei Patris iusticiam simul & bonitatem prædicat, qui hæc regni sui, & æternæ salutis mysteria hominibus, mundi iudicio, stultis & contemptis, reuelare dignatus sit, absconderit autem à sapientibus & intelligentibus. Vbi didicimus, quinam digni & idonei verbi diuini auditores sint: ij nimium, qui carnis rationi & sapientiæ renuntiant, & relictis huius seculi rebus omnibus, in hoc vnum intenti sunt, vt Deo sese subijciant per obedientiam fidei. Putantur hi esse stultissimi mortalium, sed ijdem veræ illius & cœlestis sapientiæ capaces sunt soli, quæ homines in via iusticiæ & æternæ salutis dirigit. Econtra hanc admittere non possunt, qui humanæ sapientiæ fiducia turgent, quæ vel præsentibus intenta res cœlestes, & æternæ vitæ præmia, negligit, vel salutem nostris viribus & nostrorum operum meritis acquiri posse docet. Quod vt rectius intelligamus, commodè nunc Lucas eius rei exemplum præbuit, in quodam legis doctore, qui ea ipsa hora, qua hæc à Christo dicta sunt, talem se præbuit, vt in eo ceu in speculo lucidissimo videre liceat, quam arroganter sese illi opponant, qui sua sapientia nituntur. Quia autem historia hæc doctrinam quoq; præclaram & perfectam de vita, rectè pieq; secundum charitatis regulam instituenda, continet, digna est, cuius singulæ partes diligentius ex ordine considerentur.

Principiò legis interpres producit, de quo sic scribit Lucas: Tum ecce quidam legis interpres surrexit, tentans eum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? *Exemplum sapientum huius seculi.* Emphasis habent duæ istæ particulæ, tum, ecce, vel (vt in Græco habetur) & ecce, quod idem est, cum copulatiua particula hæc præcedentibus connectat, & doctorem hunc aduersus Christum, de tantis mysterijs differentem, insurrexisse ostendat. Perinde ergò hoc est, ac si diceret: cum Dominus ista tanto cum affectu pronuntiasset, vt meritò terreri debuerint, qui hucusq; propriæ sapientiæ fiducia inflati fuerant, atq; tamen apud eos nihil profecit, vt ecce præter omnium expectationem, eo ipso momento, surgere ausus fuerit quidam legis interpres, qui illum quæstione captiosa aggrediretur, qua eum irretire, & populo inuisum vel contemptum reddere conatus est. Est ergo hoc memorabile exemplum, quo admonemur, quantum possit propriæ iusticiæ & sapientiæ persuasio, quodque nobis non mirum videri debeat, si etiam hodie in aperta Evangelij luce, quam vulgus hominum cernit & amplectitur, indies exacerbantur, & præfractiones fiunt, qui summam doctrinæ & sapientiæ existimationem sustinent. Est enim hoc carnis ingenium, vt quò magis vrgetur verbo DEI, eò magis contra illud insurgat atque ferociat. Et cum CHRISTO docente hoc factum sit, quid mirum si idem hodie fiat, quando Euangelium ab hominibus prædicatur, qui &

qui & ipsi communibus affectibus obnoxij sunt & interdum vitijs quoque manifestis laborant?

Quæstio legisperiti.

Sed audiamus quæstionem huius legisperiti. Magister (inquit) quid facien- tam æternam possidebo? Pia quæstio in speciem, imò per se necessaria: sed dum ab isto mouetur, communem errorem coniunctum habet, qui tunc inter Iudæos regnabat: quòd nimirum hominem suis factis & operibus iustificari, & salutem æternam consequi putarent. Erroris causa erat, quòd legis vsum ignorarent, & in sola promissionum legalium verba intenti, interim non obseruabant virium nostrarum imbecillitatem, quæ impediti ea non possumus præstare, quæ lex à nobis requirit. Quòd ad verò superbum hunc doctorem, mouet ista quæstio duas ob causas. Primò, quòd cum ipse totus à lege, vel potius adulterino & peruerso legis sensu, penderet, non potuit non offendere Euangelij doctrinam, quæ salutem in mera Dei gratia monstrat, & eandem non nisi per fidem in promissum humani generis seruatorem acquiri posse docet. Putat ergo illam cum Mose pugnare, & proinde esse intolerabilem. Deinde communi legisperitorum & scribarum morbo laborat: ambitione nimirum, quæ illum mouet, vt indignè ferat suam & totius ordinis sui auctoritatem minui, & populum ipsis relictis ad Christum confluere. Eiusmodi ergo quæstionem proponit, qua putat ex Christi ore responsum elici posse, quod palam Moysi doctrinæ aduersetur, & ita sibi apud populum inuidiam & odium conciliaturum esse, quod ipsum illos aliàs sæpè tentauisse scimus.

Matth. 22.

Hostium veritatis ingenium & mores.

Et debet diligenter obseruari hæc hostium veritatis astutia. Simulant pietatis & salutis æternæ studium, cum animos à pietate alienissimos habeant, & non alio quam proprii honoris & commodi studio ducantur. Deinde scripturas allegare audent, quasi illarum studio seriò teneantur, in illis autem ea sola obseruant, quæ ipsorum erroribus patrocinari videntur. Et vt aranea ex illis floribus venenum haurit, ex quibus dulcia & salubria mella apes colligunt: ita isti ex scripturis venenata & noxia errorum fomenta decerpunt: non quòd illæ aliquid huius contineant, sed quòd ipsi locos complures, impiè detorquendo, sibi ipsis & alij noxios reddant. Denique cum quæstiones de religione, de cultu Dei, de fide, de æternæ salutis ratione nunquam non in ore habeant, hoc tamen vnum agunt, vt & veritatem obscurant, & huius studiosos in periculum adducant. Est hodiè infinitus istorum hominum numerus, quorum artes magna diligentia obseruari debent, ne nobis falsa pietatis specie imponant, aut etiam incautos in nassam trahant, vt vnà cum veritatis doctrina periclitemur.

Omnium est de vita æterna querere.

Philipp. 3.

Matth. 6.

Isai. 40.

Porro quod malignus iste legis interpres dolo malo hinc agit, hoc nos seriò facere decet, vt nimirum de vita æterna, & huius consequendæ ratione, quæramus, non autem præsentem huic seculo sumus addicti. Nec enim hinc ciuitatem habemus permanentem, sed in mundo peregrini sumus, quorum patria in cœlis est: quod ipsi inter orandum fatemur, quoties Patrem nostrum inuocamus, qui in cœlis est. Deinde fluxa & caduca sunt, quæcunque in hoc mundo pro eximijs habentur. Quod apud Isaiam magna cum grauitate docet Dominus. Nam Prophetam clamare, id est, clara voce, eum rem ad omnes pertinentem, promulgare iubet id, quod ipsi erat suggesturus. Et illo querente quid clamabo? subiicit vox Domini: omnis caro scœnum, & omnis gloria eius, sicut flos agri. Exaruit scœnum, decidit flos, verbum autem Dei nostri manet in æternum. O præclaram sententiam, & nunquam satis consideratam, quamuis exemplis quotidianis confirmetur. Nam si ipsum hominem spectes, quem scriptura ferè carnem dicere consuevit, quid illo miserius, corruptibilius, pluribus casibus obnoxium? Viret mox leui interdum, & tam robore quam forma corporis conspicuus habetur. At idem mox leui febricula ita attenuatur, vt sui planè dissimilis appareat. Taceo morbos infinitos, quorum numerum ne medici quidem hucusque certum constituere potuerunt, & quæ rerum materiam intra corpus nostrum gestamus, quæ, mouente illam Domino, mox per corpus diffunditur, & omnes eius vires debilitat. Taceo casus, qui aliunde accidunt, quibus enumerandis vix dies totus suffecerit. Quid verò de ipsa mortis hora dicemus, quæ plerumq; cum minimè putatur, obrepit, & circa longè alia studia occupatos abripit: verè igitur homo graminis instar est, quod etsi ad tempus virenti, & smaragdino ornatu certam vestiat, mox tamen vel vento calidiori adustum, vel falce defectum exarescit. Quod si gloriam carnis, id est, ea inspiciamus, quæ homini præcipuam auctoritatem conciliare, & in quibus ipse etiam imprimis gloriari & superbire solet, quid hinc aliud quam flores agri temerè nascentes & subito arescentes videbis? Fluxa & incerta est diuitiarum possessio.

Incert.

Incerti & dubij honores, qui plerunque ab aura populari, quouis vento mutabiliori dependent. Fallax humanæ sapientiæ existimatio, vt non temerè prouerbio iacterur, sapientissimos quosque præ alijs turpiter errare, & vitia designare non vulgaria. Eadem denique est omnium aliorum conditio. Non temerè ergo sapientissimus ille mortalium Solomon cum, quæcunque sub Sole sunt, attentissimè considerauisset, tandem exclamauit: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid verò hinc colligemus? Hoc nimirum, ne presentibus bonis nimirum simus addicti, sed (vt Paulus monet) mundo hoc sic vtamur: cœlo Christus parauit: quodq; in initio monuimus, serio scrutemur veram vitæ æternæ consequendæ rationem, eamq; nobis in verbo Domini monstratam, sedulo sequamur. Quam verò beati & felices essent homines, si tunc sibi studiorum suorum scopum proponerent? Ita certè curis, laboribus, & periculis infinitis liberarentur, quibus seipso immergunt, dum circa vana mundi studia occupantur. Nunquam non ergo ipsi nobis hanc quæstionem occinamus: Quid faciendo possidebis vitam æternam? Etsi enim huic esse, nos non ad terrenam hanc & mortalem, sed cœlestem & æternam vitam creatos esse, & proinde de hac inprimis sollicitos esse debere.

Eccles. 1.
1. Cor. 7.
Heb. 13.
Ioan. 14.

Porro audiamus tandem Christum, qui longè aliter responderet, quàm legis interpret sperabat. Arbitrabatur enim hic, eum nouam exorsurum esse orationem, in qua de modo vitæ æternæ consequendæ dissereret, & rationem ostenderet nouam, longèque aliam ab ea, quæ olim à Deo per Moysen fuerat tradita. Inde verò sibi occasionem oblatum iri sperabat, qua ipsum posset apud populum traducere, apud quem sacrosancta erat Moysi autoritas. At Dominus, qui eius animum perspectum habebat, aliam illi quæstionem opponit, & eò eum adducit, vt, proprijs oris testimonio conuictus, tandem non sine ignominia ex temerè suscepto certamine discedat, vt suo loco audiemus in sequenti homilia. Nam ad legem remittit eum, cuius cognitione inprimis superbiebat, & dicit ostendit, se nihil ab hac diuersum docere. Dicit enim: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Quasi diceret: Mirum est, hanc quæstionem abs te moueri, qui legis interpret & doctor es? Annon enim Deus in illa vitæ æternæ consequendæ rationem debet, si illo propitio vti, & æternum seruari velimus? Ex te igitur ego audire velim, quid illa doceat, & tuum est mihi, & alijs de lege sciscitantibus, respondere. Ita verò eum cogit, vt ipse ad quæstionem abs se propositam respondeat, qua Christum voluerat irretire. Quia enim legis interpret erat, & docendi officioungebatur, non potuit non respondere ad ea, quæ de lege interrogabantur.

Legis peritum
Christus ad le-
gem remittit.

Etsi verò Dominus diuinæ sapientiæ specimen hinc exhibeat, quæ huius seculi sapientes in propria astutia capere solet, simul tamen docet, rationem salutis consequendæ sit, sed vniuersa scriptura veteris testamenti comprehenditur. Christus enim Ioannis dixi, dii estis? & Paulus Isaiam allegans, legis voce vititur in priori ad Corinthios cap. 14. At inter vetus & nouum testamentum optimè conuenire, imò in hoc clarius explicari, quæ in illo obscurius tradebantur, alibi dicimus, si sese occasio offert. Scripturas ergo sacras legant & audiant, qui salutis & vitæ æternæ serio studio tenentur. In his enim suam voluntatem nobis Deus reuelauit, quæ nos in huius vitæ curriculo dirigit, & cuius cognitio nos in omni tentationum genere consolatur. Eadem sola vitæ æternæ viam nobis monstrat. Ideò apud Ioannem Christus Scribis dicebat: Scrutamini scripturas: nam vos videmini vobis in illis vitam æternam habere. Quibus verbis eos non reprehendit, quòd scripturis plus æquo tribuant, sed quòd harum studio & cognitione gloriantur, easdem verò non diligentius inuestigarent, vt, quæ de ipso in illis habentur testimonia possint deprehendere. Addit enim: Illæ de me testantur. Et Paulus Apostolus, sacras literas à Deo inspiratas, & viles atq; sufficere esse docet ad hoc, vt homo Dei perfectus fiat, & ad omne opus bonum paratus. Est ergo turpis & perniciosus illorum error, qui, quado de religione, & æternæ salutis negotio agitur, ad canones nescio quos Apostolicos, ad Patres, ad cœcilia & pontificū decreta, confugiunt. Faciunt hi atrocè iniuriā spiritui sancto, quem insimulant, quasi non plenè tradiderit in scripturis, quæ ad salutis humanæ rationem pertinent. Iugulantur autem vnica Dei sententia per Isaiam dicentis: Frustra me colunt, docetes doctrinas, siue traditiones hominum.

Salutis ratio
in lege Dei de-
bet queri.

Ioan. 5.

2. Tim. 3.

Isa. 29.
Matth. 15.

Sed redeamus ad legis interpretem, qui ad Christi quæstionem responderet, & duos locos coniungit, quorum alter Deuter. sexto, alter Leuit. 19. cap. habetur. Diliges (inquit) Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione vel mente tua: & proximum tuum, ut teipsum. Vbi obseruabis, quod etsi hæc ab hoste veritatis dicantur, verè tamen dicuntur. Nam & in præsentis responsione hæc approbat Christus, & apud Matthæum postea ab alio magis ingenuo interrogatus, quodnam inter Dei præcepta primum & præcipuum sit, his verbis respondet, & addit: Ab istis duobus mandatis tota lex & Prophetæ pendent. Habemus igitur hoc loco perfectam piè & rectè viuendi regulam duobus membris siue capitibus comprehensam, dilectione nimirum Dei & proximi. In qua paterna Dei bonitas elucet, qui non infinitis præceptis nos grauare voluit, vt ferè solent, qui inter homines sibi magisterium vendicant: nec etiam alia præscribit, quàm quæ per charitatem perfici aut præstari possunt, qua nihil iucundius, nihil amabilius, nihil etiam in tota hominum vita & consuetudine vtilius est, & magis necessarium, & quæ res difficillimas nobis faciles & iucundas reddit. Quod vnum ad confutandam eorum stulticiam & ingratitude[m] sufficit, qui relicta viuendi regula, à Deo præscripta, perfectius quid in Monachorum scripturis, & aliorum hominum traditionibus quærunt, quæ vt nihil veræ & solidæ pietatis continent, ita inani labore miseris fatigant, & eos, qui nummatiores sunt, expoliant. Sed vtrumque præceptum seorsim excutiamus, vt quid nos facere conueniat, melius constet.

Dilectio Dei.

Primum est, diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo &c. Quid sit diligere & dilectio, apud Marcum cap. 12. dicitur, & omnibus per se satis notum est. Nunc hoc ante omnia obseruari operæ precium est, quod sui dilectionem à nobis Deus postulat. Ergo non externi cultus magnifico splendore delectatur, sed animi, ipsi per omnia additi, affectum requirit, qui veram numinis reuerentiam, & voluntariæ obedientiæ studium in nobis gignit. Et hæc faciunt, quæ passim apud Prophetas dicuntur, contra eos, qui circa victimas solas, & reliquum cultum externum, occupabantur, interim verò fidem in Deum, eiusdem dilectionem, & quæ ei debetur, obedientiam securi negligebant. Vt autem merito & iure eum diligere debemus, quia noster creator, Pater, & Protector ad hæc summum bonum, & omnis boni fons est: ita magnum hoc est bonitatis eius argumentum, quod à nobis diligi vult & simul se quoque totum bonæ suæ omnia, nobis fruenda offert, imò, vt Ioannes Apostolus docet, ipse prior nos dilexit, & filium suum æterno suo decreto nobis Seruatorem destinauit, qui in hoc seculo generis nobilitate, diuitijs, & dignitatibus excellunt, ij hominum ignobilium & pauperum amicitiam sibi ignominiosam esse arbitrantur, & ferè cognatos quoque suos & sanguine iunctos fastidiunt, si qui inter hos pauperiores sunt & obscuri. Quanta ergo Dei hæc bonitas est, qui à nobis diligi vult, qui non modò omnibus modis miser: At hæc mortales, verum etiam peccatores, & propter peccatum æterna morte digni sumus? Hinc ergò consolationis argumenta petamus in temptationibus, & nos ipsos ad illius amorem excitemus. Nam etsi Deus ipse per suum spiritum dilectionem sui in nobis accendat, & (vt Paulus ait) diffundat in cordibus nostris, plurimum tamen nos hinc iuuat frequens & diligens beneficiorum eius meditatio, verbi studium, & preces, quibus nos imprimis apud illum instare oportet, vt nostri & mundi amore in nobis extincto, animos nostros sincero & sancto sui amore inflammet.

Quomodo Deus diligi debet.

Porrò modum quoque dilectionis Dei Moses diligenter exprimit propter eos, qui, qualemcunque amorem sufficere putant, vel etiam solis verbis diligunt. Docet ergo dilectionem solidam & perfectam requiri, quæ hominem totum Deo vendicet, & ideo præcipuas, vel potius omnes hominis facultates, ex ordine recenset. Primum diliges (inquit) dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Atqui constat, cor fontem esse affectuum omnium. Hos ergò simul omnes in Dei dilectionem dirigere, & per hanc ipsius voluntati subiicere, oportet. Quod vt fiat, alias etiam ob causas necesse est. Sunt enim affectus nostri prauis propter innatam nobis naturæ viciositatem, & ideo ad malum feruntur, & nobis omnis generis vitiorum causa sunt. Correctione igitur opus habent, quæ non alia est, quàm Dei dilectio. Hæc enim illos in officio continet, & vt vni Deo seruiant moderatur. Secundò, ex tota anima Deum diligere debemus. In anima hominis vita consistit. Hæc ergo tota Dei dilectionem spirare debet, nec aliquid faciendum est, quod eum à nobis minus diligi testetur, Et hinc peccant, qui meliorem vitæ suæ partem, mundi & diaboli seruitio

seruicio tribuunt, senectam demum Deo consecraturi, cum tamen ignorent an unquam ad illam peruenturi sint. Tertio ex totis viribus, nostris Deus diligendus est. Intelliguntur omnes corporis vires, bona denique externa, quæ Philosophi fortunæ esse dixerunt: qualia sunt opes, honores, dignitates, & alia huiusmodi. Et ista quidem omnia iure sibi vendicat Deus. Nam & corpus ipse creauit, & donum eius sunt valetudo bona, robur, & vires validæ, forma, agilitas, & quæcunque alia inter corporis bene constituti dotes numerantur. Eadem est bonorum externorum ratio, quæ non (vt prophani Philosophi senserunt) a cæco fortunæ favore proueniunt, sed etiã a Deo dantur, quod non vno loco scripturæ docent. Quicquid ergo vel corporis viribus, vel diuitijs, vel dignitate, & autoritate possumus, id omne per Dei dilectionem in hunc finem a nobis dirigi debet, vt in nobis ille glorificetur, et debitum ei præstemus obsequium. Additur quarto loco & tota cogitatione vel mente tua. Mentem superiorem illam animi facultatem dixerunt, quæ rationem de rebus agendis aut omittendis inuit, & cogitationibus suis per omnia mirifica celeritate discurret. At quia hæc quoque in nobis corrupta est, vt cogitationes nostræ prauæ, & (vt Deus ipse testatur) omnia cordis & mentis humana signata mala sint. Quod mox deprehendes, si cogitationes tuas diligentius consideraueris. Quid enim hæc aliud versant intra animum tuum, quam opes, honores huius seculi, libidines foedas, vindictæ studium, & alia huius generis, quæ nos a Deo abstrahunt? Et tanta illarum est improbitas, vt etiã circa bonum aliquod opus occupatis obrepant. Nam eleemosynam facientibus succurrit ambitio, precantibus item infinita alia in mentem veniunt, quæ ita nos distrahunt, vt raro Orationem dominicam quis totam recitare possit, quin ea cogitet, quæ ipsum coram hominibus dicere aut facere puderet. Huic igitur malo remedium adhibiturus Moses, monet vt cogitationibus quoque nostris frenum dilectionibus Dei iniiciamus, quo a rebus prauis & illicitis abstrahantur, ad ea autem dirigantur, quæ ad Dei gloriam faciunt. Quod si verò hæc omnia diligentius expendamus, patebit nullum hypocrisis locum esse, si Deo verè seruire velimus, & simul apparebit quanta sit humani ingenij corruptio, quando nemo est, qui illa præstare possit, etiamsi ea optimo iure a nobis requiri omnes fateantur.

Alterum præceptum est: Diliges proximum tuum ut teipsum. Proximi nomine omnes homines intelliguntur, qui nostra ope & auxilio indigent, vt in Samaritani parabola sequenti sermone Christus ipse docebit. Requiritur autem proximi dilectio, quia hæc in vnum corpus nos colligit, beneficentiæ mater est, iniurias omnes prohibet, & ideo legem totam implere a Paulo dicitur. Sed huius etiam modum lex exprimit, quando proximum perinde, vt nos ipsos diligere iubet. Ita verò præcipit, quia natura Philadelphi id est, nostris ipsorum amantes sumus, & nobis ipsis nimium addicti. Quæ causa est, quod quam primum de nostris commodis agitur, proximos facile negligimus. Vult ergo Deus, vt alios homines eodem, quo nos ipsos loco habeamus, eorumque commodis non minus, quam nostris, studeamus. Simul etiam ijs occurrit, qui, vt sese excusent, se nescire aiunt, quatenus & quousque proximum diligere debeant. Atqui in te ipsum descende, & quomodo teipsum diligas, vide, & non multa quæstione porro opus erit. Teipsum non simultate, nec verbis solis, sed verè & ex animo, diligis: adhæc non frigide, sed ardentius. Simili ergo amore alios quoque homines prosequere, ne quid animo fucato fiat, neque perfunctorie, sed ardenti illos iuuandi studio. Deinde nostris commodis studemus: fac ergo proximi quoque commoda, qua potes ratione promoueas. Præterea non defatigamur nos ipsos amando, etiamsi vitia nobis insint multa, quæ odiū merentur: Ita proximi amor perpetuus & constans sit, qui nec officiorum erga illum difficultate, nec etiam vitijs, quibus ille laborat, extinguatur. Est enim hoc veri amoris proprium, quod etsi amicis satisfaciat abundè, sibi ipsi tamen satisfaciat nunquam, quin se plura debere existimet. Idem quoque (quod ex Solomone Petrus annotauit) multiplicitatem peccatorum operit, & quæ in proximo corrigere non potest, pie dissimulat, & patienter fert, eiusque honori consultum cupit. Et hæc quidem dicta sufficiant nunc de duobus hisce præceptis, quæ qui obseruarint, ijs ad vitam rectè & pie instituendam nihil deerit.

Restat Iesu Christi responsio, qui paucis infert: Rectè respondisti, hoc fac, & vides. Quæ verba non accipi debeat, quasi operum nostrorum iustitiam docere voluerit: sed quia Doctor iste, pro communi Indæorum errore, de operibus quæsiuerat, responsionem suam illius quæstioni accommodat. Simul tamen verissimum est, quod dicit. Si

Gene. 8.

Dilectio proximi.

Prouerb. 16.

1. Pet. 4.

Legis eius verus docetur.

enim faceremus ea, quæ ex Mose modò audiimus, utique vitam consequeremur æternam. Nam Dei ipsius verba sunt: custodietis ritus meos, & iudicia mea, quæ quisquis fecerit, in eis viuet: Ego dominus. At cum nemo mortalium ista faciat, nec etiam facere possit (quod Paulus ad Romanos multis docet, & ipsi quotidie in nobis experimur) nemo etiam per opera hæc legis vitam potest consequi. Vult ergo Christus eum, quem suorum operum fiducia nisi sciebat, in seipsum descendere, ad præcepta hæc vires suas examinare, ut, ita propriæ conscientie testimonio conuictus, sentiat sibi alia iusticia opus esse. Habet itaque locus hic egregiam doctrinam de vero legis vsu. Dedit hanc Deus, & ut per se sancta & bona est, ita eandem amplissimis promissionibus commendauit, quas omnes Dominus hic suo testimonio confirmat. Nec tamen ignorauit Deus, neminem esse, qui illi obedire, & omnia eius exequi posset. Dedit tamen, non ut nobiscum luderet, multò minus, ut in desperationem nos conijceret: sed ut nobis instar speculi sit, in quo non solum iam commissa peccata, verum etiam in hærentem naturæ nostræ vitiositatem, & nostrarum virium imbecillitatem, agnoscamus, & his agnitis conscientie terrore pressi ad thronum gratiæ confugiamus: ubi se Christus offert, qui nobis à Deo Patre iusticia & satisfactio est factus. Itaque quod lex neminem seruat, non ipsius sed nostro vitio fit. Illa enim spiritualis est (ut Paulus ait) nos autem carnales sumus, venundati sub peccatum. Rectè ergò illa utamur, non ut in eius operibus salutem queramus, sed ut nobis pædagogi loco sit ad Christum, qui pro nobis factus est peccatum, ut nos iusticia per ipsum efficeremur. Interim lutemur cum innata nobis corruptione, & relictis mundi studijs Deum supra omnia diligamus, eiusque dilectionem amore proximi testemur. Hæc enim propria discipulorum Iesu Christi nota est, quos regni sui cœlestis ille olim coheredes faciet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas, in æternum, Amen.

1. Cor. 1.

Rom. 7.

Rom. 4.

Gal. 3.

2. Cor. 5.

HOMILIA II.

Ille autem volens iustificare seipsum dixit Iesu: Et quis est meus proximus? Excipiens autem Iesus dixit. Quidam descendebat ab Hierusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui, spoliato eo & plagis impositis, abierunt, seminecem relinquentes. Fortè autem Sacerdos quidam descendit per eandem viam, qui, viso eo ex aduerso, præterijt. Similiter & Leuita, cum venisset ad eum locum, & cum vidisset, præterijt ex aduerso. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ad eum, & eo viso, misericordia commotus est. Et accedens obligauit eius vulnera, infundens oleum ac vinum, & ipsum impositum suo iumento duxit in diuersorium, & eius curam egit. Postero autem die abiens, prolato duos denarios, dedit hospiti, & dixit ei: Curam ipsius age, & quodcunque præterea in sumptibus tibi videtur proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? Ille autem dixit, Ies qui usus est misericordia erga eum. Ait igitur ei Iesus: Abi & tu fac similiter.



VEMADMODVM DEVS IN OMNIBVS OPERIBUS suis suæ erga nos bonitatis memor est: ita in legibus quoque & præceptis, quæ nobis tradit, in primis nostræ salutis rationem habet. Non enim alias nobis leges dat, quam, quæ omnes sub vna charitate aut dilectione comprehendendi possunt, ex qua (si rem ipsam probè consideremus) plus boni ad nos

ad nos redit, quam ad eos, quibus illa impenditur. Primò enim nos ad Dei imaginem reformatur, qui (vt Ioannes inquit) charitas ipsa est. Deinde totius vitæ, quam propter omnis generis calamitates non immeritò vallem lachrymarum dixeris, suauissimum est condimentum. Nam offensis omnibus medetur, infirmitatibus proximi ignoscit, vindictæ cupiditatem restinguit, patienter omnia suffert, aduersa mitigat, & quæ difficilima videntur, nobis leuia atq; iucunda reddit. E contra vbi huius loco inuidia, odiù, ira, inimicis & similitates regnant, ibi homines ipsi sibi omnia acerba & infesta reddunt: vt exemplis infinitis demonstrari poterat, nisi quæ quotidie fiunt, his abundè fidem facerent: At maxima charitatis pestis est, *Philantia*, id est, amor ille cæcus, quo nos ipsos prosequimur. Is vt multa alia parit, quæ fraterni dilectioni prorsus contraria sunt: ita nos excecere solet, vt de proximis nostris non rectè iudicemus, & vndiq; captemus occasiones eos negligenter tractatio, qua quis proximus censeri debeat explicatur, & simul charitatis ingènium atque officia diligentius ex ordine describuntur.

Occasionem de his differendi Legisperiti proteruia & insolentia præbuit. Is enim cum Dominum sibi dicentem audiisset: Hoc fac & viues, se iustificare voluit, id est, pro iusto vendicare, vt qui hæc omnia iam pridem præstiterit, & proinde vitam æternam mereatur. Vnde apparet, eum ex Phariseorum numero fuisse, quos in operibus legis & propriæ iustitiæ merito salutis fiduciam collocauisse scimus. Quia autem Dei dilectionem iactare cuperis facile est, quando res ex voto & feliciter procedunt, in proximi autem dilectione hyrit. Nam hanc legis diuinæ partem scribæ Iudæorum iam dudum interpretationibus & traditionibus suis corruerant. Per proximum enim non alios, quam cognatos & sanguinios progressi concludebant, quòd inimicos odio prosequi liceret: quam particulam illos legi Dei adijcere ausos fuisse, Christus Matth. 5. cap. disertè testatur. Itaq; isto errore hic etiam imbutus, vt se nullum dilectionis proximi officium neglexisse ostendat, superbe, & non sine Sarcasmo, Christum interrogat: & quis est meus proximus? Quasi diceret: aliud quiddam sublimius abs te expectabam, qui tibi in populo doctoris munus hucusq; sumpsisti. Atqui non aliud iubes, quam vt faciam ea, quæ modò ex Mose receui: Vt nimirum Deum diligam ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus, et tota cogitatione mea: et proximum meum, vt me ipsum. Ac ista me hæcenus præstitisse, nemo opinor negauerit. Deo & eos omnes, qui mei proximi id est, propinq; & amici sunt. Quid ergo prohibet, quò minus viam et salutem æternam consequar? nisi tu fortè alios mihi proximos monstraueris, quos ego nullus noui, cum nos ab omnibus alijs populis Deus ipse, segregauerit. &c. Hic quæstionis istius sensus est, sub quo simul lateret acerba & amarulenta doctrinæ Christi reprehensio, vt quæ inutilis et superuacanea sit, cū hucusq; sine illa legi diuinæ satisfacere, & vitam æternam mereri potuerint. Quo argumento etiam hodiè aduersarij nostri prædicationem Euangelij contemptam aut inuisam reddere solent apud rudes & rerum imperitos. Quæ lex (inquit) vetuit maiores nostros saluos fieri, priusquam nouum hoc Euangelium prædicare? Annò semper fidè in vnum Deum per filium eius Iesum Christum docuerunt ij, quibus & sanctitatem populū hortati sunt? si ergo noui isti doctores non alia requirunt, quid re- prædicandi munus fuit creditum? Sed facile est argumētis eiusmodi respondere, cū illi proprijs operibus arguatur, quæ illos à fide in vnum Deum alienissimos esse cōuincūt. Quod ipsum in nostro hoc tam superbo legis interprete cernimus, qui suo exemplo docet, quā audax malum sit hypocrisis, cum veritatis odio coniuncta. Nam infinita erant, quæ tam ipsum, quam totum illud legisperitorum, scribarum, & sacerdotum, collegium, contemptæ & neglectæ, imò conculcæ legis Dei, conuincerent. Si enim Deum diligebant ex toto corde, cur non legibus ab illo latis contenti erant? cur eas suis figmentis & traditionibus obscurabant, corrumpebant, abolebant? cur cultum eius sibi quæstum faciebant tanta impudentiâ, vt templum Dei ab emporio & usurariorum officinis nihil differret? & tamen superbus iste primum illud de Deo diligendo præceptum securus præterit, quasi de eo non opus sit vllum verbum facere, cum id diligentissimè ab ipsis obseruetur. Idem de proximi dilectione dici potest, quam non minus impudenter negligebant. Oberrabant passim mendici, contra legem Domini, qui ne-

Legisperitus
Christi doctrinam
nam vellicat.

DOMINICAE XIII. POST TRINITATIS.

Deut. 15.

mendicus esset in Israël, prohibuerat. Qui verò extra Iudææ fines habitabant Iudæi, adeo contempti erant vt qui tempore dierum festorum Hierosolymis moriebantur, sepultura loco carerent, sicuti in passionis Dominicæ historia est videre. Et quæ obsecro dilectio vera inter eos esse potuit, qui in sectas diuisi erant, & sententijs de religione & toti humanæ salutis negotio scindebantur? Nihilominus arrogans iste doctor, quasi extra omnem culpam sit, per ludibrium quærere audeat, & quisnam sit proximus suus, quem diligere & officijs suis iuuare debeat? Quàm magnus autem eiusmodi hominum nùmerus est hodiè? Oberrât & vagantur nunc quoq; mendicantium agmina, quos pleriq; securi negligunt, & ad clamores eorum aures suas obturant. Eduntur alibi plus quàm barbaræ crudelitatis exempla in omni sexus & ætatis homines. At his omnibus paucissimi cõdolent, pleriq; autem interea voluptuantur, & toti opibus coaceruâdis inhiant. Interim extra omnem culpam censerunt, & si de proximo iuuando admonentur, non minori impudentia, quàm hic legis interpres aggannire audent: Et quis est meus ille proximus, cui mea largiri, & cuius commodis ego, relictis interea meis rebus, seruire debeo? Volunt ergo hi quoque se ipsos iustificare, & apud sui similes facile applausum & patronos inueniunt: Sed apud Deum omnis hæc excusatio calua est. Porro omnis mali causa est, quòd neq; de proximo rectè iudicâ, neq; verè æstimamus charitatis officia.

Parabola Samaritani.

Quapropter dominus noster Iesus Christus vtriq; errori aut vitio, eleganti parabola medetur. Introducitur in ea Iudæus homo, q ex facta Hierosolymorù ciuitate Ierichûm dè iter instituerit. Hûc à latronibus spoliatû, & vulneribus malè affectû, atq; seminecè, cum vidisset sacerdos & leuita, eo neglecto trãsierunt. At hos secutus samaritanus quãdam, homo peregrinû, et ob gētē suã Iudæis exosus, cû & ipse infelicè illû vidisset, eius miserû omnis humanitatis & dilectionis officiu ei præstitit. Quã parabolã vbi multis Christus recitauit, tam dè suû illû aduersariû interrogat: Quis horû triû tibi videtur proximus fuisse illi, q incidit in latrones? Respondet ille: Is q vsus est misericordia erga eû. Ita verò rei veritate cõuictû agit Christus, verû fateri cõtra receptã inter illos de proximo sententiã, & seipsum neglectæ charitatis fraternæ damnare, quod nunq; facturus erat hypocrita, si Christus rem ipsam simpliciter absq; omni inuolucro proposuisset. Tantum .n. erat apud Iudæos omnes gentium exterarum odium, vt ex his oriundos vix hominum, nedum proximi, loco haberent.

Iudæorum Inhumanitas arguitur. Ioan. 8. Exodi. 19.

Consultò autè hominè Iudæum, & ex Hierosolyma venientè, inducit, cui à suis gentis sacerdote & leuita neglecto opè tulerit Samaritanû. Ita .n. Iudæorum inhumanitatè perstringit, q magnificè quidem vnû Patrem Abrahamû iactabãt, & se vnus Dei cultores, imò peculium illud Dei esse gloriabãtur, quod is sibi ex omnibus populis selegisset: interim verò plus q; barbara crudelitate se inuicè negligebãt, adeo vt (quod paulò antè etiã diximus) nulla neq; cognationis, neq; religionis cõmunis, neq; etiã legis Dei, ratione habitã, pauperes suos paterentur famelicos oberrare, & nõ ostiatim modò verû etiã ad tẽpli fores ab introeuntibus & exeuntibus stipè mendicare. Præ alijs autè Sacerdotum & Leuitarû meminuit, qui ut alijs sanctiores haberi volebant, ita huius etiã mali præcipui erant auctores. Quia enim sacerdotium venale fecerant, publicas quoq; opes Ecclesiæ sibi vendicabant, ex quibus pauperes ali debebant. Et vt quæstum maiorem facerent, non ad misericordiam, & fraternæ dilectionis studium, populum hortabantur, sed, vt in templo frequentes adessent, sacrificia multa adducerent, & pecunias in carbonam aut gazophylacium deponerent. Deniq; eò impudentiæ progressi iam erant, vt quæ liberi in parentum senio conferentur alimoniam debebant conferre, illi ad se deferri iuberent, seq; tam pro parentibus quàm ipsis liberis sacrificaturos, & preces facturos pollicebantur, & ea ratione (quod illis Luc. 20. Christus exprobrat) deuocabant domus viduarum & orphanorum sub longæ precationis prætextu. Quã ergo subuentionis pauperum curã fuisse putabimus apud eos, q parètes senio graues, viduas, & orphanos omni præsidio destitutos nõ solû negligebant, verû etiã deprædabãt? Docet igitur hac parabola Christus, illos Samaritanis esse deteriores, apud quos lex naturæ & communis sensus humanitatis plus valeat, quàm apud ipsos lex Dei, & magnifica veræ religionis professio.

Matth. 15.

Christianorù Inhumanitas.

At vtinam non idem de nobis dici posset hodiè, qui Christiani esse & haberi volumus. Ditata sunt olim principum & diuitum hominum liberalitate Ecclesiæ, instituta collegia magnifica & opulenta, in quibus Ecclesiarum ministri alerentur, theologice candidati instituerentur, & pauperum necessitati subueniretur. Et postq; Episcopi relictã maiorù suorù frugalitate, fastu turgere, & cum principibus luxu & apparatu magnificentia certare cœperunt, nox communia Ecclesiæ bona in suam potestatem redegere, & eos sibi ascinerunt collegas aut socios, qui iisdem moribus præditi, quod illi reliquum fecerunt, sibi vendicarunt. Hinc factum, vt ministri pñ, & docti ab Ecclesiis expulsi sint, in collegia

legia autem nouum hominum genus, cucullatum, ineptum, ambitiosum, vorax, & veritas inimicū, irrepserit, Simul autē pauperes ad Elēmofynas religati sunt, quas hinc inde colligerent, volupeuantibus interim & luxuriantibus ex Ecclesiarum redditibus fucis illis ignauis, qui & ipsi sub religionis prætectu paulatim agros, villas, & opes tam nobiliū quā plebeiorum in suam nassam attraxerunt. Quamuis autem Euangelij lucem Deus ex singulari gratia nouissima hisce temporibus restituerit, & multis in locis facta sit Ecclesiae & religionis reformatio, hic tamen serē reformationes omnes pedem sistunt, vbi de reducendo veteri honorū Ecclesiae vsu agitur. Causa huius cessationis est, quod alibi principes & magistratus, alibi homines priuati, illa sibi vendicant, & sub plausibili dispensatorum Ecclesiae prætectu ditescunt. Horum omnium insatiabili cupiditati debemus miserabilem illam mendicantium multitudinem, qui famelici, & omnium egeni, multi etiam morbis confecti, adhuc vlcibus & tabo disfluunt, magna cum Christiani nominis ignominia oberrant. Queruntur de hoc pñ & boni multi, & reformationem aliquam fieri postulant. Sed vnica omnium responsio est, rem eò deuenisse, vt mutatio aliqua fieri non possit & impossibile esse tantam hominum egentium multitudinē alere. Sed vtinam illi primitiuae Ecclesiae exemplum inspicerent, in qua priuati homines contributione facta res ita instituerunt, vt inter medios persecutionum fluctus egeni ex publico alerentur, neque aliquem vel fames, vel rei domesticæ angustia, victum ab alijs emendicare cogeret. Quod si exemplum hoc longius petitur videtur, agendum nostri seculi Iudæos inspiciant, qui cum hinc inde dispersi viuant, & plerisq; in locis per publicas leges illis neq; agros possidere, neq; artificia manuarua exercere, liceat, neminem tamen ex suis mendicare patiuntur. Et nota magnum scilicet nefas æstimantes, hominem circumcisum, & ex sancta Abrahami stirpe oriundum, prophanorum Gōim (vt ipsi loquuntur) contemptui & ludibrio exponere. Et nota his, qui in pace & otio agimus, qui opibus priuatis & publicis abundamus, qui Ecclesias & collegia habemus liberalitate ditata, et ex quorum redditibus multi quorūnis ditescunt, impossibile est fidei domesticos alere, neq; nos pudet eos ad fidei hostes nostra inhumanitate extrudere, inter quos non sine Euangelicæ doctrinæ cōtumelia, multa audire & videre, imò multa facere coguntur, quæ cū fidei nostræ professione pugnant? In nos ergo non minus, quā in sui seculi Iudæos, Christū hanc parabolā stringere cogitemus, qui quodam pauperū subuentiōne Iudæis & Turcis sumus deteriores. Sed ad ea accedamus, quæ præcipua sunt huius parabolæ capita, in quibus hæc obseuabis.

Primum, quēnam scripturæ sacræ proximi nomine designent? Vnumquemq; nimirum hominem, in quē incidimus, cuiuscunq; ille gentis, conditionis aut ordinis fuerit. Quia enim omnes ex vno patre originē ducimus, cuiusmodi quoddā, & sacrosanctū fraternitatis vinculū intercedit, quo omnes homines inter se cōstringuntur. Quapropter ut aliquem proximi loco habeat, & eidem præstet charitatis officia, nō multis argumentis homo Christianus urgeri se patitur. sufficit enim ei, quod hominē & eiusdem seculi naturæ sociū esse videt eū, qui ipsius ope & consilio indiget. Non igitur ampliori inquisitione opus est, maximè, si quis in ea necessitate constitutus sit, vt res nullā cunctationem aut morā admittat. Id parabola hanc dominus disertè docet. Proponitur. a. homo Samaritanus, alienigena, et qui se in Iudæorū gente omnibus exosū esse sciebat. Nā vt in Euangelio secundum Ioannem habetur, tantū erat inter duas istas gentes odiū, vt altera alterius consuetudinem detestaretur, & apud Iudæos vix aliud conuitiū contumeliosius putabatur, quā si quem Samaritanū dicerent. Nihilominus tamen noster hic in terra hostili beneficium maximū confert hominī ignoto, à suis gentilibus neglecto, saucio, Spoliato, semineci, tali deniq; à quo remunerationē omnino nullā sperare poterat. Quam uerò ob causam? Nimirum, quod, lege naturæ admonitus, sciret hominis esse, cuiuis egenti opē ferre, & minis eos damnat, qui odiosa personarū discrimina ideo fingūt, & iudicij causas corradūt vt misericordiae & charitatis officia indigentibus aliquo prætectu negare possint. Est hoc vitium nimis frequēs hodiē. Alijs. n. natale solū exprobratur, in alijs acceptæ ab illis iniuriæ in memoriā reuocantur, alijs propter vitā licentius transactam indigni iudicantur, quibus beneficiat. Multis hoc vni ad inhumanitatis suæ excusationem sufficere videtur, quod nihil vicissim ab ijs sperare possint, qui nūc beneficiū ab ipsis postulāt. Quasi verò Deus charitatem quæstū esse velit, & nō potius nos de dādo quā accipiēdo beneficio sollicitos esse iubeat. At si Christi doctrinā cū Samaritani huius exēplo cōferam, mox patebit uanissimas esse excusationes quas sub ipsihamas caroficij sese declarēt. Summa est, quod (vt Ioānes ait) non verbis, sed operibus diligere, id est, dilectionis affectū re ipsa & beneficijs declarare debeam. Id verò in Samaritani exēplo dns, diligenter exponit, et rē omnē, ceu in tabula depictā, exhibet, primò, vbi miserū hūc, nudū, vulneratum, et ad mortem usq; iniquissimè multatum vidit, misericordia motus est. In græco habetur εὐσπλαγχνισμός, quod imis aut totis visceribus cōmotum fuisse significat. Et solent hebræi per viscerum commotionem naturales illos motus aut affectiones denotare, quas græci σπυγὰς dicunt: quales sunt parentum erga liberos, et horum erga illos, fratrum item et sororum erga se mutò quarum exemplum & in meretrice altera apud Solomonem pro filio suo litigante, historia facta proponit. Huius enim effectus est, quod aliena commouemur miseria, cum mox succurrat, non sinit.

Proximus quis dicatur.

Ioan. 4. 8.

Modus dilectionis traditur. 1. Ioan. 3.

Miseretur.

1. Reg. 3.

nos quoq; homines esse, & proinde humanum nihil à nobis esse alienum: nec quicquam ob stare, quò minus nos iisdem quibus calamitosissimi quiq; miseris exerceamur, præter Dei gratiam, qui nos hucusq; seruârit, & tutatus sit. Quod qui cogitant, ij non possunt non toto animo commoueri, si quod singulare exemplum humanæ miseræ in aliquo conspicantur. Vnde iam colligimus, eos dilectione omnino vacuos esse, qui nullo alienæ miseræ sensu tanguntur. Quod Ioannes Apostolus pulchrè docet his verbis: si quis habuerit substantiam mundi, videat autem fratrem suum egere, & clauerit viscera tua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Et Paulus nos afflictis & captiuis condolere iubet, perinde ac si nos in illorum corpore affligeremur: & idem ἀσώγιστος, id est, eos qui à misericordia & cõmuni humanitatis sensu, deniq; ab affectionibus illis, quas natura nobis insitas esse diximus, alieni sunt inter nouissimorum temporum pestes numerat, à quibus sibi debeant cauere, qui pietatis veræ studio tenentur. 2. Tim. 3. cap.

1. Ioan. 3.

Hebr. 10.

2. Accedit.

Secundò accedit Samaritanus ad iacentem humi, & proprio sanguine foedatum neque præterit, sicuti Sacerdos & Leuita paulò antè fecerant. Atqui multa erant, quæ eum poterant reuocare. Nam cogitaret: Homo es peregrinus, & per gentem tibi tuusq; omnibus infestam iter facis, quis verò ille sit nescis, nec aliquis Iudæorum hucusq; illius aliquam rationem habuit. Quid ergo tu faceres, qui hîc absque manifesto periculo perire potes agere? Nam aut aliqui superuenient, qui, hunc abs te spoliatum & tam miserè tractatum esse suspicabuntur, teq; compræhensum ad iudices trahent, vbi facile fidem inueniet, quisquis aduersus Samaritanum aliquid dixerit, ac qui hunc aggressi sunt latrones fortè non procul absunt, & te quoque circa istius curam occupatam adorientur: & ita istum non seruabis, te autem in periculum conijcies. Quin ergo res tuas agis, & iter institutum persequeris? Hæc & multa alia huius generis homini cordato & prudenti, qualem hunc dominus describit, in mentem venire potuerunt. Sed nihil horum eum mouer, quò minus accedat, & infelicè illum propius inspiciat. Est ergò efficax veræ dilectionis affectus, nec in nuda aut otiosa commiseratione acquiescit: qualem in illis videmus, qui afflictis bene precantur, fausta & lata omnia optant, nihil autem præstant officij, quo subleuentur, aut ex quo aliquam capiant consolationem. De quibus Iacobus verè scribit: Quòd si frater aut soror nudi fuerint, & egentes quotidiano victu, dicat autem eis aliquis vestitum. Abite cum pace, calefcite, & saturamini: non tamen dederitis eis, quæ sunt necessaria corpori, quæ erit vtilitas, &c? Sunt hæc probè obseruanda, ne nobis ipsis imponamus, dū ultra frigidū & otiosum commiserationis temerè conceptæ affectū nō progredimur.

Iacob. 2.

3. Vulnere obligat.

Tertiò vulnera istius Samaritanus obligat, infuso prius vino & oleo, quæ sola secum habebat, neq; incommoda erant huic officio. Vino enim vulnerum cruor & sanies eluitur, oleum verò dolorem mitigat. Non igitur accessit modò ad saucium & seminecem, quod putauit ad vitam eius seruandam conducere, & quod in ista rerum angustia potius fidelissimè præstitit, & nec foedè hiantium vulnerum tabo aut sanie absterretur, quò minus officium faciat. Vbi rursus charitatis ingenium exprimitur, quæ vt òne periculum vitæ proximi salutem obire detrectet. Idèd Christus eius officia vq; ad pedum abluitionem extendit: & hæc causa est, quòd circa ægrotos & diutinis grauibusq; morbis detentos imprimis occupantur, quos diuinus ille charitatis ignis accendit. At delicatuli, & qui sibi solis natos putant, omnem aspectum foedum, omnem tetrum odorem sibi fugiendum censent, & magno cum fastidio ab ægrotantium visitatione abstinere. Peccatur in hoc plurimum ab ijs quoq; qui puriorem Euangelij doctrinam profitentur, si quando Deus lue aut peste peccata nostra punit. Tunc enim hac correptos, vel domi tanquam maleficos concludunt, vel ex proprijs ædibus, imò extra vrbs mœnia, eijciunt, & minacibus edictis prohibent, ne quis illos accedat, præter eos, qui huic ministerio destinati sunt. Itaq; frequenter accidit, vt nec coniuges, nec fratres, & sorores, sibi mutuo officium charitatis præstare possint, sed tunc ab se inuicem magno cum dolore diuellantur, quando imprimis sibi inuicem adesse debebant, ægroti autem hominibus ignotis, & ferè infamibus, committantur. Causa tum barbaræ crudelitatis est, quòd contagium quoddam fingunt, & sibi ipsi persuadent mox à peste eos eijam corripit, qui ex hac laborantes accedunt. Deinde pietatis prætextu impietatem istam excusant, & aiunt, non tentari debere Deum, id autem eos facere, qui ædes peste infectas ingrediantur: Nam id perinde esse, ac si quis sciens volens sese in incendium conijciat. Sed velim istos homines suæ professionis memipille, & rem diligentius expendere. Quod enim de contagio dicunt, exemplis manifestis con-

futari

furari potest, & scriptura pestilentiam sagittas Dei vocat, qui, quos vult, ferit, neque incertis ictibus grassatur. Et in Davidis historia Angelus domini populum percussisse dicitur, cum intra paucos dies multa millia hominum peste absumerentur. Mirum autem est Christianos homines non videre, quod gentium Poëte intellexerunt. Homerus certe pestem, in Græcorum castris grassantem describens, non contagium fingit cœcum, sed Apollinem inducit suis telis illos ferientem. Cœterum vt demus contagio luem hinc inde serpere, nihil tamen hoc quoque istorum inhumanitati patrociniabitur. Nam contagiosos quoque morbos per Dei prouidentiam gubernari fateantur oportet, nisi fortem nostram deteriolem esse velint, quàm passerculorum, quos absque Patris sui voluntate mori Christus negat. At alterum argumentum de non tentando Deo, respondemus, illos Dei præcepto abuti. Tentatur enim ille, quando absque eius vocatione, & iussu nos periculis non necessarijs obijcimus. Atqui Dei mandatum est, vt ægrotantibus, aut ex quocunq; morbo laborantibus (nec enim vllus nominatim excipitur præter lepram, de qua alias ob causas legem peculiarem Deus dedit) omne officium præstemus, & in scripturis commendantur, qui in hoc seduli sunt & diligentes. David certè dicit: Beatus qui prospicit ægrotis: in tempore aduerso eripiet eum Dominus. Dominus custodiet eum, valeditudinem restituet ei, &c. Et idem amicis perfidis atque impijs hoc tribuit, quod, cum ipse ex peste decumberet, procul constiterint, nimirum contagium veritum, Quid quod Christus in nouissimo die electis suis dicturus est: Ægrotus fui, & inuistis me? Ista Christianis hominibus sufficere debent, vt, quod Samaritanus iste in miseri illius vulneribus abluendis & obligandus fecit, ipsi erga omnes faciant, qui in morbis qualibuscunq; ipsorum officium requirunt.

Quartò in iumentum proprium imponit, & ipse pedes incedit. Deducit præterea in diuersorium, & illic eius curam ipse agit, ne quid aliorum negligentia peccetur. Postero autem die, cum ipsum negotia aliò vocarēt, hospiti eum diligentissimè commendat, pecuniam eius nomine largitur, & insuper fideiussorem sese sinit pro impensis, quas præterea facturus sit, Docent ista, quàm officiosa sit charitas, quam Paulus omnia sufferre, & omnia sustinere dicit. Quid enim iste non facit, quod Pater aliquis filio vnigenito, aut frater fratri charissimo in eiusmodi necessitate faceret? Non labori parcat, dum pedes iter facit, vt faucium hunc suo iumento vehat: neq; hoc sibi inhonestum aut indecorum esse putat, dum modò istius saluti consulatur. Sumptus quoq; facit, & in posterum quoque illi prospicit. Hæc autem omnia propter nos dici meminimus, cum Samaritanum hunc commune charitatis exemplum Christus proponat. Discamus ergo absq; omni personarum discrimine miseris & afflictis condolere iisdem opem ferre, & pro virili omnia præstare, quibus illos opus habere videmus. Sed vah quàm grauitè, & variè, hodiè aduersus hæc omnia peccatur. Iacent vbiq; locorum miseri, spoliati, & sauci: nec priuati modò homines sed totæ gentes periclitantur, Ecclesiæ florentissimæ vastantur, ouiculæ Christi exulant, multi nem viri illustres, infinitæ matronæ & virgines incertis sedibus oberrant. Sed paucos tangit commiserationis sensus, & pleriq; ista absq; gemitu spectant: pauciores verò accedunt, vt opè ferant, pleriq; autè optimè secum agi putant, si ipsi rerum securi, aliorum naufragia ex portu spectare possint. Prætexunt quidem illi multa, quibus sese excusent, sed proprijs exemplis conuincuntur, cum in alijs rebus neq; labori, neq; sumptui parcant, & pericula quoq; interdum subeant grauissima. Quid verò de illis dicemus, qui ex aliorum calamitatibus occasionem arripiunt res suas augendi? Ex horum numero sunt vsurarij avari, q; suis artibus miseros circumueniunt, & quod adhuc reliquum habet, eripiunt. Crudeliores his sunt milites mercenarij, qui dum publicæ Ecclesiarum vastationes fiunt, quasi opem laturo aduolant, interim verò absq; omni discrimine prædantur, neq; aliquod inhumanitatis genus omittunt. Et hic hodie quæstus vberimus, atq; honestissimus, putatur. Sed sentient omnes illi aliquando manum Domini, & suæ crudelitatis pœnas dabunt tunc, quando rebus suis optimè consultum arbitrantur. Vide Isa. 33.

Allegorias, quas hîc antiqui tractarunt, consultò prætermittimus, qd partim impiæ sunt, & ad euacuandâ gratiam Dei cõpositæ: partim ineptæ, & à Christi instituto alienæ. Prioris generis est, quod per infelicè illum seminecè humanâ naturam adumbrari dicunt, quam in Adamo vulneratam. CHRISTVS medicus restituerit. Atqui Adam serpenti morem gerens, non modò vulneratus & debilitatus, sed omnino mortuus est, sicuti fore DEVS prædixerat: Quacunq; hora ederis ex arbore ista, morte morieris. At isti vt liberum arbitrium tueantur, aliquas vires hominibus adhuc reliquas fuisse con-

Psal. 28. 91
2. Sam. 24.

Matth. 10.

Leuit. 13.

Psal. 41. 33.

Matth. 25.

4. Deducit
in hospitium.

1. cor. 13.

Allegoria

Gen. 2.

dicentes: *Iesu, Magister, miserere nostri. Et cum eos vidisset, dixit eis: profecti ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, ut inter eundem purgati sint. Vnus autem ex ipsis, ut vidit, se sanatum esse, reuertit, glorificans Deum voce magna. Et procidit in faciem, ad pedes eius, gratias ei agens: eratq; iste Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit: Nonne decem illi purgati sunt? nouem autem illi ubi sunt? Non sunt reperti qui redierunt, ut tribuerent gloriam Deo, nisi alienigena iste. Et dixit ei: Surge, & abi: Fides tua te seruauit.*



X ISTIS, QVAE LECTIONEM HVIVS EVANGELIJ

precedunt, apparet, Dominum nostrum Iesum Christum pulchre & grauer de fide, & eius virtute atque operibus siue effectis disseruisse. Docuit autem per illam ea confici, quae omnes hominis vires superant, eod quod corruptae naturae medetur, & omnem carnis sensum atque intellectum, vna cum affectibus & desiderijs nostris, obedientiae Dei, & verbi eius, subijcit. Ne quem vero praecleara illa & eximia fidei opera insolentiores facerent, neue quis loco fidei inane persuasionem animo conciperet, parabolam subiecit, qua omnium eorum officia complectitur, qui per fidem Dei serui facti sunt, simulque docet, nullam eos quoque glorandi occasionem habere, qui illa fidelissime faciunt. Quo enim merito superbire possunt, qui cum serui sint, ex debito omnia faciunt? Imo cum nos ex nobis ipsis Deo seruitium nullum praestare possimus, ei potius nos gratias agere debemus, quod nos seruorum loco habere dignatur. Est doctrina haec non tam utilis, quam necessaria cognitu, ideoque in scripturis passim repetitur, & eandem Christus in praesenti facto miraculoso illustrat atque confirmat. Historiam vero eius sic describit Lucas, ut eius multiplex usus nobis esse possit. Nam impura & infelix hominum conditio in decem leprosis aduertitur. Deinde medicus noster ostenditur Christus, qui ad se venientes purgat & seruat. Samaritani autem exemplo purgati docentur, quidnam ipsi Christo debeant: In reliquis vero nouem tam Iudaeis, quam alijs omnibus sua ingratitude exprobratur, qui Christi beneficium non agnoscunt, & libertate sua ad carnis otium fouendum abutuntur. Quae omnia ut rectius intelligamus, singulas historiae partes ex ordine inspicimus.

Doctrinam suam confirmat Christus miraculo.

Primum de tempore & loco Euangelista nos admonet, docens, quando & ubi hoc miraculum Christus fecerit: Nimirum, quando per mediam Samariam ex Galilaea Hierosolynam proficerebatur, ut illic seipsum pro mundi vita traderet. Est hoc magnum bonitatis argumentum, quam neque imminens dira mortis periculum neque probe nota hominum ingratitude, vincere potuit, quod minus promiscue omnibus beneficeret, & a Patre sibi creditam functionem in finem usque constanter obiret. Suo igitur exemplo confirmat, quod proximae parabolae, quae hodierni Euangelij verba sequitur, primum caput est, nos videlicet totum diem, id est omnem vitam ad extremum usque mortis artificium, in Dei vocatione laborare, & huic debitum obsequium praestare debere. Ad fidei vero confirmationem facit, quod salutem omnibus subinde offert, & tantum non inter indignissimos quaerit, quibus beneficiat. Indigni enim illo erant tam Iudaei quam Samaritani, ut alibi, data occasione, demonstraui.

↑
Indefesse Christi beneficentia.

Secundo eos producit Lucas, in quibus miraculum hoc fuit editum. Fuerunt autem inter decem viri leprosi, qui vicum quendam ingressuro occurrerunt. Atqui lepram legis transgressoribus dicit: percutiet te Deus ulcere Aegyptiaco, sicut scabie fluida, & scabie sicca, ita ut sanari non possis. Et singularia huius plagae exempla extant in Maria sorore Moysis, quae, quod contra hunc contumacius locuta esset, lepra a Domino percussa est: In Giezi item Helisaei famulo, & Vzia Rege, quorum hic propter arrogantem mutueris sacerdotalis usurpationem, ille vero, quod donis heri sui spiritualibus ad quaestum priuatum abuti vellet, leprosus factus est.

Leprosi 10. nostrae corruptionis typus.
Deut. 28. Num. 12.
2. Reg. 5. 15.

Verun-

DOMINICÆ XIII. POST TRINITAT.

Veruntamen in lepra naturæ etiam nostræ corruptionem adumbrari, & in lepro-
 sis nos omnes de miserabili & infelici generis humani conditione admoneri, certum est,
 ut alibi etiam diximus. Illa enim ex sanguine adusto & corrupto nascitur, & ideo per
 totum corpus serpendo membra depascitur, & faciem aspectu fœdam, torumque homi-
 nem anhelitu grauem, reddit, quæ causa est, quòd qui illa laborant, ab hominum con-
 fortijs & consuetudine exclusi seorsim vitam degunt. Atqui eadem peccati vis est, ea-
 demque omnium conditio, quibus illud imperat. Nam ex primis parentibus, quasi
 hereditario iure in nos propagatum, medullis & cordi nostro inhaeret, & ideo mox om-
 nes hominis facultates inficit, ut intellectus non percipiat ea, quæ sunt spiritus Dei, vo-
 luntas autem à diuinis & coelestibus abhorreat, totus denique homo cupiditatibus pes-
 simis inflammatus aestuet, & cogitationibus, partim iniustis partim fœdis diffusat. Itaque
 per totam hominis vitam malum hoc diffunditur, & in omnibus actionibus, quantum
 in speciem honestis, eius indicia apparet, quæ, ut Dei oculos offendunt, ita alijs quoque
 peccandi causam præbent, & alij alios suo exemplo inficiunt. Efectus autem omni-
 um est, quòd nisi Deus gratuita misericordia nobis succurrat, ab eius conspectu & Ec-
 clesia exclusi æternum perimus. De istis erga nos admoneri cogitemus, quoties lepro-
 si occurrunt. Sunt enim commune speculum, in quo nos Deus communem humanæ
 naturæ infelicitatem contemplari vult, ut eò studiosius salutis nostræ curam suscipiamus.

1. Cor. 2.

Cupientes ser-
 uari quid sa-
 cere debeant.

Merentur autem diligentiorum considerationem decem isti, quia suo exemplo
 mul docent, quid eos facere oporteat, qui peccati noxa liberari, & Ecclesiæ Dei restitui,
 cupiunt. Nam etsi nouem ex illis postea ingratitude peccent, principia tamen fidei
 egregia habuerunt, quæ minimè contemni debent, ideo, quòd non in finem vsque peri-
 seuerarunt. Id enim ipsorum leuitati tribuendum est, non fidei, quæ veris & proprijs
 indicijs sese exeruit: Ideoque, quid fecerint, probè est obseruandum.

Gen. 3.

Primum est, quòd morbum suum, & eius vim, rectè agnouerunt: Patet hoc ex eo,
 quòd salutem tam sedulo & anxie quæsiuerunt. Est hic primus ad salutem gradus. Ut
 enim qui morbum non agnoscunt, sed dissimulant, ijdem neque medicum, neque reme-
 dium vllum, admittunt: Ita quòd nos peccatores esse non intelligimus, imò nos tales esse
 dissimulamus, vel etiam aperte negamus, salutis studium in nobis locum habere non
 potest. Quia verò vitium illud nobis commune est, ut (quod olim primi parentes fece-
 runt) perizomata quæramus, quibus turpitudine nostra regatur, ideo legis speculum inui-
 tis Deus obijcit, ut in illo nosmetipsos contemplemur, & peccatorum tentu coacti de sa-
 lute nostra seridè cogitemus.

Matth. 23.

Deinde ad solum Christum decem illi contendunt, de cuius bonitate, virtute, &
 miraculis, haud dubiè multa audierant. Est hoc euidens fidei argumentum, quam
 ex auditu illo conceperunt. Nisi enim bonitatis & virtutis Christi fiducia animos illo-
 rum confirmauisset, numquam apud illum quæsituri fuissent, quod nulla hominum in-
 dustria dari posse sciebant. Hic ergo nobis quoque sufficiat, neq; de eius vel potentia,
 vel benefica erga nos voluntate, dubitemus, cum dilectus ille sit Dei filius, cui omnis po-
 testas in cœlo & in terrâ data est, & qui, ut nos Patri suo reconciliaret, in mundum ve-
 nit, atque salutis nostræ causa inopiam, labores omnis generis, & mortem infamem, sus-
 tinuit. Et cum ista solus ille pro nobis fecerit, vehementer errant, qui salutem alibi
 quærunt.

Leuit. 12.

Tertiò leprosi illi procul stetitisse dicuntur, & in altum sublata voce clamauisse: Iesu
 Magister miserere nostri. Procul steterunt, ne quid in Dei legem peccarent, qua expres-
 sè cautum erat, ut leprosi non solum separarentur, verum etiam morbum suum habitu
 & voce profiterentur, si quando in publicum prodibant, ut minus esset ab illis pericul-
 Ita enim apud Mosem Deus loquitur: Leprosus, in quo fuerit macula, huius vestimen-
 ta lacera sunt, & caput eius nudum, mentum verò superum tegat, & clamet: immundus,
 immundus. Huius ergo memores non temerè aut impudenter sese in Christi conspo-
 ctum, & confertissimam illam hominum turbam, ingerunt, quæ ipsum comitabantur.
 Ita verò non obscure ostendunt, se nequaquam ex eorum numero esse, quos calamitas
 impudenter facit, & qui suos morbos quibusuis affricare cupiunt, ut plures suæ miseria
 socios habeant.

Pulchrè autem in his declaratur fidei ingenium. Et hæc certè & constans miseri-
 cordiæ Dei fiducia per Christum. Firmiter ergo credit, illum nobis propitium fore:
 Attamen non procax est aut impudens, sed modesta & humilis. Nec enim propitius
 infirmis

infirmis & imperfectionis immemores facit: Sed potius huius agnitionem in nobis auget, quæ humilitatis extremæ causa est. Exemplum in Dauide habemus, qui cum multitudinem miserationum sibi apud Deum repositam esse firmiter crederet, clamat tamen: Transgressiones meas agnosco, & peccatum meum assidue mihi obuersatur. Item: En ego in iniquitate formatus sum, & in peccato concepit me mater mea. Et huius generis multa in scripturis occurrunt. Non impedit autem ista animorum contestatio inuocationem diuinæ misericordiæ. Quia enim fides de ea dubitare non potest, excitat humiliatos illos & contritos animos, vt clamant: Iesu Magister miserere nostri. Domine propitius esto mihi peccatori. Miserere mei secundum misericordiam tuam, secundum multitudinem miserationum tuarum dele peccata mea. Ex quibus apparet, à fide adhuc nimium alienos esse, quos propriæ dignitatis aut iustitiæ fiducia inflat, & quibus ridiculum videtur ad solius misericordiæ Dei thronum confugere, nulla proprii meriti, aut nostrarum satisfactionum, mentione facta.

Psal. 51.

Luc. 18.

Sed ad Christum accedamus, qui istorum fidem miraculo publico comprobauit. Nam mox ad sacerdotes abire iubet, vt se illis ostendant. Ita verò purgationis aut sanationis spem illis facit, vel potius illam aperte pollicetur. Nam, vt ex lege Dei constat, sacerdotibus in leprosum diuinitus mandata erat, vt penes illos esset lepra infectos excludere, mundos item a se in leprosum conuersionem admittere. Institutum huius causa fuit, quod, qui corporis immunditia laborabant, à facie bernaculi communionem excluderentur. Quia ergo ista exclusio proprie ad sacerdotes pertinebat, horum etiam fuit de lepra, & eius purgatione, iudicare.

Leprosi ad sacerdotes mittuntur.
Leuit. 14.

Voluit autem Christus abs se mundatos ad sacerdotes remittere, primùm, ne quis leges publicas ab ipso turbari diceret: Deinde vt gratitudinis erga Deum admoneret eos, qui tantum beneficium acceperant (Iubebantur enim ijdem sacrificia gratulatoria Deo offerre) Tertio, vt sacerdotes proprio testimonio conuincerentur, si ipsum Messiam aut humani generis Seruatorem esse negarent. Qua fronte enim id negare poterant, qui prius tam multos eius virtute à lepra mundatos esse, publicè testati fuerant? Nihil ergo facit locus iste pro aduersarijs nostris, qui confessionem auricularem ex eo eliciunt. Christus enim non leprosos sacerdotibus transmisit, vt horum ministerio purgantur: sed iam purgatos, propter ciuilem ordinem, illorum testimonio ciuitatibus, & hominum consortio, restitui voluit. Et, si omnino hinc aliquis allegoriæ locus est, non alia hinc elici poterit, quàm quod abs se institutum Ecclesiæ ministerium confirmat. Quia enim fidem hominum non à signis, quæ interdum ab impostoribus quoque fiunt, pendere oportet, sed eandem verbo Dei confirmari atque gubernari necesse est, non possunt neque debent Ecclesiæ ministerium contemnere, qui fidei fructum aliquem iam perceperunt. Confutatur ergo hinc eorum contumacia, qui cum fide in Christum, & propter illam peccatorum quoque remissione, & salute certa, gloriantur, coetus tamen sacros, vnà cum concionibus verbi Dei, & omnibus alijs Ecclesiæ exercitijs, fastidiunt.

Cur Christus à se mundatos ad sacerdotes remittat.
Leuit. 14.

Caterùm, quia de his sæpe aliàs data occasione dicitur, ad leprosos istos reuertamur, qui, accepto Christi mandato, mox abierunt, vt sese sacerdotibus ostenderent. Est hoc nouum fidei non vulgaris argumentum. Nec enim adhuc purgati erant, sed facies & corpora ipsorum adhuc scabies foeda occupabat. Abeunt tamen, sic iubente Christo, vt sese pro purgatis & mundis ostendant apud eos, quorum hostiles in illum animos non poterant ignorare. Vnde verò hoc? Nimirum, quod ex verbis eius spem salutis certam concepissent, neque dubitarent se plenè purgatos fore, priusquam in sacerdotum conspectum venirent. Hinc ergo obedientia illa secuta est, qua omnes raptores contempserunt, quas caro obijcere poterat, quò minus temerè obediendo seiplos omnium ludibrio exponerent. Nec defuit successus tantæ fidei. Nam inter eundem purgati sunt. Excitemur ergo huius exempli consideratione, vt neque de promissionibus Dei, neque mandatis eius, dubitemus. Qui enim veritas ipse est, promittendo neminem ludificat aut fallit. Et cum idem nobis optimè consultum velit, adhuc possit etiam præstare, quacunque pollicetur, non est periculum, ne quis ludibrium fiat, qui se totum ei subiecerit per fidei obedientiam.

Leprosi Christo ex fide obediunt.

Ioan. 14.

Finis miraculorum Christi.

DOMINICÆ XIII. POST TRINITATIS.

re ipsa testaretur, se verè eum esse, quem se esse docebat. Ideo apud Ioannem cap. 5. & 10. Iudæis dixit: Opera, quæ dedit mihi Pater, vt ea perficerem, ipsa (inquam) opera Patris mei, nolite credere mihi: Sin verò facio, etamsi mihi non credatis, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quòd Pater in me est, & ego in eo. Nec tamen nota sunt doctrinæ testimonia Christi miracula, sed exempla quoque & sigilla sunt promissionum Euangelij, quibus fidem nostram debemus confirmare, ne dubitemus, illam eadem bonitate, qua olim erga se inuocantes vsus est, nobis quoque opem laturum esse, si illam fide non fucata petamus. Itaque vt morbi omnis generis, inopia, fames, bella, seditiones, pestilentia, mors, & quæcunq; aliæ afflictiones nos in huius vitæ palestra exercent, nos de peccato, naturæ nostræ vitiositate, & ira Dei, admonent: Ita quoties Iesum Christum morbos miraculosè depulisse, aut ex alijs periculis suos seruauisse, audimus aut legimus, illum nobis à Deo datum aut missum esse credamus, vt peccato abolito mortis imperium frangeret, & nos Patri reconciliaret. Et prodest miraculosas morborum incurabilium sanationes, quæ olim ab illo factæ sunt, diligentius inspicere, vt ex illis fiduciã certam concipiamus, Christum tam nobis priuatim, quàm toti Ecclesiæ salutem afferre posse, quando res in extremas angustias deuenerunt, vt nulla in humanis spes salutis sit reliqua.

...orum in
gratitudo,

... vt pergamus in historia, quid leprosi illi fecerunt, quando inter eundem purgati sunt? Nouem illi, qui omnes ex Iudæorum gente erant, ad sacerdotes pergunt, & Christi tantum non oblitu pro tanto beneficio gratias ei agunt nullas. Vnus solus quem Samaritanum fuisse Lucas scribit, vt primùm se sanatum vidit, mox ex itinere reuersus clara voce Deum glorificat, & ad Christi pedes procidens gratias illi agit, quàm potest maximas. Ita verò Iudæorum ingratitude adumbratur, fore nimirum, vt quamuis salutem ipsis quoque Dei Filius offerat, pauci tamen futuri sint, qui eius beneficium agnoscant, sed plerosque sacerdotio & cultui Mosaico addictos fore, vt propriæ iustitiæ fiducia grauiam Dei & Christi meritum obscurent. Quod quanta pertinacia fecerint, Actorum liber, & Apostolorum scripta, prolixè indicant. Fuit autem hæc repudiij illorum causa, vt abrupto fœderis cum Abrahamo initi vinculo, Deus gratiam suam ad gentes transtulerit, ipsi verò cum Christo, quæ recipere dedignati sunt, templum quoque sacerdotum & totum illum cultum amiserint, quem & cum fortunatum omnium, imò corporum quoque & animarum, iactura non minus impiè, quàm pertinaciter, defendere satagerunt.

Ingratitudo
communis omnium.

Exhibetur præterea hîc generale exemplum cæcitatæ & infirmitatis nostræ, qua fit, vt pauci se Deo pro acceptis beneficijs gratos præbeant, plerique autem, postquam ex periculis & afflictionibus liberati sunt, Dei obliuiscantur, & relabuntur in ea ipsa scelera, quæ prius ipsis afflictionum causa fuerunt. Vt enim morborum diuturnitas, inopia, fames, oppressio, & extrema quæque pericula, nos excitant, vt Deum opem imploremus, ei obedientiam, & omnia nostra, voueamus: Ita prosperior ualitudine, diuitiæ, saturitas, libertas, & felix consiliorum nostrorum successus, Dei immemores, adhuc securos, & ingratos, reddunt, denique causa sunt, vt in priora scelera relabamur, vel etiam quotidie proficiamus in peius. Exemplum huius vitij non semel Israëlita dederunt, qui, quoties in deserto grauius puniti sunt, Dei opem implorare, peccata confiteri, Mosi supplices fieri, solebant: Liberati autem semper ad contumaciam & murmura redierunt. Quod ipsum illos postea quoque Iudicium temporibus factitauisse constat. Faciunt idem multi priuatim. Saul certè, toties liberatus à Deo, semper relapsus est, & peccata accumulauit. Et vt ad vulgaria descendamus, quotus quisque est, qui post messem & vindemiam factam, aut ex morbo restitutus, ad Deum reuertatur, & huic ex animo gratias agat? Est autem vitium hoc etiam hominum iudicio detestabile, & ferè vindictæ desiderio accenduntur, qui ab ingratis se toties falli sentiunt. Quoties autem magis Deum tales abominari putabimus, qui præter gratiarum actionem nihil à nobis pro maximis beneficijs requirit?

Exod. 32.
Num. 21. 25.

Jud. 3. 4. 6.
1. Sam. 17. 2.

Christus Iudæis
is ingratis
nem exprobrat.

Christus certè, etsi mansuetudine & bonitate omnes vincat, quotquot vnquam in terris visi sunt, in præsentem tamen non dissimulat, sibi nouem illorum ingratitude quàm maximè displicere. Nam non sine acerba illius exprobratione ait: Nonne decem illi purgati sunt? Nouem autem illi ubi sunt? Non sunt reperi quæ

redierint, vt tribuerent gloriam Deo, nisi alienigena iste. Quæ verba sic ab illo pronuntiantur, vt tam nouem illis, quàm toti Iudæorum Genti ingratitude exprobrer, & quas merebantur, pœnas denuntiet. Alienigenam enim nominat, vt in nouem illis reuocet singularem Dei gratiam, qui ipsorum Patres, præteritis omnibus alijs gentibus, sibi delegerat, vt ex illis progenitum populum sibi peculium faceret, & inter illos constitueret regnum illud sacerdotale, ex quo totius mundi salus dependebat. Et vt nouem istorum ingratitude clarius, & non sine gentis totius ignominia eluxit in Samaritani exemplo: Ita non multò post illustrior, imò execrabilior, facta est, Iudæorum pertinacia & improbitas, qui fide & pietate à gentibus prophanis, & à Repub. Israëlitis hucusq; exclusis, se vinci passi sunt.

Porro addit Christus in præsentis breue dictum, quo causas salutis simul atq; *Samaritanus* perditionis aperte satis indicat. Nam ad Samaritanum conuersus, dicit ei: Surge, & *à nouem illis* abi, fides tua te seruauit. Surgere iubet, & abire, vt mentem magnitudine beneficii distinguat, accepti, & digna eius æstimatione delectam, erigat atque confirmet. Rursus verò, vt, quod hic factum erat, multorum institutioni seruiret, addit: Fides tua te seruauit. Annon verò (inquis) de alijs nouem idem dici poterat, qui & ipsi crediderunt, & ex lepra seruati sunt? Sed obseruari debet, Christum hîc de totius hominis, id est, de corporis simul & animæ salute loqui, & proinde Samaritani huius fidem ab aliorum fide distinguere. Etenim decem illos omnes Christo credidisse supra verè diximus; neque id aliquis negauerit, qui effectus fidei obseruauit, quibus eam non obsecrè declarauerunt. In eo autem differunt, quòd nouem fides euauit, vbi se sanitati restitutos esse viderunt, & proinde Christo sibi non adeo in posterum opus fore putarunt. Samaritanus autem cum fide perseverantiam coniunxit. Vnde apparet, eius fidem non in otiosa virtutis Christi prædicatione, aut eiusdem miraculis, sed in Spiritu regenerationis, fuisse fundatam, qui illum mouit, vt acceptum à Christo beneficium dignè æstimaret, & sui officij esse intelligeret, se totum illis consecrare, & vitam omnem ad eius gloriam celebrandam instituere. Itaque priores quidem illi corporis salutem temporariam ex fide sua, quæ & ipsa temporaria & euauida fuit, restituerunt: Samaritanus autem corpore simul & anima seruatus est, quia per fidei constantiam in eo perseverauit, in quo totius hominis salus habetur. Vnde colligitur, externa beneficia Christi sæpe hypocritis quoque, & temporarijs illis, conferri, quos Christus Dominus in sementis parabola *προσκυψῶς* vocat, eò quòd pro temporis ratione, & prout ipsis commodum videtur, fidem aut profitentur, aut dissimulant: *Matth. 13.* Illa ipsa autem ad animarum salutem ijs solis adiumento esse, qui fide viuam & constantem ea excipiunt, & se Deo gratos præbent, adeo, vt se totos huic sistant viuentem hostiam, neque vllis rationibus se ab ea patiantur diuelli.

Hic ergo nobis totius historiarum vsus esto, vt primò quidem nos natura miseros & infelices, adeoque in Dei conspectu leprosozum instar esse agnoscamus: Deinde nouem Iesu Christo collocemus, & ab eo salutem petamus. Postremò, eius beneficio seruati, gratias illi agamus, imò ita nos ei mancipemus, vt ipsi soli & viuamus, & moriamur. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ DECEM LEPROSORVM,

inter quos solus Samaritanus fuit gratus. Luc. 17.

Cap. Precatio.

NOS quoq; lepram nostra natura (ò Domine Iesu Christe) dolentes agnosimus: Et infatetur: Sed simul ad te medicum, ex celo missum, rauam nostram vocem attollimus, te fide, languida quidem, fide tamen, intuentes, & clamantes, Iesu Preceptor miserere nostri, inuocamus. Ablegas tu tuos agrotos in hac vita ad ministerium, in quo sonat vox de sanatione eorum, qui ad te conuertuntur. Tu iuuua nos, vt in ista via, & in hoc vita curriculo, vera fide apprahendamus tuum beneficium: Et tu, qui factus es victima & sanguinem sudisti, vt ex illius conspersione anima nostra à primi peccati macula eluatur.

luatur, & ut inferti tuo corpori uiuamus, & liberi dimittamur: Facito etiam, ut hæc bona grato animo retineamus: Non imitemur partem generis humani damnatam, quæ denuo spernit tuum beneficium, & seducta à Diabolo, & impijs doctoribus, in te est ingrata, & ad te non redit: Sed simus grati ciues Samaria, procidamus ante pedes tuos, & tibi gloriam redemptionis nostri tribuamus, qui es misericors opitulator & Saluator omnium, qui à te petunt auxilium, Amen.

DOMINICA XV. POST TRINITAT. EVANGELIUM

MATH. VI. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Lucerna corporis est oculus: Itaque si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Quod si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen, quod est in te, tenebrae sunt, ipsa tenebrae quanta? Nemo potest duobus Dominis seruire: Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: Aut uni adhaerebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & Mammonæ.

1. Tim. 6.



QUONIAM OPVM HVIVS SECVLI CVPI-
ditas, quæ vulgò auaritia dicitur, omnibus hominibus innata, eademque (teste Apostolo) omnium malorum siue scelerum radix est, Dominus noster IESVS CHRISTVS non temerè suos discipulos aduersus hæc admodum diligenter instituit. Summa doctrinæ eius est, ne nobis thesauros in terris hæce, sed in cælo, paremus, id est, ut de cælestium bonorum possessione potius, quàm de terrenis, simus solliciti. Et ut hoc nobis persuadeat, argumenta adducit valida, quæ nemo facile contemserit, qui aut mentis sanæ compos est, aut non omnem pietatis sensum exiit.

Primum est, quòd terrenæ opes per se caducæ & fluxæ, adhæc infinitis casibus obnoxia sunt, ut nunquam satis tutò possint custodiri. Alterum, quòd, qui illas sibi thesaurum faciunt, corde suo à Deo recedant, & proinde de salute æterna periclitentur. Ita enim natura comparatum est, ut cor hominis totum circa ea occupetur, in quibus suam felicitatem, siue summum bonum, consistere sibi persuasit. Qui ergo hoc in opum affluentia constituunt, iidem his addicti, cor ad cælestia atollere non possunt, & proinde horum iacturam faciunt. At quia hoc auaris non facile persuadetur, duobus argumentis grauissimis confirmat.

Oculus lucerna corporis.

Primum simili constat, quò docet quàm grauis & perniciosà sit auaritiæ noxa, qua mens ipsa excæcatur, ut diuina neque intelligat, neque concupiscat. Lucerna corporis est, id est, oculus toti corpori præluceat, & omnium membrorum actiones regat, quæ moderatur. Itaque si ille simplex, id est, sanus & integer fuerit, totum corpus lucidum erit, ut singula membra officio suo rectè possint defungi. Quòd si verò oculus tuus malus siue viciosus aut luciosus fuerit, ut radios visus vel haberes nimium, vel distortos, emittat, totum corpus cum reliquis membris tenebrosum erit. Idque argumento à comparatis probat: Si quòd in te est lumen, id est, si quòd tibi lucernæ aut luminis loco esse debebat, tenebrosum & cæcum est, quàm densæ & profundæ erunt tenebræ ipsæ, id est, quàm maior & incurabilior erit membrorum aliorum cæcitas, quæ Deus cæca creauit, ut suam lucem aliunde accipiant? Hæc prior similitudinis pars est, cui altera opponi debuerat, quæ illam præsentis instituto applicaret: sed quia hanc quiuis ex præcedenti

cedenti colligere potest, à Christo omittitur, qui de hac re diligentius cogitandi occasionem nobis præbere voluit, ut quod de corpore hominis & oculis dixit, nos ad internorem hominem referamus.

Etenim per corpus altiori sensu hominem animale cum suis naturalibus facultatibus atque desiderijs intelligit: per oculum verò potiorem hominis partem, cor nimirum, siue mentem & intellectum, denotat, in qua Deus aliquas lucis scintillas reliquit, quæ actionibus nostris præluceat, easque moderetur. Sensus ergo verborum hic est: Quemadmodum totum corpus cum suis membris cæcum est, solus autem oculus instar lucernæ his omnibus præluceat. Ita homo animalis totus, qualis in peccato concipitur, & nascitur, cæcus est, neque quoad carnis sensum quicquam videt, sed cæcis & incertis desiderijs atque consilijs ducitur: in solo corde siue mente scintilla quædam melioris rationis reliqua est, aliqua nimirum veri noticia, discriminem item aliquod boni & mali, utque nobis bene esse velimus mentis inclinatio: & hic hominis interni & actionum eius omnium oculus siue lucerna est. Ut igitur oculus corporis, si sanus sit, membrum omnibus lucem præbet, è contra si ille auferatur, aut vitio aliquo corrumpatur, totum corpus in tenebris hæret, membra singula offendunt, neque officium facere possunt: ita si mentis siue cordis oculus simplex & integer fuerit, ut nimirum cœlestibus intentus ea, quæ Dei sunt, curet, & in hunc respiciat, totus homo rectè habebit, nec facile à veritatis & salutis tramite aberrabit: sin verò terrenarum rerum desiderio & carnis affectionibus corrumpatur, ut à Deo deflectat, mox totum hominem in exitiales tenebras abripiet. Etenim, si mens, quæ lucerna esse debebat, cæcutiat, & tenebris immerla hæreat, quid de carnis sensu & affectionibus, quæ nobis cum beluis communerunt, fiet? quomodo item exitium homo euitabit, si absq; luce in mundi tenebris incertus vagetur? Atqui corrumpitur & obscuratur cordis oculus, ut primum illud diuitijs huius seculi sese addixerit, ut has suum thesaurum & summum bonum esse existimet, itaq; quam cara nobis est animæ nostræ salus, tam serio, ne illud fiat, cauere debet.

Mens oculus
interni hominis.

Admonet ergò locus hic, mentis hominis præcipuam curam esse habendam, ut nimirum hæc sana sit, & quotidiana illuminatione oculus eius illustretur. Nam etsi in Adami lapsu ex gratuita Dei misericordia intellectui aliqua facultas manserit, eadem tamen, nisi diuinitus illuminetur, non percipit quæ sunt Spiritus Dei: Et ut oculi organum quidem sunt visus, videre autem non possunt noctu, neque, aërs per nebulas obscurato, suos radios longius protendere possunt: ita neque mens nostra, quæ Dei sunt, intelligit, quoad Satan huius mundi tenebras, & caro suorum affectuum nebulas, nobis offundit. Has ergo luce cœlesti discuti oportet, quæ non alia est, quam ipse Christus, qui in Euangelio clamat: Ego sum lux illa mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Offert hic se se animis nostris per verbum, percipitur autem fide, quæ medium est, quæ nos Christi participes reddit. Fidem ergò nobis commendat, quæ sola mentem illuminat, ut inoffenso pede per huius mundi tenebras ambulemus, & quoad huius loci argumentum, ne mentis oculos diuitiarum splendor nobis perstringat. Etenim qui fidei lucem sequuntur, ij facile vident, quam instabilis & infelix sit illarum conditio, & quantum eis præstent æterna bona, quæ nobis suo merito Christus in cœlis acquisiuit: Itaque animum illuc attollunt, ut ijs frui atque gaudere possint. Ex his apparet, quæ causa sit, quod hodie plerique cæcutiunt, & non solum per superstitiones varias vagantur, & errant, verumetiam ad avaritiæ scopulum subinde impingunt, & quamvis quotidie tristibus exemplis discant, quam periculosus & lubricus sit diuitum huius seculi status, tamen terrena cœlestibus, inde mentis oculum lusciosum habent, neque Euangelij lucem admittunt, quæ sola huic malo mederi poterat. Nam etsi audiant interdum, & verbi semen in corda usque penetret, non tamen serio rem agunt, & semen illud diuitiarum spinis suffocari patiuntur. Hinc fit, quod vel sub Euangelij prætextu vitam viuunt Christianis hominibus indignam, vel lucri maioris spe inescati fidem abnegent, & aut ipsi reliquæ CHRISTI Ecclesia ad eius hostes transeant, aut filias suas contra Dei leges nuptui dent in fidelibus, inter quos neque fidem Christianam profiteri, neque DEO cultum debitum præstare illis licet.

Mens illuminatio
quotidiana opus
habet.

1. Cor. 2.

Ioan. 8.

Matt. 13.

Luc. 8.

Deut. 7.

Magistratus
& doctores
sunt oculi ple-
bis.
Ezech. 3.

Exod. 18 et 23.
Deut. 16.

Isai 56. 57.
Ezech. 33.
Amos. 9.

At si vnusquisque priuatim cauere debet, ne cordis oculum auaritiæ fascino ex-
cæcari sinat, quanto magis hoc illis cauendum fuerit, qui in publico constituti, vt oculi
& lucernæ alijs debent præluce-? De magistratibus & Ecclesiæ ministris loquor, quo-
rum est, vt, speculatorum instar, pro publica totius populi salute excubent. De his
enim verissime dici potest, quod in præsentis Christus pronuntiat: Si qui oculorum &
luminum loco sunt, tenebræ sunt, quàm densæ, quàmque horribiles erunt tenebræ
populi, quas illi suo fulgore debebant discutere? Si cæcorum duces ipsi cæcutiunt, quàm
grauis & noxia erit eorum, qui ab his ducuntur, cæcitas? Vidit hoc Iethro, qui in iu-
dicum confessum eos adoptari voluit, qui auaritiæ odissent: nimirum, quod sciret a-
uaros munera captare, quæ oculos sapientum excæcant, & causas iustas peruerunt.
Et Prophetæ passim in principum atque sacerdotum auaritiæ grauius inuehantur.
Nec dubium est, quod Christus, qui Phariseorum & sacerdotum auaritiæ alibi acerri-
mè insectatur, etsi hoc loco generalem doctrinam proponat, præ alijs tamen voluerit
huius probè memores esse discipulos suos priuatos, quos, vt aliquando lucerna mundi
essent, elegerat. Quantum enim sibiipsis & Ecclesiæ noceant auari antistites, infelix lu-
dæ proditoris casus docet, & posteris temporibus orbis Christianus experitur, cum
quando Episcoporum auaritiæ religionem quæstum fecit, & salutis doctrinam corrupit,
fidem denique Christianam Iudæis & Turcis deridendam propinavit. Quod Paulus
præuidens *αὐτοχρηστέως*, id est, turpis lucri cupidos ad Ecclesiæ gubernacula admit-
tere vetat. 1. Tim. 3. cap.

Nemo potest
Deo & auari-
tiæ seruire.

Sed vt ad præsentis loci tractationem reuertamur, responsant hîc nonnulli: E-
nimuero me rei domesticæ studiosum esse, & eò anniti, fateor, vt opes congeram: quod
autem propterea corde non recto sim erga Deum, nunquam fatebor: manet enim apud
me oculi simplicitas, & mens mea vni Deo indiuisè nititur, neque fidei veræ li-
cernam in meo corde vnquam extinguere sinam, &c. Ita sibiipsis in omnibus ferè scela-
ribus delicias faciunt homines, & præ alijs auari, quod hoc malum (vt initio monui-
mus) omnibus commune sit, & paucos inuenire liceat, qui occasionibus ditescendi
qualibuscunq; oblati non vrantur. Sed omnibus his grauius occurrit Dominus, di-
cens: Nemo potest duobus Dominus seruire. Est hæc generalis gnome, quæ tunc apud
omnes in vsu fuisse videtur, & argumentum continet à pugnantibus: quia de Domi-
nis diuersa volentibus, & inter se dissidentibus, hîc sermo est. Etenim si sint duo heri-
torum eadem mens & voluntas est, quique vnâ simul habitent, vtrique aliquis ser-
uire & gratificari poterit: At, diuersa volentibus ac iubentibus seruire, impossibile
est. Idque probat Dominus, cum dicit: Aut enim vnum habebit odio, & alterum di-
liget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Nam ea est affectuum ratio, vt in par-
tes diuersas & inter se pugnautes non possint distrahi, & imprimis amor pugnantia non
potest simul complecti. Imò, vt demus, seruum eiusmodi neutrum ex suis heris odisse,
vtrique tamen gratificari non potest, & dum vni obsequium præstat, alter sua iustia con-
temni, & illud in suum odium fieri interpretabitur. Id verò Christus instituto suo ac-
commodans infert: Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Mammona Syriaco
sermone diuitias dicit, D. Hieronymus annotauit: & D. Augustinus punica lingua,
quæ Hebrææ aut Syriacæ affinis est, lucrum Mammon nuncupari scribit. In præsentis
autem diuitijs vel auaritiæ per prosopopæiam Dominus personam affingit, vt auarorum
ingenio & moribus sese accommodet, qui illas sibi Deum faciunt, dum in ijs spem &
fiduciam collocant: quo nomine Paulus auaritiæ idololatriam esse ait. Coloss. 3. Ca-
pite.

Deus & Mam-
mon dissident.
Exod. 20.
Deu. 6.
Isai. 42.
1. Cor. 8.

Cæterum totius argumenti ratio in eo consistit, quod Deus & Mammon dissident
ingenio, voluntate, præceptis, & effectis. Etenim vt Deus vnus est, ita fortis zelotes
est, seque vnus ex toto corde & tota anima diligi, timeri, & coli vult: vt qui solus etiam
est Dominus, qui omnia creauit, omnia regit, omnia seruat, solus item nos redemit:
quam gloriam (vt apud Isaiam testatur) nemini communicat. Nam qui præter hunc
dij & Domini dicuntur, reuera nulli sunt. (Paulo Apostolo teste) & omne illorum nu-
men, siue Dominium, ex falsa hominum, qui tales sibi finxerunt, opinione dependet:
Hinc fit, vt Mammon admissus cor hominis sibi vendicat, & qui huic seruire semel in an-
imum induxerunt, ij non solum Deum, sed simul opes diligunt: non soli Deo, sed simul opes
bus fidunt, Imò Deo nos totos sibi vendicante, Diabolus per Mammona suggerit. Si tu Deo
fidere & hunc audire velis, nunquã re facies, sed potius, quæ iam pridè acquisiisti, amittes.
Quia

Quin ergo me audis, mihi seruis, adeoque coram me prosterneris, qui meos cultores diuitijs & honoribus soleo beatos facere? Deus item per Filium suum, vt nobis thesaurum in caelo recondamus, iubet: Mammon, vt in terra nobis prospiciamus, praecipit. Deus, proximum diligere, & inopes atque egenos iuuare, docet: Mammon vicissim clamat: Tu tibi proximus esto. Deus, ne aliena concupiscamus, neue aliquem defraudemus, prohibet: Mammon illicita alienarum opum cupiditate animos accendit, & simul manus ad fraudes, furta, rapinas, armat. Deus verbi sui studium commendat, concordiam suadet, conscientijs pacem conciliat, in fide constantes, in vita vero & moribus temperantes, sobrios, & modestos, facit: At Mammon a Dei verbo mentes auocat, semen eius in cordibus extinguit, lites serit inter fratres, conscientias turbat, fidei abnegatores, adhuc insolentes, superbos, & intemperantes, reddit. Verissimè ergo **CHRISTVS** pronuntiat: Non potestis Deo seruire & Mammonæ: & hoc dicto auarorum hominum Sophisticam confutat, qui Deo fucum fieri posse arbitrantur, & huic ita seruiunt, vt simul meliorem sui partem diuitijs, & harum studio immodico, habeant mancipatam.

At ne quis Anabaptistico Spiritu deceptus, ex hoc Christi pronuntiato, omnes diuites temerè damnandi occasionem arripiat, non osecitanter obseruari debet, illum non simpliciter de diuitibus, sed de ijs loqui, qui diuitijs aut Mammonæ seruiunt. Etenim differunt inter se, diuitem esse, & diuitijs seruire: Diuitias possidere, & a diuitijs possidere. Diues fuit Abraham, & opes sanè ingentes possedit: at his illum nequaquam seruicanti mox paruit, & quod postea iurgijs inter suos & Lothi serulos exortis, ipse quamuis arate, dignitate, & potentia, maior esset, huic tamen cedere non sit dedignatus. Eadem fuit Iobi conditio, quem opulentissimum fuisse legimus: sed eundem opibus suis non seruiliter addictum fuisse constat, quando cum tot calamitatibus coniunctam omnium fortunarum iacturam non solùm patienter, verumetiam cum benedictione & gratiarum actione excedit. Idem de Iosepho Arimathæo dici potest, cui diuitiæ non obstiterunt, quò minus, cessantibus omnibus Christi discipulis, huius corpus honorificè sepeliri curaret. Hos quotquot imitantur, eos huius loci sententia minimè damnat. Nec enim diuitias, vt serui custodiunt, sed vt Domini illas distribuunt, & iisdem rectè vtuntur.

Debet autem hinc præterea generalis doctrina peti. Nam quod de Mammona dicitur, ad omnia transferri debet, quæ nos a Deo & eius obsequio auocant, siquidem omnium eadem est ratio, vt illis simul & Deo nemo seruire possit. Meminerint ergo huic dicti, qui idola colunt, & simul Dei cultores dici & haberi volunt. His enim ex Christi Spiritu Paulus dicit: Quæ consensus templo Dei cum simulacris? Et iam olim Elias: Viquequò claudicatis in vtrumque latus? Idem sibi applicent scortatores. Quia enim hi corpus suum, quod Spiritus sancti templum, & Christi membrum est, in scorti membrum conuertunt, eo ipso in Christum peccant, & ab huius corpore sese separant. Ita ebriosi, qui se totos Baccho mancipant, milites item mercenarij & homicidæ, qui Marti ac Bellonæ nomen dederunt, Deo, qui est charitas, minimè seruiunt. Quid Deum dicere? Imò constat, tales ne patriæ quidem communi fideles esse, neque propriam libertatem tueri, sed seipsum simul & hanc prostituere. Poterat hæc doctrina latissimè diduci, sed sufficiat monuisse, nos Dei seruos non fore, nisi mundo & omnibus, quæ in mundo sunt, renuntiemus, nosq; totos Iesu Christo consecremus, & huic vni viuamus, qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Non diuites,
diuitiarum
serui dam-
nantur.
Genes. 24.
12. 13.

Iob. 1. 2. 3. 4.
6.

Ioan. 19.

Generalis
doctrina.

2. Cor. 6.

1. Reg. 8.

1. Cor. 6.

1. Ioan. 4.

HOMILIA SECVNDA.

Propterea dico vobis, ne estote solliciti de anima vestra, quid esuri sitis, aut quid bibituri: neque de corpore vestro, qua re sitis induendi. Nonne anima plus est quam alimentum, & corpus, quam vestitus? Intuemini in volucres cæli: nam non serunt neque metunt,

G g iij

neque

neque cogunt in horrea: Et pater vester alit eas. Nonne vos multò prestatis eis? Quis autem ex vobis sollicitè cogitando potest apponere ad staturam suam cubitum unum.



INTER EA, QVAE MORTALES A DEO, ET eius obsequio, abducunt, nihil vulgarius & nocentius est avaritia, & opum huius seculi cupiditate. Quia enim harum natura appetentes sumus, si vel modicum illi indulgeas, facilè totum animum occupat, vt Deo & eius voluntati non possit attendere. Ideo Dominus noster Iesus Christus de hac re diligenter agit, nec obiter modò discipulos monet, vt ab avaritia sibi caueant, sed grauitè quoque docet, vitam omnem tenebrosam fore, si mentis oculum avaritia excæcet, nec fieri posse, vt quis simul Deo & Mammonæ seruiat. Atqui avaritiæ fomes præcipuus est anxia victus sollicitudo. Hanc auari omnibus suis studijs prætexunt, & quæcunque contra dilectionis & iustitiæ leges designant, necessitate excusare solent. Itaque aduersus illam nunc discipulos suos *CHRISTVS* instruit, & principiò summam suæ doctrinæ proponit: deinde hanc vsque ad finem capituli huius multis argumentis explicat & confirmat.

Propositio loci huius.

Propositio omnium, quæ sequentur, hæc est: Propterea dico vobis, ne estote solliciti de anima vestra, id est, de vobis ipsis (est enim Synecdochica locutio, pars hominis pro toto, familiaris admodum Hebræis) quid esuri sitis, aut quid bibitori: neque de corpore vestro, qua re sitis induendi. Præfaciuncula vitur, vt magis attentos reddat. Quasi diceret: Ego, qui vester Magister sum, & de cuius fide non debetis dubitare, dico vobis, quos præ multis alijs mihi discipulos adoptaui: Itaque memori mente hæc mea dicta percipite: neque posthac solliciti estote de vobis, quid edatis & bibatis, aut quo vestiamini. Sub duabus speciebus omnia vitæ huius subsidia necessaria intelligit, sub victu nimirum, qui in se cibum & potum comprehendit, & amictu siue vestitu, ad quem lecti quoque, lecta, & domus cum sua supellectile, referri debent. Sic iisdem vsus est olim Iacob Patriarcha, quando in Mesopotamiam fugiens votum concipiebat his verbis: Si me Deus custodiat, & mihi det panem ad edendum, & vestimentum ad induendum, & Et solet Spiritus sanctus ista locutione vti, vt nobis frugalitatem commendet. Nam omnium credentium eadem mens & sententia esse debet, quæ Pauli fuit, dicens: Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus. Et in præsentî Christus horum modò meminit, vt vel ex ijs constet, non opus esse sollicitudine ijs, qui victu & amictu necessario contenti, nihil præterea requirunt, cum naturæ, pauca, & quæ facile parantur, possint sufficere.

Gen. 28.

1. Tim. 6.

sollicitudo duplex.

1. Licita.

Gene. 3. 41.

42. & 50.

Psal. 105.

Quia verò in vtramque partem peccatur, & alij nimium solliciti seipso disceruant, alij rerum securi nihil pensi habent, principiò statim obseruari debet, curam siue sollicitudinem duplicem esse: Vnam licitam, imò necessariam, quam Deus nobis imposuit, qua neque in hac vita, quæ laborum & curarum plena est, omnino carere, neque sine illa absque aliorum molestia viuere possumus. Ad omnes enim pertinet, quod Adamo dixit Deus: In sudore vultus tui comedes panem tuum. Et huic decreto sese accommodarunt sanctissimi Patriarchæ, qui sementem & messem fecerunt, greges pauerunt, pro annonâ in Aegyptum iuerunt, vt sibi ipsis & suis victum pararent: quæ omnia absque sollicitudine fieri non potuerunt. Et commendatur in scripturis pia Iosephi cura, qui se ideo in Aegyptum præmissum esse intellexit, vt populum multum seruaret. Hos ergo imitentur, qui suas familias rectè conseruatas esse volunt.

2. Immoderata.

1. Tim. 6.

Altera autem cura siue sollicitudo est immoderata, & propterea cum anxietate animi & diffidentia coniuncta, quæ proprie *μεριμνα* (quam vocem Christus hic vituperat) dicitur. Hæc insatiabilis reddit, & diffidentiam parit, eò denique avaros adducit, vt neque se DEO curæ esse, neque vsquam in rerum natura tantum superesse putent, quod ipsis alendis aut sustentandis sufficiat. Itaque per se scelus est, & insuper avaritiam magis accendit, & plerunque illicitos & iniustos ditescendi modos inquit. Nam à Deo abducit, & ditescere volentibus laqueos temptationum necit, & cupiditates stultas atque noxias suggerit, quibus in exitium & interitum demerguntur. De hac in præsentî *CHRISTVS* agit, & discipulos suos, ne ei locum dent, monet. Nihil

Nihil ergo patrocinatur hic locus prodigis concoctoribus, aut otiosis & ignavis ventris mancipijs, qui omnem laborem honestum, atque licitam rei domesticæ curam, subterfugunt.

Qui tales sunt, ij infidelibus deteriores sunt, & à brutis animantibus atque bestijs arguuntur, quæ ex se genitis prospicere solent: & proinde indigni sunt illi, qui in Ecclesia tolerentur. Christiani hominis est, Dei decreto obœdire, victum & amicum sibi rectis & idoneis rationibus parare, ne cui molestiam temerè pariat: interim ubi officium fecerit, curam omnem (vt in Psalmo dicitur) in Deum reijcere, huius prouidentia omnia commendare, absque cuius benedictione neque domus ædificantur, neque ciuitates conseruantur, & sine quo nihil est, qui plantat aut rigat, Psalmo centesimo vigesimo septimo, 1. Cor. 3. cap.

Cœterum, quia sollicitudo, etsi initio licita sit & moderata, sæpè tamen modum excedit, & vix intra metas suas contineri potest, rationes graues adducit *CHRISTVS*, & in præsentem quidem eas potissimum, quibus anxiam & immodicam vitæ curam coercet. Prima est: Nonne anima plus est, quam alimentum, & corpus, quam vellitus? Interrogatione vitur, vt vehementius animos feriat, ac penetret. Senius autem loci est, Deum, qui, quod maius & præstantius est, dedit, non negaturum subsidia minora, quibus illud fouetur atque sustentatur. Atqui vitam vobis dedit, atque corpus, cuius fabrica omnem ferè cogitationem excedit: Num ergo illum, quæ vitæ alendæ & corpori defendendo seruiunt, vobis negaturum putabitis? Non debet autem oscitanter præteriri, *CHRISTVM* ita hoc argumentum proponere, vt non obscure doceat, nos non victum modò & amicum, sed iam antea corpus & vitam à Deo habere. Qui enim primum parentem ex luto terræ finxit, atque ab se formatæ massæ Spiritum vitæ inspirauit, idem in vtero matris incredibili & instabili artificio, quod in libro Iobi & Psalmis describitur, corpora nostra creat, & iidem animam instillat. Intellexerunt hoc gentium quoque Philosophi, & Poëtæ, ex quorum scriptis hunc versum Paulus Athenis adduxit: Per ipsum enim viuimus, mouemur, & sumus. Prodest autem de eo nos sæpè cogitare. Nam non solum in hac causa, quoad victum & amicum, nos consolatur, ne de paterna erga nos Dei bonitate atque prouidentia dubitemus, verum etiam nos ad obsequium illi præstandum excitat. Quia enim corpus & animam, vtriusque item facultates, à Deo accepimus, eisdem procul dubio nos totos debemus, neque nobis aliquid eorum, quæ ille nobis ci muneris vocationem detrectantem, eò quòd puer esset, ad generationis suæ initia remittit: & Mosi, linguæ vitium causanti, idem dicit: Quis dedit homini os? aut quis fecit mutum aut surdum? videntem aut cæcum? nonne ego Dominus? Sed & Paulus se ab vtero matris segregatum dicit, vt *CHRISTVM* inter gentes euangelizaret. Sibijpsis ergo istud applicent omnes homines, & hinc petant præsentis diffidentia remedium, ne de Dei Patris cura siue prouidentia dubitent, qui suis non parietur deseri ea, quæ vel ad victum, vel ad facultates alias, faciunt, quas vocationis ipsorum ratio requirit.

Quia verò quidam, etsi fateantur *DEVM* ea gubernare, quæ maioris momenti sunt, eundem tamen circa victum singulorum hominum occupari, vix sibi persuadere possunt, exemplo docet *CHRISTVS*, illius prouidentiam ad hunc quoque extendi. Intuemini (inquit) in volucres cœli: nam non ferunt, neque metunt, neque cogunt in horrea: & Pater vester cœlestis alit eas. Poterat hominum exempla proferre, quibus olim ex peculiari gratia miraculosè prospexit, ne fame & inopia perirent: vtpote Ismaëlis & Agaris, quibus è domo Abrahami eisdem diebus quadraginta absque cibo naturali sustentatus est, cui simile quid postea Elia quoque accidit. In primis huc pertinet, quòd Israëlitarum innumerabilem ferè multitudinem per annos quadraginta in deserto cœlitus aluit, vt eo documento omnibus compertum fieret, homines non solitis modò cibus sustentari, sed infinitarum rationes sibi esse, quibus in se credentium vitam tueatur. At quia non omnium tanta fides est, vt *DEVM* propter ipsos miracula edere velle credant, volucres in medium producit *DOMINVS*, & vt has intueamur, iubet. Et quidem aues

1. Tim. 5.

Psal. 55.

Rationes contra solitudinem.

1. A comparatis.

Genes. 1.

Iob. 10.

Psal. 139.

Acto. 17.

Ierem. 1.

Exod. 4.

Gal. 1.

2. A Dei prouidentia.

Gen. 21.

Exode 24.

1. Reg. 19.

Exod. 16.

Iosu. 5.

Deut. 8.

dem aues cœli nominat, de ijs loquens, quæ sub cœlo per aërem temerè vagantur, & omnium securæ neque ferunt neque metunt, nec aliquid in venturam hyemem reponunt, sed æstatem totam quasi ludendo & cantillando transigunt. Attamen Pater vester cœlestis (inquit) illas alit hiberno tempore, & ita quidem, vt tunc ferè pinguiora sint, & hominibus ad cibum lautiores. Apud Lucam coruorum meminit, quo auium genere vix vllum magis exosum & ominosius habetur, quorum pullos tamen à DEO ali, scriptura alibi docet. In præsentem exempla hæc nobis applicans, addit: Nonne vos multò præstatis eis? Etenim hominem inuitò ad Dei imaginem conditum, & omnium creatorum principem constitutum esse constat, & quamuis Pater noster primus peccasset, & à dignitate sua excidisset, nostri tamen ille miserus ita dilexit nos, vt Filium suum dilectum pro nobis traderet, qui sanguinis sui pretio nos redemit, adhuc pristinae dignitati restituit, & ipse nobis panis vitæ æternæ factus est, quo solo totus homo ad vitam cœlestem & immortalē alitur. Vt ergo omnibus volucribus, iumentis, feris, piscibus, homo præstat: ita nulla ratio limit, vt nos à Deo negligi putemus, qui alijs animantibus victum suum liberalissimè largitur.

Luc. 12.

Iob. 38.

Psal. 147.

Ioan. 3.

*Providentia
Dei testimonio
a & vsus.*

Psal. 34. 37.

Pr. ouer. 10.

Extant passim in scripturis plura providentiæ Dei testimonia, quibus eius bonitas & cura, qua non auctulis modò, verumetiam iumentis, feris, & bestijs, prospicit, commendatur: qualia sunt Iobi capite trigesimo nono, Psalmo centesimo quarto, centesimo quadragesimo quinto, centesimo quadragesimo septimo, &c. Quibus accedunt promissiones dulcissimæ, quæ nobis idem ille dedit: Non est inopia ijs, qui Dominum inquirunt. In aduerso tempore nequaquam pudificent, & in diebus faminum inquirunt. In aduerso tempore nequaquam pudificent, & in diebus faminum saturabuntur. Item: Non sinet Dominus animam iusti fame affligi, &c. Et sunt hæc confirmata omnium seculorum exemplis, & quotidie earum veritatem expeririuntur multi, qui licet neque opibus abundant, neque artem aliquam quaestuosiorē exerceant, sed manuum labore quotidiano victum sibi parent, tamen & ipsi non incommodè viuunt, & familiam numerosam honestè alunt, vt nemini sint oneri. Qui enim precari iussit, panem nostrum quotidianum da nobis hodie: eundem postulantes dare solet, neque suorum credentium spem frustratur. Soletur horum meditatio egenos inter labores suos atque curas: At eadem auaros, raptores, atque usurarios terreat, qui suis monopolijs, & usurarijs artibus, ea intercipiunt, quæ Deus è suo penu iam deprompsit, vt publicæ omnium alimonie seruiant. Nam de te exemplum sumito, quisquis es, & finge esse aliquem, qui abs te appositos cibos ex te natis liberis auferet, aut esurientes à mensa & dapibus arceret. Quo animo improbum illum ferres? quibus oculis eum inspiceres? Imò quas manus non in illum iniiceres? Et tu ô auare & usurarie prædo, hoc te impune fucturum putas in familia Domini, vt iniquis tuis, artibus & monopolijs in tuum vsum priuatum conuertas, quod ille ex suæ liberalitatis thesauro omnibus fruendum proponit? Veniet mihi crede, aliquando dies, quando te pœnitebit, indulgentissimi istius Patris viscera aduersus te commouisse, & tunc magno constabit tibi quantum iste infelix, quem nunc ex egentium turba facere non vereris.

3. Ab inuiti
& absurdo.

1. Sam. 16.

Sed ad CHRISTI verba redeamus, qui, quod multi existiment, necesse omnino esse, vt de rebus suis solliciti sint, & sibiipsis prospicere studeant, illos vehementer falli, argumento ab inuiti aut absurdo, docet, inquit: Quis ex vobis sollicitè cogitando potest apponere ad staturam suam cubitum vnum? De statura hominis quærit, eò quod multi hanc sibi proceram & altam obtingere cupient, nihil autem ex seipsis ad eam conferre possint. Produnt ergo stultitiam suam non vno modo. Nam de eo anxij sunt, quod ad hominis felicitatem nihil confert, neque non laborem sibi sumunt, quando corporis staturam mutare volunt, qui ne pilam quidem capitis sui nigrum aut album possunt facere. Ideo apud Lucam infert: Si erigo, ne id quidem, quod minimum est, potestis, quid de cœteris solliciti estis? Quasi dicet: Num vestra cura in toto terræ prouentu aliquid proficietis, ex quo omnis victus, & amictus noster dependet? Nam etsi (vt inuitò diximus) nostrum sit agros colere, & domui nostræ cura pia & moderata prospicere, nihil tamen nostris laboribus atque studijs proficitur, nisi illis Deus benedixerit. Similiter, vult quidem Dominus

carnis

carnis nostræ petulantiam moderatis curis atque vigilijs coërceri, idem tamen suis, qui ipsum diligunt, somnum concedit, neque, vt nos ipsos carnificum instar excrucient, iubet. Et qui id faciunt, & in seipsos iniqui sunt, & Dei bonitatem non tanti faciunt, quanti eam facere debebant. Itaque victum & amictum nobis ab illo dari credamus, & quod hic nobis imponit, alacri mente feramus, spem verò & fiduciam omnem in illo vno habeamus collocatam.

Debet autem postremum hoc Christi dictum latius ad ea quoque extendi, quæ ad salutis æternæ negotium faciunt, ne illorum superbix locum demus, qui de arbitrij sui libertate, & viribus, sic gloriantur, vt se ex suis operibus iustificari, & suo merito seruari, exultent. Atqui nisi quis renascatur, & nouus homo fiat, non potest videre regnum Dei. Num verò aliquem dabis, qui seipsum regenerare, & alium, quàm ex matris vtero natus est, formare possit? Nemo corporis staturæ aliquid adijcere, aut capillum ex nigro album facere potest, qua igitur ratione animos nostros, & quod imis visceribus atque medullis insitum hæret, carnis ingenium exuemus siue mutabimus? Quis item cogitationibus suis imperare potest, vt molestas toto pectore expuat, ne vnquam recurrant, aut lætiores sibi ipsi suggerat, quando tristissima rerum facies vndique obuersatur? Quis naturam suam ad eò sibi obsequentem habet, vt quando ipse vult, somnum capiat, aut euigilet? Sunt hæc omnia in Dei manu, qui gressus nostros dirigit, prout ipsi videtur. Et hæc quidem omnis consolationis firmissima basis est, qua niti possumus. Etenim siue corpus siue animam hominis spectes, multa passim in firmatas, multum vitij occurrit, neque possunt intra animos suos consistere, quicunque vel huius vel futuræ vitæ beatitatem penes seipsos quærunt. In solo Deo acquiescunt pij, qui vt corpus & animam nobis dedit, ita vtrique prospicit, & illud quidem, quod ad ipsi huius corporis vinculis solutam ad se transfert, vt secum viuat & regnet in cælis. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Contra hominis vires & meritum.

Ioan. 3.

Proverb. 16.

HOMILIA TERTIA.

Ac de vestitu quid solliciti estis? Discite lilia agrorum, quomodo crescant: non fatigantur, neque nent. Ac dico vobis, ne Solomonem quidem in vniuersa gloria sua sic amictum fuisse, vt vnum ex istis. Quod si gramen agri, quod hodie extat, & cras in clibanum mittitur, Deus ita circumuestit, nonne multo magis vos, o exigua fide pradi?i?

SCRIPTVRA FREQVENTER ADMONET, NOS in terris peregrinos, cælorum autem municipes esse: nimirum ne nobis thesauros in terra congeramus, sed ad cælestem patriam, & illic repositos thesauros, aspiremus. At hinc elucet, innata nobis vitiositas. Nam etsi quotidie experiamur, nos non habere hinc permanentem ciuitatem, tamen perinde, ac si semper in terris mansuri simus, pro temporarijs & terrenis sic laboramus, vt nihil nostræ cupiditati satisficiat, & interea cælestium bonorum iacturam faciamus. Ideo **CHRISTVS** aduersus hoc malum nos diligenter instituit. Nam quæcunq;e hinc nobis necessaria sunt, in victum & amictum partitur, & minimè opus esse docet, vt pro alterutro solliciti simus: eò quod qui corpus & vitam dedit, non negaturus sit, quæ his sustentandis sunt necessaria. Deinde quod ad victum, hoc illum facturum esse docet exemplo volucrum, quas nihil operis facientes, nec quicquam recondentes, ipse alere solet. In præsentem ad vestitum transit, de quo non minori diligentia agit, eò quod circa hunc non minus peccetur. Vt verò locum hunc rectius intelligamus, opus fuerit, de vestium origine & earundem vsu quædam præmittere.

Gen. 13. 47.

Philip. 3.

Matth. 6.

Heb. 13.

Origo vestium.
Gen. 2. 3.

Rom. 8.

Vsus vestium.
1. Vt tegant
honestè.

Cor. 12.

Deut. 22.

2. Vt defen-
dant.

3. Vt nostra
fortis admo-
nent.

1. Cor. 1.

Matth. 22. 6.

Gal. 3.

Principiò hominem nudum creatum fuisse, Moses testatur, de primis parentibus loquens: Erant ambo nudi, & non erubescabant. Nam ad Dei imaginem conditi, quoad illam retinuerunt, nihil habebant, cuius ipsos puderet: & extant adhuc huius conditionis vestigia in infantibus, quos suæ nuditatis non pudet, priusquam, quid peccatum sit, intelligunt. Ita priusquam illi peccassent, non erat in eis, quod velari oporteret, neque etiam ut aduersus tempestatum iniurias munirentur necesse erat, cum hæc quoque nulla essent. Vt primùm verò ex vetita arbore comedendo peccarunt, aperti sunt oculi eorum, & se nudos esse viderunt, cuius ipsos puduit. Itaque ex frondibus contextis perizonata sibi fecerunt, quibus eas partes tegerent, quæ tunc inhonestiores videri incipiebant. Sed & ex peccato iam enascens maledictio totam mundi machinam corruptioni subiecit, & tempestatum varias atque molestas vices peperit, contra quas homines tegi & armari oportebat. Itaque ex deliciarum horto siue Paradiso eijciendis Deus ipse tunicas fecit pelliceas. Primus ergo vestium inuentor, siue monstrator Deus est. At si de causa illarum quæras, non alia, quàm peccatum, indicari poterit, inter cuius pœnas hæc quoque nominari debet, quòd cum alia animalia cù suis pilis, plumis, squammis, aut corticibus, nascantur, quæ illis vestium loco sunt, solus homo nudus nascitur, & ut sibi vestitū suo labore & impensa paret, necesse habet, quam non sine molestia modò assumit, modò deponit, aut mutat.

Prodest autem de hac vestium origine sæpè cogitare, quia de illarum vero & proprio vsu nos admonet, qui triplex est. Primus, ut honestè tegant eas corporis partes, quas natura velare iubet. Nam etsi Adam Dei præceptum transgrediendo seipsum peccati micipium fecerit, & posteritatem omnem perdiderit, voluit tamen pudorem nobis Deus inferere, quo, ceu natiuo freno, carnis licentia coerceretur, & huius præcipua in vestitu ratio haberi debet, ut, quæ tegere aut velare publica honestas iubet, ita tegantur, ut nos pudorem non omnem absterfisse, appareat. Si enim hoc primi parentes fecerunt, qui soli à suo Adamo tota nuda conspici voluit, turpis nimium & inexcusabilis est eorum impudentia, qui Cynicos veteres imitati, in publico retegunt, quæ tegi debebant, siue hoc religionis prætextu faciant, ut Adaminiani olim factitarunt, & hodie aliquo modo flagellantes, faciunt, aut qui duriori corporis tractatione salutem mereri volunt: siue petulantia & libidini indulgeant, ut olim apud Romanos in Floralibus fieri solebat, quam licentiam viris grauibus & honestis inter gentes quoque displicuisse constat. Debet ergo vestis corpus honestè tegere, sic nimirum, ut honestatis & decori ratio habeatur. Nam contra hanc peccant, non modò qui denudant partes corporis inhonestiores, verum etiam qui has tegendo sic exprimunt earum formam, ut interdum honestius reteguntur: quod viri ferè in suis braccis, mulieres in mammis, femore, & clunibus exprimendis, faciunt. At aliter Paulus monet, qui de more, inter homines honestos recepto, loquens ait: Quæ putamus membra corporis maximè esse inhonestæ, ijs honorem ampliorem circumponimus, id est, maiori studio & diligentia tegimus: & indecora nostra copiosorem decorem habent: ne videlicet foris talia appareant, qualia reuera sunt. Et hanc honesti atque decori curam in vestitu lex Dei præcipit, quæ monet, ne mulier virili, aut vir muliebri habitu vtatur: quod singuli sibi ipsi priuatim applicare debent, ut quisque in vestitu suæ functionis, quam ipsi Deus imposuit, rationem habeat, quando communis sensus dicitur, alium viri principis, alium ministri Ecclesiæ, alium militis, alium hominis plebei, habitum esse debere.

Alter vestium vsus est, ut aduersus cœli iniurias tueantur, & ideo pro temporum diuersitate variant. Alia enim vestis hyemi, alia ætati, alia tempori sereno, alia pluuioso, alia niuoso, conuenit, siue materiam siue formam spectes. Itaque honesti & necessitate seruiat vestitus, & qui intra hos fines sese continent, ij & sumptui & labori parcent, simulque sollicitudine hac seipos liberant, quam Christus in præsentia prohibet.

Accedit his tertius vsus, qui pietati seruit, quando nimirum nos de nostra sorte peccatrice admonent, si quoties manè nos vestibus induimus, sub noctem verò exuimus, unde hæc necessitas primò originem acceperit, recordemur: quæ recordatio peccatorum agnitionem, cordis contritionem, & serium respiscendi studium gignit, adhæc ad preces excitat, mouet denique, ut Iesum Christum toto corde amplectamur, qui nobis à Deo patre iustitia & sanctificatio, vestis denique nuptialis factus est, & quem se induisse profitemur, quotquot in illo baptizati sunt.

Cæterum

Contra luxum
vestium.

Cæterum hinc sese exerit nostri ingenij peruersitas, qua fit, vt multi nulla vel honestatis, vel necessitatis, vel etiam salutis propriæ, cura habita, ex eo proueniendi & superbiendi occasionem arripiant, quod ipsos ad pietatem & humilitatem debebat erudire. Est hæc intolerabilis, & nulla venia digna, leuitas, argumentum denique euidens, eos, qui illud faciunt, de peccatis suis & eorum emendatione adhuc nunquam serio cogitauisse, neque rationis satis compotes, sed phreneticorum similes esse, qui catenas & compedes, quibus victi sunt, pro torquibus & armillis aureis ostentant. Accedunt alia multa, quibus istorum scelus aggrauatur. Nam primò contra hanc **CHRISTI** doctrinam peccant, qui, ne de vestitu necessario solliciti simus, prohibet. Quis ergo eos illum magnificere putauerit, quibus tantum à curis seuioribus otij est, vt de petulanti & immodico ornatu, siue luxu potius, tantoperè laborent? Deinde Christum ludibrio habere videri possunt, quando illius in cruce nudi pendentis merito se confidere dicunt, cum ipsi vestitu luxurioso, & ad fastum atque libidinem composito, sese ostentent. Violatur præterea charitatis lex, quando luxui & superbix tribuitur, quod egenis debebatur: & hoc diuitis illius peccatum fuit, qui cum ipse quotidie lauius epularetur, & mollius atque splendidius vestiretur, ad fores suas iacentem Lazarum negligebat. Nec est, quòd hic sibiipsis blandiantur, qui interea Eleemosynas aliquas faciunt, vt illi sanctiores haberi possint. Cum enim simul luxuriari pergant ex eo, quo multorum, qui adhuc egent, & nodi aberrant, inopiam subleuare poterant, satis apparet, quam procul adhuc absint à perfectione Christiana, cuius exemplar in vidua illa Christus proponit, quæ ex suo victu in Corbonam conferebat, cum ipsi ne superflua quidem omnia egentibus largiantur. Accedit his scandalum multiplex. Nam qui vestitu superbo & molli vtuntur, in multis libidinem accendunt, & turpissimarum cogitationum materiem præbent: imitatio nem similibus petulantix prouocant, vt sibi idem licere putent, neque ipsis inferiores haberi velint: multos item impatientes reddunt, vt sortem suam indignius ferant, & aduersus Deum, veluti iniquum suorum bonorum dispensatorem, murmurent. Quæ ergo pœnæ talibus sufficient, quando satius est, cum mola asinaria ad collum alligata in maris abyssum demergi, quam vnum ex Christi pusillis offendere? Comitatur hæc omnia impensarum magnitudo, cum iactura rei domesticæ, & simul cum solitudine, quæ Christus à suis discipulis vult alienam esse, coniuncta. Nam qui interea ad rem attentiores sunt, & tamè alios sui ordinis, & loci, homines, sibi imitandos esse existimant, curis anxij torquentur, & solliciti quærent, vnde sibi ista comparent, quæ cæca & superba libido distat. Qui verò luxui iam assueuerunt, non minori solitudine discruciantur, dum cogitant, qua ratione peregrinitatis & nouitatis studio, quo tales titillari solent, possint satisfacere. Sed vtriusque in præsentem Dominus medetur. Nam etsi videatur solis tenuioribus consolationem adhibere, ita tamen hanc proponit, vt si rectè consideretur, simul luxum quoque & fastum, quo circa vestes peccatur, è medio tollat.

Luc. 16.

Marc. 12.

Matth. 18.

Sollicitudo de
vestitu prohibetur.

Propositio & summa totius loci est: Ne solliciti estote de vestitu. Enuntiat autem hoc per interrogationem, quæ amicæ exostulationis speciem habet: Ac de vestitu quid solliciti estis? Quasi diceret: Quod de victu dico, hoc ipsum de amictu quoque velim intelligi. Et quid de hoc scrutari opus est, cum de hoc Deus non minus, quam de illo, suis prospicere soleat? Vtque intelligant omnes illius prouidentiam circa vestes quoque nostras versari, rursus exemplum ex rerum natura adducit: & vt nuper de victu agens, non electorum Dei seruatorum meminit, quos hic miraculosè aut præter omnem expectationem aluit, sed volucrum coeli, quæ otiosæ ætatem totam transigunt, & cornuorum, qui non digni putantur, quorum homines aliquam rationem habeant, ita in præsentem quoque facit. Poterat enim primos parentes allegare, & dicere: Qui Adamum recens lapsum, & vt ex Paradiso eijceretur, meritum vestiuit, nobis quoque de indumentis necessarijs prospiciet. Sed & Iacobi Patriarchæ exemplum instituto præsentem seruire poterat, qui voti sui abundè compos fuit factus, quòd non aliud quam victum & amictum necessarium à Deo postulauit. Israelitarum item, quorum vestes per totos annos quadraginta mirabiliter Deus in deserto seruaui, vt nec vetustate nec vii attererentur. At omisis istis lilia siue flores allegat, & quia nos in eiusmodi rebus obseruandis nimium stupidos esse nouit, rem verbis mirificè ornat & amplificat.

Gene. 1. 3.

Gen. 23.

Deut. 8.

Florum consi-
deratio.

Discite (inquit) lilia siue flores agrorum. Videntur hi plerisque satis noti esse, sed, vt eos discamus, id est, propius & penitius consideremus, iubet. Quis verò non faciat, quod ille præcipit, qui, vt noster Doctor & Seruator esset, in mundum venit? Aut quis teme-

Ecclesi. 1.

temerè contemnat id, ad cuius considerationem nos hortatur, qui ipsissima est sapientia. Quid verò illud est? Flores agrorum: ij nimirum, qui non in hortis hominum cura & industria exculi & educati, sed in agris spontè nascuntur. In his nos inuenturos ait, quod Dei prouidentiam, quodad indumenta, nobis commendet. Et quidnam in eis debet considerari? Primum, quomodo crescant? Nec temerè nos ab eo exordiri iubet. Etenim singulare prouidentiae Dei argumentum est, quòd vere nouo, quando hiberno frigore omnia extincta esse videbantur, plantæ virescunt, in altum surgunt, & tenuissimo stilo suffulti illorum calyculi turgent, ex quibus illi paulatim efflorescentes rident: & aduersus pluias atque ventorum turbines constanter nituntur. Deinde non fatigantur (inquit) villo labore, neque nent, aut opus aliquod textorium faciunt: Imò nihil huius volunt, aut norunt, facere. Attamen folijs & coloribus ad admirationem vsque amiciuntur, & sic quidem, vt vobis affirmare possim, nullius regis ornamenta, & ne Solomonis quidem, in sua maiestate sedentis, cum illis conferri posse, &c.

Vanitas de vestitu laborantium.

1. Reg. 10.

Quo loco non oscitanter considerari debet, quàm vilem æstimer, & quousque deprimat Christus omnem curam & industriam hominum, qua circa vestitum suum occupantur. Etenim quodad huius ornatum, Solomon omnes, quotquot vnquam in orbe terrarum fuerunt, reges longè superauit, qui & sapientia excelluit, & vndique ex omnibus gentibus conquisiuit, sibi dona rarissima, & quouis auro preciosiora, quæ de illius maiestate & gloria testabantur. Regina Sabæ certè, cum coram intueretur eius sapientiam, quæ in eius domo, quàm ædificarat, in quotidiano mensæ suæ victu, seruorum item mansione, statu & vestitu, elucebat, ecclasi quadam extra se rapta exclamauit: Vera fuit fama, quam audiui in terra mea de rebus tuis, & de sapientia tua, &c. Beati viri illi, & beati serui, qui astant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam, &c. Quòd si seruorum vestes admiratione dignas putauit sapientissima regina, qualem ipsius Solomoni ornatum fuisse putabimus? At *CHRISTVS* hunc omnem ne vnus quidem flosculi, in agro temerè nascentis, decorem æquare testatur. Enimuerò, vt rectè in hunc locum annotauit Diuus Hieronymus, quod sericum, quæ regum purpura, quæ texturum cum textura potest floribus comparari? Quid ita rubet vt rola? Quid ita candet vt lili-um? Violæ verò purpuram nullo superari murice, oculorum magis quàm sermonis indicium est: Quod si formæ & colori addas gratissimi ex illis spirantem odoris fragrantiam, & saluberrimas medendi vires, quæ in folijs florum tenuibus, aut eorundem radicibus delitescit, non poterit non cordato & pio cuius scetere præ illis ornatus omnis vestitum, quo infelix hic mundus superbit. Quis ergo non stultos & amentes dicat eos, qui vt vestitu præ alijs superbiant, tot laboribus, curis, impensis, seipso fatigant, & suas fortunas exhauriunt, cum non possint vterius progredi, quàm quòd flores imitantur, ad quorum exemplar tamen nunquam possunt perungere? Quid, quòd ijdem, cum fide & omni virtutum genere florere, & in horto Domini, id est, Ecclesia, boni odoris fragrantiam excitare deberent, primum fatent Deo, qui superbis resistit, deinde hominibus quoque exosi fiunt, qui ex ipsorum fastu atque luxu obtrectandi & exprobandi occasionem arripiunt?

1. Pet. 4.

Bonitas Dei.

Isai. 40.

Itaque omissa potius inutili & stolidi ista imitatione, quæ creaturæ vilissimæ seruos facit, animos nostros ad creatoris Dei bonitatem considerandam attollamus, quæ sese in omnibus eius operibus seruandis & exornandis exerit. Etenim etsi florum decor eximius sit, attamen iisdem nihil fragilius, & magis caducum est: adeò vt nostræ fragilitatis nos admonens Spiritus sanctus, hominis vitam, splendorem & gloriam, floribus conferre soleat. Etenim Deo mandante exclamat Isaias: Omnis caro serenum, & omnis gloria carnis flos agri. Nihilominus flores ita producit, ornat, fouet, atque seruat Deus, vt in illis, cœu in speculo, paternam eius bonitatem atque prouidentiam perspicere possimus, & nosipso in fide confirmare. Hoc vtinam obseruarent, qui imaginibus & simulacris, hominum manu atque arte factis, opus esse clamitant, quæ nos de Deo & eius voluntate admoneant. Quod enim simulacrum tam artificiosum siue pretiosum dabis, quod cum flosculo, in pratis ridente, conferri possit? sui operificis artem tibi simulacra commendare possunt: Dei autem cognitio, & ex hac enascens pietas, ex illius solius operibus atq; verbo discitur.

Applicatio doctrinae de floribus.

Sed audiamus *CHRISTVM*, qui ipse doctrinam de floribus præsentis instituto applicans ait: Quòd si gramen agri, quod hodie extat, & cras in clibanum mittitur, *DEVS* ita circumuestit, nonne multò magis vos, ô exigua fide prædici? A minori

A minori ad maius argumentatur, vt supra, quando inter aues & nos comparationem fecit: vtque efficacius sit argumentum, florum dignitatem deprimit, & eos gramen siue foenum agri dicit: nimirum quod graminibus intermixti nascuntur, & pars foeni sunt. Amplificat praeterea argumentum temporis breuiusculi circumstantia. Hodie (inquit) extat gramen in pratis, quae diuersis florum coloribus mirifice rident, crastino autem die falce resectum in clibanum conijcitur, vt subiectis prunis torreatur, aut in aquas salutare destillet. Attamen tam breui spacio duraturos flores tam splendide circumuellit Deus. Quae ergo est, o boni, haec fidei vestrae infirmitas, qua fit, vt de Patris vestri erga vos cura dubitetis.

At hoc dicendo fontem indicat sollicitudinis istius, quam haecenus prohibuit: Fidei videlicet defectum siue differentiam. Hanc vero commodissime hoc loco exponat ijs, quos pro discipulis suis agnoscebat. Quia enim naturae quadam inclinatione curis huius seculi indulgemus, periculosissima est, quae ex inopiae metu nascitur, fidei tentatio: & inuenias multos, qui cum ad alia pericula intrepidi sint, mox labascant, si domus, praedia, & fortunae simul omnes sint relinquendae. Hic metus certem multos in superstitione & Idololatria detinet, multos item apertos fidei abnegatores facit. Econtra, qui DEO fidunt, & de huius prouidentia certi, se ei curae esse sciunt, ij in Dei promissiones respiciunt, & quia (vt de seipso Apostolus dicebat) sciunt abundare & egere, neque fames neque nuditas ipsos separare potest a dilectione CHRISTI, sed quicquid accidat, cum Dauide dicunt: Dominus pastor meus est, non egebo: Instruet coram me mensam in conspectu hostium meorum, &c. Hinc discite, quid de illis iudices, quibus nihil satis est, neque contenti necessarijs, insuper circa ea fatigantur, quae luxui & fastui seruiunt. Destituuntur hi fide, quae causa est, quod sibi defuturum aliquando timent, vnde viuant, nec tamen ad DEVM conuertuntur, vt huius curae se committant, qui bonorum omnium thesaurus est inexhaustus. Nos itaque in Dei prouidentiam respiciamus, nec de eius erga nos fide ac bonitate dubitemus, qui Filium suum vnigenitum IESVM CHRISTVM nobis donauit, vt noster panis, potus, & vestis sit. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in aeternum, Amen.

Diffidentia
sons omnis
sollicitudinis.

Philip. 4.
Rom. 8.
Psalm. 23.

HOMILIA QUARTA.

Ne igitur estote solliciti dicentes: Quid edemus? aut quid bibemus? aut quo amiciemur? Nam omnia ista gentes requirunt. Nouit enim Pater vester caelestis vos indigere his omnibus. Sed quarite primo regnum Dei, & iustitiam eius, & ista omnia adijcientur vobis. Ne sitis igitur solliciti de crastino die: nam dies crastinus ipse sollicitus erit de suis rebus: Sufficit diei sua vexatio.



MEMORABILE EST PAVLI APOSTOLI DICTVM:

Nihil intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam possumus. 1. Tim. 6.
Cui consentit illud Iob: Nudus ex vtero matris egressus sum, nudus eo reuertar. Job. 1.
Quia autem quotidiana experientia hoc confirmatur, omnes homines excitare debebat, vt ijs, quae Deus ad vitae huius sustentationem largitur, contenti, studium omne caelestibus bonis impenderent. Sed ea est ingenij humani peruersitas, vt plerique, dum carnis sensum audiunt, solis terrenis intenti sint, & quasi suo labore & industria ipsos omnia parare oporteat, in fatiabili cura atque solitudine se ipsos fatigent: Quae causa est, vt, quae ad Dei regnum & salutem aeternam faciunt, nemedeatur. Quapropter Dominus noster IESVS CHRISTVS, vt huic vitio omnes creaturas extendit, adeo vt aues, temere vagantes, & pullos cornuorum a parentibus suis derelictos, benigne alar, feris item syluestribus, iumentis item & vilissimis insectis,

lectis, de suo alimento prospiciat: adhuc non solum animalia omnis generis, verum etiam flores morificè vestiat & ornet. Quorum consideratio nos excitare & confirmare debet, ne dubitemus, multò magis nos DEO curæ fore, propter quos omnia sunt creata. At quia propter innatam nobis diffidentiam, & quæ noua indies incidunt incommoda, quibus nos Deus certo consilio exercet, nulla admonitio siue consolatio hic nimia esse potest, ijs, quæ hucusque dicta sunt, hunc quoque locum subiicit, quo primùm in genere repetit, & amplius confirmat, quod prius dixit de victus & amicitus cura: Deinde, quæ nostra sollicitudo esse debeat, docet: Postremò doctrinam hanc graui & necessaria admonitione concludit.

Diffidentium
querelas pro-
hibet.

Quod ad primum ait: Ne igitur estote solliciti, dicentes: Quid edemus? aut quid bibemus? aut quo amiciemur? Priorem admonitionem sic repetit, vt eleganti Minersi voces & querimonias eorum exprimat, quos nuper, vt exigua fide præditos, corripuit. Hi enim, quia non constanti animo in vnum DEVM respiciunt, vt primum sibi aliquid deesse vident, oculos & curas suas hinc inde circumferre solent, & vnde victum aut indumenta habituri sint, non sine animi malè contenti indicio, interrogant. Ita solent, quos numerosa familiarum cura grauat. Ita qui aliquam rerum suarum iacturam passi sunt, aut quibus alioqui non pro voto succedit quod instituerunt. Tu (quidem inquit) vt DEO fidam iubes, neque de re domestica sollicitus sim: Vnde verò mihi interea suppetet quod edam? quo sobolem numerosam, & aliorum domesticorum multitudinem, alam? Vnde vestes? vnde sumptus, qui his omnibus comparandis sufficiant? Aut quid possum de DEO sperare, qui hucusque malignius ista dedit, & nunc iactura hac præter omnem expectationem me ipsi fidentem multauit, &c? Hæc & alia huiusmodi multa audiuntur sapè, quæ CHRISTVS prohibet duabus grauissimis rationibus adductis.

Gentes diffi-
denti laborant,

Primam à fidei professione sumit, dicens: Nam omnia ista gentes requirunt. Quasi diceret: Qui meos discipulos se esse profitentur, non debent gentes, & à fide alienos, imitari: Atqui gentium aut prophanorum hæc voces sunt, qui aut DEVM esse negant, aut otiosum, & ea, quæ in terris fiunt, non curantem fingunt: qui item præsentem tantum seculo additi, de futuro & vita æterna ne cogitant quidem, & proinde non aliud, quam quæ ventri & corpori seruiunt, requirunt: & nisi ea abundè affluant, seise curis discrutiant, & querelis eiusmodi suam diffidentiam produunt. Cum ergò vos ego ex hoc mundo mihi selegerim, & ad vitam meliorem destinârim, procul ista à vobis abesse debent, quæ animos arguunt diuinarum rerum prorsus ignaros, qui ne prima quidem pietatis & fidei principia apprehenderunt. Debet autem hoc argumentum ad alia quoque extendi, quæ cum fidei Christianæ professione pugnant, inter Ethnicos autem olim vsitata fuerunt: ne videlicet eos audiamus, qui publico mundi exemplo manifesta scelera, scortationem, ebrietatem, saltationes lasciuas, ludos petulantes, Bacchi & veneris festa, & quæ alia sunt huius generis, excusant. Etenim de his omnibus dici potest: Gentes olim ista facitârunt: Quod vnum sufficere debet ijs, qui Christiani dici & haberi volunt. Ideò Paulus sapè Christianos homines prioris suæ in gentilissimo conditionis admonet, & vt ea relicta nouam vitæ rationem sequantur, monet. Eratis quondam tenebræ (scribit Ephesijs) nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulare. Item, ne posthac ambuletis, vt reliquæ gentes. &c. Etenim si nos aliorum hominum similes esse voluisset DEVS, neque CHRISTO opus erat, neque hic nos sibi ex mundo in peculium selegisset. Vide Ioannem decimo quinto capite.

Ephes. 4. & 5.

Nouit Deus
quo nobis opus sit.

Alteram rationem ex DEI prouidentia, & paterna eius pro nobis cura, petit. Nouit enim Pater vester cœlestis, vos indigere his omnibus. Habet hoc præoccupationis speciem. Nam solent anxij illi bonorum huius seculi sectatores, obijcere: Atqui his & istis opus habemus: Cur ergo ea non requiramus? Respondet ergò Dominus: Non equidem nego vos istis indigere: sed & Pater vester cœlestis hoc nouit. Itaque exemplum ex vobis sumite. Quis vestrum, qui filium, quem ipse in operas externas ablegauit, egere sciat, illum securus neglexerit, si iuuare possit? Nemo opinor. Atqui Deus est, qui vt in hoc mundo, quamdiu ipsi visum fuerit, peregrinanti, constituit. Hic autem Pater est, cuius σοφῶν humanas siue maternas (vt apud

Isai. 49.

Isaiam testatur 49.) longè superant: & quidem vester Pater est, ideoque vos nequaquam negliget: adhæc cœlestis Pater est, quem nulli terreni & crassiores affectus excæcant, quo minus intelligat, quid vobis vtile ac necessarium sit. Idem nouit omnia, nec quicquam tam abstrusum est, quod illum lateat: nihil tam intricatum, quod non perspiciat: nihil tam paruum & subtile, quod negligat: nihil tam arduum, quod eius caput superet. Nouit autem vos cibo, potu, & vestitu opus habere. Ipsi ergo fide, & eius curæ & prouidentia paterna vos, atque res vestras omnes, committite, &c. Paucis ergo verbis istis docet *CHRISTVS*, quàm felix & beata foret hominum, in terris agentium, conditio, vtut plerunque misera & periculi plena videatur, nisi nobis ipsis molestias & curas accerteremus. Non potest infelix esse filius peregrè agens, qui patrem habet fidum, qui res eius nouit & necessitatibus eius omnibus potest succurrere. Atqui Patrem habemus Deum, qui nos videt, & vbi cunq; simus nos tueri, seruare, & alere, vult atque potest? Cur ergo illi diffidimus? Cur ipsi solitudine superuacanea nos descruuiamus, & quasi ille nos negligat, ad nostra consilia recurrimus? Enimvero non possunt filij parentem maiori contumelia afficere, quàm si se ab eo negligi querantur, & eo adhuc superstite, & res bene atque prudenter administrante, ipsi domus curam in se transferre velint. At quid aliud faciunt, qui cum *DEVM* Patrem omnibus optimè prospicientem in cœlis habeant, tamen queruli clamant: Quid edemus? Quid bibemus? quo vestiemur? qui denique, quasi ille à mundi gubernaculis discesserit, suo labore & industria sibi ipsis prospicere volunt?

Cœterùm dicat aliquis: Ergo nos rerum omnium securos esse vis, qui nihil omnino quaramus, sed otiosi & inertes expectemus, dum nobis Manna de cœlo depluat, aut corui nobis carnes & panem afferant, sicuti olim Eliæ fecerunt? Itaque hanc quæstionem præoccupat Dominus, dicens: Quærite primò regnum *DEI*, & iustitiam eius, & ista omnia adjicientur vobis. Quasi diceret: Non iubeo, vt vos otio ignaui dedatis, aut nulla prorsus rerum cura tangamini: sed, quæ vobis præcipua cura esse debeat, ostendam: Vt nimirum de regno Dei acquirendo cogitetis, &c. Ita verò transit ad alteram suæ propositionis partem, qua thesaurum nos iussit in cœlo congregari: & quomodo id fiat docet: Nimirum, si regnum Dei, & eius iustitiam, ante omnia quaramus. Regnum Dei vocat vniuersam salutis nostræ rationem, quæ per Euangelium nobis prædicatur, quod ideo Euangelium regni dicitur. Sic verò illam vocat, quia in eo consistit, vt quodam in hac carne mortali viuimus, *DEVS* in nobis regnet, & nos, peracto huius vitæ curriculo in regnum suum cœleste transferat. Pro hoc regno precamur dicentes: Adueniat regnum tuum. Iustitia huius regni est omne id, quod ab eius ciuibus requiritur. Instaurator regni huius, imò ipsissimus Rex est æternus Dei Filius, *IESVS CHRISTVS*, qui ideo in mundum venit & homo factus est, vt veteris Serpentis capite contrito regnum Diaboli destrueret, Regnum Dei verò in nobis instauraret. Est ergo regni huius ius supremum, in æterno Dei decreto fundatum, quod est, vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Hac fide *CHRISTO* iusti iustificantur, iustificati ex fide pacem habent cum Deo, iudicem gaudio Spiritus in medijs tribulationibus exultant, & se totos per fidei obedientiam Dei verbo subiiciunt, vt & hunc super omnia ex toto corde diligant, & eidem consecrati vitam viuant sanctam atque innocentem, & vnicuique quod debetur tribuant.

De his ergo nos sollicitos esse iubet Christus, adeoque hunc nobis omnium nostrorum, studiorum, atque actionum scopum esse vult, vt fide vera per charitatem agente instructi ad vitam æternam contendamus, & singuli pro suæ vocationis aut functionis ratione regnum Dei pro virili promoueamus atque instaurem. Hoc olim indefesso studio fecerunt Prophetæ & Apostoli, quorum vestigijs insistere debent, quotquot in Ecclesiæ ministerio hodie versantur. Hæc olim præcipua regum & principum cura fuit, quorum pietatem nobis scripturæ commendant: vt pote Dauidis, Iosaphati, Ezechia, Iosif, & postea Constantini, Theodosij, & similibus, quorum donationes, quas Ecclesis atque collegijs fecerunt, de ipsorum pietate adhuc hodie testantur. Imitentur ergo hos, qui hodie ad Reipublicæ gubernacula sedent, & regnum Dei prouehendo fidos Ecclesiæ nutritios agant, & Domino seruiant in timore, atque Dei Filium, Iesum Christum, exosculentur,

Quæ sollicitudo Christianos deceat.
1. Reg. 17.

Regnum Dei, & eius iustitia

Math. 6.

Gen. 3.

1. Ioan. 3.

Ioan. 6.

Rom. 5.

Scopus communis omnium Christianorum.

Isa. 49.

Psal. 2.

DOMINICÆ XV. POST TRINITATĪ

exosculentur, & ut eundem populus sanctè colat, vnicè curent. Hunc scopum sibi proponant Patresfamiliàs, ut ex se genitos, & suæ fidei commissos, in Dei & Filij eius cognitione institui, & sanctè educari curent. Ita enim regnum Dei ad posteros propagabunt, quod Abrahamum sedulo fecisse, Deus ipse testatur, & ut ab omnibus, qui in tuo populo censi volunt, fiat, passim in scriptura requirit. Quodad verò rem domesticam & mores, iusticiæ regni Dei studeant, vitæ innocentiam, & in rebus agendis integritatem, sectentur, neminem defraudent, nulli vim faciant, nihil denique faciant contra charitatis regulam, quam *CHRISTVS* notam esse ait, ex qua discipulipius agnosci possint. Idem faciant priuatim omnes alij, cuiuscunq̃e sint loci & ordinis. Quod si fiat, nã videbunt nullum securitati aut segnitiei locum relictum esse, & semper inuenient viri principes & Ecclesiastici, parentes, coniuges, serui, heri, opifices, agricolæ, circa quod piè occupentur.

Gal. 18.

Regnum Dei
querentibus
nihil deest.

At quia plerosq̃e ab hoc sanctissimo & omnium maximè necessario studio rei domesticæ cura auocat, Christus huic præcepto promissionem addit, quæ, si rectè consideretur, nos ingentis præmij spe excitat, & simul animos omni solitudine & mendacitate liberat. Quærite (inquit) primò regnum Dei, & iusticiam eius, & ista omnia (quæ scilicet ad victum & amictum faciunt) vobis adijcientur. Quasi diceret: Si in quærendo & promouendo regno Dei fideles & industrij fueritis, nihil vobis deerit, sed verè diuites eritis. Et sanè qui hoc faciunt, ij primò regnum illud obtinent, quod omnibus patet, qui illud piè quærun, & cuius pretium tantum est, ut (si opus sit) omnium facultatum huius seculi, imò vitæ etiam iactura, redimi debeat.

Matth. 13.
1. Tim. 4.

Deut. 28.
1. Tim. 4.

Psal. 37. & 112.

Isa. 28.

Philip. 3.

Non curandi
pro crastino.

1. Cor. 28.

Deinde qui regnum hoc iam acquisuerunt, ij in Dei prouidentiam intenti in eo acquiescunt, & sua sorte contenti sunt, qui quæstus est omnium vberissimus. Ut enim auari semper egent, & tam eis deest quod habent, quàm quod non habent: ita nemo diues est, quàm qui sua sorte contentus esse nouit. Neque desunt talibus necessaria vitæ præsentis subsidia. Ipsorum enim est benedictio, quam in lege Deus suorum præceptorum obseruatoribus pollicetur: & hæc illa pietas est, quam Apostolus ad omnia vitæ esse, & tam præsentis quàm futuræ vitæ promissiones habere scribit. Exempla, quibus hoc probetur, in sanctis Patribus passim occurrunt, & Dauid testatur, se ab ipsa iuuentute ad senectam vsque nunquam vidisse iustum derelictum, aut posteros eius mendicantes pauperem. Et idem beatum prædicans eum, qui timet Dominum, & eius præceptis delectatur, addit: Potens erit in terra semen eius, proborum natio felix erit: copia rerum & diuitiarum erunt in domo eius, &c. Et verissimè hoc dictum esse cernunt, quotquot, quæ quotidiana sunt, recto iudicio perpendunt, aut examinant. Nam etsi interdum penuria & fame suos exerceat Deus, hoc tamen certa cum ratione facit, & eosdem Spiritu suo confortat, ut inter afflictiones læti triumphent, & in egestate saturi & beati sint, dum remuneratorem se habere sciunt Deum, qui interdum opus alienum (ut Propheta ait) facit, ut operi suo proprio, quod est iuuare & seruare, locus sit. Eadem est Magistratum conditio, qui si regnum Dei ante omnia quærant, proculdubio omnia sibi adijci videbunt, quæ ad Reipub. tranquillitatem & felicem gubernationem sunt necessaria. Quod ipsum de Ecclesiæ & verbi Dei ministris debet intelligi. At qui inuerso hoc ordine, regni Dei studium profitentur, ut huius seculi bonis potiri ac frui possint, quales sunt, qui (ut olim quidam) ventris causa Euangelium prædicant, & ut ex publicis muneribus ditescant, ad Rempub. accedunt, ij Simonis Magi & Iudæ Iscariotæ Spiritu ducuntur, & quia nefarij hypocritæ sunt, partem suam cum hypocritis habebunt.

Sed audiamus loci totius conclusionem, quæ graui admonitione constat: Ne sitis ergo solliciti de crastino, &c. Apud Lucam ait: *μη μετρωπίθετε*. Est hoc altum speculari, & cogitationes anxia curiositate longius, quàm nos deceat, in futurum extendere: quod faciunt, qui, Astrologos & Ariolos, siue diuinos secuti, quid quouis anno fieri debeat, inquirunt. Est hic ferè fructus sollicitudinis istius, quam tota hac tractatione Dominus prohibet: & sæpè eò vsque progreditur, ut à Dæmonibus & horum mystis consilium petant, qui illi indulgent, ut in Saulis exemplo apparet. Monet ergo, vel potius grauiter iubet Christus, ne de crastino solliciti simus, aut curas nostras in futurum protendamus. Et rationem subiicit, qua hoc minimè opus esse docet. Nam dies crastinus (inquit) ipse sollicitus erit de suis rebus, id est, dies crastinus ipse secum feret, de quo curare oporteat, ut non sit sapientis vel anticipare quòd alias veniet, vel curam duplicare, & in vnum diem congerere molestias, quas Deus ipse in duos aut plures distribuit. Sufficit enim diei cuiq̃; sua afflictio. Quo

Quo loco consideranda venit paterna Dei bonitas, qui etsi in primis parentibus propter peccatum nos iusto iudicio ad labores damnârit, & curas, quibus vita hæc nostra plenissima est, non vult tamen nos laboribus superuacaneis grauare, sed (vt Psalmus canit) ipsum diligentibus somnum concedit, imò (vt alius Psalmus monet) vult, vt curam omnem in ipsum conijciamus. Huc facit, quòd rem domesticam & agriculturam ipse sua benedictione fortunat: quòd, ne de futuris anxij quæramus, prohibet, quòd item mortis horam nos cælat, ne metu aut sollicitudine nimia ante tempus discruciemur, interim verò spe bona pleni finem vitæ huius laboriosæ piè expectemus: quòd ipsum de nouissimi diei aduentu dici potest. At hîc è diuerso apparet, quanta sit humani ingenij peruersitas. Cùm enim crucem & labores, à Deo impositos, natura horreamus, at tamen spontè accersimus nobis non necessarios. Fit hoc non solum ab auaris hominibus, quoad rem domesticam, verumetiam à superstiosis in cultu Dei, quem idololatria corrumpunt, aut ceremonijs nullius pretij, inutilibus atque molestis, aggrauant, aut votis laboriosis & inutilibus sese obstringunt. Sed & principes viri interdum, cùm in pace & otio viuere, & suis frui, possent, bella non necessaria mouent, in quibus de suis finibus, fortunis, & vita, periclitantur. Itaque huius doctrinæ memores discant singuli suam stationem tenere & officium facere in ijs ferendis, quæ Deus imposuit: ijs autem, quæ idem largitur, benè vtantur cum gratiarum actione, & cùm peregrini sint in terra, ad coelestem patriam aspirent, vbi iam nunc nos Deus collocauit cum Christo Iesu, filio suo vnigenito, & Seruatore nostro: Cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Bonitas Dei.
Gen. 3.

Psal. 127. 35.

PRECATIO DOMINICÆ SOLI-
citudinis ex diffidentia vetita. Matth. 6.

Fili Dei, Domine Iesu Christe, qui dixisti: Scit Pater vester cælestis, quod opus sit vobis his omnibus: Tu, qui es sapientia aterni Patris, intelligis, quare hanc vitam nostram condideris, vt genus humanum ex paucis per generationem propagari oporteat, & cur nobis opus sit victu, defensione, institutione, cùm alioqui magna agmina hominum sicut angelorum creare potuisses, & nos sustentare sine cibo, sicut seruas stellas, & corpora cælestia. Cùm igitur in hac vita hoc modo tibi velis colligere Ecclesiam inter magnos furores hostium tuorum, & nostro corpori, quod tuo erit conforme, adiunxeris culinam: Oramus te, doce nostras infirmas mentes, rege voluntatem & corda nostra, vt ordinem abs te sancitum non interuertamus: sed primum queramus tuum regnum, & tuam iusticiam, vt tu in nobis fulgeas, vt vera fide tuam iusticiam apprehendamus, & tibi vniamur, sicut subditi sua regi, & membra suo capiti: facito, ne frangamur metu periculorum, inopia, persecutorum: & à tuo regno nos segregemus: Da vt inter istas metas sedulo discamus tuam voluntatem, monstratam in verbo, & tu secundum promissionem tuam adijce nobis cætera: Largire nobis pacem, defensionem, victum, da salutaria regimina, & serua nos in hac vita in tuo regno, donec mortui in Domino & resuscitati transferamur in aliud regnum, vbi culina nostri corporis cessabit & otiosa erit: Nos autem te monstrante, Patrem tuum de facie ad faciem intuebimur, & causas omnium rerum, & vniuersam sapientiam creationis, & redemptionis hominum, in te conspiciemus, AMEN.

DOMINICA XVI. POST.
TRINITATIS EVANGELIUM

LVC. VII. CAP.

HOMILIA VNICA.

Et factum est die sequenti, proficiscebatur in ciuitatem, quæ vocatur Naim, & proficiscebatur cum eo

Hb iij

Disci-

Discipuli eius multi, turbaq; multa. Ut autem appropinquavit porta civitatis, ecce defunctus efferebatur, qui filius unigenitus erat matri sue, & ipsi quidem vidue, turbaq; civitatis multa erat cum ea. Et intuitus eam Dominus misericordia commotus est super ea, & dixit: Ne fletis. Cumq; accessisset, tetigit loculum (ij verò, qui portabant, substiterunt) & dixit: Adolescens, tibi dico, surge. Tunc resedit, qui fuerat mortuus, & cepit loqui: & ille dedit eum matri sue. Cæpit autem omnes timor, & glorificabant Deum, dicentes: Certè Propheeta magnus surrexit inter nos, & certè DEUS respexit populum suum. Peruenitq; iste de eo sermo in totam Judæam, & in totam regionem circumiacentem.

Christus mortis victor.



QUONIAM AETERNVS DEI FILIVS, IESVS

Christus, ideo in mundum venit, & homo factus est, vt humani generis redemptor atque seruator esset, totus in hoc est, vt tam doctrina, quam operibus probet, se nos ex omnibus liberare & asserere posse, quæ nobis noxia & formidolosa sunt. Inter ea autem facillè primas tener mors, quæ cum per peccatum ingressa, & peccati poena sit, euidentis quoque & certum est ira Dei argumentum, & proinde hominibus nihil ea terribilius esse consuevit. Sæpe ergo docet Christus se huius victorem atque domitorem esse, neque eam posthac timeri debere, eò quòd ipsius merito deuicta, credentibus ex huius sæculi palæstra felix ad æternam vitam, & patriam cœlestem, transitus facta sit.

At quia hoc vix credibile videtur, & rationi humanæ vix quicquam tam absurdum est, quam in morte vitam sperare, promissionem illam & doctrinam suam, operibus aliquot miraculosis confirmauit. In quorum numero primum censi potest, quod in centurionis Capernaitici seruo æditum fuisse Euangelista noster in initio huius cap. narrat, sicuti Dominica tertia post Epiphani. Domini eadem historia ex 8. cap. Mat. prolixè tractatur. Huius enim seruum morti vicinum, imò iam iam moriturum, & in extremis agentem, ex mortis quasi faucibus solius verbi sui virtute eripuit. Cui merito subiici debet, quod postea cap. 8. de Iairi, principis Synagogæ, filia habetur (cuius historia Dominica 24. post Trinitat. explicatur) quæ, cum iam expirauisset, per eundem Christum vitæ restituta est. Vtrumque autem superat, quod modò recitauimus. Nam iuuenem, qui ante horas aliquot hac vita defunctus iam ad sepulchrum efferebatur, in maxima populi vndiq; confluentis frequentia, in vitam reduxit.

Quibus adde maximum omnium, quòd Lazarum Bethaniensem, qui & sepultus erat, & quartum iam diem in sepulchro agebat, inde in lucem euocauit. Quæ omnia si simul considerentur, euidentissimè apparebit, Christum & vitæ & mortis dominum esse, neque sibi quicquam obtinere posse, quò minus nos ex mortis manibus eripiat, siue iam animam agamus, siue omnino expirauerimus, siue in loculum inclusi efferamur, aut etiam terræ mandati putrescamus, imò in terram & cineres iam redacti simus. Est autem doctrina hæc cognitu valde necessaria, cum fidem nostram efficacissimè confirmet, & sola nobis in mortis articulo laborantibus veram consolationem asserere possit. Ideoque proderit, singulas huius historiarum partes propius inspexisse.

Locus testis miraculi.

Orditur autem Euangelista à loci notatione, & testibus, qui miraculo huic interfuerunt. Christum enim Naim versus iter fecisse scribit, quæ ciuitas Galilææ fuit, non procul à monte Thabor & Cana, quam aquæ in vinum mutatione nobilitatam à Domino fuisse, Ioannes cap. 2. prodidit. Habuit autem in ea protectione Iesus maximum comitatum ex discipulis, id est, ijs, qui iam ipsi nomen dederant, eumque Magistrum & præceptorem suum agnoscebant. Accessit his ingens multitudo populi, qui ex omnibus

nibus locis ad illum diuersas ob causas solebat confluere. Et hi simul omnes iam non procul à porta ciuitatis aberant, quo loco Iudæi ex veteri more conuentus publicos agere, & iudicia exercere, solebant. Faciunt ista omnia miraculi huius certitudinem, ne quis hic aliquid fingi suspicetur. Imprimis tamen ipse Christus nobis spectandus est, qui signa sua omnia non sine certa ratione fecit in publico, & maxima hominum frequentia: Nimirum, vt & pluribus innotescerent, & eorundem fructus esset vberior. Ita verò suspicionibus mederi voluit, ne quis eum ex impostorum numero esse puter, qui, cum præstigijs vtantur, consultò angulos & tenebras quærunt, quò facilius apud rudes, & rerum imperitos, sua figmenta venditent. Fuerunt tales iam olim, qui (vt Paulus scribit 2. Timo. 3. cap.) occultè in familias obrepere, muliercularum superstitionum simplicitati insidias struere solebant. Quos hodie ferè fraterculi & Monachi imitantur, qui inconsultis, & plerumque inscijs Ecclesiarum, pastoribus, hinc inde sua somnia spargunt, & ementitis miraculis populum circumducunt, quæ nullis certis testibus possunt probari. Neque multum ab horum moribus absunt Anabaptistæ, qui, vt inter suæ farinæ homines audacissimi sunt, & nihil non suis auditoribus pollicentur: Ita nihil minus ferre possunt, quàm, vt quis eos ad reddendam doctrinæ suæ rationem in lucem protrahat. De quib. omnib. dici potest, quod Ioan. tertio ca. dicit Christus: Omnis, qui peruersè agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Meritò igitur pijs omnibus illi suspecti esse debent.

Deut. 22.
2. Reg. 15.

Sed pergamus in historiæ huius tractatione. Cum ad portam ciuitatis Christus appropinquauit, pulcherrima ædendi miraculi occasio sese obtulit. Ecce enim effertur ad sepulturam quidam defunctus: Filius nimirum viduæ cuiusdam, & quidem vnigenitus: Quæ causa fuit, vt funus hoc, non sine matris luctu acerbissimo, & magna ciuium frequentia, qui illam officij causa comitabantur, duceretur. In hos ergo cum suis Christus incidit: Quod Epicuræus aliquis fortuitum, & ex contingencia nescio qua factum fuisse diceret. At nos, qui Christum æternam Dei sapientiam esse scimus, qui non præsentia modò, verum etiam quæ præterita & futura sunt cognita habet, illum occulto suæ providentiæ consilio profecionem hanc ita instituisse, & maturauisse, credimus, vt occasione noui miraculi haberet, quo eos etiam ad sui cognitionem excitaret, quibus hucusque incognitus fuerat. Quia enim Deus nos in quærenda salute tardiores esse nouit, ipse, pro sua erga nos bonitate, nos quærere, & omni occasione diligenter vt, consuevit, quam nobis docendis aut seruandis idoneam esse videt. Quò magis nos quodque intentos esse decet, ne quando ipsi nobis defuisse, & illius bonitatem contempsisse, videamur. Quid enim tales maneat, multorum exemplis docemur, imprimis autem Iudæorum, quos hoc potissimum nomine per Prophetas olim Deus accusauit, & de quibus Christus maximè queritur, quòd diem suæ visitationis non agnoscant, & proinde excidendos fore minatur.

Occasio miraculi.

Eccles. 10.

Luc. 19.
Matth. 21.

Cæterum hoc loco tota funerum ratio nobis consideranda venit, in quibus olim variè erratum fuisse, & hodie etiam passim errari, constat. Eius enim apud gentes olim plerique intellexerint defunctorum rationem esse habendam, quos illi sacros esse censebant (vt Plinius & Plutarchus annotarunt) non defuerunt tamen barbari quidam, qui omni humanitatis sensu abiecto, mortuorum corpora partim crudeliter, partim ignominiosè, tractarunt. Lothophagi enim illa temerè in mare abiciebant, parum interesse putantes, igne ne aut aqua dissoluerentur. Sabæi defunctos nihil à stercore differre sentiebant, & proinde apud illos regum quoque corpora in sterquilinum abijci solebant. Apud Troglodytas mos fuit, vt mortui ceruicem pedibus alligarent, & raptim cum risu & iocis efferront, nullaque loci ratione habita terræ mandarent, & ad caput cornu caprinum affigerent. Thraces quoque funera cum risu & gaudio publico deduxisse, è contra verò natales suorum lachrymis persecuti fuisse scribuntur. Quos etsi quidam laudauerint, ego tamen illos summa reprehensione dignos iudico, quia neque Dei beneficium, quod in huius vitæ vsu nobis confert, rectè intellexerunt, neque communitatem omnium sortem, cuius nos mors admonere debet, obseruarunt. Neque alia illis huius instituti causa fuit, quàm quòd in præsentem modò vitam intenti, quæ curarum atque laborum plena est, beatæ resurrectionis atque immortalitatis spem ignorauerunt. Hircanos autem vita functos canib. deuorandos proiecisse, Strabo scribit, quos ideo sepulchrales dicebant. Superarunt hos omnes immanitate Scythæ, qui mortuos inter epulas honoris causa vorare soliti fuerunt. Et hos quidem, vt à còmuni humanitatis sensu alienos, merito omnes

Funerum ratio.

omnes detestantur. Plerisque autem in usu fuit, ut defunctorum corpora, magnifice ornata, in rogo sublimiori, cum aromatum congerie, & rebus pretiosissimis, comburerent, inde cineres in urnam conditos in locum aliquem honoratiorem collocarent. Apud vulgus tamen sepulturæ mos obtinuit, quod ea minimo labore, & non magnis impensis, perficeretur. Plurimum tamen peccatum fuit superstitione, quæ funeribus sacrificia adhibere, & infinita alia facere docuit, quibus illi defunctorum animas adiuuari credebant, ut citius & facilius ad campos Elysios transfirent. Inter Christianos autem, etsi tumulandi mos passim receptus sit, posteris tamen temporibus funera non minus superstitiosè duci cœperunt, quàm olim apud gentes, & ceremoniæ adhibite sunt, quæ sacrificulis quidem & Monachis quæstuosæ fuerunt, salutis verò spem, quàm credentibus Christi promissiones faciunt, maxima ex parte labefactarunt. Cuius erroris præcipua causa fuit ignis lustralis aut purgatorij (ut illi loquuntur) commentum, quo animas expiari oportere finxerunt, adiuuari autem sacris illis, quæ pro mortuis facienda esse docebant. Quod ut facilius persuaderent, ossuaria extrui curarunt, in quibus ossa, è sepulchris eruta, in struem composuere, ut, his visis, ad animas ex purgatorij igne liberandas, facilius omnes excitarentur. Itaque cum temporis progressu crevit superstitio, & huic luxus fastusque accessit, quo post mortem quoque vana stemmatum & generis sui ostentatione homines ambitiosi superbire in animum induxerunt. Extrauntur ergo à nonnullis magnificæ monumentorum moles, ornantur hæc peristylijs, & insignibus familiarum, suspenduntur arma, & ferè armatam sui effigiem illic cum terrore exhibent, quorum corpora iam à vermibus & tineis deuorantur. Imò ea nonnullorum est confidentia, ut aromatis condiri velint, quibus corpora seruentur ita nimirum diuinam sententiam eludere conantes, quæ nos in terram redituros statuit. Sunt hæc omnia indigna Christianis hominibus, quos mortis consideratione cum primis humiliari & in funeribus certam salutis, per Christum nobis exhibitæ, spem publicè testari conuenit. Videamus igitur in hoc exemplo, quis olim in populo Dei funerarum deducendorum mos fuerit, & quid hodie à nobis fieri debeat.

Gen. 3.

Defuncti terra debent mandari.

Gen. 23. 25. 49

Gen. 3.

Ican. 19.

Gen. 1.

Lib. 2. cap. 63.

Gen. 18.

Primò ad portam ciuitatis Christo illi obuiam veniunt, ut defunctum terræ mandent, atque sepeliant. Hic ergo mos fuit Iudæorum, ut corpora exanima in sepulchra conderent. Est hic mos omnium vetustissimus, ut in Abrahami & aliorum patriarcharum exemplis est videre, & cum Dei sententia conuenit, cuius modò meminimus: Terra es, & in terram conuertèris. Neque hinc aliquem moueat, quod nonnulli sepulchra in petris exciderunt, quale Iosephi Arimathæi fuit, in quo Christi corpus conditum fuisse legimus. Hoc enim fecerunt, ut futuræ resurrectionis spem confirmarent, & publicè testarentur fidem suam, qua corpora olim vitæ restituenda fore credebant. Quæ etiam causa fuit, quod ea condire solebant. Et necesse erat, veterum scilicet pluribus adminiculis iuari, eò quod illis omnia obscurius promissa & adumbrata erant. At nos illis minimè opus habemus, neque decet, ut ad elementa hæc imbecilliora conuertamur, quibus lux plena & perfecta iam pridem in Christo affulsit. Sufficiat ergo nobis simplex sepulturæ ritus, ut in terram corpora deponantur, unde primi Adami corpus desumptum esse scimus. Nec enim temerè sic DEUS instituit. Nam nostræ originis simul & conditionis nos ritus iste sepeliendi admonet, quando nos iam à reliqua natura abdicatos (ut Plinij verbis utar) terra suo gremio complexa, tum maxime ut mater operit. Quod qui non oscitanter expendunt, ij neque huius seculi bonis fidunt, neque aduersus Deum superbiunt. Imò hic ad veram humilitatem acerrimus stimulus est, si sepulchri nos tandem excepturi foueam nobis sæpe ob oculos ponamus, & cogitemus, non multò post, in terram, quam nunc pedibus calcamus, reuersuros esse. Hæc consideratio Abrahamum mouit, ut quamuis omnium virtutum genere omnes alios excelleret, in Dei tamen conspectu sese extremè humiliauerit: nimirum quod se puluerem & cinerem esse cogitaret. Quod ipsum de Dauid, & alijs sanctis dicere possumus.

Deinde ad consolationem nostri aduersus mortis terrores plurimum facit sepulturæ consideratio. Nam sementis istar illa est, & ut semina, terræ mandata, cum fanore proueniunt: ita corpora, quæ in terram sepeliuntur, olim glorificata, & ab omni corruptione libera, resurgent. Admonet de hoc Christus, quando seipsum aduersus mortis horam, iam appropinquantem, hoc argumento consolatur, sic dicens: Venit tempus

pus, quo glorificetur Filius hominis. Amen, amen, dico vobis, nisi granum frumenti lapsum interrā, mortuum fuerit, ipsum solum manet: Si verò mortuum fuerit, multum fructum affert. Quibus verbis docemur, non vtile modò, sed necessarium esse, ut corpora nostra in terram resoluantur, & proinde Dei consilium non rectè ab illis expendi, qui alias condendorum aut seruandorum funerum rationes excogitant, aut ossa è sepulchris effodiunt, ut ea contra veteris Ecclesiæ morem spectanda proponant. Hoc enim perinde est, ac si quis femina, priusquam excreuerunt, è sulcis eruat, & inde fructum aliquem speret.

Deinde extra urbem illi defunctum efferunt, ex quo apparet, illis sepulturæ locum non intra moenia, sed foris fuisse: quod ipsum quoque ex veteri more cum alijs commune habuerunt. Nam Lazari etiam sepulchrum extra Bethaniam fuisse constat, ut & Iosephi Arimathæi extra Hierosolymam fuit. Et in monumentis, quæ extra urbem Gergesenorum erant, domicilium suum habuit Dæmoniacus, de quo Marcus capitulo quinto scribit. Quem morem apud Gentes quoque alias receptum fuisse, historici regijs dicebatur, sepeliri solebant. Et quàmuis Romæ al quando sepulchra in vrbe admissa fuerint, illud tamen posteris temporibus sub Cos. Duellio senatus inhibuit. Et scribit Vlpianus, Adrianum Imperatorem poenam statuisse aureorum quadraginta in eos, qui in ciuitate sepulchrum fecissent, quam fisco inferri iussit: Et eadem poena etiam Magistratus mulctari voluit, qui id passi forent: Quin & locum publicari iussit, & caueri inde transferri. Quò etiam referri potest, quòd Appianus scribit, inter præcipua, cur legem Agrariam recusarint diuites, fuisse, quòd impium ducerent, monumenta maiorum ad alienos transferre. At nunquam hoc prætexere poterunt, nisi sepulchra illi in agris habuissent. Etsi verò gentibus instituti huius fortassis præcipua causa fuit, ut in vrbibus mundities seruaretur, & aer minus inficeretur ex cadauerum putrescentium fetore, tamen in Dei populo maius mysterium obseruatum fuit. Nam funerum deductione extra vrbes publicè testabantur, defunctos iam è mundo exiuisse, & alterius ciuitatis ciues factos esse: cuius nimium, quam in coelis habent, quotquot per fidem filij Dei facti sunt. Proderat etiam mos iste ad cauendum superstitiones, ne quæ sacra pro mortuis instituerentur, sed se omni erga illos officio iam defunctos esse scirent, qui illos honestè tumulari curauerant. Et morem hunc inter Christianos homines diu seruatum fuisse, multis argumentis probari poterat, & illius vestigia adhuc extant in multis vetustis & celebrioribus oppidis. At postquam, crescente superstitione, sacra pro defunctis fieri cœperunt, tunc etiam sepulturæ locum templis vicinum esse, voluerunt sacrificuli & Monachi, ut sacra illa facilius obire, & quæstum maiorem facere possent. Et illis libenter morem gesserunt, qui etiam ipsi superstitione decepti caeremonijs illis, plus quàm causam fuisse, neque vllum vnquam excogitatum esse aucupium quæstuosius, quàm quòd ex funeribus & exequijs sacrificuli Papistici instituerunt. Nam & locum sepulturæ, ex publico priuatum, & sui iuris, fecerunt. Eundem postea pretio vendiderunt, Hebreo illo barbaro iniquiores, qui Abrahamo agri sui vsum gratuitum offerebat, ut in eo vxoris corpus sepeliret. Pretium item sepulchri pro loci ratione auxerunt. Nam qui multum numerant, intra vestibulum, aut etiam ipsum templum, admitti solent, qui vero minus, ij sub diu compluuntur. Adhæc ex mortuis tributa annua colligunt, quando non sufficit ipso sepulturæ die sumptum fecisse, nisi funebria sacra octauo die, tricesimo item, & deinde quotannis, repetas. Itaque, per illorum avaritiam, ne mori quidem & computrescere gratis licet. Neque illos superstitionis & nundinationis huius pudet, etiam si eam nullo venerandæ vetustatis exemplo, multò minus autem Dei verbo, probari posse satis norint. Nam etsi in lege sua Deus sacrificia omnis generis instituerit, & eadem in suas species mira diligentia distinxerit, nullam tamen prorsus sacrorum pro defunctis mentionem fieri scimus: neque ea inter Christianos homines locum habere debent, quando fidem in Christum labefactant, qui eos, qui in se credunt, non vllum post mortem iudicium subire, sed recta ad vitam æternam transire docet. Ad mortuos sanè nullam ex ijs, quæ superstites faciunt, ut litatem redire, Cicero intellexit, cuius hæc verba in primo Thusc. quæst. leguntur: Mortuorum corpora nihil sentiunt in sepultura: quantum verò consuetudini famæque dandum sit, id curent viui, sed ita, ut intelligant nihil ad mortuos pertinere.

Sepulchra extra vrbes antiquitus fuerunt. Ioan. 11.

Ioan. 5.

DOMINICÆ XVI. POST TRINITATIS,

Facilius autem superstitionis huius reliquiæ ex omnium cordibus tollentur, si sepultura locus procul à templis remouetur, & passim vetus ille mos reducatur, de quo antè diximus. Etenim nimium inepti & ridiculi sunt, qui pro loco sepulturæ contendunt, quando constat omnem terram Domini esse, & olim non terram modò, verùm etiam mare, & reliquas mundi partes omnes reddituras esse mortuos, qui in illis consumpti sunt. Quin potius, vt bene & piè moriamur, nobis curæ sit: Tunc enim quouis loco ossa nostra probè quiescent, & vt prophani Poëtæ testimonio in superstiosorum istorum ignominiam vtar:

*Tabes ne cadauera soluat,
An rogos, haud refert: placido natura receptat
Cuneta sinu, sinemq; sui sibi corpora debent.*

Item:

*Libera fortuna mors est, capit omnia tellus.
Qua genuit, caelo tegitur qui non habet urnam.*

Sepulchra sacra debet esse.

Interim Christianos homines decet, sepulchræ publicæ locum sacrum putare, neque permittere, vt vllis prophanis vsibus violetur. Etsi enim improborum petulantia defunctis nihil incommodet, eadem tamen frænanda, & Christianæ disciplinæ legibus cœcenda est, ne eorum fidem ridere, & ijs insultare videamur, quorum corpora, cum in viuis essent, Spiritus sancti templa fuerunt, nunc autè in Christo sopita quiescunt. Veteres certè loca sepulturæ κοιμητήρια, quasi dormitoria dixere quòd corpora priorum illic quiescant, olim resurrectura sub nouissimum, Iesu Christi aduentum, vt & ipsa beatæ immortalitatis præmio ornentur. Etenim, vt rursus ad externos transeamus, nulla ex gentibus non omnino barbaris tam efferata fuit, quæ non senserit sepulchrorum habendam esse rationem. Apud Athenienses certè tanta eorum cura fuit, vt etiam peremptos bello, si quis dux sepulturæ honore vel per negligentiam fraudasset, capite plecteretur. In Romanis verò legibus, hæc etiam habetur: Vbi corpus demortui hominis condas, locus sacer esto. Et Vlpianus, sepulchri (inquit) violati actio infamiam irrogat. Imò grauius mulctatos fuisse olim legimus, qui bustum violauissent, aut ex sepulchro columinam deiecisset aut fregisset. Quò magis Christianos homines curare decet, vt superstitiones quidem, quæ cum fide nostra pugnant, deuient, non minus autem caueant, ne publicæ sepulturæ prophanis vsibus violentur.

Deductio funerum & luctus.

Et huc etiam pertinet, quod de funeris deductione hîc tertio loco additur, quòd nimirum multa ciuitatis turba viduam comitata sit, & hanc defleuisse, Christi, ipsam rem modò erga defunctos, & eorum agnatos, verùm etiam fidem atque spem resurrectionis testemur. Et vt id publicè, & cum populi frequentia, fiat, prodest, vt ita non amideat fructus, qui ex communis sortis nostræ consideratione nascitur. Quod Solomon obseruauit, sic scribens: Melius est adire domum luctus, quàm domum conuiuij, illic enim finis omnium hominum cernitur, & qui superstes viuit, id reponit in corde suo. Constat certè vix alia re homines magis absterri à peccandi licentia, & ad vitæ innocentiam excitari, quàm si se mortales esse, & vitæ huius finem sibi in singula momenta appropinquare cogitent. Ideo Sirachides ille dicebat: In omnibus factis tuis memento finis extremi, & non vnquam peccabis. At in funeribus cauendum est, ne luctus sit nimius, qualis (vt Paulus ait) eorum esse solet, qui spem resurrectionis & vitæ æternæ prorsus ignorant. Vt enim humanum est eorum mortem lugere, qui de nobis bene meriti sunt, aut quorum vsus in Repub. vel Ecclesia magnus fuit: Ita charitatis beneficium est, pia compassione eos consolari, ad quos luctus ille, propter cognationis vinculum, propius pertingit. Et notum est illud Apostoli: Gaudete cum gaudentibus, plorate cum plorantibus.

Ecc. 7.

1. Thef. 4.

Gen. 23. 49.

Ioan. 11.

Sunt item exempla sanctissimorum hominum, qui suorum funera pijs lachrymis profecuti sunt. Fecit hoc in dilectæ coniugis Saræ obitu Abrahamus, Pater credentium. Et Iosephum in Iacobi Patris sui mortui faciem ruisse, & fleuisse, legimus. Stephanum quoq; cum planctu magno extulerunt viri religiosi, quòd ipsis doleret, quando solius præclaro organo orbatam esse. At quid exemplis pluribus opus est, quando solius Christi vnicum sufficit, quem ob Lazari mortem, & sororum eius pijs lamentationibus, sed potius

potius inhumani & impij sunt, qui & suorum obitus, & aliorum luctum, atque iustum dolorem siccis oculis, & absq; omni animorum commotione, intueri possunt. Sed, vt ante diximus, dolorem nostrum moderari atque temperare debet fides nostra in Christum, quæ, defunctos iam in vitam beatiorem translatos esse, nos autem, quoad in huius vitæ palæstra agimus, Deo curæ fore docet. Cauenda item est in funerum deductio- sic detestabilis omnino est, si ei in morte locum demus, quæ (vt Poëta Ethnicus vidit) æquo pede pulsat pauperum tabernas, regumq; turres, & in qua nobis de communi omnium sorte diligentius erat cogitandum. Et ista quidem de hac re dixisse sufficiat.

Hor. l. i. carm. Ode. 4. ad pub. Fest.

Transeamus nunc ad miraculi considerationem, in quo imprimis, quid Christus fecerit, spectandum est. Primò viduam intuitus, & ex animo illius vicem miseratus est. Hoc enim innuit Græca vox *εσπλαγχισθη*, qua Lucas in præsentî vtitur. Mox verò animi affectum verbis quoque declarauit, dum illam amicè compellans flere vetat. Tangitur ergo nostris miserijs Christus, & (vt in alijs etiam exemplis videre licet) *σοφγας* habet efficacissimas. Quapropter inde consolationes peti debent in omni casu, qui nos afflictorum vindicem esse profiteretur. Videt ergo nos, & nostri cura tangitur, siue cum egestate conflictemur, siue morbis diuturnis contabescamus, siue iniurijs improborum obnoxij simus, aut quocunq; alio infortunio exerceamur. Imprimis autem hoc obseruari debet, quoad conscientiaæ terrores, ne nobis Deum *ασοργον* fingamus, & proinde de eius bonitate & clementia desperemus. Vt enim se Patrem dicit, ita amore plus quàm paterno nos prosequitur: Et cum nos ab ipso alieni essemus, filiū dedit, qui nobis (vno peccato excepto) similis factus per omnia, infirmitatibus ijsdem, quibus nos obnoxij sumus, tentatus est, vt per eum nobis liber & tutus esset ad thronum gratiaæ accessus. Quoties ergo intra animos nostros diuini iudicij horror sentitur, toties nobis Christi hominum labores & ærumnas miserantis facies in mentem veniat, neque dubitemus, illum minimè abiecturum esse eos, ad quos seruandos in mundum venire dignatus est.

Matth. 6. Ioan. 3. Rom. 8. Heb. 15.

At simul meminerimus, nostri quoque officij esse, vt aliorum miserijs tangamur. Dum enim naturales illas affectiones in se recepit Christus, easdem suo exemplo nobis commendare voluit: Quò Paulus respexisse videtur, quando *ασέγγυς* inter nouissimorum temporum pestes numerat, à quibus Christiani homines sibi potissimum debent cauere. Etsi verò omnium nos misereri conueniat, imprimis tamen hoc officium viduis debemus quas præ alijs commiseratione & auxilio dignas esse patebit, si earum conditionem rectè consideremus.

Miserericordia commendatur. 2. Tim. 3.

Quia enim mulieris caput vir est, quid aliud dicitur vidua esse, quàm corpus sine capite, id est, rationis & consilij expers, & proinde omnium iniurijs expositum? Nam si senex fuerit, tam sibi ipsi quàm suis oneri est: Sin iuuenula, mox erunt, qui pudicitia eius insidientur, & præsens famæ periculum imminet. Si diues, sunt, qui eius opibus inhient: Sin pauper, ab omnibus deseritur. Si liberos habeat, nouis quotidie curis tentatur: Si orba sit, sola suspirijs & dolore consumitur. Merito igitur Deus in lege & Prophetis viduas commendat, & graues poenas ijs statuit, qui illas affligere audent. Nullam viduam (inquit) aut orphanum affligetis: sin verò eos omnino pergatis lædere, indubiè ad me clamabunt, & ego certissimè eos exaudiam, & excandescet furor meus, atque interficiam vos gladio, & sient vxores vestrae viduae, & filij vestri orphani. Et in primitiua Ecclesia viduas pijs imprimis curæ fuisse, ex actorum libro, & priori ad Timoth. Epistola satis constat. Hic ergo officij sui probè meminerint omnes, qui Remiram aduersus se accendant. Illæ verò ex eo consolationem petant, quòd se Deo curæ esse norunt, & eas viduas imitentur, quæ cum vera fide & religione castitatis studium, & vita innocentiã, coniunxerunt: quales olim Iudith, Anna & plures alia fuerunt, quas scriptura prædicat.

Viduam conditione.

Exod. 22.

Acto. 6.

Indit. 3. 9. Luc. 2.

Sed ad Christum redeamus, qui ad funus accedit, & loculum attingit, quasi manum iniecturus in mortem, vt prædam, ante tempus captam, ex faucibus illius eruat. Ostendit præterea, sibi neque mortem, neque feretrum, aut sepulchrum, horrore esse, quò minus suum in ista omnia imperium exerceat. Deinde mortuum, perinde, ac si in viuus esset, compellans, ait: Adolescens, tibi dico, surge. Nec mora surgit ille vitali Spiritu

Christus excitat mortuum.

Ioan. 11.

Spiritu iterum animatus, & astantem populum alloquitur. Inde eum Dominus morti restituit, quæ eò maius gaudiū inde percepit, quò grauiori antea dolore vulnerata fuerat. Idem ergo hic fecit, quòd postea, quando Lazarum simili cum autoritate ex monumento prodire iussit, qui & ipse eius dicto mox paruit.

Rom. 4.

Sunt autem hæc certa & indubitata diuinitatis Christi argumenta. Dei enim proprium esse Apostolus docet, vt vocet ea, quæ non sunt, vt sint, id est, vt ex nihilo quæque, quod vult, producat, & solius verbi virtute omnia conficiat. At quid hic aliud Christus facit, quando mortuum & exanimem in vitam euocat, & eundem absque hac alio adminiculo omnibus facultatibus, ad vitam necessarijs, instruit? Frustra ergo hæc eius miracula olim eludere conati sunt Porphyrius, Lucianus, & alij, qui illa magicis præstigijs similia dixerunt. Nos potius in his agnoscamus Christum eum esse, qui (vt per missiones Patribus datæ docent) illum, qui mortis habebat imperium, abolere debuit, vt miseros nos mortales primò quidem in vitam spiritualem asserat, inde verò corpora quoque excitet, vbi nouissimi iudicij dies aduenerit.

Vsus miraculi huius duplex.

Est ergo miraculi huius duplex vsus. Primus, quòd vitæ spiritualis typum nobis exhibet. Vocat enim ad hanc nos quotidie Christus, dum per delicta mortui iacemus, neque quicquam eorum facimus, aut possumus facere, quæ ad vitam verè Christianam pertinent. Neque vocat modò, sed simul verbo suo vim addit diuinam, qua animos penetret, atque nouam in nobis voluntatem, nouasque vires, pariat. Et hoc illud est, quod Ioannis quinto cap. ipse his verbis enuntiat: Amen, amen, dico vobis, quòd veniet tempus, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent. Ea verò nos officij admonent, ne Christum, nos vocantem, contemnamus, sed relicto peccatorum luto surgamus ad vitæ nouitatem, nosque in ipso viuere dictis factisque palàm testemur.

1. Thef. 4.
Ioan. 5.

Alter vsus est, quòd aduersus mortis terrores solatur, & futuræ resurrectionis spem in nobis confirmat. Vt enim iuuenis iste Domini voce in vitam restituitur, loquitur, ambulat: ita in magno illo die cum tuba Dei & voce Archangeli ille veniet, & qui in monumentis sunt, vocem eius audient, & prodibunt.

Mar. 5.
Ioan. 11.

Quoties ergo de corporum restitutione & resurrectione caro dubitat, & omnium generis obstacula sibi fingit, tunc nos cogitemus, rem hanc omnem non humanis rationibus aut medijs, sed Dei verbo, confici oportere, cuius virtute olim omnia ex nihilo creata sunt. Et quid obsecro obstabit, quòd minus verbo suo omnes homines simul excitet, qui & hunc iuuenem, postea Iairi filiam, postremò Lazarum, tam facile excitare potuit? Sufficit vna vox, vt omnes in eodem cubiculo dormientes expergescant: Et tu Filij Dei vocem minus efficacem putabis erga eos, qui in tota hac mundi machina per mortem sopiti dormiunt? Hæc vt fidem nostram confirmant, & per omnem vitam nos officij admonent: ita aduersus mortis terrores consolationem dulcissimam asserunt. Est quidem natura sic comparatum, vt mortem homo timeat, & ita Deus non sine certa ratione rem constituit. In eo enim, quanta sit peccata atrocitas, cernitur, & multi continentur, ne in tentationibus grauioribus ipsi sibi manum inferant, quando frequenter accidit, vt pij quoque mori potius, quàm viuere, optent. At non tantus debet esse terror iste, vt mortis effugiendæ caussa aliquid à fide alienum, & professione nostra indignum, faciamus. Non deterret sapientem mors (ait Cicero) quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem vitæ nunquam potest longè abesse. Quanto minus ergo hominem Christianum terrere debet, qui vitæ dies, imò capillos suos, apud Deum in numerato esse nouit, neque se moriturum esse, priusquam hora illa præfinita aduenerit? At si simul cogitemus, mortis conditionem merito & virtute Christi mutatam esse, vt iam non peccati poena sit credentibus, sed transitus ad vitam æternam, nosque dum hinc migramus, vno momento omnibus huius vitæ miserijs detungi.

Matth. 10.

Colos. 3.
Philip. 1.

Ad bona autem æterna contendere, quorum hæreditas olim ad corpus quoque reatundatura sit: proculdubio mortis horrorem ita vincemus, vt cupiamus dissolui, quòd liberius & propius cum Christo coniungamur. In horum ergo meditatione frequentes nos esse conuenit, & ad huius vitæ felicitatem plurimùm nobis accedet, eò quòd tranquillo animo esse non potest, quisquis mortem omnibus horis sibi imminentem metuit.

Effectus miraculi.

Sequitur miraculi effectus, quem multis Lucas exponit. Primò timor omnes corripuit. Solet hoc fieri, quando Deus suam præsentiam aliquo euidentiori testimonio no-

nio nobis declarat. At hinc pij ab impijs multum differunt. Hi enim aut belluino stupore oppressi quid faciant nesciunt, aut in rabiem acti, aduersus Deum fremunt. Illi vero ei vnice placere student. Ex horum numero isti quoque fuerunt, etiamsi multa adhuc ipsis defuerint. Additur enim, quod glorificauerint Deum, & publice confessi sint, magnam Prophetam surrexisse, & Deum tandem suum populum respexisse. Ergo veteres promissiones in mentem reuocant, & spe bona pleni restitutionem in propinquo adesse sentiunt. Quamuis interea in eo turpiter errent, quod regnum terrenum somniabant, & in presentem modum statum intenu animos non poterant in caelum attollere. Tanta tunc erat inter Iudaeos doctrinae confusio, vt licet promissiones omnibus nota essent, & ea quotidie fierent, quae patres sperauerant, pauci tamen veritatem ipsam possent intueri. Quo exemplo docemur, quantum mali dent impostores, qui verbi Dei doctrinam humanis figmentis obscurare, & inficere audent: Et vtinam non hodie etiam his similia fierent. Notae sunt quidem promissiones Euangelij, & in omnium ore versantur fidei Christianae principia, quae symbolo, quod Apostolicum dicuntur, continentur. Sed quotus quisque ista intelligit, aut de eorum sensu serio cogitat? Fit ergo, vt inani professione Christiani nominis plerique contenti, ipsum Christum negligant, & circa res inutiles occupentur, quibus Christi meritum obscuratur, atque fides in illum evertitur.

Postremo rumor de Christo in totam Iudaeam, & omnem regionem finitimam divulgatus fuisse dicitur. Est hic fructus agnitionis Christi, quod confessionem & praedicationem parit. Nec enim fieri potest, quin dictis & factis homo testetur, quod toto animo amplexus est. Ideo David dicebat: Credidi, & ideo locutus sum. Postest autem argumentum hoc conuerti, vt eos nunquam adhuc credidisse dicamus, qui loqui nolunt, neque adduci possunt, vt fidei suae confessionem audent. At simul horum exemplo docemur, quid nos facere oporteat. Inuisit enim omnes nos Deus, & miseros respexit, quando filium suum vnigenitum in mundum misit, & hominem fieri voluit. Is Propheta ille magnus est, quem per Mosem olim pollicitus fuit. Idem ille nos, mortuos per delicta, quotidie verbo suo ad vitae nouitatem excitat. Adhuc tyrannide olim ad regni caelorum possessionem resurgamus. Nostrum ergo fuerit, ad verbi praedicationem contremiscere, vocanti obedire, surgere ex peccatorum sordibus, illum oro & vita confiteri, vt vicissim ille nos pro suis agnoscere possit, cum in gloria Patris veniet ad iudicandum viuos & mortuos. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas, in aeternum, AMEN.

DOMINICAE VNICI FILII VIDVAE.

in Naim, reuocati in vitam à Domino, gratiarum actio, & precatio, Luca 7. cap.

Domine Iesu Christe, qui es dator aeternae vitae, tibi agimus gratias toto corde, quod vere viscerata tua misericordia erga nos, oppressos corporalibus & aeternis arumnis, commoventur: Tu gustasti mortem, attingisti tua massa humana sepulchrum & terram, quam isto contactu tuo sanctificasti, vt pijs sit leuis, eosque in morte aeterna retinere non possit. Stant ex tuo mandato gestatores & ministri mortis, peccatum & diaboli, & tu credentes tuos retrahis ex faucibus mortis, reuocas eos ad nouam vitam, monstrata illis tua consolatione. Doces eos loqui, & sonare tuam gloriam. Commendas eos in hac vita Matri Ecclesiae, eosque tandem superata morte corporali, & omnibus malis, adducturus es in tuum regnum. Supplices te inuocamus, miserere in hoc tristi tempore luctus, miserrima Ecclesia tua, quae est Almana, & vidua, orbata praesidijs humanis: Nititur vero tui solius auxilio & protectione. Erige illam dulci tua voce: Noli flere. Instilla tuis veram lucem fidei & consolationis. Doce nos in media morte fiducia tua praesentia, & spe aeternae vitae. Fugato satellites mortis, collocato in veram patriam, in amoenam illam ciuitatem, ubi tuo & totius caelestis Ecclesiae conspectu in omni aeternitate fruemur,

AMEN.

li ij

DOML

DOMINICA XVII. POST
TRINITAT. EVANGELIUM

LVC. XIII. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Et factum est, cum venisset in domum cuiusdam ex primoribus Phariseis Sabbato ad capiendum cibum, ipse observabant eum. Et ecce quidam hydropicus erat coram eo. Tunc respondens Jesus, dixit legis interpretibus & Phariseis in hæc verba: Licet ne sanare Sabbato? Ipse verò tacuerunt. Tum ipse prehensum eum sanavit ac dimisit. Et respondens eis dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, qui non statim extrahat eum die Sabbato? Et non poterant ei ex aduerso ad ista respondere.

Argumentum
capitis.

VONIAM DOMINVS NOSTER IESVS CHRIS-
tus in præcedentibus, de pœnitentia, & salutari ad Deum conversione, mul-
tis differuit, simulq; exemplis & argumentis grauisimis Iudæorum gen-
tem, & cum his nos omnes, ad serium illius studium exhortatus est: com-
modè nunc Lucas hoc cap. nonnulla eius facta & dicta commemorat, quæ

erroribus atque vitijs medentur, quibus pœnitentia quàm maximè impeditur, quæ
item Iudæi ferè retinebantur, quò minus illam sibi necessariam putarent. Primò enim
rursus de Sabbato agit, vt illos de externis omnibus rectè iudicare doceat, quibus
ducia dementati, nihil porro sibi factò opus esse putarent. Deinde cum superbia initi-
um sit peccati, hanc quoq; retundit, & humilitatem atq; modestiam nobis commendat.
Tertiò veram dilectionem tradit, docens, eius officia sic nos præstare debere, ne sub
eorum prætextu nostrum commodum queramus. Postremò quid vocante nos Deo fieri
debeat, docet, ne vocationi eius reluctantes illam nobis faciamus inutilem. In præsentis
quæ de Sabbato dicuntur, videbimus.

Eccle. 10.

Iesus miraculi.

Quia autem non ignorabat Dominus, Iudæos in huius aliorumque rituum ob-
seruatione cum superstitiosa eorum fiducia incurabilem contumaciam coniunxisse, non
verbis solis docet, in quo Sabbati religio consistat, verum etiam factò miraculoso do-
ctrinam hanc suam confirmat: cuius idem finis & scopus est, qui prioris, quod sub ini-
tium proximi capitis in muliere incurua æditum fuit, nimirum dilectionis & veræ pietatis
officia propter Sabbatum, & alias huius generis cæremonias nequaquam intermittere
debere. Et si verò in huius miraculi descriptione Lucas breuitati studeat, tamen in recen-
sendis circumstantijs, quæ alicuius momenti sunt, diligentissimus est.

Christus di-
uertit ad pha-
riseum.

Et primò locum cum tempore annotans, Christum Sabbato in domum cuiusdam
Principis Phariseorum ingressum esse scribit, vt cibum illic caperet. Quod haud dubie
non impudenter ab eo factum est, vt erroneum more non vocatus irrumperet, sed in-
uitatus eò venit cum multis alijs, qui ad idem conuiuium vocati fuerant. Et videri pote-
rat Phariseus iste humanitatis atq; amicitie officium facere, dum Christum honorario
coniuio adhaeret: sed insidiosè & hostiliter istud omne factum fuisse, vno verbo indica-
tur, quando, eos illum obseruauisse, Euangelista scribit. Nec enim in eius verba in-
tenti fuerunt, aut mores obseruauerunt, vt ex ipso aliquid discerent, aut virtutis exem-
plum caperent: Sed vt aliquam ipsius accusandi & perdendi occasionem haberent. Fuit
hoc non inhumanum modò, sed planè barbarum quoque, & tantis viris indignissimum
facinus. Constat enim, apud omnes gentes ex communi more eiusdem mentis commu-
nionem amicitie symbolum, vel etiam vinculum quoddam, atque mutui amoris fo-
mentum, semper fuisse. Et quanto in precio atque honore apud Ethnicos quoque ho-
spitali-

ospitalitatis ius fuerit, ex eo apparet, quòd in bellis etiam apertis illud violari nefas duxerunt, adeò vt hostibus parcerent, quos hospites paternos aliquando fuisse intelligebant. Sed & Ionem solebant *ἑσπιοῦ* vocare, quòd Deum hospitibus iura dare (vt Poëta loquitur) & horum violatores vlcisci crederent. Neq; superstitosam fuisse hanc illorum persuasionem, exemplis, ex scriptura sacra desumptis, probari potest. Abrahamum certè hospitalitatis studiosissimum fuisse legimus: nimirum, quòd illam Deo imprimis probari sciret. Rursus etsi infinita & nefanda fuerint Sodomæorum scelera, pœnas tamen diu distulit Dominus, si fortè ad ipsum conuersi emendarentur: At postquam violato hospitij iure, Lothi domũ oppugnare, & eius hospites ad extremam ignominia postulare ausi sunt, mox omnem moram abruptit, & primo statim diluculo flammis cœlitus immisis illos cum tota finitima regione perdidit. Quid? Annon ipse Dei filius hospitalitatis officia in magno illo die iudicij commendabit, eos autem detestabitur, qui illa neglexerint? Fuit ergo plus quàm barbara crudelitas, quòd sub conuiuij honorarij prætextu isti infidias Christo struxerunt.

At non inuile fuerit illos propius inspicere, vt & incurabilem hypocritarum malitiam, & e contra Dei bonitatem, agnoscere discamus. Phariseos enim illo tempore pro sanctissimis habitos fuisse, sæpe audimus: Verum tamen nulli illis grauiores Christi hostes fuerunt, cuius odio ita flagrârunt, vt toties ab eo victi, subinde tamen ad nouas artes conuersi sint, & pugnam aduersus eum instaurârunt. Interim quando opus est, odium istud celare, & amicitiam simulare, possunt, vt fraude doloque in periculum adducant, quem argumentis & rationibus non poterant conuincere. Est hoc hypocritarum omnium ingenium. Sanctitatis nomen apud rude vulgus externo fuce sibi acquirunt, & cum illa præ alijs omnibus gloriantur, eum tamen ferre nullo modo possunt, qui ipsa sanctitas est, & per quem vnus omnes homines sanctificantur. Ita verò fit, vt dum propria dignitate nituntur, à salute in vniuersum excidant. Et quamuis se miseros & infelices esse propriæ conscientia testimonio edoceantur, & non rarò publicè etiam conuincantur, iisdem tamen nihil est audacius in veritate oppugnanda. Nam etsi ad tempus quiescant, & pacem pollicentur, non tamen desinunt venari occasiones, quibus se aliquid profecturos esse sperant. Semper ergo aduersus eos in excubijs stent veritatis studiosi, neque illorum blanditijs quicquam tribuant, sed tunc inprimis suspecta habeant eorum consilia, quando nihil periculi ab eis imminere videtur. Et pudeat omnes eos suæ ignauia, qui cum Christi nomen profiteantur, tamen eius causam, qua nulla hostisior & sanctior, quæque cum salute nostra coniuncta est, non simili zelo atque studio agunt, sed ab his sese vinci patiuntur, qui & propriæ salutis & gloriae Dei studio iam pridem excusso, nihil præter auram popularem, & quæstum priuatum, quærunt.

Sed ipsius etiam Christi Iesu factum consideremus, qui ad eos ingreditur, quos hostes suos esse, & omnia insidiosè facere, non potuit ignorare. Id verò nequaquam fecit, vt seruiliter adulando eos sibi magis propitios redderet, aut aliud quoddam modum temporarium ex illis vnanaretur: Sed quia in mundum venerat, vt eos saluos faceret qui perierant, istud omne ex officio fecit, & quia Phariseos præ alijs excæcos & obstinatos esse sciebat, non publicè modò eos cum alijs docere & arguere, sed priuatà quoque institutionem adhibuere, voluit. Ideo frequenter ad illos diuertit, cum iisdem edit, & omnem occasionem captat, qua vel doctrina sua, vel miraculis eos lucrificare possit. Et eòdem referri debet, quòd Nicodemum, qui eiusdem ordinis erat, noctu ad se venientem, tam amicè & fideliter instituit. Sunt hæc præclara bonitatis & facilitatis incomparabilis argumenta, quando ijs sese tam amicum & beneuolum præbuit, qui eius vitæ, irrequieto planè studio, insidias struebant. Debent autem ex ijs consolationem petere pij, quando fidem suam intra suas conscientias non nihil tentari sentiunt. Cur enim infirmos ille negligeret, qui erga obstinatos & induratos officium fecit? Aut num eos aspernari poterit, qui eius gratiam & opem implorant, qui hanc hostibus quòque acerrimis tam clementer, & plerumque nihil huius petentibus, offerre dignatur? Neminem ergo Satanicæ suggestiones salutis suæ dubium & incertum reddant. Nemo item proprio infirmitatis sensu terreatur. Mendax enim est Satan, & quos abs se vinci omnino non posse se videt, eos inanibus terculamentis exagitare studet, vt vel momentaneam ex illorum anxietate & solitudine voluptatem capiat. At eosdem non deserit Christus, qui ideo infirmitates nostras in se suscepit, & ab eodem tentari voluit, vt Pontificem atque Mediatorem fidelem esse sciremus, qui nobis condolare possit, & instar

Phariseorum
hypocritis in-
curabilis.

Ioan. 17.
14. 6.

Christi facilitas
erga hostes.

Luc. 19.

Ioan. 3.

Hebr. 2. 1.

DOMINICÆ XVII. POST TRINITATIS.

Exod. 7. 8. 14.

indulgentissimi parentis nostræ imbecillitati ignoscere, hoc modo caueant singuli, ne eius facilitate abutantur, &, quam ille ipsis spontè offert, gratiam, contemnant. Nam quid faciunt, ij tandem seuerum impietatis vindicem sentiunt, quem Magistrum & Seruatorem suum agnoscere noluerunt. Exemplum huius rei memorabile est Pharaos, cum cuius contumacia postquam diu frustra luctatus esset Deus, tandem rubri maris fluctibus emollitum fateri coëgit, sibi cum Iehoua, Deo, omnium authore, negotium esse. Et quid Pharisæis incurabilibus, quid sacerdotibus pœnitere nescijs, quid denique totius Iudæorum genti, acciderit, historiarum testantur, & nos Dominica 10. post Trinitat. quædam huic pertinentia diximus. Quæ exempla vtinam hodie diligentius expendere, eodem fauore & honore Christus dignatur, vt non inuitatus quoque ad ipsos diuertat, per verbi sui prædicationem, qua & seipsum illis totum offert, & eosdem ad regni sui, omniumque bonorum cœlestium possessionem vocat. Sed quæ nostri seculi ingratitude est, non temerè pij & cordati omnes horribilem totius orbis mutationem metuunt, cum verbum illud salutis Cyclopico planè contemptu reijci, & ipsum Christum in suis membris passim pelli & affligi videant.

Quomodo pij cum impijs pos sint versari.

Admonet nos præterea suo exemplo Dominus, qua conditione nos quoque cum ijs familiarius possimus conuersari, quos à fide in Christum, & doctrina eius, animo alieno esse scimus. In eo enim plurimi peccant, qui priuati commodi & mundi illecebris sese vinci patiuntur, vt illorum amicitiam ambiant, seruiliter sese ipsis submittant, ijsdem in multis assentiantur, omnia denique simulent & dissimulent in eorum gratiam, vt illis magis propitijs possint vt. Et hi ferè Christi exemplo sese tuentur, & Christianam charitatem prætexunt, cuius sit de omnibus bene sperare, hostes diligere, omnibus item sese amicis atque beneuolum præbere. At quam turpiter illi exemplo Christi abutantur, mox apparebit, si eorum mores cum hoc conferas. Hic enim ex officio fecit, quicquid fecit, & quia medicus humani generis in mundum venerat, nullos, quocunque morbo laborantes, & ne phreneticos quidem, aut mente captos, negligere debuit. Quem verò officij titulum illi possunt prætexere? Num Christiani hominis esse dicent, cum huius hostibus colludere, consilia sua conferre, & eorundem studijs atque moribus sese accommodare? At quibus scripturis siue exemplis id probabunt?

Deinde Christus non suum commodum, sed eorum salutem, quæ fuit, quibus cum versatus est: Istis verò si nulla priuati commodi spes affulgeat, facile ab eiusmodi commercijs abstinébunt. Christus in Pharisæorum gratiam nihil dissimulauit, facile ab eiusmodi docendi munus intermisit, neque vllam miracula edendi, aut illos etiam seuerius arguendi, occasionem neglexit: Nostri verò illi omnia dissimulant, de fide requisita cent, vitia & errores nullos arguunt, corruptos quorumuis mores, & aperta in Christum, atque Euangelium eius, conuicia, suo silentio probant, exemplo denique illorum in impietate confirmant, & multos in ignorantia tenebris detinent, qui ex ijs illud gerere poterant, si illi suo erga eos officio fungerentur.

Desinant ergo isti exemplo Christi suam ignauiam atque perfidiam celare: desinant dilectionis fraternæ studium iactare, cum ijs exitij authores sint, quibus lucrificandis se totos debebant impendere. Qui autem serio tam propriæ, quam alienæ, salutis studio tenentur, ij ex Babylone (vt Christus monet) discedant, Antichristiano nidore fragrantibus culinas deserant, & non necessaria cum Christi aduersarijs commercia declinent, ne idem ipsis, quod olim Petro in Caiphæ atrio, ad prunas Pontificias se calefacienti, accidat. Quod si hæc neglexerint, nã illis aliquando familiaritas illa magno constabit.

Christus hydro-pico medicatur.

Porro ipsam Christi actionem, & miraculi hinc aditi historiam, videamus. Occurrit hic primus nobis hydropticus, quem coram illo fuisse Lucas scribit. Videtur autem ex industria, vel in eius cubiculo conuiuium instructum, vel hunc, priusquam Christus veniret in triclinium, translatum fuisse, vt aliquam occasionem ei obijcerent, propter quam ipsi violati Sabbati possent accusare. Quam enim superstitiosi fuerint in eius obseruatione, historia Euangelij non solum, sed etiam Prophetarum scripta, ostendunt. Facile ergo illis erat ex hoc argumento calumnias struere, quibus populi animos ab ipso alienarent, & simul eum in periculum adducerent. Sed ex aduerso illustrior fit huius potentia, qui illorum insidiosâ consilia in ipsos retorquet, vt ex ijs ignominiam referant, quibus illum irretire voluerunt. Nam vt primùm miserum hunc conspexit, ipse prior legis interpretes atque Pharisæos aggressus, quæstionem proponit: Licet ne sanare Sabbato? Conuenit hæc cum ea, quam Mat. 12. publicè in synagoga mouit, cum quidam manum aridam habens adisset. Nam

Nā tunc quoq; ipsum obseruantibus Pharisæis dixit: licet ne Sabbatis benefacere, an malè facere? Hominem seruare, an trucidare? At sic quærendo partim offensionem cauere voluit, ne quid ipsum temerè fecisse possent dicere: partim eos intra conscientias ipsorum conuincit, quarum iudicium subterfugere non poterant. Quis enim negaret Sabbato licitum esse homini laboranti benefacere, & eundem sanare, quando nullum opus est, quo propius ad Dei ingenium atq; mores accedant homines, sicuti gentium quoq; philosophi annorârunt? Et istos hoc ipsum intellexisse, ex illorum silentio apparet. Quia enim illud non possunt negare, affirmando autem illius causam defendi & iuari sentiunt, nihil tutius sibi fore arbitrantur, quàm omnino tacere. Quid verò turpius fieri poterat, quàm legis interpretes, & sanctitatis existimatione celebres viros, subito obmutescere, neq; habere quod respondeant ad quæstionē de re vsitatissima, & quæ in omnium ore tunc verifici solet, vt eorum insecitia omnibus nota fiat, quando agnitam veritatē agnoscere nolunt. Non tamen eorum malitioso silentio sic offenditur Christus, vt propter hoc vel hydropici salutem negligat, vel ipsos docere dedignetur. Nam illis tacentibus, ipse non quidem verbis primū, sed factō, respondet, & dum ægrotantem manu præhensum sanat, satis arguere docet, quid de proposita quæstione sit sentiendum. Nec tamen eo contentus, mox argumentum subiicit ex publica consuetudine, & communi hominum sensu desumptum, quo probat licere Sabbato salutem laborantibus conferre. Rursus aurem interrogatione vinit, vt, proprio iudicio conuicti, magis erubescant. Cuius (inquit) vestrū bos aut asinus in puteum cadet, qui non statim extrahat eum, die Sabbati? Ex eo autem quis colligere potest, multò magis licere homini, morbo letali, & doloribus assiduis, fatigato, opē feramus. Sed quia argumentum hoc subinde pro concione tractandum occurrit, nunc non opus fuerit in hoc examinando aut confirmando diutius immorari. Quare rem ipsam potius consideremus.

Et primò quidem non oscitanter obseruari debet, quod de Sabbato toties in scripturis *Sabbati religio sepius commendatur.* agitur. Nam si externa omnia, quæ ad Dei cultum spectant, ex ordine consideres, nihil reperies, cuius obseruatio tam seriò tamq; crebrò inculcetur. Et si .n. hoc proprio exemplo Deus in rerum omnium creatione pijs abundè commendauisset, & iam multis seculis in visu fuisset, de eodem tamen postea proprium præceptum dedit, quod vt in prima tabula *Exod. 20.* locum 4. habet, ita verbis plurimis, & diligentissima omnium circumstantiarū enumeratione proponitur, ne quis in eo aliquam inueniret tergiuersandi occasionem. Postea rursum in legis expositione hoc ipsum vbiq; repetitur. Et Prophetæ in eius mentione frequentissimi sunt, & Sabbati violationem aut prophanationem inter atrocissima flagitia numerant, propter quæ Deus urbem cum templo exciderit, & populū in Babylonem passus sit *Isai. 1.* abduci. Quibus adde, quòd, cum in deserto agentibus Israelitis circumcisio infantium, totis *Tren. 1.* annis quadraginta sine scelere neglecta esset, Sabbati tamen transgressionem Deus capiti *Ezech. 20.* tali supplicio punire voluit. Vnde apparet, rem hanc esse magni momenti, cuius vsum verum omnes inquirere, & de eo frequenter cogitare debeant. Et hinc nos Christi exemplū *22. 23.* excitare debet, qui & ipse de illo toties disputauit.

Vt autē Pharisæicas superstitiones passim arguit, ita quid in illo nobis obseruandum sit, & quis nobis otij & quietis illius sacræ finis siue scopus esse debeat, subinde docet. Et in presenti quidem vno verbo (vt dicitur) rem omnē compræhendit, dum licere docet, vt homo sanetur, aut salutis beneficiū conferatur morbo periculoso laborantibus. Itaq; proprium Sabbati opus est, salutem nostræ, quàm aliorum, contulere: Et quia hæc ad totum hominem extenditur, neq; anima, neq; corpus, hinc quoq; negligi debet. At ne sub hoc prætextu vel superstitione peccemus, vt olim Iudæi: vel avaritia & inèperantia, vt hodie homines prophani solent, in quonam vera hominis salus consistat, probè teneamus oportet. Ad animæ salutē religionis & fidei exercitia pertinent, quæ sunt, vt Dei verbū audiamus, opera & beneficia eius meditemur, eiusdē nomē cum gratiarū actione prædicemus, precemur deniq; tā pro nobisipsis, quàm alijs hominibus, & abstineamus à carnis operibus prauis, quib. & animæ nostræ grauatur, & Dei ira acceditur. Et hic sanè præcipuus Sabbati vsum est, propter quem dies ille Deo sanctus esse passim dicitur. Quod primitiæ Ecclesiæ patres obseruasse patet, quando ne Iudæorū superstitionib. communicare viderentur, factā hanc quietē in diem proximū transtulêre, sed eundē Dominicū dixerunt, vt eum totū Domino consecratū esse debere docerēt. Ad corporis verò salutē facit quies, quæ tam hominibus quàm iumentis hoc die præcipitur: & necessariò quidē, quod caret alterna requie

Opus Sabbati proprium.

reque (vt Poëta ait) durable non est : Et quia nec ea , quæ ad animæ salutem pertinere modò diximus , perfici possunt ab ijs , qui circa res huius seculi , & corpori seruitutes occupantur. Estque hoc non vulgare bonitatis & clementiæ argumentum, quòd cum Deus vniuersum vitæ nostræ tempus sibi vendicare posset, sex tamen dies nostris vsibus concessit, vt ea curare possimus, quæ ad rem domesticam faciunt : Et rursus, vt nostræ cupiditati modum poneret, & ne æternæ salutis cura in nobis tota extingueretur, diem vnum sibi consecratum esse voluit, quo & corpus & anima otio, non minus necessario, quàm san-cto, reficeretur.

Deu. 16.

Ex his autem cuius colligere proptum est, Sabbati præcepto, neq; diuina opera, neq; ea, quorum intermissio cum certa hominis pernitie coniuncta est, prohiberi : Quin potius mandari omnibus, vt sicuti hoc die Deo sese consecrant, ita tunc potissimè charitati Christianæ meminerint, & hanc pro sua virili beneficentiæ operibus testentur. Ideo quoties de festis celebrioribus Moses loquitur, semper monet, vt pauperū & peregrinorum, inter ipsos habitantium, meminerint, vt hi ipsorum liberalitate recreati cum ipsis in Domino gaudendi occasionem habeant. Et Paulus de collectione pecuniarum, quæ ad ege- nos Syriæ ac Iudææ fratres mittendæ erant, scribens, admonet, vt diebus Sabbati quisque seponat in eum vsus, quod ipsi per Dei benignitatem licuerit.

Christum ideo
de Sabbato
tractationem
repetere, vt fi-
duciam cere-
moniarum tola-
ret.

Ex his autem firmissimè concluditur, quod sub initium huius sermonis monuimus, Christum ideo hanc de Sabbato tractationem hoc loco repetisse, vt inanem omnium ce- remoniarum fiduciam e medio tollat, qua tunc Iudæi impediabantur, quò minus doctri- nam de vera poenitentia admitterent. Cur enim de hac solliciti essent, qui se abundè omni pietatis officio defunctos putabant, si Sabbatum in ignauo otio transigerent, & sacris obiter interfuisent. Docet ergo longè alia esse veræ pietatis exercitia : Et cum his Sabbatum cedere debuerit, quo inter omnia externa nihil sanctius, nihil magis necessarium, nihil denique maiori cum seueritate à Deo mandatum erat, quòd magis alij ritus omnes ad eundem scopum dirigi debuerunt, ne, his aliqui intenti, illa præ- stantiora, & magis necessaria, negligerent ?

Meminit autem hic oportet, eandem doctrinam ad nos quoque pertinere, vt externis ritibus non tantum tribuamus, quasi in horum obseruatione vel religio vera, vel salus nostra, consistat. Utamur ergo illis ex Domini mandato, vt nobis ad veræ pietatis exercitia adiumento sint, salutis verò spem atque fiduciam in sola Dei gratia repositam habeamus, idque non tam verbis, quàm poenitentia assidue & obedientia veræ studio, testemur. Sed vnam doctrinam hanc hodie non perinde à Christiani nominis professoribus, vt olim à Iudæis exploderetur : quando alij quidem inanibus atque frigidissimis ceremonijs fidunt, alij verò tam his, quàm die dominico, ad carnis licentiam abutantur, & tunc maximè diabolo seruiunt, quando toti Deo con-secrati esse debebant.

Salutis ratio
in hoc miracu-
lo quomodo
adumbrata sit.

Cæterum, vt alia Christi facta miraculosa ferè docent, quæ sit nostræ salutis ratio : Ita in hoc quoque eadem doctrina adumbratur. Et in hydrope quidem typum no- stræ conditionis longè corruptissimæ habemus, euidentissimum. Solet morbus iste ex inflammatione & corruptione membrorum vitalium, pulmonis imprimis atque hepa- tis & lienis obstipatione, oriri. Quibus corruptis, neque stomachus officio suo fungi- tur, ideoque cibus non in alimentum, sed phlegma purulentum atque saniosum con- uertitur. Hinc ergo tussis præcordia infestans & concutiens nascitur : hinc humores cor- rupti per totum corpus destillant, & visceribus inflammatis reliqua membra replent at- que inflant. Sequitur mox sitis, non alium potum quàm noxium appetens, & quæ no- hoc quidem extinguere potest. Nam vt Poëta dixit : Quo plus sunt potæ, plus sitiunt, aquæ. Et cum præsens mors hydrope quasi ob oculos versetur, plerumque tamen si- bi salutem pollicentur, neque patienter satis eos ferunt, qui ipsos de mortis appropin- quantis hora admonent.

1. Cor. 3.

Eadem prorsus est conditio hominis propter innatam nobis naturæ vitiositatem, quam vulgò peccatum originale dicunt. Per illam enim intellectus corruptus non perci- pit ea, quæ sunt Spiritus Dei : Voluntas item vitiosa nil nisi malum appetit, à bono autem abhorret. Regnant ergo carnis cupiditates, quæ totum hominem rerum illicitarum amore inflammant, qui aded non restingui potest, si ei indulgere incipias, vt potius ma- gis accendatur. Exemplo sunt auari, libidinosi, ebriosi, vindictæ cupidi, & quicumque a- lij prauis desiderijs habenas laxant : Et quamuis istis omnibus verbum Dei morrem de- nuntiet,

nuntiet, & non desint exempla multorum, quibus peccata exitio fuerunt, illi tamen si-
bi ipsi cura & salua omnia promittunt, & eos oderunt, qui ipsos liberius admonent. Re-
medium ergo in nobis nullū est, & perijmus iam, nisi nobis Christus opem ferat. Ad hunc
ergo contendamus, qui vt hydropico illi, quem insidiosē in eius conspectum collocarant
Pharisæi, salutem attulit: ita multo magis ijs fidelis medicus erit, qui ad ipsum animo
contrito accedunt, & ab eo curari petunt. Hic vnus nos regenerat, & viribus nouis in-
struit: Hic à vitiorum phlegmate purgat & emundat: Hic deniq; cupiditates noxias re-
stinguit, & cœlestis vitæ desiderio accensos seruat, atq; tuetur, &c.

Restat huius historiæ clausula, qua dicitur, non potuisse Pharisæos ad Christi quæsti-
onem aliquid respondere. Tanta veritatis vis est, vt pertinacissimis quoq; hostibus silenti-
um imponat. Attamen licet nunc tacere cogantur, neq; in faciem illi resistere audeant,
non tamen perpetuò quieuerunt, sed quàmprimū occasio data est, ad nouas insidias
conuersi sunt, vt eum neci traderent. Nunquam ergo securitati locum dare debent pij, es-
tiam si interdum impiorū furor extinctus esse videatur. Nam solet nonnunq; Deus Hal-
cyonia concedere Ecclesiæ suæ, ne perpetuis laboribus pij omnino frangantur: Nunq;
tamen intra animos suos impij quiescunt, sed vt mare æstuant, & occasione oblata nouos
conatus proferunt. Dormiebant quidem ad Oliueti montem discipuli: sed non dormie-
bant interea Pontifices, Iudas, & milites, qui in Christi necem conspirauerant. Debent
nos ista exempla excitare, vt perpetuò vigilemus, & ad pugnam parati stemus, ne nos ex
improviso Satan obruat. De victoria autem minimè desperare nos decet, quam nobis
imprudens peperit Iesus Christus, in quo & nos vincemus, si fidem in ipsum constantem
seruauerimus. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Hypocritas
tacere, sed
non perpetuò.

HOMILIA SECUNDA.

*Dixit autem parabolam ijs, qui vocati fuerant, atten-
dens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens eis: Cum
vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbito primo
loco: ne forte honoratior te sit vocatus ab eo, & is, qui te &
illum vocauit, veniens, dicat tibi: Da huic locum, & tunc
incipias cum pudore vltimum locum obtinere. Sed cum vo-
catus fueris, vade discubitu in vltimum locum, vt cum
venerit, qui te vocauit, dicat tibi: Amice, ascende superi-
us. Tunc erit tibi gloria in conspectu eorum, qui tecum di-
scumbunt. Nam omnis, qui se extollit, deprimetur: Et qui
se depresserit, extolletur.*



Voniam Dei Filius ideo in mundum venit, vt nos saluos faceret, vnde qua-
que occasionem captat nos admonendi de ijs, quæ ad salutem consequendā
cognitu necessaria sunt. Argumentum huius studij euidenter sunt parabola,
quibus doctrinam suam illustrat. Eas enim ex rebus passim obuijs, & quæ
in frequenti hominum vsu sunt, desumit, vt quocunq; oculos circumfera-
mus, aliquid occurrat, quod nobis occasione præbeat ea meditandi, quæ ad salutem no-
stram faciunt. Adde his, quod vt passim in Synagogis, in vicis publicis, in locis desertis,
populum, ad se confluentem, docuit: ita quoties ipsum ad conuiuia sua aliqui inuitarunt:
non tam cibo sumendo intentus fuit, quàm vt accumbentū animas verbo Dei ipse pa-
sceret, & salutem conferret ijs, qui eius desiderio tenebantur. Exemplum eius rei supra
cap. 7. (vt in explicatione Euangelij, quod die Mariæ Magdalene explicatur, audiui-
mus) habemus, quando à Simone, quodam Pharisæo, inuitatus, mulierem peccatricem in gra-
tiam recepit, & inde occasione sumpta, hospitem suum de vera salutis ratione admonuit.
Huic rectè adnumeraueris primā huius capitis partem, qua narratur, quid fecerit, cū alius
quidam inter Pharisæos primarius, ipsum ad mensam suam vocauisset. Primò enim ho-
minem, ex aqua intercute letaliter laborantem, curauit, & eo factò partim superstitio-
sum de Sabbati & aliarum cæremoniarum obseruatione errorem confutauit, quo tunc
maior Iudæorum pars impediabatur, quò minus de spiritali cultu & vera pœnitentiā so-
liciti

Luc. 19.

liciti essent: partim se Medicum esse ostendit, qui solus vitis nostris omnibus mederi possit, & propterea ad ipsum debere confugere omnes, qui seruari velint.

At non contentus hoc miraculo se illis patefecisse, qui ipsum hostiliter & insidiosè obseruabant, nunc ijdem beneficium confert, & eo vitio eos liberare studet, ex quo veritatis odium, & sanioris doctrinæ contemptus, aliæque infinita, enascebantur. Erat illud ambitio, & inanis gloriæ studium, quod hodie etiam multis obstat, quò minus credant, & relictis superstitionibus Deum in Spiritu & veritate colant. Est autem exemplum hoc Christi probè obseruandum. Ex eo enim bonitas illius perspicitur, cuius cognitio afflictis conscientijs dulcissimam consolationem affert: Adhæc doctrinam eius confirmat, quæ hostes quoque diligeat, & de ipsis benè mereri, iubemur.

Ioan. 4.

Ambitio Pharisæorum.

Cæterum ut præsentis admonitionis status rectè intelligatur, & ex ea ad nos fructus vberior redeat, ante omnia Pharisæorum ambitio diligentius erit inspicienda. Hic enim vna solummodò species notatur, quòd nimirum in conuiujs primos accubitus captarint, id quod cum morum quoque ciuiliate pugnabat. Et quamuis ex eo Dominus occasionem ipsos admonendi arripuerit, certum tamen est, eum longius prospexisse: nimirum, ut omnem huius mali fontem obturaret, eam videlicet animi superbiam, qua aduersus ipsum Deum esterebantur. Nam certum est, eos propriam iustitiam consistere posse, qui propter suorum operum merita atque dignitatem ad Dei tribunal consistere possent. Quod ut facilius quibusuis persuaderent, externa sanctimonix specie mirifice sese venditabant, cum simbrias lege Dei inscriptas dilatarent, de religione & vitæ innocentia crebro differrent, in sacrificijs liberales essent, decimar minutissimarum quoque frequentius soluerent, morum austeritate singulari vterentur, Adhæc ieiunijs & precibus frequentius vacarent, eleemosynas denique in publico distribuere, Quæ omnia illos, ut hominum iudicio probarentur, & pro sanctis haberentur, fecisse, Christus alibi testatur: Imò non tam ab omnibus probari, quàm supra omnes efferri, & cunctis dominari, cupiebant. Quomodo enim aliquos hominum ipsis superiores ferre poterant ij, quos in Dei conspectu superbire non pudebat? Itaque in moribus quoque, & totius vitæ consuetudine ambitiosi illi Spiritus sese exercebant, ut in Synagogis, in sublimiori loco consistere vellent, & in conuiujs primi accumberent, denique in omnibus, quæ agenda erant, primatum ambirent. Et, quod ambitiosis omnibus accidere solet, apud ipsos etiam locum habuit, ambirent eandem lectam omnes tenerent, & idem omnes vitæ institutum sequerentur, ambitione tamen inter se ipsos commissi sunt, & quia singuli præ alijs omnibus eminere cupiebant, non potuerunt non inter ipsos nouæ indies concerrationes exoriri. Et tale quid illi nimaduertisse scribit, qua ambitione ad primos accubitus contenderent, neque expectaret, ut pro conuiuatoris arbitrio collocarentur. Et hi fuerunt sancti illi, & rigidissimi omniū Sabbathi religionem violaret, cum ipsi tam corpus, quàm animum ambitione fatigaret, qua nihil laboriosius, nihil inquietius, excogitari potest.

Christum suadet humilitatem.

Rectè ergo Dominus eos arguit, & quia idem omnium morbus erat aut vitium, omnes quoque simul aggreditur, & quid fieri ab ipsis debeat, monet. Propositio seu summa aut status admonitionis est, vnumquenque humilitati & modestiæ potius studere debere, quàm ut priuata temeritate supra alios efferri cupiat. Id probat argumentum, quo nullum aliud ambitiosis deprimendis commodius & efficacius haberi potest. Nam omnis (inquit) qui se extollit, deprimetur; Et qui se depresserit, extolletur, quasi diceret: Cum nihil gloria atque tiquius habeatis, & supra omnes vestris eminere, etiam atque etiam videndum vobis erit, ne per eam viam ingrediamini, quæ ad præcipitium infamiæ & ignominix & humilitatis statit, quæ homines verè extollit, & gloriosos reddit. Ea autem est modestiæ & humilitatis studium. Ita enim inter homines est comparatum, ut quò quis modestior est, & quò magis se ad quæuis officia, omnibus præstanda, demittit, eò magis ab omnibus diligitur, & maiori sit in pretio: Exosi autem sint, & contemnantur superbi & confidentes, qui, quasi soli honore digni sint, omnibus præferri volunt.

Id verò similitudine siue exemplo, ex re præsentis, conuiuiorum scilicet consuetudine, desumpto illustrat. In his enim frequenter fieri solet, ut qui propria arrogantia primum locum occupant, alio hospite honoratiore superueniente, ei locum dare iubeantur, & non sine pudore atque ignominia infra eos etiam collocantur, qui ipsis multo inferiores sunt: Rursus, qui sua sponte ad extremum mensæ angulum

angulum accumbunt, ij ferè à Conuiuatore altius ascendere, & locum honoratiorem occupare iubentur, id quod ipsis verè gloriosum est. Hic omnium eorum sensus est, quæ hinc à Christo dicuntur. Non debent tamen ea sic accipi, quasi sub humilitatis prætextu gloriam inter homines vanari, & ideo nos demittere, debeamus, vt supra alios extollamur. Eiusmodi enim humiliatio à Pharisæica ambitione nihil differt, cui per omnia similis est, qua Monachi hodie sese venditant, dum hominis totius mortificationem, voluntariam paupertatem, contemptum huius seculi, obedientiam & submissionem, aut humilitatem extremam, profitentur, ijs autem artibus in aulas Regum obrepunt, primum inter illorum consultores locum occupant, & tandem ad Episcopatus & Pontificatum vsque, inexplibili gloriæ cupiditate, ascendunt. Atqui nihil huius hinc Dominus iubet, sed (vt innotio monimus) occasionem modò ex conuiuiorum consuetudine sumit docendi, quales ergo non pendeamus, qui nobis ad veram & immortalem gloriam gradus futurus sit. Eorum Dei commemoratione, quæ inter homines fieri solent, ambiciosos terret, vt eò magis non iudicium timeant, qui superbiam omnem detestatur, & cui facile est, vnumquæque ex supremæ dignitatis gradu deturbare: Quia verò locus hic totus planus est, & iam factis constat, quò nam Christus hæc dicendo respexerit, res ipsæ potius considerandæ sunt, de quibus hic agitur.

Videamus ergo ante omnia, quænam superbia illa sit, quam Christus damnat, quæ vera humilitas siue modestia, quam tantoperè commendat. Nam etsi omnes fateantur, superbiam scelus aut vitium esse detestabile, pauci tamen de eo rectè iudicant, vt illud tam in semetipsis, quàm alijs possint agnoscere. Superbire enim latinis voce ex præpositione super, & verbo eo, is ire, composita dicuntur, qui supra alios vadere aut emergere cupiunt, aut seipsum vana persuasione extollunt, quasi alijs sint præstantiores. Hinc superbia deriuatur, quæ vox elationem animi significat, qua homo impulsus vel inflatus sibi arrogat, quod non habet, aut, quæ habet Dei dona, ijs cum aliorum contemptu abutitur.

Patet autem vitium hoc latissimè, vt ex ijs apparet, quæ homilia præcedenti de Pharisæis diximus. Et omnium deterrima nocentissimaque superbia est, qua aduersus Deum homo extollitur. Faciunt hoc, qui iustitiam propriam iactant, & suorum operum meritis se feruari posse contendunt: Qui item sanctimoniam & innocentiam perfectam sibi tribuunt. Quid enim isti faciunt aliud, quàm quòd sibi arrogant, quæ solius Dei sunt, qui vt solus ex seipso iustus, sanctus, & æternus est: ita solus etiam, quos vult, iustificat, sanctificat, & vita æterna hos donat?

Proximi istos sequuntur, qui etsi fateantur, & Dei donum esse dicant, quicquid habent, gratiam tamen illius liberalitatem non agnoscunt, sed dignitatem quandam sibi fingunt, quam in ipsis Deus respexerit, vt eos donis præstantioribus exornaret. Quæ per se vanissima est, ita temerarios & audaces reddit, vt non contenti sua sorte, ad altiorum gradum subinde aspirent, & (quod olim primis parentibus Satan persuasit) Deo similes esse cupiant. Atqui omnes isti cum Deo bellum suscipiunt, cùm & gratiam atque misericordiam eius aspernantur, & contra ipsius voluntatem plus sibi ipsis tribuunt, quàm ab eo acceperint, adhuc imperium quoque eius contemnant. Huic autem superbiæ omnia superstitiones debemus cum toto cultu hypocritico, quo homines confisi, se gratia aliqua singulari nequaquam opus habere arbitrantur. Et quod irrefragabile est superbiæ, plus quàm diabolicæ, argumentum, omnes isti verbum Dei non modò contemnant, atque scurriliter eludant, verum etiam oderunt & hostiliter insectantur, quando per illud se grauius vrgeri, & eius luce arrogantiam suam argui, adeoq; inanem illam falsæ sanctitatis, atque dignitatis, laruam, sibi detrahi sentiunt. Hinc ergo omnibus seculis Prophetarum persecutiones, & indignissimæ cædes, exortæ sunt: Et vt Christum illo potissimum nomine Pharisæi extinctum vouerunt: ita hodie etiam quæcunq; aduersus fidos Christi cultores geruntur bella, tam ciuilia quàm externa, arrogantibus illis & superbis hypocritis debemus, qui veteres illos imitantur. Et hæc quidem superbia est, quam pleriq; Spirituales humiliati, cordisque contriti, specie palliatur.

Est deinde alia crassior, quam carnalem possumus dicere, & qua ij quoque turgent, qui de spiritualibus Dei donis nihil solliciti, cultum quoque Dei omnimò apertè contemnant, & toti circa res huius seculi occupantur. Et ista ferè per totam vitæ consuetudinem extenditur,

Quæ potissimum superbia Deo sit exosæ

Spiritualis superbia.

Genes 3.

Carnalis superbia.

extenditur, atque causa est, vt externis Dei donis, vel etiam animi dotibus, quibus prophanos quoque homines, & à fidei professione alienissimos, interdum Deus dignatur, confisi, nihil non sibi arrogant, vt supra omnes alios eminere velint. Hanc vulgò ambitionem dicunt, &, immoderatam gloriæ atque honorum siue dignitatum cupiditatem esse, definiunt. Qui verò hac laborant, ij opum abundantia insolentius efferuntur, eandem vestitu splendidiori, & minus vtitato, victu sumptuose, ædificijs magnificis & sublimioribus, seruorum atque clientum turba, denique cultu, incessu, gestibus & verbis, à communi loquendi consuetudine alienis, & altum quiddam spirantibus, testantur. Iidem in foro, senatu, templis, theatris, conuiujs, primo loco sedere, in pompis & processionibus supra alios conspici, omnium oculos in se conuerti, omniumque digitis monstrari, & (vt semel dicam) se solos videri volunt, à quibus publica salus dependeat, qui soli sapiant, soli rebus consulere possint, & proinde soli digni sint, qui ab omnibus colantur, & in alios omnes imperium, atque dominium, habeant.

Humilitas
que Deo pro
betur.

Et de his quidem omnibus hæc CHRISTI admonitio intelligi debet, & omnes superbiæ species necessariò fugiendæ sunt ijs, qui nomen illius, atque fidem in illum, profitentur, vt se nihil perinde decere cogitent, quàm vt humilitati & modestiæ studeant. Quæ tamen ista sit, & in quibus rebus consistat, ex ijs facillè patet, quæ de superbia huic quæ diximus. Vt enim hæc animi eleuatio est, ita humilitatis nomine illius depressio significatur, qua homo sese demittit, vt de suo potius erga Deum & homines de gradu dignitatis sublimiori, cogitet. Non ergo in vestitu sordidiori, non in incedu, & gestu ad simulandum animi deiectionem, neque in vlla externa specie, consistit, sed in eo, vt homo seipsum abneget atque exinaniat, neque carnis, ad altiora semper aspirantis, affectibus obtemperet. Verè ergo humiliantur, qui de semetipsis modestè sentiunt, coram Deo se peccatores esse agnoscunt, miseriam suam fatentur, &, abiecta omni propriæ dignitatis fiducia, ad illius misericordiam confugiunt. Item, qui donis, ab illo acceptis, non efferuntur, vt proprijs, sed gratuita liberalitatis ea esse sciunt, & proinde eorum consideratione excitati, iisdem rectè vt student.

Huius modestiæ & humiliationis effectus sunt, quòd sua sorte contenti, absque Dei vocatione ad nullos honores, aut dignitates sublimiores, aspirant, quòd verbo Dei delectantur, & per hoc de suo officio edoceri atque admoneri cupiunt: Quòd cum omnibus pacificè viuunt, nemini sese præferunt, honore omnes præueniunt, vt qui alios se præstantiores esse putent: Quòd nulla opum fiducia elati, nulla ciuiliū honorum aut munerum dignitate ebrii, nullo rerum huius seculi splendore decepti in omnibus suis dictis & factis, modestiam exerunt, & ad omnia dilectionis Christianæ officia, quibusuis præstanda, nunquam non prompti atque parati sint: Et vt ipsi omnibus consultum esse cupiunt, ita aliorum quoque sententias patienter audiunt, atque meliora dicentibus libenter obtemperant.

Rationes quibus
humilitas
suadetur.

Matth. 11.
Philip. 2.

Matth. 11.

Hæc ergo sunt, de quibus nos Christus in præsentia admonet, quæ sic à nobis considerari debent, vt singuli ea ad se pertinere certò sibi persuadeant. Nam etsi vnã modò causam, siue rationem, hîc afferat, propter quam superbia vitari, modestia autem siue humilitas coli, debeat, sunt tamen infinitæ aliæ, quæ nos cogunt, siquidem salus nostra nobis cordi est. Etenim exigit hoc primùm ipsa nominis Christiani professio. Quàm enim turpè fuerit, eos insolentius efferri, & vel contra Deum vel homines superbire, qui Christiano gloriantur, quo nemo nunquam modestior, humilior, atque abiectior in terris visus est? Intolerabilis est seruorum superbia, qui supra heros eminere volunt: Discipulorum item, qui Magistros suos superare cupiunt. At quanto intolerabilius peccant, qui supra æternum Dei Filium, quem suum Dominum & Magistrum esse fatentur, sese extollunt, & neque admonitionibus, neque exemplo illius, adduci possunt, vt de semetipsis modestius sentiant? Semper ergo in auribus nostris sonent illius verba, dicentis: Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quòd mitis sim & humilis corde. Deinde ipsa fides nos idem docet. Huius enim proprium est, in solam Dei misericordiam, propter Christi meritum, respicere, & in hoc vno omnem salutis fiduciam collocare. Quomodo autem ed faciet, quem propriæ dignitatis fiducia dementat? Ad hæc fides vinculum illud est Christianæ communionis, quæ nos omnes eiusdem Patris Dei filios, & eiusdem corporis Christiani, Ecclesiæ nimirum, membra facit. Quis ergo fide præditum dicet eum, qui supra eos insolentius assurgere nititur, quos pro fratribus & commembris suis (si nouo vocabulo vti licet) agnoscere debebat?

Adde his, quòd superbiam peccati initium esse scripturæ docent, & quòd eadem plurimorum & atrocium vitiorum fecundissima mater est. Nam vt superbia diuini honoris affectatione primi parentes peccauerunt: Ita Cain, eorundem primogenitus, non alium ob causam Abelum fratrem immani parricidio sustulit, quàm quòd hunc sibi à Deo præferri dolebat. Et hodie hæc eadem omnis inuidiæ, odij, simultatum, homicidiorum, bellorum denique, præcipua causa est, quod alij alios contemnunt, & se solos dignos iudicant, qui donis Dei, & honoribus huius sæculi, excellent.

Quid verò in morbis & afflictionibus, diuinitus immixtis, impatientes & murmura- tores facit? quid vindictæ cupiditate iniurijs affectos accendit? Nisi quòd de semetipsis arrogantiùs sentiunt, & indignos se arbitrantur, in quos vel Deus animaduertere, vel quisquam hominum aliquid audere debeat? Taceo nunc donorù Dei turpissimù abusum, qui ex superbia enascens, per omnem vitam, atque omnes hominis actiones, sese diffundit. Econtra autem humilitas siue modestia mutæ charitatis fidelissima nutrix est, qua Paulus legem totam impleri, & proinde eandem virtutum omnium parentem esse docet. Ideò Christus, cum nouum & eximium illud de dilectione fraterna siue mutuo præceptum discipulis commendare vellet, prius eò vsque demisit se, vt eorum omnium pedes ablueret, sicque suo exemplo doceret, neminem posthac alicuius officij pudere debere, quo proximum iuari posse videt. Et exempla sunt quotidiana, quæ docent, ad placandos simul & reinendos in amore homines, nihil efficacius esse officiosa modestia & humilitate: Cum ex aduerso inter ambitiosos & superbos neque charitas Christiana radices agere, neque concordia diu subsistere aut durare possit.

Ex quibus hoc quoq; colligitur, humiliati omnes eo studere debere, qui vel Rempub. vel Ecclesiam seruatam volunt. Constat enim vtriusque salutem, quoad hominum studeat, potissimum ex animorum consensione in ijs, quæ recta & bona sunt, pendere. Atqui neq; animis verè consentient vnquam, neque consilia sua sincere in commune conferent imo neque consilij sanis acquiescent, quotquot supra omnes alios eminere conantur. Hinc ergo acerba contentiones in senatu, interque verbi administratos, Hinc simultates, odia, insidia, iniuriæ omnis generis, & tandem aperta dissidia, nascuntur, quæ, quasi ex capite in populi totius corpus diffusa, factiones, & partium studia, pariunt, quibus Respub. & regna potentissima dissipata, & prorsus euersa esse, omnium gentium historiæ testantur. Romanam certè Rempub. atque libertatem duorum in illa excellentium Ducum, Iulij Cælaris & Pompeij, ambitio perdidit, cum hic neminem se superiorem, ille verò ne parem quidem, ferre vellet.

Quantùm autem Ecclesiæ, totiq; rei Christianæ, nocuerit olim Episcoporum superbia, norunt omnes qui historiam Ecclesiasticam vel obiter percurrerunt. Illa certè et hærenem peperit, quibus Ecclesiæ vnitas sissa est, & persecutoribus Tyrannis sæuendi occasio- nem dedit, tandem verò partu plus satis infelici atque inauspicatissimo Antichristum eni- xa est, qui in templo Dei throno suo collocato sese supra omne numen extulit, & euerso veri Dei cultu superstitionum absurdissimarum chaos inuexit, quo tam animæ quàm cor- pora hominum grauissimè affliguntur. Et vtinam hodie nulla exempla extarent eorum qui superbia & ambitione extimulati sordes papisticas tuentur, ne quid ipsorum existima- tioni decedat, si relictis erroribus in aliorum sententiam eant, qui veritatem purius tradunt.

Sunt hæc rationes grauissimæ, quibus aliæ etiam adijci poterant, quæ Christianis ho- minibus nihil decentius, vtilius, magisque necessarium esse, probant, quàm humilitatis & modestiæ studium. Sed ne prolixiores sumus, vnã illam paulò propius excutiamus, qua in præseni superbos Christus territat, dicens: Nam omnis, qui se extollit, deprimetur, & qui se depressus erit aut humiliauerit, extolletur. Est hæc generalis sententia, quæ ex Dei natura atque ingenio desumpta est. Solet enim is humiles & abiectos respicere, fastidi- ro autem superbos & arrogantes, sicuti multis scripturæ sacræ testimonijs docemur. In psalmis certè multa huius generis occurrunt. Dominus (inquit Dauid) sublimis existit, & quod humile est intuetur, Et quod altum est, eminus, vel à longè, agnoscit. Iem, Dominus euehit mansuetos, deprimat impios vsque ad terram. At quis magis impius, quam qui sese aduersus illum extollit? Et rursus: Quis similis est Domino Deo nostro qui in alto præsidet, seque demittit, vt inspiciat, quæcunque sunt in cælo & in terra? Qui erigit tenuem ex puluere, & pauperem è stercore euehit: vt collocet eum cum prin- cipibus populi sui &c.

Eccle. 10.

Rom. 12.
Ioan. 13.Deus superbos
deprimit hu-
miles exaltat.

Psal. 138. 147.

113.

DOMINICÆ XVII. POST TRINITATĒ.

1. Samu. 16.

Luc. 14.

1. Samu. 19.

20. 26.

Dan. 3. 5.

Consentit his Solomon, dicens: Præit ruinam exaltatio, & comminatione præcedit animi elatio. Melius est animo deijci cum humilibus, quàm prædam partiri cum elatis. Quibus adde, quòd Maria virgo canit: Detraxit potentes de solijs, & euexit humiles. Quæ omnia Petrus Apostolus non ignorans scribebat in priori sua epist. cap. 5. Deus superbis resistit, humilibus verò dat gratiam. Sunt hæc infinitis exemplis confirmata. An non primi parentes, cum diuinitatem ambitiosè affectarent, in sordes & miseras extremas deturbati sunt? Annon Cain, fratre suo præstare volens, æternam ignominiam sibi accersuit, hic autem nomen gloriosum & immortale affectus est? Quid verò de Saule & Dauide dicemus? An non illum perdidit arrogantia, hunc autem humilias & modestia Deo gratum & acceptum fecit? Adde his horrenda iudiciorum Dei exempla, quibus Sennaheribi, Assyriorum tyranni, Baltasaris Babylonij, & ante hunc Nabuchodonozoris, Herodis Aprippæ, multorumque regum, factum immanem represit. At quid veterum commemoratione opus est, quando quotidie fiunt, quæ his possunt fidem facere? Imò ea est arrogantia, & superbiorum conditio, ut si nulla calamitas illis superueniat, ipsi propria culpa sibi ignominiam atque perniciem accersant, & se hominum abiectionissimos esse testentur. Magni enim & verè excellentis animi argumentum est, virtutum operam dare, res caducas & fluxas non magnifacere, vulgi stolidi iudicia contemnere, cœlestia sectari, & aduersa omnia constanter sufferre. At quid horum ambitiosi & arrogantes faciunt? Imò an non omnia his contraria faciunt, quando virtutis studio neglecto, de sola gloria huius seculi cogitant, res fluxas & instabiles admirantur, vulgo seculiter sese submitunt, & eorum manus prensare, & fauorem ambire, solent, qui neque de Republica, neque de priuatis rebus, possunt iudicare. Denique, quando terrenis affixi, nihil altius sapiunt, & in calamitatibus muliebri eiulatu, & querelis iniquissimis, animos degeneres produnt? Quis ergo eos dignos iudicet, quos homines cordati & sapientes in pretio habeant? Accedit his, quòd a roganti suo fastu odia multorum sibi conciliant, & ideo ferè in hoc seculo ignominia publica notantur. Taceo, quòd cum diaboli ingenium & mores referant, cum eodem ad inferos detrusi æternam dolebunt, nisi ante obituum suum verè humiliati ad Dei gratiam confugiant.

Docent hæc, quid de nostri seculi hominibus iudices, quando immanis arrogantia passim regnat. Pontifices enim, non contenti Ecclesiastici muneris dignitate, diuinos honores sibi vendicant: Episcopi & Abbates regnum in Ecclesia affectant, & calcato Dei verbo pro sua libidine omnia instituunt. Principes, & qui in Magistratu sunt, nihil non sibi licere putant, & subditorum non fortunas modò insolenter diripiunt, verum etiam eorundem capitibus superbè nimis insultant. Sed ne vulgus quidem hominum Dei verbo subesse vult, & paucos est videre, qui per hoc se argui & corrigi patiuntur. Hinc ergo procedunt tot iudiciorum Dei exempla, quibus incurabilem mundi contumaciam Deus contundit, & periculum est, ne breui duriora sequantur.

Qua via verè humiliemur.

Quapropter nunquam nobis excidere debet huius loci doctrina, ut humilitati & modestiæ studeamus. Id verò etiam reluctante carnis & naturæ nostræ vitiosæ ingenio poterimus, si primùm nos ipsos, deinde res, quibus plerique superbiunt, postremo Dei maiestatem, propius consideremus. Nam si hominem per se, qualis suapte natura est, consideres, omnium creatorum miserimum esse videbis. Quid huius natalibus tristius & sordidius? Quanta à primis vnguiculis corpusculi humani imbecillitas? Quod animalculum, vel insectum quoque, tam parum in seipso præsidij & virium habet? Quodnam ex brutis omnibus tot morbis atque periculis est obnoxium? Sunt hæc admodum misera. At miserior multò est animæ conditio, quæ peccatorum vinculis atque sarcinis grauata, nisi Dei manu subleuetur, ad cœlestia suspicere non potest. Quid ergo in nobis aliud est, quàm extrema pernitēs? Et ut latior interdum nobis fortuna arrideat, quid illa instabilius? Quid mortis, tacitè obrepentis, hora incertius & velocius? Quæ igitur stultitia est arrogantius de semetipso sentire?

Esai. 40.

At sunt mihi (inquit) opes, honoribus publicis infinitos alios supero, est firma corporis valetudo, forma integra, applaudit vulgus, & pace atque otio abundo. Audio quòd bone. Sed quid in his omnibus stabile, quid solidum, quid perpetuum est? Omnis caro scœnum, & omnis gloria carnis flos agrī. Fluxa & incerta est opum possessio, honores, & dignitates ex vulgi mutabilis iudicio pendent, valetudo facillimè, & præter expectationem, destruitur, forma bonum fragile, & sæpe turpitudinis extremæ causa est, vobis

est, voluptates plerunque dolores & ignominiam pariunt: Denique, si cum Solomone omnia inspicias, quæ sub sole sunt, exclamabis tandem: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Eccl. 1.*

Quod si simul cogites, nos in Dei conspectu vivere, qui corda & renes scrutatur, qui iudex scelerum seuerus, imò ignis consumens est, certè non poteris non de teipso humillimè sentire, & toto animo trepidare, quod olim Abrahamum, Dauidem, Paulum & sanctissimos quoque passos fuisse scimus. Horum consideratio nos excitare debet, *Phil. 2.* ut superbiam spiritu fracto & excusso eum affectum induamus, qui in *CHRISTO IESU* fuit, ut ad eius exemplum humiliati, cum eodem olim in gloriam cœlestem euehamur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, *A M E N.*

DOMINICÆ HYDROPICI SANATI à Christo die Sabbati, precatio.

*Æ*terne pater Domini nostri Iesu Christi, qui vnà cum Filio tuo & spiritu sancto in hunc mundum visibilem condidisti creaturam rationalem, corporalem, hominem, & in eum ex immensa misericordia transfudisti similitudinem illarum rerum, quæ in te fonte omnium bonitatis sunt optima, & in illa natura tanquam in templo tuo, intuens in ea lucentem imaginem tuam, cum suauitè letitia acquiescere voluisti, & dulcissimum celebrare Sabbatum: Te qui etiam turbata illa harmonia & homine auulso die, & tui vnione, mirando consilio Filium substantialem imaginem tuam, voluisti assumere nostram naturam, & in ea fieri victimam pro peccatis generis humani, crucifigi, mori, & die magni Sabbati legalis, eundem delitescere in sepulchro, ubi modo inenarrabili *ὁ λόγος*, nunquam deserens naturam assumptam, quiescit, ut nobis reddatur societas noui & æterni Sabbati: Te (inquam) inuocamus, da, ut filius tuus, qui est Dominus illius Sabbati, in hac vita in nobis incipiat quiescere, sanet illum, ut nostram naturam spiritu suo sancto, qui est flamma diuina, excitet immundiciem et hydrope nostram massam, ut nos qui sumus de carne ipsius, diligat, faciat nos vnum cum ipso per suum spiritum, & tandem traducat nos in cœtum illum augustum, ubi est æternum Sabbatum in tali gloria, quæ in cor humanum non ascendit: Iuua etiam, ut interea in hac vita humiliemur sub tua manu potenti, ad premendum & ad liberandum, ut agnoscamus nostram infirmitatem, tibi obediamus in castigatione & cruce, ad te vera fide & spe lati exitus suspiciatua sua nouum Sabbatum indicet, & electos sursum, ubi ipse sedet exaltatus ad dexteram tuam, attrahet, depresso omnibus hostibus, qui ex immani arrogantiâ tecum ausi sunt pugitare, & sese extra suas metas efferre. Amen.

DOMINICA XVIII. POST TRINITAT. EVANGELIUM

MATTH. XXII. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Pharisæi verò cum audissent eum occlusisse os Sacerdotum, coacti sunt in vnum. Tunc interrogauit eum quidam ex ipsis legis interpretes, tentans eum, & dicens: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Iesus autem dixit ei: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Illud est primum & magnum mandatum.



DOMINVS ET SERVATOR NOSTER IESVS

Christus in præcedentibus verbis ad quæstiones aliquot, quibus aduersarij sui, Scribæ & Sacerdotes, ipsum insidiosè tentarunt, ita respondit, vt hi quidem turpiter confusi ex arena quasi abierint, illius autem sapientiam, & acumen planè diuinum, auditores omnes sint admirati. Non tamen veritati cesserunt, Aduersarij, sed subinde alia via ipsum aggressi sunt, et alij alijs succenturiati successerunt, qui pugnam instaurarent. In his autem obseruari debet, primum hostium perunacia, qui ne victi quidem quiescunt; huius autem nobis vsus esse debet, ne nobis otium polliceamur, sed perpetuò in statione maneamus ad repellendum conatus hostium parati. Deinde bonitas *CHRISTI* consideretur, qui horum fraudes toties expertus, tamen amicè respondet, & eos de rebus cognita necessarijs instituit. In præfenti autem congressu suam simul potentiam & sapientiam declarat, quando aduersarium ipse capit, vt victus veritati testimonium ferat. Et quia in hoc colloquio summa pietatis veræ, & vitæ instituendæ ratio, continetur, vile fuerit, singulas historiae partes excutere.

Occasio noui congressus.

Orditur autem ab occasione istius congressus Euangelista. Vident Pharisei Dominum *IESVM CHRISTVM* os occlusisse Sadducæis, nec habere hos, quod ipsi respondeant. Conueniunt itaque, & quasi his factam iniuriam vlcersi velint, ipsi contra illum nouum certamen suscipiunt. At qui de resurrectione mortuorum disputat ille, ex qua salus omnis dependet, & cuius vindices & assertores Pharisei volebant haberi. Ergo gaudere debebant, illam argumentis tam validis demonstratam esse, vt vulgus quoque in eius fide confirmaretur. Sed tanto odio *CHRISTVM* persecuti sunt, vt maluerint victoriam penes Sadducæos fuisse, vt illius existimationi plurimum derogatum esset. Vnde apparet, illos Sadducæis non fuisse meliores, neque religiosiores, sed eorum similes, qui hodie cum Papistis & Monachis colludere non verentur, vt puriorem & simplicem doctrinam de cœna Domini oppugnent, & idololatriam in Ecclesijs bene institutis inuehant. Gloriantur hi magnificè zelo religionis, & populi simplicis salutem sibi cordi esse protestantur. At cum idola defendant, & sordes Papisticas reducere satagant, non possumus nobis de illis plura polliceri, quàm de Phariseis Iudæorum.

Vnus deligitur Christi aduersarius.

Cœterum videamus, vt rem hanc instituerint. Vident (vt ex præcedentibus verbis apparet) Sadducæos succubuisse, utpote homines rudes & scripturarum ignaros, & ne in Mose quidem diligenter versatos, cuius libros solebant admittere. Sciebant præterea Phariseorum sectam Domino suspectam esse. Itaque non omnes simul ipsum aggrediuntur, sed vnum ex ipsorum ordine deligunt, qui in lege probè institutus erat, & quem ingenio moderato præditum fuisse tota hæc actio abundè docet. Mouet hic quæstionem sua professione dignam, & quæ ad religionem & salutem cognitu necessaria erat. Magister (inquit) quod est mandatum magnum in lege, quod præ alijs pietatis & religiosè obseruare debeant, qui Deo placere, & salutem æternam consequi volunt? Tentandi verò causa quærit. Nimirum quod illum putet nouum quid dixerit, quod à legis doctrina discrepet: aut si non aliud dicat, quàm quod olim Moses dixerit non esse aliquam causam, propter quam ipsi Mosi debeat præferri. In quo exemplo diligenter obseruetur, quantum noceat malorum & impiorum hostium Christi confortium. Fuit hic doctus in lege, vir item bonus quod ad seculum & (vt postea de illo Dominus testatus est apud Marcum) non longè abfuit à regno Dei. Attamen quia habitus Phariseis conuixit, & apud hos, propter eruditionem & mores honestos, in pretio fuit, suum illis obsequium præstat, & ne ab illis separetur, quorum maxima erat apud plerosque autoritas, aduersus Christum in certamen descendere non veretur. Ita multis accidere solet, qui per se non mali, neque à religione alieni omninò sunt, at alius cuius commodi gratia se præsulum papisticorum, aut principum, qui Euangelij doctrinam persequuntur, seruitio mancipant. Hi deinde multa videre & audire cogunt, quæ ipsis displicent, aut etiam ex animo dolent: at nisi pedem illicò reuocent ab horum commertijs, fit plerunque, vt veritatem tandem oppugnent, non verbis modò, verùm etiam aperta vi & armis: quod nostro seculo fecerunt multi, & adhuc faciunt, qui in vera religione elucati militiæ mercenariæ sese dedunt, & religionem, atque pios cultores Christi persequuntur. Cauti ergo sint Christiani homines, & meminerint, amicitiam huius mundi esse inimicitiam cum Deo.

Iacob. 4.

Porro

Porrò *IESVS CHRISTVS*, et si Pharisei responsione indigni essent, & non solum repulsam, sed reprehensionem & correptionem acriorem mererentur, amice tamen legitime respondet, partim quod quaestio per se pia, & explicatu necessaria erat: partim quod hic, et si Phariseis operam suam locaret, tamen eum lucriferi posse sciret. Estque hoc notum, & consolationis plenum facilitatis eius, argumentum, quo confirmatur, quod apud Ioannem dicit: Eum qui venit ad me, nequaquam eiecerim foras. Etenim si istum benigne admisit, & instituit, qui tentandi causa veniebat, num eos repulsam passuros putabimus, qui, doctrinae & institutionis cupidi, quaestiones pias & necessarias mouent, & ipsius mandato sese accommodant, qui nos quaerere iussit, & nos inuenturos promisit, quae ad salutem consequendam faciunt. Docet praeterea exemplo suo, ut nulli occasio- ni desimus, qua regnum Dei promoueri, & aliqui in eius cognitione institui possunt. Quoties ergo de fide nostra et salutis negotio interrogamur, quibusuis ad respondendum parati simus, ne veritatis doctrinam dissimulando, eos in errore detineamus, qui veritatis studio & desiderio tenentur.

Christus amice respondet.

Ioan. 6.

Ita vero respondet isti Dominus, ut non obiter modo, quodnam primum & summum mandatum sit doceat, sed insuper summam totius legis, quoad religionem, atque vitae institutionem, comprehendat. Et ne aliquam illis calumniandi occasionem praebet, Mosem adducit, cuius verba in Deuteronomio leguntur: *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & pro omni virili tua.* Huic autem loco alium ad- dit, qui in Leuitico habetur: *Diliges proximum tuum ut teipsum.* In quibus duobus loci huius explicatione progrediamur, multa consideratione digna est Dei Patris bonitas, qui cum summum in nos ius habeat, & proinde leges, quas ipse vult, nobis possit praescribere, non tamen alijs praecipis nos grauare voluit, quam quae per dilectionem possunt praestari, qua nihil iucundius, nihil vilius, nihil magis necessarium est, & quae per omnes vitae nostrae actiones extenditur. Nam actiones vitae omnes partim ad Deum, partim ad homines alios, qui nobis proximi sunt, referuntur. Ideo legis summam, Decalogum nimirum, quem propria voce in monte Sinai Israelitis tradidit, in duas tabellas distribuit: quarum prima, quid Deo debeamus, docet: altera, officia, quibus proximo obstructi sumus, exponit: utraque autem (ut diximus) charitatis aut dilectionis officia tradit. Arguit hoc istorum ingratitude & amentiam, qui his non contenti, seipsum & alios grauant nouis traditionibus, quae corporalia exercitia a nobis requirunt, quorum utilitas admodum exigua est, cum omnia ista (quod Apostolus de cibis dixit) cor stabilire non possint, neque alios ad pietatem & salutem aedificare. Etenim Marthae olim dicebat Dominus, vnum est necessarium: quod, quoad vitae huius externae officia, propria est dilectio, quae (ut alibi Paulus ait) totam legem complectitur. Porrò quoad primam huius loci partem, aut supremum mandatum est, haec nobis consideranda sunt.

Summa legis charitas.

Deut. 16.

Leuit. 19.

Exod. 20.

1. Tim. 4.

Hebr. 13.

Luc. 10.

Rom. 13.

Quid de Deo debeat sentiri & credi.

Primum, quid de Deo sentiri aut credi debeat. Nec enim illum diligere possu- mus, ut par est, nisi eundem recte agnoscamus; imò nisi eius cognitio praecedat, vix illum dilectione dignum esse arbitrabimur. At hic in primis obseruari debet, quod apud Marcum Dominus ex Mose praemittit, qui primum mandatum recitaturus dixit: Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Breui dicto omnia comprehendit, quae ad fidem & dilectionem Dei pertinent. Ante omnia vero Deum aut Dominum no- strum esse agnoscamus oportet. Est hoc principium & fundamentum omnis religionis: nec enim illi fidere poterimus, nisi nostrum esse intelligamus. Ideò hoc in foedere cum Abrahamo facto nobis commendat: & his verbis legis promulgationem orditur: Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de terra Aegypti. In nouo testamento Christus ideò illi fidere docemur, quòd noster sit, & Filium suum vnigenitum nobis Dominum & Seruatorem dederit. Deinde, ne ab hoc principio fidei nos reuocari aut abstrahi- patiamur, vnum esse credamus, non plures. Etenim summum & supremum bonum est, & proinde vnicum sit oportet. Nec enim summus esse potest, qui alios sibi pares aut aequales habet. Ideò apud Isaiam clamat: Non est alius Deus praeter me, Deus iustus & saluus nullus praeter me. Et quia in lege grauiter vetat, ne Deos alienos habeamus coram facie eius. Paulus Christianos homines eo discrimine ab alijs distinguit scribit, quod

Isa. 4.

Exod. 20.

1. Cor. 8.

quoddam cum alij Deos plures habeant, illi vno contenti sint. Quotquot ergo alios sibi Deos fingunt, in quibus spem aliquam salutis collocant, eo ipso se Christianos esse negant.

Deus vult à nobis diligi.

Luce 15.

Et huc facit alterum, quod hoc loco CHRISTVS ex Mose de summo mandato docet, vt Deum vnice diligamus, & quidem super omnia. Vbi rursus nouum bonitatis Dei argumentum sese exerit. Etenim à nobis amari vult ille, quibus nihil nobiscum commune est, & qui vicissim nihil ex nobis sperare potest. Inter homines solent quidam aut generis fiducia ita superbire, aut opibus insolescere, vt dedecori sibi esse arbitrentur, si, qui ipsis inferiores sunt, istorum studium & amorem profiteantur. Sunt item, quos beneficiorum pudet, quibus aliqui de ipsis bene uerentur. At longè alius est Deus, qui nostro amore delectatur: & vt filij prodigi pater, illum tot modis in se iniuriam, plus quàm paterno amore complexus est: ita Deus nos solet, qui propter innatam nobis malitiam odio potius quàm amore digni sumus. Etenim si non aliud sit nostræ corruptæ ac vitiosæ naturæ indicium, vnum hoc sufficere poterat, quod nobis præcipi & mandari oportet, quod, tot beneficijs ab illo prouocati, spontè facere debeamus. Tanta enim horum magnitudo, vt quicumque ex hominibus sensum communem non omnino exuerunt, hunc omnis boni fontem & thesaurum esse fateantur, Quæ ergo contumacia est, illum non vicissim diligere.

Vt Deus diligi debeat.

ROM. 12.
1. Ioh. 2.

Secundò obseruetur, qualis esse debeat dilectio. Quia vnus (vt diximus) super omnia diligi debet. Nisi enim id fiat, iniuriam ipsi fecerimus, vt mulier, quæ in amoris conjugalis consortium, alios, præter maritum suum, admittit. Non poterit autem Deus vnus & solus à nobis diligi, nisi amor ille sincerus ab omni furo alienus sit. Ad eius explicationem faciunt species illæ, quæ totum hominem cum suis viribus & facultatibus vniuersis comprehendunt. Inter quas primo loco cor nominatur: Diligite Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Cor affectuum sedes, & proinde consiliorum & actionum omnium fons est. Has igitur omnes ad eum finem dirigi oportet, vt voluntati diuinæ consentiant, & gloriæ Dei seruiant, ne huic per nos derogetur. Secundò animæ totius mentio fit, quæ in scripturis vitam denotare solet. Hanc ergo totam Deo consecremus, vt (quod Apostolus iubet) nos sistamus hostiam viuam, sanctam, & acceptam Deo: & ne configuremur seculo isti, aut mundo, de quo Ioannes præcipit: Ne diligite mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Peccant autem hîc, qui meliorem vitæ partem mundo, et huius principi consecrant, tunc demum Deo seruituri, quando in ætate decreptia ad finem vitæ appropinquant. Tertiò ex cogitatione nostra diligere iubemur. Græci *διανοιαν* dicunt, quæ mentis virtus est, de qua Poëta, de Pythagora dixit:

*Mente Deos adiit, & quod natura negabat,
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.*

Marc. 13.

Et Cicero mentes bonorum diuinæ & cœlestes atque immortales esse confessus est. In præsentem ergo omnes interiores seu animæ facultates CHRISTVS intellexit cogitationis vocabulo. Apud Marcum verò totas quoque vires addit, vt alias quoque hominis facultates, siue corporis siue animæ, Deo vendicet, & demonstrat, nihil in nobis esse, quod non totum Deo debeamus, cum ab hoc corpus & animam, & vtriusque facultates omnes, acceperimus.

Effecta dilectionis.

Itaque dilectio Dei non in otiosa professione consistit, sed effecta parit, quæ per omnem hominis vitam extenduntur. Etenim dilectionis proprium est, cum dilecto velle. Ita qui Deum ex toto corde diligunt, & omnibus viribus, coniunctionem cum Deo expetunt, & ab omnibus abhorrent, quæ nos ab illo separari possunt: à superstitionibus nimirum & peccatis, quibus vel religio vera, vel vitæ innocentia, pollutitur. Econtra, verbi Dei studium parit dilectio ista, quo hic seipsum & voluntatem suam, cum vniuersis regni sui mysterijs, manifestat. Sequitur ex eo obedientia & huic placendi studium. Coniuncta huic est patientia, quæ omnibus aduersis superioribus facit. Si enim prophanus amor omnia vincit (vt Poëta aiunt,) quis dubitet sancti illius & diuini amoris maiores vires esse, cuius subiectura omnia longè superat, quæ

quæ in cœlis & in terra sunt? Et quia amantes colloquijs potissimum gaudent, cum Deo autem per preces colloquimur, quo nullum colloquium iucundius, nullum sanctius & magis necessarium est: qui illius dilectione ardent, ij in precibus quoque assidui sunt, cum & inuocandi & gratias agendi occasio nunquam non sese offerat. At si ista cum nostri seculi moribus cunferas, mox patebit quantum nobis desit: quando plerique cum mundo coniungi malunt, quàm cum Deo: Verbum eiusdem fastidiunt, nisi illud cum quæstu aliquo coniunctum videant, idem verò si ipsorum cupiditatibus reluctetur, odiosè solent persequi: ad hæc carnis contumaciam improbè fouent, periculis quibusuis succumbunt, in precibus autem adedò languent, vt neque periculis ad inuocationem excitari, neque beneficijs ad gratiarum actionem accendi, possint.

Opus ergo fuerit, vt Spiritus sanctus dilectionem Dei distundet in cordibus nostris quod tum fiet, si nos ad verbi studium assuefaciamus, beneficia illius assidue meditemur, animos verò ab huius seculi gaudijs, quæ fluxa & incerta sunt, ad æterna atollamus, quæ nobis in cœlis parauit Dei Filius, IESVS CHRISTVS, cui debetur benedictio, honor, gloria & postestas in æternum, AMEN. Rom. 5.
Ioan. 1.
Phil. 3.

HOMILIA SECVNDA.

Secundum autem simile huic. Diliges proximum tuum, vt teipsum. Ab istis duobus mandatis tota lex & Prophetæ pendent.

INTER ACTIONES ADVERSARIORVM CVM Filio Dei, IESV CHRISTO, per quàm memorabilis est hæc, in cuius tractatione nunc versamur. Nam vt nuper audiuimus, ad illum accessit quidam legisperitus, quem Pharisei, vt ipsum insidiosa quæstione tentaret, subornârunt. Proponit autem quæstionem cognitu dignissimam, quodnam inter legis præcepta obseruatu præ alijs necessarium sit. Ita verò respondit Dominus, vt duo coniungat, quibus omnia comprehendit, quæ ad veram piè & beatè viuendi rationem faciunt: simul autem in huius noui aduersarij corde sic agit, vt, qui ipsum tentaturus venerat, victus veritati cedat, & præclarum testimonium ipsi ferat, Primum præceptum ex Deuteronomij sexto capite adducit, quo tota religionis causa coniunctur: Quid nimirum de DEO sentire debeat: quæ officiorum item, quæ illi debentur, summa sit: vt scilicet ipsum dilectione sincera complectamur, nosque totos ei consecremus. At quia, quales erga DEVM sumus, in ijs potissimum apparet, quæ nobis cum alijs hominibus peragenda sunt, nunc alterum quodque præceptum priori subiicit dicens:

Secundum simile huic, diliges proximum tuum vt teipsum, &c: Extat præceptum dilectionis hoc (vt in priori Homilia quoque diximus) in Leuitico capite decimo nono, & ita præcipitur: Non oderis in corde tuo fratrem tuum. At planè reprehendas proximum tuum, id est, amica correptione ipsum ab errore reuocando testeris, te illum fratris loco habere. ne feras propter eum peccatum, ne conuiuendo ad eius vitia peccatis illius communices.

Denique ne vlciscaris, neque sis iniuriarum memor erga filios populi tui: sed diliges proximum tuum vt teipsum. Hoc præceptum CHRISTVS secundum dicit, respectu prioris, quod de dilectione DEI præmisit, & quia secundam Decalogi tabulam comprehendit. Ad hæc priori simile esse ait: Primum, quia hæc etiam, vt in priori dilectio præcipitur: Deinde quod ex dilectione DEI, dilectio proximi nascitur: Denique quod vt priori omnis obedientia traditur, quam DEO debemus: Ita hæc omne exigitur officium, quod proximo nos debere constat. Norum est enim illud Apostoli: Nemini quicquam debere nisi hoc, vt alij alios diligatis. Quo dicto monet debitum dilectionis eiusmodi Rom. 13.

DOMINICÆ XVIII. POST TRINITAT.

Dilectio quid?

eiufmodi esse, vt homo Christianus semper inueniat, quod alij debeat, propter conditionē & sortē cōmunē, cui omnes subiecti sumus. Est n. dilectio propensio animi, qua alii cui bene volumus, non quidem nostri ipsius, sed aliorum causa, & id re ipsa & opere testamur.

Dilectionis præceptum omnibus commune est.

Est autem præceptum hoc commune, quod ex æquo omnibus hominibus datur, siue diuites, pauperes, docti, indocti sint. Et vehementer errant, qui se exleges putant, & aliquam immunitatem sibi vendicant, vt ferè solent inopes & egeni, qui præceptum hoc nihil ad se pertinere arbitrantur, quod non habeant quod dent, nec aliquos iuuare possint. At dilectio, quæ animi affectus est, requiritur: quam non operibus, sed cordis propensione aestimare conuenit. Inter hanc ergo & opera nos distinguere oportet. Opera ab illis exiguntur, quos facultatibus instruxit Deus, vt ea præstare possint: quæ si desint, non est quod alicuius culpæ reatum nobis ipsis imponamus.

2. Cor. 8.

Nam vt Paulus scribit, si prius adsit promptus animus, aliquis accepturus est pro eo quod habet, non pro eo, quod non habet. Veruntamen dilectio illic etiam locum habet, vbi vires nullæ sunt. Nec enim quicquam obstat, quod minus benè velis alicui, nisi inuidiæ & odij fascino te exagitet, nec erga fratrem rectè affectum esse sinat. Vt ergo diues peccat negligendo pauperem, quem iuuare poterat: ita non minus peccat pauper, qui diuiti suam fortunam meliorem inuidet. Peccat item, qui inhumaniter & rigide nimis debita exigit. At minimè extra culpam est, qui paupertatis prætextu abutitur ad fallendum creditores. Neminem ergo fallant cœcæ carnis rationes, vt ab hoc debito quatenus ab se alienum, aut amore suo indignum censere, cum Deus iubeat inimicos quoque diligere. Vide Matth. 5. cap.

Quis diligere debeat.

Itaque propius videre oportet, quis ab vnoquoque diligere debeat. Id vna vocula docet ex lege Dominus, quando, vt proximum diligas, iubet. Atqui ita inter homines comparatum est, vt ferè omnes, se ipsos sibi proximos esse putent. At Christum non de nobis ipsis, sed alijs hominibus loqui notius est ex circumstantijs, quàm vt demonstrari oporteat. Itaque hic legis aut præcepti diuini sensus siue mens est, vt proximo cuique dilectionis officium præstemus, qui illo indiget. Debet is nobis proximus censeri quisquis sit: quia eadem est omnium hominum conditio, vt, quod vni accidit, quisque sibi quoque accidere posse cogitare debeat. Et meritò probatur illud comici: Homo sum, humani nihil abs me alienum puto. Itaque sufficiat tibi, si hominem esse videas eum, cui tuo officio aut beneficio opus est. Docetur hoc alibi per Samaritani parabolam, quæ cum Dominica decima tertia post Trinitatis prolixè exposita sit, non opus est illi diutius immorari. Quid ergo non debemus ijs, qui domestici fidei & fratres in Christo sunt?

Modus dilectionis.

1. Cor. 12.

At non minus diligenter modus dilectionis proximi nobis considerandus erit. Sunt enim plures, qui ignorantiam prætexunt, & propter innatam omnibus philautiam nimium esse arbitrantur, quicquid ab ipsis requiritur. Itaque proximum quisque vt se ipsum diligere iubetur. Quis verò tam vecors est, vt, quomodo se ipsum diligit, ignoret? Quin ergo in te ipsum descendis, & ex te ipso dilectionis regulam petis? Te ipsum non simulate, sed verè: non nudis aut otiosis verbis, sed re ipsa & opere: non frigide sed ardentè, diligis & in hoc incumbis, vt tibi bene sit, & commodè viuas: denique non defatigaris te ipsum diligendo, etiamsi vitijs animi aut corporis labores, quæ odium merentur, sed quod hæc plura & grauiora sunt, eò diligentius illa tegere & velare studes. Præterea si tibi quid præter voluntatem accidat, alios tibi condolere vis, & indigne admodum fers, si qui tibi insultent, aut interea suæ libidini & fastui indulgeant. Ex te ipso igitur documentum cape, quid facto opus sit, si in dilectione proximi Deo placere cupias. Syncera sit illa, & ab hypocrisis aliena, verbis aut promissis opera respondeant, serio item omnia facias, & in eo totus sis, vt proximo bene sis, nec te omni officio defunctum esse putato, si beneficium vnum aut alterum præstiteris, sed quod ad aliquem tuæ opis indigum esse videris, ad hanc illi ferendam te facilem & sedulum præbeto: Quod si aliquis indignus videatur beneficio, tu de

na de omnibus bene sperato, & (ut Diuus Petrus ex Solomone monet) proximi vitia aut delicta operire stude, si corrigere non potes. Vbi verò ad officia ventum fuerit, hic tibi animus sit, vt etsi omnibus alijs satisfacias, tibi ipsi non satisfeceris. Talem nobis Dominus Samaritanum describit, cuius exemplum nos imitari iubet. Is cum in terra aliena iter faceret, et hominem ignotum videret à prædonibus malè multatum, quem alij illius gentis homines inhumaniter neglexerant, ipse eius commiseratione toto animo commotus est: Nec in otioso animi affectu acquiescit, sed ex itinere ad eum diuertit, et suis negotijs relictis, illius curam suscipit, & ne periculo quidem, quod ex prædonibus vereri poterat, absterretur, quò minus faciat quod in præfenti fieri poterat. Saucij vulnera enim abluit, oleo infuso dolorem eorum mitigat, obligat denique, ne mora periculum grauius pariat. Inde iumento impositum ipse pedes deducit in hospitium, illic ea nocte illius curam habet, crastino autem die cum aliò ipsum vocarent negotia, hospitii satisfacit, & eidem illum commendans sese pro illo sponsorem sistit: Denique nihil eorum prætermittit, quæ quis in eiusmodi casu pro filio proprio, aut fratre germano, faceret. Nullis ergo limitibus certis circumscripta est charitas, sed pro virili præstat, quantum præfens necessitas postulat, dolet autem si non tantum possit præfere, quantum necesse erat. Sibi ipsi ergo singuli applicent admonitionem aut præceptum **CHRISTI**, quod parabola isti subiicitur: Abi, & tu fac similiter.

1 Pet. 3.
Prouerb. 10.

Quia verò Matthæus breuitati studet, ex Marco peti debet huius actionis siue colloquij euentus, qui duplex fuit. Primus ad legisperitum pertinet, qui responsam hoc Domino probauit, & veritati testimonium ingenuè perhibuit. Nam ait: Bene, præceptor, in veritate dixisti. Nam vnus est Deus, nec alius est præter eum. Et diligere eum ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere proximum vt seipsum, plus est quam omnia holocausta & sacrificia. Apparet in isto homine, quam magna veritatis vis sit, si attentè audiatur, & in animum admittatur. Venerat hic, vt Dominum dolosè tentaret, aut irretiret. At ipse captus victori manus dat, & publicè illi assentitur, & quidem in eo, de quo tunc inter Christum & Phariseos, siue Sadduceos maximè controuertebatur. Hi enim aduersus illum reuera pro aris & focis pugnant, eò quod metuerent, ne per eius doctrinam quæstui ipsorum derogaretur. At hic nihil veritus socios, à quibus subornatus erat, doctrinæ Christi subscribit: quod non aliud erat, quam Phariseorum superstitiones damnare. Simile quòd accidit, quando Phariseorum serui, qui ad illum in templo capiendum emissi fuerant, doctrinam illius magnificè commendârunt. Euentus cellon
quij quòd ad legisperitum.

Sunt alia quoque huius generis exempla, in quibus cernimus tyrannos interdum veritati cessisse, vt ex persecutoribus amici & discipuli facti fuerint. Arguitur his infelix nostri seculi contumacia, quando multi nec scripturis nec signis conuinci & edomari possunt, vt Deum vnum esse fateantur, & vnum inter hunc & nos Mediatorem **CHRISTVM IESVM**, à quo tamen seipfos denominant, & Christiani dici volunt. Discant omnes hunc imitari, nec pudeat veritati cedere. Hæc enim omnium pulcherrima & gloriosissima est victoria. Hæc olim Dauidem & Niniuitas seruauit: & huic Scribæ Dei filius testimonium præbuit, quòd non longè absit à regno Dei. Ita veritatis confessio regni Dei ciues facit, à quo omnes excludentur, qui se illi contumaciter opponunt. Ioh. 7.
1. Sam. 12.
Iona. 3.
Marc. 12.

Alter euentus ad Christi aduersarios refertur, de quibus scribit Marcus, quòd nemo illorum amplius ausus fuerit ipsum interrogare. Conuicti licet proprii cordis testimonio, tamen cedere nolunt veritati: At tamen inuiti & reluctantes quamuis succummutire contra veritatem, nec possunt semper, quantum posse videntur. Perrexerunt quidem isti de illo occidendo consultare, & vicisse visi sunt, quando à Iuda proditus in ipsorum manus venit, & ex Pilati sententia in crucem suffixus acerbam & ignominiosam mortem subiit. Aduersarij
Christi non
audent inter-
rogare.

Sed moriendo vicit **CHRISTVS**, & resurgens de morte & inferis & tota diaboli potestate triumphauit. Non est ergo quod nobis meliorem sortem in terris polliceamur, quam illius fuit. Non mutabit enim ingenium suum mundus. Interim neq; promissis suis deerit æternus dei filius. In eo igitur fortes & còstâtes simus, quòd nos nõ relinquet Ioh. 17.
orpha.

orphanos, sed nobiscum erit usque ad consummationem seculi, quando nos in regnum suum coeleste transferet. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA TERTIA.

Coactis autem Phariseis, interrogavit eos Jesus, dicens: *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Davidis. Dicit eis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum? dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam, usque dum ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere quicquam: Neque ausus fuit ququam ab illo die amplius eum interrogare.*

Prophani quales quæstiones moueant.



VAMVIS PROPHANI HOMINES, ET etiam hypocrytæ supersticiosi, veritatis lucem odio persequantur & extintam velint, studium tamen illius egregiè simulare norunt, dum colloquia cum pijs expetunt, & quæstiones nectunt multas & varias, non quidem ut discant, sed ut simpliciores illaqueent, aut veritatis doctrinam vulgo suspectam & exosam reddant. Quæ causa est, quod ferè quæstiones mouent eiusmodi, quæ seditionem & turbas spirant, vel absurdæ nimis animos prophanos & impuros arguant. Est hoc videre in Iesu Christi aduersarijs. Ex his enim primò Pharisei de censu, Cæsari reddendo, quærunt, si fortè responso inconsiderato aliquid dicat, ex quo eius calumniandi occasionem arripiant: Deinde Sadducei de resurrectione mortuorum disputationem mouent, qua nihil absurdius, inhonestius & impudentius vel scurrilius fingi poterat. Sunt hæ nobis in eum finem considerandæ, ut facilius eorum dolos agnoscere, & insidias cauere, discamus, qui hodie similia facere non verentur. Sed opponitur his disputatio noua, quam Christus mouit, longè alio instituto: ut nimirum publicæ ignorantia, quæ tunc inter Iudæos regnabat, mederetur, et illos simul omnes institueret in re cognita animis necessaria, & cuius vera cognitio ad pacem publicam faciebat, & simul salutem aeternam aternam seruirebat. Estque nobis diligentius in hac versandum, quod non obiter, & quasi aliud agens, sed in templo publicè docens hæc tractauit, quibus regni sui mysteria præcipua continentur. Videamus ergo primum quando, & qua occasione de his cœperit agere: Deinde, quæstionem ipsam, & cur eam Christus mouerit: Præterea quis fuerit disputationis istius finis siue euenus.

Marc. 12.

Christus Phariseos simul collectos aduertitur.

Malach. 2.

Quod ad primum Phariseis coactis aut congregatis illos Dominus interrogauisse dicitur. At qui non annotatur eos ab ipso coactos aut conuocatos fuisse, sed haud dubiè qui res suas infelicius succedere, & se aliquoties iam non sine publica ignominia succubuisse viderent, & proinde non auderent (ut ex Marco apparet) aduersus illum de nouo in certamen descendere, nisi prius diligenti deliberatione habita Christus ipsis superuenit, & ipse prior illos compellat. Non autem idè accusari meretur, quasi incivilior æquo, aut impudens, ad consilium non vocatus accesserit. Quia enim ab illis saepe prouocatus, sese ad respondendum huc usque facilem præbuit, licuit omnino ipsi eos interrogare, qui antistites & Doctores populi volebant dici, & ex illorum ordine erant, de quibus olim dixerat Dominus: Labia Sacerdotis custodient scientiam & legem ex ore eius requirent. Ad hæc animi sibi benè conscij & ingenui indicium est, quod aduersariorum conspectum non declinat, quod non vnum ex illis imperitiorum cæteris insidiosè obseruat, ut in eo solo sibi factas iniurias vlciscatur, & miserum toti populo deridendum propinet, sed illos simul omnes aggreditur quæstione non insidiosa sed necessaria, & quæ diligentius cognita tam ipsis quam alijs omnibus salutem afferre poterat. Ita agere conuenit veritatis ministros, & tales esse debent disputationes piorum, ut non alius his finis aut scopus sit propositus, quam ut in veritatis

veritatis & regni Dei cognitione homines instituantur, & qui prius instituti sunt magis confirmantur.

Sed accedamus ad quæstionem Christi. Quid vobis videtur (inquit) de Christo? *Quæstio Christi*
 Cuius filius est? Respondent illi, Davidis. Ex hoc Dominus aliam quæstionem infert, & *fit de Messia.*
 ut nodum solvant petis, qui ex contradictione ipsius Davidis, nec tibi videbatur, qui illum
 suum Dominum dixit. Vbi nemo putauerit, Christum consultò argutias quæsiisse
 inuites ut solent, qui reconditæ eruditionis & scientiæ existimationem affectant. Sed
 ut hæc quæstio ventilaretur, publica Iudæorum ignorantia, cuius initio mentionem feci-
 mus, requirebat. Nouerunt illi vulgò promissiones Dei de Messia, quem venturum *Gen. 49.*
 prædixerat Iacob Patriarcha, quando sceptro à Iuda sublato, Iudæi alieno imperio pare- *2. Sam. 7.*
 rent. Eundem ex Davidis stirpe nasciturum esse fatebantur, cui olim dixisset Domi-
 nus: Cum exacti fuerint dies tui, dormierisq; cum patribus tuis, excitabo semen tuum
 post te, quod egredietur de utero tuo, regnumque eius firmabo. Item, Semel per san- *Psal. 89.*
 citarem meam iuravi, haudquaquam Dauidem fefellerò: Semen eius in æternum erit,
 solum eius coram me, ut Sol, perstabit. Denique nihil inter Iudæos vulgarius erat,
 quam quòd Messias promissus dicebatur Davidis Filius. At quæcunque de regno il-
 lus magna dicuntur, omnia de regno in terris potenti & victorioso intelligebant,
 nec illum homine principe aut rege maiorem agnoscebant. Et hoc errore discipulos
 quoque eius domesticos fascinatos fuisse, crebræ horum de primatu contentiones abundè
 testantur: & in vulgo Iudæorum hæc persuasio siue opinio turbarum, & seditionum ferè
 causa fuit, & quòd qui rebus nouis studebant, impostoribus locum subinde dederunt,
 qui sub falso seu adulterino Messia nomine regnum affectabant. Et quia (ut alibi mo-
 nuimus) hic error plerosque occupauerat, non potuerunt pro Messia agnoscere Iesum
 hunc, in quo nihil apparebat, quod splendorem regum referret.

Et est obseruanda hoc loco communis nostri hostis diaboli astutia, qua hic in fallendis *Diaboli astu-*
 hominibus vitur. Non potuit is omnem Messia notitiam in hominum mentibus delere, *tia & impos-*
 aut spem aduentus sui eripere. Ergo huius loco talem finxit, qui principis terreni instar *stura.*
 dominoaretur: ut, neglectis cœlestibus bonis, homines huius seculi commoda quæerent,
 & sub fidei & promissionum Dei prætextu propter illa tumultuarentur. Quòd si qui *Matth. 16.*
 non tam crassi fuerunt, hos alio errore dementauit, ut in *IESV CHRISTO* Iohannem *Luc. 4.*
 Baptistam, aut Ieremiam, aut alium aliquem ex Prophetis veteribus reuixerisse puta-
 rent.

Quid, quòd ipsum Christum spe regni terreni sollicitare ausus est, quando ipsi omnium
 huius seculi regnorum splendorem & fastum ostendit: Etenim quamlibet de illo sententiam
 siue opinionem ferre potest Satan, modò non pro Dei filio & promisso humani generis
 redemptore agnoscat. Hæc enim notitia atque fides regnum tenebrarum destruit,
 & mundi principem foras eijcit. Idcirco etiam multos plausibile diuorum cœlitum
 prætextu fallit, dum hos Christo pares facit, & quæ huic debetur gloriam in illos trans-
 fert. Quòd Apostolorum tempore fieri cœpit, & hodie ita regnat hic error, ut Christi
 merito sub horum prætextu potissimum derogetur, qui dum viuerent, se totos illi im- *2. Cor. 12.*
 penderunt. Et hoc illud est, de quo nos Apostolus seriò admonet, ut nobis à diaboli
 imposturis caueamus, qui seipsum transformare norit in angelum lucis. Itaque non
 sufficit simplex *CHRISTI* & nominis Christiani professio, sed diligenti scriptura-
 rum inuestigatione & examine opus est.

Ad hoc Iudæorum doctores in præsentem remittit, dum (ut paulò ante diximus) ex *status quæsti-*
 ipsius Davidis verbis, quæ in Psalmis extant, quæstionem de Messia mouet: *onis Christi.*
 ne nimirum David Dominum suum dicat eum, qui post aliquot demum secula ex ipso
 nasci debuerit? Et ex communi sensu & recepta inter homines consuetudine argumen-
 tans, sic dicere voluit. Indecens & iniquum à communi denique omnium gentium cõ-
 suetudine alienum est, ut pater filium iam natum vocet Dominum suum, nedum ut
 rex aliquis filium post secula aliquot nasciturum hoc nomine dignetur: At David rex po-
 tentissimus, & multarum gentium domitor, Messiam, quem ipso hac vita defuncto mul-
 tis post seculis demum ex sua posteritate nasciturum sciebat, dominum suum dixit, idq; non affe-
 ctu cœco aut paterna indulgentia abreptus, sed cū ex spiritus sancti suggestionem de illo vaticina-
 retur. Dicite ergo mihi, quæ illū ratio mouerit? aut, si hæc nõ potestis explicare, fateamini
 oportet.

oportet, vos de mysterio hoc nunquam adhuc ea diligentia cogitasse, qua opus erat. Et ut efficacius illos percellat, verba Davidis adducit, quæ Psalmo 110. leguntur: Dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam, usque dum ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. At nisi hunc vulgo Iudeorum persuasum, fuisset Psalmus istius à Davide de promisso redemptore fuisse conscriptum, facile fuisset illis hoc testimonium vel simpliciter negare, vel aliquo cavillo eludere. At cum eos illud nequaquam posse sciret, utique illos intra animos suos convincere voluit, ut fateantur: Davidem olim in Messia aliquid homine maius agnovisse, cuius respectu Dominum suum dixerit. Nisi enim hoc concedant, manifesta erit contradictio in istis propositionibus: Messias est Davidis filius: Et Messias est Davidis Dominus. Cæterum quia hæc à Christo inter docendum dicta sunt, ut publicæ ignorantie mederetur, & in cognitione sua omnes rectè instrueret, proderit singulas huius loci partes, diligentius excutere, ut discamus, quis sit Christus quoad suam essentiam siue personam: Quis item quoad functionem & dignitatem. Ex quibus postea patebit, quid nobis de ipsius regno sit sperandum.

Messias Deus
& homo.
Marc. 6.
Gen. 3. 22.
Isa. 11. 7.
Matth. 2.
Mich. 5.

Ioan. 8.
Heb. 1.
Isa. 7. 8.

Isa. 9. 35. 33.
Mich. 5.
Isa. 9. 35. 33.

Ioan. 1.
Gen. 1.
Heb. 2.

Ioan. 14.
Matth. 28.
Ioan. 12.

Si de persona illius dicendum sit, Iudæi hominem fore nunquam dubitarunt, imò Christum Iesum idèò aspernati sunt, quod Iosephi filium esse arbitrarentur. Et promissiones veteres disertè Messiam semen mulieris & Abrahami filium, Davidis item & germen Isai dicunt. His astipulantur Prophetæ, qui ex virgine, & quidem Bethlehemi, nasciturum esse olim tradiderunt. Itaque Sacerdotes etiam Herodi de Messia natalibus sciscitanti potuerunt responderi: In Bethlehem Iudææ, sic enim scriptum est: per Prophetam, &c. At eundem Deum esse credebant, quæ illis errorum & incredulitatis adeoque impietatis omnis causa fuit. Etenim, ut huic loco insistamus, si Deum hominem esse credidissent, facilis fuisset quæstionis propositæ solutio, neque in specie contradictionis, quæ re ipsa nulla est, hæssissent. Dixissent enim: Messias rectè dicitur Davidis filius, quatenus homo est, ex Davidis semine natus. Idem verò etiam verè dicitur Davidis Dominus, quia Deus est, & æternus Dei filius, qui priusquam ex Davide hominem assumeret, imò priusquam Abraham esset, fuit: nec nomine modò fuit, sed re ipsa, quæ Dei sunt præstitit. Per ipsum enim secula condidit. Idem iam olim Isai teste, regnante Achazo regnum Iuda servavit, & domum Davidis, ex qua nasci debebat, quæ ergo non Dominum diceret David illum, qui & Dei Filius est æternus, & qui ipse fuit servator & redemptor? Sic (inquam) respondere potuissent pharisæi, si scripturam sacram, de Messia loquentem, propius & diligentius essent scrutati. Passim enim occurrunt testimonia, quæ de illius diuinitate pronuntiant. Micheas etenim illius exitum ab æterno esse testatur, qui Bethlehemi sit nasciturus. Isaias eundem Deum extitum patrem æternitatis vocat, & alibi dicit: Deus ipse veniet, & servabit nos. Et rursum de eodem, Iehoua iudex noster, Iehoua legislator noster, Iehoua rex noster, ipse servabit nos. Est ergo probe tenendum, quòd dominus noster Iesus Christus, Dei filius, in vna & eadem indivisa persona Deus & homo est: Deus est ex substantia patris (ut Athanasius ait) ante secula genitus, & homo ex substantia matris in secula natus. Perfectus Deus perfectus homo. Etenim Verbum illud æternum Dei, quod in principio erat, & per quod omnia facta sunt, factum est caro, id est, verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens, non quidem mutatione diuinitatis in carnem, sed (ut Apostolus ad Hebræos loquitur) seminis Abrahami assumptione in unitatem personæ, nec ab eo tempore vnquam deposuit hominem, quem assumpsit, sed peracto in terris nostræ redemptionis negotio eundem in cælos euexit, & ad dextram patris collocavit, inde venturus ad iudicandum in ea forma & natura, in qua passus est. Est hoc fidei nostri fundamentum quod nisi constanter seruetur, illa consistere non poterit: & multa occurrent in Christi mysterijs, quæ contra dictoria videbuntur, & ex quibus humana ratio sese non magis explicabit, quàm ex præsentis quæstione Pharisæi. Olim certè omnium hæresam causa præcipua fuit, quod naturas in Christo plerique non rectè distinxerunt. Idèò Arius non potuit videre, quomodo Patri cœternus & coessentialis esset, quem audiebat dixisse: pater maior me est. Et hodie in Ecclesia horribiles turbas dant, qui omnipræsentiam carnis **C H R I S T I**, & eiusdem corporalem, & oralem siue capernaiticam manducationem, pertinaciter propungnant, neque conciliare possunt illius dicta: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi: Et me non semper habebitis. Qui si cum orthodoxis patribus naturarum in Christo distinctionem rectè observarent, cum Diuo Augustino

Augustino dicerent: secundum maiestatem suam, secundum prouidentiam suam, secundum inestabilem & inuisibilem gratiam impletur, quod ab eo dictum est, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi: Secundum carnem vero, quam verbum assumpsit, secundum id, quod a Iudæis comprehensus est, quod ligno crucifixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, non semper habebitis me vobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis presentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducantibus videndo, non sequendo, ascendit in coelum, & non est hic. Ibi enim sedet ad dexteram Patris, & hic est. Non enim recessit presentia maiestatis, &c. Sed plura de hac re alibi diximus: nunc pergamus in his quæ huius loci sunt.

Tractat. 50.
in loc. 2. ap. 12.

Docet enim David quis Christus sit, quod ad functionem suam & officium, & hoc vnicuique Domini vocabulo aut nomine exprimentur, quo vniuersum nostræ redemptionis negotium comprehenditur. Si enim Dominus est Christus, nos serui simus oportet, & ipse quidem serui: Vnde verò hoc? Ex eo nimirum, quod cum peccati & diaboli mancipia essemus, ipse nos ex hac seruitute omnium miserissima redemit sanguinis sui pretio, & sibi acquisiuit, ut ipse nos peculium, & (vt Petrus ait) gens sancta, regale Sacerdotium, domus denique spiritualis ad offerendum spirituales hostias acceptas Deo per ipsum, qui ideo Christus siue Messias, id est, vnctus dicitur, quod Rex & Sacerdos sit, qualem in presenti David describit. Regem enim esse docet, cum illi à patre dictum sit: Sede ad dexteram meam, usque dum ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et postquam accepit potentiam suam, & populi sui mores & ingenium, descripsit, alterum quoque illi dicitur, dicens: Iurauit Dominus, neque poenitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: quem Leuitico genere & ordine præstantiorem fuisse, Apos- tolos ad Hebræos prolixè docet. Vtroque autem officio olim functus est Iesus Christus. Nam instar regis victoriosi hostem satanam deuicit & constrinxit: vasa eius, id est, miserabiles mortales, quos hic in potestatem suam redegerat, diripuit & sibi vendicauit, & in libertatem filiorum Dei asseruit. Adhuc Sacerdotem egit, dum seipsum pro nobis in aram crucis immolauit, Patrem cœlestem placauit, iustitiam sempiternam reduxit, benedictionem veram restituit. Adhuc etiam utroque munere fungitur, dum vt rex nos tuetur, aduersus hostes visibiles & inuisibiles, & vt Sacerdos pro nobis intercedit, & mediator est vnicuique apud Patrem. Restat nouissimus eius aduentus ad iudicium, quando postremus hostis noster abolebitur, Mors. Vide 1. Cor. 15. cap.

Officium seu
functio Messie

1. Pet. 2.

Heb. 7.

Math. 12.

Luc. 11.

1. Iohan. 2.

1. Timot. 2.

Ista verò sic nobis consideranda sunt, vt simul nostri erga illum officij meminerimus: Et primò quidem illo vno Domino & Redemptore contenti, nullos nobis dominos alios accersamus. Turpe enim fuerit, si qui tanto pretio redempti sumus, hominũ serui simus. At peccant in eo, qui Diuos cœlestes inuocant, quos supersticiosi patronos suos in cœlis nominare solent *Himmelfürsten*. Qui item ab iisdem denominari volunt, & cum in Baptismo nomen Christo dederint, noua nomina sibi accersunt, & vt olim Corinthij sese Paulinos, Cephistas & Apollonianos, dicebant: ita ipsi Franciscani, Bernardini, Dominicani dici volunt. Quod non aliud est, quam Iesu Christi meritum conculcare, & Dei Patris iuramentum, cuius David meminit, velle irritum facere. Præterea curandũ nobis est, ne in peccati seruitutem relabamur, sed in libertate nostra constanter perstemus, neque ea vt occasione ad carnis licentiam abutamur: sed quod reliquum est vitæ, illi viuamus, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Vide 2. ad Corinth 5. cap.

Quid nos Christi
debeamus.

Gal. 5.

Eventus disputationis.

Restat euentus disputationis huius. Primò, neminem ex toto Pharisæorum coetu fuisse, scribit Mattheus, qui vel vnicuique verbum respondere potuerit. Potuerunt hæcenus quæstiones insidiosasnectere Herodianis aulicis, & vulgo fucum facere: At interrogati de re graui, seria, sancta, necessaria, & cuius cognitio ad ipsos maximè pertinebat, prorsus muti & infantes sunt. Deinde pudet quidem eos suæ ignorantia, sed ita, vt qui non veriti erant hucusque Dominum insidiosè tentare, eos nunc pudeat interrogare de salutaribus & necessarijs cognitu. Adde, quod rursus his meliores sunt multi ex rudi populo, qui *CHRISTVM* differentem libenter audiuerunt. Docet exemplum hoc, quam facile sit Deo hostibus suis os obturare, aduersus ipsum superbientis, extrema ignominia afficere, vt seipsum publicè ridendos propinent. Sicut huius generis exempla passim, quorum hic nobis vsus esto, vt ex illis consolationem petamus aduersus impiorum Euangelij hostium conatus. Habet Antichristus oculos hominis, & videtur sæpè imperuestigabilis esse satellitum huius astutia, nec vllum nobis patere ex ipso

Dan. 7.

DOMINICÆ XVIII. POST TRINIT.

ex ipsorum tendiculis effugium. Sed irritum fit plerunque quicquid conatur. Habet autem ubique locorum Dei Filius Iesus Christus suos, qui vocem eius audiunt, illa delectantur & indes proficiunt: quos imitari nos conuenit. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in aeternum, Amen.

PRECATIO DOMINICÆ EXAQUATIONIS Decalogi & Messie Domini Davidis.

Domine Iesu Christe, orator aeterni Patris tui, & verissimus legis diuinae interpres, tu pronunciaisti, praeceptum cultum esse unionem hominis cum Deo, & illam ex tua sapientia fecisti exaquationem, quam nulla creatura facere potuisset, quod diligere proximum, sit diligere Deum, aeternum & infinitum bonum: Tu exprime in nobis similitudinem tuam legem, & nos in talem transforma effigiem, ut anima nostra te illustrante & Spiritu tuo sancto mouente copuletur cum aeterno Patre tuo, ut in nobis luceat imago similis integritatis, similitudinis, iustitiae & motuum, qualis fulget in te, qui es ἀπαύρασμα aeterni Patris tui. Da etiam, ut in hac vita maneamus coniuncti cum reliquis membris tui corporis, in similitudine, & concordia, ut simus plura corpora, sed ex amore, una anima, a te illustrata, & uiuificata per tuum Spiritum, sicut in nostro corpore membra, posita, figura & usu dissimilia, ex eodem fonte vita, eodem Spiritu vitali uiuificantur & sustentantur. Tu etiam Messias & Saluator noster loquere in cordibus nostris tuam sapientiam, ut territi voce legis, accedantis nostrae peccata, ad te confugiamus, ut in omni agone compellati, quomodo tu sis noster Dominus, non obmutescamus, sed te, qui uere noster es, redigens omnia ad unum caput, agnoscamus esse victorem mortis, datorem aeternae uita, Dominum & Saluatorem nostrum merito & efficacia, qui sedes ad dexteram aeterni Patris tui, ut deleas hostes tuos & credentes extrahas ex morte, sistas in conspectum aeterni Patris tui, Amen.

DOMINICA XIX. POST TRINITATIS EVANGELIUM

MATTH. IX. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Et ingressus Iesus nauigium traiecit, & venit in suam urbem. Et ecce obtulerunt ei Paralyticum, in lecto proiectum: Cumque uidisset IESVS fidem eorum, dixit Paralytico: Confide Fili, remissa sunt tibi peccata tua.

Psal. 19. 91.
Marc. 3. 5.
1. Cor. 11.



Matth. 1.

Argumentum
& usus huius
capitis.

MVANDO IESVM CHRISTVM LEGIMVS, MORBOS graues & lethales miraculose curauisse, meminisse simul debemus, hos ex peccato originem duxisse, & in scripturis flagella dici, eò quòd his Deus carnis lasciuientem coërcet, & eos qui peccarunt, ad resipiscendam castigat. Ita discemus, **CHRISTVM**, qui his medetur, simul animum quoque medicum, & eum seruatorem esse, qui (ut Angelus ait) suos ex peccatis ipsorum seruat. Id uerò quia pauci agnoscunt, & plerique ijs solis, quæ ad corpus pertinent, additi, animos non altius attollunt, describit hoc cap. Matthæus quædam miracula Christi, quibus euidenter uerbo simul & opere demonstrat, se non tam corporum quam animarum medicum esse, apud quem totius hominis salus queri debeat. Nam primò Paralyticum restituit, cuius curationem à peccatorum remissione inchoat, ut hanc in sua potestate esse præbet. Sequitur mox uocatio Matthæi, quem ex officina Mammonæ ad suum seruitium pertrahit, & ea occasione publicè docet, se Medicum esse, qui, ut peccatores seruet, in mundum uenit. Inde mulieri, ex immedicabili sanguinis fluxu laboranti, in medetur, ita adumbrans se eum esse, qui inhaerenti nobis naturæ uitiocitati remedium afferat. Postea

Postea Iairi filiam ex mortuis restituit, ut mortem, quæ peccati pœna est, abs se vinci ostendat. Quibus accedunt duo cæci, quorum oculos aperuit: & mutus Dæmoniacus, cuius linguam, eiecto dæmonio, soluit, ut amplius demonstret, per ipsum nos facultatibus quoque instrui, quibus ad salutem consequendam opus est. Et de his quidem omnibus suo loco & tempore prolixius dicitur.

Præmittitur autem narrationi huic occasio istorum, his verbis comprehensa: Et ingressus nauigium traiecit, & venit in suam urbem. Occasionem ergo præbuit Christo rediendi in Galilæam ingratitude Gergesenorum, qui porcorum iactura perculsi illum rogauerunt, ut ex sinibus ipsorum abscederet. In suam verò urbem illum venisse scribit Matthæus, quam Capernaum fuisse, ex Marco patet: quæ Christi urbs dicitur, quòd in ea quasi hospitium suæ domû sibi constituit, & in qua plures etiã ex discipulis ipsius habitauerunt. Quid autem illic fecerit, in Marco & Luca annotatur: Nimirum quòd fama aduentus sui divulgata vndique confluerint turbæ, adeò ut, qui circa ostium domus erat locus, non caperet populi concurrentis multitudinem. Nec ex vulgo tantum affuerunt, qui ipsum audire & conuenire cuperent, verum etiam complures Pharisei & legis Doctores, qui ex tota Galilæa & Iudæa, ex ipsa denique Ierosolyma aduenerant. Hac igitur occasione oblata, ad officium rediit, & illis prædicauit sermonem vitæ æternæ, quem insuper miraculosa multorum ægrota-
Marc. 2.
Luc. 5.

Occasio se-
quentis histo-
ria.

Marc. 2.
Luc. 5.

Nunc obseruatu dignissimum est Iesum Christum à Gergesenis quidem discessisse, ut eo exemplo doceret, æternæ salutis mysteria minimè ad eos pertinere, qui porcos, id est, im-
Christus pro-
pter Gergese-
nos non disce-
dit ab officio.

puras voluptates & mundi studia regno Dei præferunt: at non propterea deseruisse officium docendi, cuius ergo in mundum venerat. Mox .n. Capernaum rediit, & alios quasi-
2. Tim. 2.
Malach. 4.

um docendi, cuius ergo in mundum venerat. Mox .n. Capernaum rediit, & alios quasi-
2. Tim. 2.
Malach. 4.

um docendi, cuius ergo in mundum venerat. Mox .n. Capernaum rediit, & alios quasi-
2. Tim. 2.
Malach. 4.

um docendi, cuius ergo in mundum venerat. Mox .n. Capernaum rediit, & alios quasi-
2. Tim. 2.
Malach. 4.

Imitentur præterea exemplum Christi, quorquot eius cultores dici & haberi volunt. Singuli stationem suam teneant.
Singuli stationem suam teneant.

ut nimirum ipsi quoque suam stationem constanter tueantur, neque ab ea sibi discedendum putent, si quid præter animi voluntatem accidit. Peccant in eo sæpè viri politici & Ecclesiastici. Moles certè populi ingratitude & contumacia superatum aliquando fuisse legimus, ut se illo onere liberari vellent, sed non propterea dimissionem impetrare potuit. Et quid Elias passus sit, notius est, quàm ut commemorari oporteat. Meminerint ergo qui in publico munere versantur, ad metâ usque de currendum esse ijs, qui hoc stadiû semel ingressi fuerint, neque coronari aliquem, nisi legitime certauerit, & in finem usque perseverauerint. Discant præterea priuati homines exemplo Christi, ne temerè secessionem ab Ecclesiis faciant propter plures impios, & pœnitere nescios, quos in illis conspiciant. Erant equidem Capernaï πολλοὶ κακοὶ, id est, plures mali (ut Bias ille Prianeus olim dicebat) tamen hanc pro sua urbe Christus agnoscit, ad eandem cum sua scapha appellit, & illis presentibus quoque Phariseis & legis peritis concionatur: nimirum quòd potiorem quam electorum tuorum, etsi numero paucissimi essent, rationem habendam esse putaret, ergo probari debet eorum morositas, qui ut alijs sanctiores esse putentur, omnis mansuetudinis oblit, tanquam Minoes quidam & Radamanthi quosuis damnant, & dum Ecclesiam quærunt, cuius Ideam ipsi animo suo conceperunt, omnibus nimirum numeris abolutam, non inueniunt, ubi pedem figant, & non tam alijs, quàm sibiipsis molestias, & labores nunquam finiendos, pariunt.

Singuli stationem suam teneant.

Num. 11.

1. Reg. 19.

2. Tim. 2.

1. Cor. 9.

Matth. 24.

Apoc. 2.

Historia Pa-
ralytici.

His præmissis ad miraculi præsentis historiam accedamus, in cuius narratione Marcus brevis est admodum, diligentius autem rem omnem Marcus & Lucas exponunt: Allatum videlicet fuisse ad domum, in qua Christus docebat, Paralyticum, qui à quatuor viris portabatur. Cum autem hi præ multitudinem populi, qui fores & plateam totam obfidebat (vt supra modò dictum est) non possent ad illum ingredi, tandem conscenso tecto, & hoc aperto siue perforato, lectulum, in quo æger ille iacebat, ex quatuor angulis alligatum, in Christi conspectum demiserunt. Quod ne cui absurdus videatur, tenendum est, aliam fuisse olim apud Orientales populos ædificandi rationem, quam hodie apud nos in viú sit. Nam neque plures erant in domibus contignationes, sed inferior modò pars habitabatur: neque tecta altis culminibus fastigiata erant, sed plana, vt deambulationibus seruire possent: cuius rei exempla ex historia sacra adduci queunt. Facile ergo istis fuit tectum aperire, & Paralyticum ex illo demittere, vt à Christo videri posset. Vt verò viuens, quod hinc adumbratur, salutis humanæ mysterium rectius intelligamus, proderit singulas partes ex ordine videre.

Paralyticus ty-
pus hominum
communis.

Primus ergo prodeat Paralyticus, in quo miraculum est editum. In eo apparet, quæ sit communis omnium nostram sors siue conditio. Nam est paralytis nervorum resolutio ex humoribus frigidis & crassis enata, quæ membris motum adimit, neque solùm corpus externum, verum etiam linguam, adhæc mentis sedem occupat. Stupet ergo in Paralyticis animus, memoria perfluit, nullum iudicium, nullus animi vigor: & licet vitali Spiritu adhuc fruantur, nullum tamen possunt præstare hominis verè viventis officium. Nec enim pedibus incedere, neq; manus ad opus aliquod protendere, neq; linguam ad aliquid dicendum expedire possunt. Estq; morbus hic imprimis ex illorù genere, cum quibus frustra lætatur ars medicorum, qui cum pharmaca sua quam maxime expediunt, nihil aliud quam vexant miserum, & cruciatum exasperant, frequenter & mortem accelerant. Itaq; qui sic viuunt, non nisi in pœnam suam viuunt, siquidem vita dici meretur, quæ in corpore viuatur, quòd à cadauere nihil, aut parum, differt. Atqui eadem est omnium hominum, quoad ex primis parentibus in nos propagatam naturæ vitiositatem, conditio. Etenim in peccato concepti & nati, viuimus quidem quòdam corpus & vitam hanc animalem, quæ nobis cum beluis communis est, at nihil eorum facimus, quæ ad vitam æternam deducunt, aut quæ hominem in Deo viuentem facere decet. Intellectus enim non percipit, quæ sunt Spiritus Dei, voluntas praua est, vires ad bonum omninò nullæ. Et vitiam hæc animi paralytis non multò nocentior esset paralyti corporis. Nam cuius animus stupet ad diuina & cœlestia, ad ea, quæ huius mundi sunt, nimium est viuus, ad dolos item & imposturas acutissimus. Qui manus non habet, quibus tubueniat egenis, habet ad rapinas: qui membra non habet ad officia charitatis, habet ad luxum, ad libidinem, ad vim iniustam. Qui linguam non habent ad laudandum Deum, ad docendum, & consolandum proximis, expeditissimam ferè habent ad execrandum, & deierandum, ad obtrectandum, ad nugandum, ad turpiloquium, ad seducendum. Deniq; vt ex nobis ipsis ne ad cogitandum quiddam aliquid bonum idonei sumus, ita plus satis valemus ad scelera, in quorum cœno voluimus, eoq; periculosius laboramus, quòd ex morbo isto voluptatem captamus, & ne cupimus quidem liberari.

Psal. 51.

1. Cor. 2.

2. Cor. 3.

Christus Medicus.

Matth. 9.

Isa. 53.

Philip. 3.

Psal. 8.

144.

Quid verò fieri conuenit, vt tanto hoc malo liberemur? Id altera huius historie parte docent, qui hunc ad Christum detulerunt. Quod illos ex fide fecisse, Christus ipse postea testabitur, & res ipsa docet. Nisi enim credidissent, illum huic mederi posse, nunq; laborem istum subiissent, cum præsentis periculo coniunctum, quando tectum conscenderunt, & pensilem ad pedes Iesu demiserunt. Ad hunc ergo nos quoq; recurramus, qui solus medicus animarum est fidelissimus, & singuli ad se priuatim pertinere putent, quòd ille clamaret: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos. Ipse enim (vt Isaias inquit) infirmitates nostras portauit, & eius vibice sanati sumus, neq; aliquid vitium tam graue est, cui non medeatur, nulla culpa aut noxa tam capitalis, cui expianda non sufficiat. Idem nobis à Patre datus est, vt sua luce ignorantia tenebras discutiat, mentes præceptorum Dei recordatione instauret, facultates restituat, & viribus nouis armet, vt in ipso possimus omnia. Ipse (vt Dauid in Psalmis canit) facit pedes nostros pares pedibus ceruarum, vt supra mundum quoq; euehamur in Dei præceptis ambulantes: manus nostras contra hostem communem Satanam ad prælium instruit: & digitos ad bellum, denique ad omne pus bonum facit idoneos.

Ad hunc

Fide ad Christum venit.

Ad hunc autem accessuris fide opus est, qua sola ad ipsum venit. Est hæc non temerè concepta opinio aut persuasio, non inanis professio nominis Christiani, sed quæ ex Evangelio dicitur, viua & efficax fiducia, quæ hominem totum Christo vindicat, & eiusdem amore animum credentis accendit, qui deinde in quemuis proximum, qui nostræ opis indigentem declarat. Hinc illud est, quod isti cum fide in Christum dilectione quoq; erga paralyticum declarant, qua animati nullum laborem aut periculû subterfugiunt, vt eius salutem consulant. Hæc illa fides est, quam Apostolus per charitatem agere dicit, & quam solâ in Christo valere ait, vt salutis, quam hic nobis meruit participes efficiamur. Quotquot ergo se peccatorum noxa premj, aut exitiali hac facultatum omnium paralyfi laborare sentiunt, ad Christû medicum sese recipiant, neq; locum dent infelicib. aut infidis baiulis, qui ipsos alio abducunt, pessimis nimirum cupiditatibus, auaritiæ, ambitioni, libidini: non item imposteribus, qui infelices suarum virium & proprii meriti fiducia inebriant: sed omnib. alijs a tergo relictis animû supra omnia, quæ in hoc mundo pretiosa sunt, euehant, vt ad Christi pedes sese prosternere possint. Obseruent hoc ipsum omnes, quorum curæ alij crediti sunt: vt parentes, quoad liberos ex ipsis genitos: præceptores, quoad suos discipulos: imprimis autê Ecclesiarum ministri, vt suæ fidei commissos ad vnum Christum deducant, neq; in eos ipsos alicuius laboris aut periculi pigeat. Ita .n. & ipsi Christo cultum gratissimum præstent, & se ipsos simul atq; eos seruabunt, qui ipsos audierint, &c. Imitentur præterea hanc banulorum istorum fidelè industriam homines priuati, qui vel corpore vel animo laborantibus adsunt, vt quoad ea, quæ corpori seruiunt, nulli officio desint, quod Christiana charitas præcipit, imprimis autem animas ægrotantium curent, vt eos ad patientiam fidei constantiam, preces, & respicientiam, exhortentur, & in Christi cognitione illos seruare studeant.

Excitet nobis hic huius bonitas, cuius singulare, & dulcissimæ consolationis plenum exemplum in præsentem proponitur. Non indignatur sermonem suum, strepitu eorum, qui rectum effringebant, & funesto paralytici, ex alto demissi, spectaculo inturbati: non de istorum importunitate queritur, neq; eos procul inde facessere iubet: sed fidem eorum respicit, & quia huius opus erat, quicquid faciebant, illud probat. Deinde videt ad pedes suos iacentem paralyticum, qui neq; in genua assurgit, neq; manus supplices protendit, neque precatur (nimirum quod nihil horum posset) sed tantum iacet cadaveri similis. Eius ergo miseretur clemens Dominus, & apud misericordè ipsa calamitas abundè loquitur, vt verba liberalissimè aperit, & plus largitur, quàm vel ille, vel baiuli expectarent. Nam credibile est, eos non aliud expectauisse, quàm vt hominem paralyfi liberaret. At qui intimos cordis recessus scrutatur, vidit illum animo plus quàm corpore laborare, & proinde ab interiore homine medicinam inchoat. Et qua obsecro facilitate atq; clementia? Non exprobrat delicta, non prodit quæ hucusq; latuerant, non obiurgat, non pœnas exigit, non satisfactioem præcipit, cum aliqua ignominia coniunctâ, sed amicè eum cõpellas, confide (inquit) fili, remissa sunt tibi peccata tua. In præsentem filium, in Luca hominem dicit. Antea nec homo nec filius erat, vtrumq; fit condonatis peccatis. Pro obiurgatione consolationem adhibet, & bono animo esse iubet. Quis ergo ad hunc medicû tã benignum, tã facilè, tam liberale accedere vereatur? Quis sibi ab eo timeat? Quis hoc relicto eos sectetur, q̄ conscientia nos hoc breue Christi dictû admonet. At duo sunt, quæ diligentius cõsiderari merentur. Primum, quod illorum fidem respexisse dicitur. Etenim hæc sola nos Deo commendat, & peccatum est, quicquid absq; fide fit. Etsi verò cum baiulis paralyticus quoq; comprehendi possit (qui nisi in Christo fidem habuisset collocatam, hæc de se fieri non passus fuisset) memorabile tamen est, quod baiulorum fidem peculiariter Dominus respexit. Iustus quidem & huius seculi bonis multum prodest interdum eorum fides, quibus cû vultu ternis autem & huius seculi bonis multum prodest interdum eorum fides, quibus cû vultu mur, quin hæc interdum caussa est & occasio, vt ipsi quoque in veram Dei cognitionem perueniamus, atque huius seculi bonis multum prodest interdum eorum fides, quibus cû vultu nimis, & multa eius generis quotidie experimur. Debent hæc nos excitare, vt sanctorum & piorum consuetudinem colamus, abhorreamus autem ab impiorum consortijs, quæ fidei & pietati officiunt.

Gal. 5.

1. Tim. 4.

Bonitas Christi erga paralyticum.

Christus fidem baiulorum respexit. Rom. 14. Hab. 2.

A peccatorum remissione ordinatur.

Rom. 5.

Psal. 6. 38.

39. 41.

Isa. 38.

Rom. 14.

habuisse. At quia de hac re in sequenti Homilia dicitur, discant nunc aegroti, quid ipsi
facere conueniat. Morborum originem ex peccato esse conitat, per quod mors cum illis
& alijs satellitibus suis ingressa est. Ergo de peccatis suis ante omnia cogitent, quotquot à
morbis infestantur, & ab his ad Deum conuersi, cum hoc in gratiam redire studeant. Sic
olim Dauidem & Ezechiam, pijsimos reges, fecisse legimus. Hoc initio facto, remedijs
naturalibus, & à Deo monstratis, utamur ex fide, ea tamen conditione, ut toti ex Deo pen-
deamus, nosq; totos voluntati eius sanctæ subijciamus. Idem in alijs quoq; periculis & cala-
mitatibus fiat. Soletur autem nos, quòd, Paulo teste, siue viuamus siue moriamur Domi-
ni sumus. In hoc enim æternus Dei Filius Iesus Christus, quòd ad carnem, & mortuus est &
resurrexit, & reuixit, ut & mortuis ac uiuentibus dominetur. Huic debetur benedictio,
honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Et ecce quidam è Scribis dicebant apud se: Iste blasphemat. Et cum uidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Utrum enim est facilis dicere: Remissa sunt tibi peccata. An dicere: Surge & ambula? Ut autem sciatis, Filium hominis in terra auctoritatem habere remittendi peccata, tunc dicit Paralytico: Surge, tolle tuum lectum, & abi domum tuam. Tunc ille surrexit, abiitq; domum suam. Turba uero cum uidisset, mirata est, & glorificauit Deum, qui dedisset talem potestatem hominibus.



DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS HOC miraculo non solum uirtutem suam diuinam & saluificam declarat, uerum etiam docet, quid nobis sit faciendum, ut salutem in ipso assequamur. Ficit hic, quòd nuper eorum fidem respexisse dicitur, qui paralyticum ipsi afferebant, & laborantem remissionis peccatorum promissione consolatus est.

Ira enim docet, primo morborum & calamitatum omnium originem ex peccatis manare, ideoque de horum remissione ante omnia illis cogitandum esse, qui seruari uolunt. Deinde illam apud se solum inueniri, obtineri autem per fidem. At hic fere offendit ratio humana, quæ non potest uidere, quomodo vnus Christus totius mundi peccatis tollendis sufficiat. Quapropter ut nuper se ad hoc facilem & beneuolum esse ostendit, ita nunc se idem posse, re ipsa probat. Estque locus hic consideratu dignissimus, quia consolationis plenus est, & omnem salutis rationem non uerbis modo explicat, sed ceu in speculo contemplandam proponit.

Occasionem huic demonstrationi dederunt Scribæ, quibus displicuit tam liberalis gratiæ remissionis peccatorum promissio: & quamuis non ausiat ei in faciem contradicere, in corde tamen rationes colligunt, quibus illum impietatis & blasphemie insimulant. Nam ut Lucas annotauit, intra se cogitant: Quis est iste, qui loquitur blasphemias? Nec absq; omni ratione hoc cogitant. Nam addunt: Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus. Et sanè reuera impij sunt, qui privato ausu sibijs tribuunt, quod solius Dei est. In eo autem errant, quòd argumento isto aduersus Christum utuntur, & ita suam malitiam non vno modo produunt. Nam primo, nihil adhuc dixerat Christus de sua auctoritate priuata, sed miserum illum, & inter conscientie terrores ingemiscentem, promissione ista dulcissima consolatus erat, quod Propheta in suis scriptis frequenter faciunt. Deinde licet in propria persona disertè locutus fuisset, non tamen debuissent iudicium suum tam audacter præcipitare, cum quotidie operibus testaretur, se Messiam esse, cui hanc potestatem scripturæ passim tribuunt. Quid enim aliud docent veteres promissiones: Semen mulieris conculcabit caput serpentis? Item: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ? Absque peccatorum remissione certè nullus benedictioni locus esse potest. Et Ioannes Baptista, veterum sacrificiorum typos in illo impleri oportere docuit, dicens: Ecce

Scribae Christum blasphemiam insimulant.

Gene. 3. 22.

Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi, Prophetarum testimonia, quibus idem docetur, alibi recitantur. Sed & proprio exemplo admoneri poterant, nimis temerarium esse & impudens, hoc suum iudicium, cum ipsi peccatorum remissionem suorum operum merito, adeoque ablutioibus externis, & frigidissimis ceremonijs, tribuerent. Apparet ergo, illos etsi quodam verba siue literam verè dicant, neminem præter Deum peccata remittere posse, tamen invidia & odio excæcatis iniuriam fecisse Christo, cuius dictum potissimum in meliorem partem exponi. Itaque forsassis non errabimus, si illos eo potissimum offensos fuisse dicamus, quod nulla sacrificiorum mentione facta, paralytico limi & auarissimi facile intelligebant. Et hoc illud est, quod hodie multos fascinat, ut Christum & Euangelium eius oderint: quod nimirum quæstui suo timent, quem iam fecerunt in Ecclesia Dei fecerunt ex indulgentijs & bullis pontificum, & alijs multis rebus, quavis bulla inanioribus. Utinam verò non maior esset nostrorum impietas. Isti enim, etsi sibi consultum velint, nondum tamen eò usque progressi sunt, ut commune illud & irrefragabile axioma scripturæ sacræ negent, solum Deum peccata remittere. At nostri, si quis hoc doceat, mox hæreticum esse clamant, & quod de ordinario Euangelij ministerio dicitur à Christo sub clauium parabola, de sua potestate exponunt, quam sibi absolute in Ecclesia vendicant. Debebant hi expendere, quod Augustinus scribit, dum Baptista dicitur: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi: exponens inter alia dicit: Nemo sibi arroget, & dicat, quia ipse auferat peccata: Vnde iam intendite, contra quos superbos intendebat digitum Ioan: Nondum erant nati hæretici, & iam ostendebantur: contra illos tunc clamabat à fluuio, contra quos modò clamat ex Euangelio, &c. Non igitur nos hæretici sumus, sed ij, qui quod vni Christo debetur, sibiipsis arrogant. At nempe offendere debet horum improbitas: quando hæc non noua est, & præsentem hoc exemplo admonemur, eos ferè acerrimos CHRISTI hostes esse, qui in Ecclesia summam eruditionis & pietatis existimationem sustinent, religionem verò sibi quæstum faciunt.

Ioan. 1.

Matth. 16.

Ioan. 20.

Tract. 4. in

Ioan. cap. 1.

Christus non
dissimulat scri-
barum cogita-
tiones.

Sed audiamus Christum, qui cogitationes istorum non dissimulat, suo exemplo docens, non conueniendum esse ad ea, quæ cum Dei contumelia, & publicæ salutis periculo, coniuncta sunt. Status autem suæ responsionis est, se nequaquam usurpare alienum officium, neque blasphemum esse, idque non tam verbis quam factis docet. Nam primò se Deum reuera esse demonstrat eo ipso, quod scribarum cogitationes videt & arguit. Id enim solus Dei est, quem scripturæ idcirco cordium scrutatorem esse dicunt. Tu solus (inquit Solomon) nouisti cor omnium filiorum hominum. Et ipsemet per le-
temiam ait: Ego Dominus cor perscrutor, & renes exploro. At hoc Christus in præsentem fecit, & sapè alias, ut Euangelica historia docet. Deus ergo sit oportet, neque blasphemus est, sed officium facit, quando virtutem & gloriam diuinam sibi arrogat. Nec tamen simpliciter seiscire testatur, quid animo suo voluant, sed quale illud sit definit malæ, quia eas ipsi suggerebat Satan, qui per se malus est, & non alijs studijs siue operibus, quam malis delectatur. Deinde gloriæ filij Dei derogabant, & negabant virtutem Spiritus sancti, quæ se publicè exerebat.

psalm. 7.

1. Reg. 8.

e. 17.

Ioan. 2.

Christus nouit
cogitationes
hominum.
Iob. 5.

Est autem hæc non vulgaris consolatio, quod Christus aduersariorum suorum cogitationes videt & nouit. Nihil ergo illi consultare, nihil moliri possunt, cui non possit ipse obicem ponere, & turbare, adeoque sapientissimos quosque (ut in Iobi libro scribitur) in sua versutia capere, & astutissimorum consilia subuertere. Præterea nostri etiam officij nos ista consideratio admonet, ut memores, nos in Dei conspectu versari, non membra modò nostra coërceamus, ne quid inhonestum, ut spe, aut iniustum, faciant, verum etiam cogitationes frenemus, ne his indulgendo animus a Deo auocetur. Et sanè si vnum hoc diligentius omnes considerarent, mox angustioribus cancellis coërceretur peccandi licentia. Tanta enim est scelerum turpitudine, ut eorum sceleratissimos quosque pudeat, nec facile adduci possint, ut in conspectu DEVM ipsum se actionum & cogitationum omnium inspectorem habere, homines cogitent?

Christus potest
remittere pec-
cata.

Sed ad Christum redeamus, quia sciebat aduersarios suos hoc suæ diuinitatis in-
dicium non obseruare, aliud argumentum à pari desumptum profert, quo quasi ad ocu-
lum demonstrat, se non debere blasphemum censerì, licet remissionem peccatorum in
sua potestate esse dicat. Verum (inquit) est facilius dicere: Remissa sunt tibi peccata: an
dicere, surge & ambula? Interrogatione vitur, vt animos eorum magis penetrat, &
proprio testimonio illos conuincat. Sensus autem argumenti est: Eiusdem aut paris po-
testatis siue virtutis est, peccata remittere, & morbis solo verbo mederi: At hoc me pos-
se, multoties iam demonstraui, neque id vos negare potestis: Quid ergo obstat, quò
minus peccata quoque remittam? Quia tamen præ inuidia & odio non potestis videre,
quod luce meridiana clarius est, age re ipsa demonstrabo, me, licet nihil quàm filius hor-
minis esse videar, peccata remittendi potestatem habere. Et mox ad paralyticum conuer-
sus ait: Surge, tolle tuum lectum, & abi domum tuam. Tria iuber: primum vt surgat:
Deinde vt lectum in humeros attollat, quod corporis sui viribus plenè restituti argu-
mentum erat: postremò, vt domum abeat, quo sanitas constans atque curabilis deno-
tabatur. Nec mora, hæc omnia fecit ille, cuius paulò antè neque manus, neque pedes,
neque lingua, officium faciebant. Eo autem argumento se à blasphemix crimine ita
purgauit Christus, vt ne hiscere quidem ausi fuerint scribæ.

Exorcistarum
superstitio dam-
natur.

Quia autem verbo sui virtute & potentia se Deum & promissum humani generis
Seruatorem esse probauit Christus, confutatur hoc exemplo exorcistarum impietas, qui
preculis & vocabulis certis, vel superstitioso susurro demurmuratis, aut in membranula
descriptis, & ex collo suspensis, vim sanandi inesse arbitrantur. Nam vt alia omnia o-
mittamus, Dei imitatores esse volunt, qui solus verbi sui virtute res creat, morbos pellit,
& mentes mutat. Impij ergo & extremè blasphemi sunt illi, & digni quouis supplicio.
Viderunt hoc olim inter gentes cordati & graues viri. Quæ vera veteris Ecclesiæ de his
sententia fuerit, ex orthodoxorum patrum scriptis est videre, quorum testimonia in lu-
re Canonico adducuntur: extant præterea leges Imperatorum Christianorum, qui tali-
bus capitis pœnam constituunt, quam olim Deus iisdem per Mosem decreuit. Leuit. 24.
Deutero. 18. Adumbratur autem, vel potius ceu in tabula hîc graphice depingitur, tota
remissionis peccatorum atque salutis æternæ ratio, de qua cum alibi prolixius dictum sit,
nunc plura de hac parte non addimus.

Effectus mira-
culi.
Luc. 5.

Restat effectus miraculi apud populum rudem & simplicem. Hic visis istis miratus
est, & quidem non absque stupore, qui omnes cepit teste Luca. Etenim admiratione
dignum erat, quòd & paralyticum subito sanauisset, & scribarum cogitationes, in lu-
cem protractas, ita confutasset, vt non haberent, quod præterea dicerent. Deinde
Deum glorificauerunt, quem iam in Christo incipiebant agnoscere. Accessit his timor
(vt Lucas scribit) religiosus nimirum & pius: quòd hætenus non satis honorificè de
testatem dedisset hominibus. Itaque scribæ, dum Christi honori & gloriæ derogare
cogitant, illi hanc prouehendi occasionem amplissimam præbuerunt. Errat quidem
adhuc Iudæorum vulgus, quòd sub carne latentem æternum Dei Filium nondum ple-
nè agnouerunt: fuit tamen hoc non contemnendum fidei principium, ex quo postea
pregressus maiores secutos fuisse non dubito. Nobis autem maior multò exultandi &
Deum glorificandi materia hodie offertur, quando saluificam suam virtutem Filius Dei,
Iesus Christus, per Euangelij prædicationem exetit, qua ceu clauibus saluberrimis
fores regni Dei nobis referantur, vt de peccatorum remissione certi, lætis animis in
illad possimus ingredi. Fremunt quidem scribæ & Pharisei, & pro suis focus ac aris a-
criter pugnant. At nos istos imitemur, vt nihil veriti illorum machinationes pleno ore
eius virtutem prædicemus, qui nos ex infelici grabbato peccatorum excitauit, & viri-
bus nouis instruxit, vt ad domum illam beatam contendere nobis liceat, quam

Ionã. 14.

ipse nobis parauit: cui debetur benedictio, honor, glo-
ria & potestas, in æternum,
A M E N.

PRECATIO

PRECATIO DOMINICÆ PARALYTICI SANATI IN CIUITATE CHRISTI, MATTH. 9.

TV Fili Dei, qui fuisti ciuis Capernaum, amicus Iairi & centurionis, sis etiam in medio nostri: fac ut nostra ciuitas sit amena, ut nostra Ecclesia & curiate habeat amicum, sit concordia in vera agnitione tui, simus unum in te, ut etiam post hanc vitam simus ciues aeterni tui regni: & tu uice Medice animarum & corporum languentium, qui ostendisti, morbus & calamitates corporis esse pœnas peccati, & commensurationes de ira Dei aduersus peccatum: tollito in nobis radicem omnis mali tua diuina presentia, affare in lucta contentia, & in agone nostra anxia corda tua hac diuifica consolatione: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, nostra frigida & tepida membra, nostra inertia corda, calefacito tuo Spiritu, & facito, ut ea sint agilia, ad tuam obedientiã: foris etiam mitiga nobis erumnas, facito, ut nobis tuum onus sit leue, gestemus nostrũ lectum, nostra corpora obnoxia morti & arumnis, nostram crucem, in nostra uocatione, fide & spe tui auxiliij patienter: & glorificemus aeternum Patrem tuum, qui in humana tua natura tantam potestatem exercet, & nos insertos in ea facit consortes aeternae uitae & gloriae tuae. Amen.

DOMINICA XX: POST TRINITATIS EVANGELIUM

MATT. XXII. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Tunc respondens **I**ESVS, rursum locutus est eis per parabolas dicens: Simile est regnum caelorum cuidam regi, qui fecit nuptias Filio suo. Et misit seruos suos, qui uocarent uocatos ad nuptias: sed noluerunt venire. Rursum misit alios seruos, dicens: Dicite uocatis: Ecce prandium meum parauit, tauri mei, & altilia mea maectata sunt, & omnia parata: Venite ad nuptias. Illi autem, cum hoc neglexissent, abierunt: Alius quidem in agrum suũ, alius uerò ad mercaturam suam. Reliqui uerò prebensos seruos eius contumelijs affecerunt, & trucidauerunt.

DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS IN PARABOLA DE VINEA & perfidis colonis (cuius in fine precedentis capitis fit mentio) sacerdotum & scribarum impietatem perstrinxit, ut scandalo mederetur, quod multi ex eo patiebantur, quòd illum ab ijs reijci viderent, qui Ecclesiae antistites & architecti volebant haberi. Caterum quia inter alia minatus erat, fore ut regnum Dei à Iudæis transferretur ad aliam gentem, poterat quis ex eo obijcere: Ergone rudi & simplici populo extra omnem culpam agenti antistitem improbitas fraudi erit? Itaque nunc aliam parabolam de nuptijs subtexit, qua eiusdem ingratiuidinis & contumaciae vniuersam Iudæorum gentem conuincit, ex quibus plerique salutem, quam ipsis in Christo Deus benignè offerebat, insolenter aspernabantur. Estq; huius parabolæ doctrina copiosa & multiplex, deque multis admonet, quorum cognitio nobis ad salutem perquam necessaria est. Partes eius sunt tres: Prima commendatur Dei bonitas & gratia, & qua hic regnum suum Iudæorum populo, quantumuis indignissimo, proposuit, & salutis participes voluit fieri eos, qui sempiterno exitio digni erant. Deinde, quã indignè illi hanc gratiã reiecerint, indicatur. Quo loco apparet, quæ causæ ferè

Totaludæorum gens rea agitur.

homi.

homines remorentur, ne salui fiant. Præterea docetur, regno Dei nihil derogari propter Iudæorum contumaciam, sed quòd ea occasione maiori cum scœnore ad gentes sit transferendum, sic, vt (quod Paulus postea scripsit) illorum ruina, facta sit mundi opulentiæ Rom. II. cap.

Regno cœlorum denotari nostram redemptionem.

Pars prima sic narratur: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos, qui vocarunt inuitatos ad nuptias. Regno cœlorum denotatur vniuersum nostræ redemptionis negotium, cuius hic finis & summa est, vt ex diaboli regno & tyrannide erepti vitam in terris cœlestem viuamus, tandem verò in cœlis æternum regnemus cum Christo, nostro Seruatore. Confertur autem id conuiuio nuptiali, eò quòd salus nostra omnis in eo consistit, vt Filio Dei copulemur, qui vnus & verus animarum sponsus est, & talis passim in vtriusque testamenti libris describitur. Estque hoc infallibile bonitatis Dei argumentum, quòd Filio suo, qui rex gloriæ, & cui omnis potestas data est in cœlo & in terra, ex misero mortali genere sponsam deligere voluit, quam illi vinculo indissolubili coniungeret, & bonorum regni sui æterni ac cœlestis consortem redderet. Est hoc maximum mysterium (vt Paulus vocat) quod nos & officij admonet, & plurimum consolatur. Quia enim in hunc dignitatis gradum nos euexit, decet vique, vt eum omni studio tueamur: neque verendum est, ne nobis aliquid deseri patiatur. Cur enim hoc faceret Dei Filius, qui, vt dignitatis huius capaces faceret, sanguinis sui pretio nos abluere, & Spiritus sancti donis ornare & instruere, dignatus est? Meminisse autem oportet, coniunctionem istam nostram cum Filio Dei in huius vitæ curriculo inchoari, & nos ex Euangelio gustum aliquem gratiæ cœlestis percipere, beatitatem verò nostram in cœlis demum perfici, quando sponsus ille noster nos ad se recipiet, vt bonis illis inarrabilibus fruamur, quæ ille nobis suæ mortis merito acquisiuit. Interea nobis patientia opus erit sub cruce, ad quam nos ille vocat, ne nostram sortem optemus ferrem esse, quam ipsius fuerit, neue ante tempus velimus triumphare, sed patienter feramus commune illud totius creaturæ desiderium, quæ quasi exerto capite reuelationem filiorum Dei expectat. Quòd verò primam parabolæ huius partem, vt Dei bonitas clarius elucescat, videamus nunc, qui primi ad nuptiale illud epulum vocati sint? quis item vocationis istius modus fuerit? vt Dei bonitas adhuc clarius elucescat.

Matth. 22.

Ephes. 5.

Apoc. 19.

Rom. 8.

Iudæi primi vocati ad Christum. Gen. 22. 26. 28. &c.

Ad primum pertinet quod dicitur missos fuisse seruos, qui vocatos debuerint accersere. Enimvero vocati innumeri fuerunt iam inde ab ipsa rerum origine. Quia enim Adamo parenti prima de Christo Seruatore promissio facta est, in eodem simul omnibus hominibus salutis spes aperta est, vt illum omnes ad se pertinere discerent. Et quamuis postea promissio illa ad Abrahamum, Isaacum, & Iacobum, restringeretur, attamen benedictio, quæ ex semine ipsorum enasci debebat, ad omnes gentes extenditur. In prophetis idem est videre, qui de gentium vocatione ad regnum Dei multa vaticinantur. In præsentem tamen vocatorum aut inuitatorum nomine potissimum Iudæi intelliguntur, cum quorum Patribus fœdus salutis, quod in diluuii abrogatum videri poterat, instauratum fuit, quorum item fuerunt adoptio, & gloria, & legis constitutio, & cultus, & promissiones, ex quibus denique Iesus Christus, quoad carnem, nasci debuit. Ab his prædicationis Euangelicæ, qua ad regni cœlorum societatem homines vocantur, initium fieri debuit. Etenim Apostolis ille dicebat iam in cœlum ascensus: Vos eritis mihi testes Ierosolymæ, & in tota Iudæa, Samariaque & vsque ad vltimas terras. Sed & in Prophetis prædictum fuerat olim, verbum Domini ex Ierusalem exiturum esse. Et huic mandato Domini Apostolos fideliter obsecutus fuisse, Actorum liber testatur, adeò, vt non nisi inuiti ad gentes sese contulerint, nec sine publica protestatione: Vobis necesse fuit primum exponi sermonem Dei; Postquam autem illum repellitis, & indignos vos ipsos decernitis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Debet autem diligenter obseruari hæc Dei bonitas & indulgentia, qui post tot Prophetas (vt in vineæ parabola hoc ipso capite adumbratur) indignissimè tractatos, & post Filium vnigenitum crudeliter & iniuste occisum, adhuc tamen Iudæos pro amicis habuit, & Euangelium illis primis prædicari voluit, quos vt hostes & perduelles rejicere & funditus extirpare poterat. Dicebat quidem illis: Deus patrum nostrorum glorificauit Filium suum Iesum, quem vos prodidistis, & abnegastis in conspectu Pilati, &c. Sed sermonem hunc durum mox mitigans, addit: At scio, fratres, vos per ignorantiam illud fecisse, sicut & primores vestros, &c.

Rom. 19.

Acto. 1.

Isa. 2.
Psal. 110.

Acto. 15.

Act. 3.

Debet

is, monopolijs, rapinis, furtis indulgeas? Quid si militiæ mercenariæ te dedas, quam non temerè scelerum & omnis nequitæ scholam dixeris? Quis huic addictum à diris illis liberabit, quas Deus ei comites indiuisas adiunxit: Væ ei, qui adauget non sua. Væ ei, qui ædificat urbem in sanguine, & instaurat ciuitatem cum iniquitate? Maledicatur, qui accipit munus, vt percutiat animam sanguinis innocentis: Et omnis populus dicat Amen. Si coniugalis amor fidei officit, quis hanc saluam esse putabit, si libidinibus vagis defluamus & corpora nostra, quæ Spiritus sancti debebant templa esse, scortationibus membra faciamus. Securis multa obrepunt, quæ nos à cura cœlestium auocant, quid ergo fiat ebriosi & intemperantibus? Cùm deniq; Dominus nostri ipsius abnegationem, mortificationem item carnis, & totius hominis inuouationem à nobis exigat, nec quisquam nisi renatus sit, regnum Dei videre queat, perniciosissimè falluntur, qui hominem inter scelerum licentiam seruari posse sibi persuadent. Sic ergo in horum meditatione versetur, vt nunquam excidat, eos, qui sunt in Christo, nouam creaturam esse, & Dei Filium idè pro omnibus mortuum esse, vt qui viuunt, posthac non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Huic debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Habac. 3.
Deut. 27.

1. Cor. 6.
Proverb. 23.
Luc. 21.
Matth. 16.
Ioan. 3.
1. Cor. 3.
Gal. 6. & 2.

HOMILIA SECVNDA.

Rex autem hoc audito iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & urbem eorum incendit. Tunc dicit seruis suis: Nuptia quidem parata sunt: sed qui vocati fuerant, non erant digni. Ite ergo ad compituauiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui illi in uias, congregarunt omnes quos inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impleta sunt nuptia cœniuiis.

OMNIS NOSTRA SALVS IN EO CONSISTIT, vt Filio Dei æterno ceu vnico sponso animarum, vniamur: Etsi uero hic sese totum per Euangelium nobis offerat, & ad nuptias suas cœlestes, id est, ad regni sui communionem liberaliter omnes inuitet, plerique tamen hanc gratiam aspernantur, & accedere ad eum nolunt. Causam huius uitij ipse nuper monstrauit in Iudæorum exemplo, dum exposuit, quid prætexerint, qui ad nuptias Filij Dei accedere noluerint, nam alium domum suam abiisse ait, alium ad mercaturam suam se contulisse dicit, multos item in rabiem exarsisse, quæ eò usque progressa sit, vt aliquos ex Dei seruis trucidarint. Ita uero ostendit rei domesticæ studio & opû desiderio nimio plerosq; impediri, vt diuina & cœlestia sectari non possint, multos uoluptatibus huius seculi inescari, vt belluarum instar animos hostiles concipiant aduersus eos, qui studijs ipsorum sese opponunt, & ipsos ad sanioiorem mentem reducere cupiunt. Quorum exemplis confirmatur illud Dei dictum, quod olim per Prophetam pronuntiauit: Perditio tua ex te est ô Israël, salus autem tua ex me. Ceterum quia hæc plerisq; leuia putantur, multi autem ad mundi exemplum respicientes ad huc prætextus quærunt, præstat nunc videre, quid de Iudæis statuerit rex ille cœlestis, Deus, vt discamus, quid omnes maneat, qui salutem, quæ in Christo ipsis offertur, fastidiunt.

Cur homines
regnum Dei
auerſentur.

Hose. 13.

Primò dicitur rex audiuisse, quàm indignè ab inuitatis tractati sint serui ipsius. Et est hoc consolationis plenum, quòd regem habemus, qui nõ otiosus ad cardines cœli obambulat, aut ignauus spectator nulla rerû cura tangitur, aut alioqui, qd fiat aut dicatur, nescit: qualem impij illutores sibi fingunt, inprimis, quando ipsis cum uerbi præconibus res est: quos quia toti mundo exosos esse uident, sibi licere putant illos pro sua libidine tractare. Salicet hic superis labor est (inquiunt) hæc cura quietos sollicitat, uerbi præcones quid patientur. Qui cum totius studiosè gaudia mundi turbent, non dignos dicas melioribus astris. At longè alium nobis Deum sacræ literæ describunt. Nam et in cœlis sublimis se deat, demittit tamen se, & uidet, quæ in cœlo & in terra fiunt. Et cur ignorare putetur, quæ

Deum nosse
quid de suis
seruis fiat.

psal. 113.
psal. 147.

Luc. 12.
Matth. 10.

seruis suis tristia accidunt, cuius cura ad pullos coruorum extenditur, & absq; cuius nutu ne passeruli quidem pereunt. Vnum hoc si dignè expendatur, pios & fidos seruos armabit, vt non possint sibi metuere ab hominibus, qui mortales sunt, & subito in puluerem reuertuntur; si vitæ Spiritum eis Deus subtraxerit.

Deum ijs irasci, qui seruos eius violant.

Ioan. 13.
1. Sam. 8.

Nec enim audit modò & nouit, quid suis fiat, sed irascitur, si iniquius tractentur sui serui. Non ferunt homines, vt quis seruis ipsorum obstrepat, quibus aliquid in mandatis dederunt. Cur ergo non offendatur Deus, si qui Euangelij sui præconibus sese opponat, aut eosdem iniquius tractet? Quod enim his fit, sibi factum putat, & in ipsum redundat illorum contemptus. Ideò Samueli de Israëlitis dicebat: Non te reprobant, sed me reprobârunt, ne regnem super eos. Et quàm graui ira excanduerit aduersus prophetarum hostes, qui hos olim violârunt sub finem historiarum paralipomenon est videre. Veruntamen grauius iudicium eos manet, qui noui testamenti ministros violare audent. Nam quò vberior est fons gratiæ & salutis, qui per hos recluditur, eò maiorem poenam meretur contemptus, quo ille rejicitur. Et si verum fateri liber, cum illis rejicitur æternus ille & dilectus Filius Dei, in quo vno Pater placatus est. Idem si ad nuptias suas non inuitantem non audiamus, mendacij à nobis insimulatur. Incredulitatis enim istius non alia causa allegari potest, quàm quòd veracem esse non credimus. Ideò Ioannes Baptista dicebat: Pater diligit Filium, & omnia dedit ei in manum: Qui credit in filium habet vitam æternam: qui verò non obtemperat Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Quid autem ira Dei grauius & atrocius fingi potest? Regis iram habet vitæ fremitum leonis vocat, ad quem omnia animalia expauescere dicuntur, adhuc eandem mortis nuntium esse dicit. Quid ergo de ira Dei dicemus, qui ignis consumens est? Hic si aduersus nos exardeat, quæ vires, quæ consilia nos ex eius manibus eripere, aut contra illum tueri poterunt?

Deum perdere hostes suos.

Dan. 7.
Exod. 12.
Isa. 37.

Non autem iratum modò fuisse ait regem, sed ne quis iram eius facile placari possesperet, executionem quoq; illi tribuit, dicens. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & urbem eorum incendit. Dominus exercituum dicitur Deus, quia huic omnes creaturæ obediunt, si earum opera in iudicijs suis exequendis vti velit. Astant illi myriades angelorum, quorum quàm insuperabiles vires sint, exempla in Aegyptios & Assyrios & angelorum, quorum quàm insuperabiles vires sint, exempla in Aegyptios & Assyrios & dita testantur. Nec bonis modò angelis ministris vitur, verum etiam malis, qui ita illi subiiciuntur, vt nihil possint vel ausint facere, quàm quòd ille permiserit, sicuti in Iobi & percorum Gergesinorum historia cer nitur. Similiter homines quoq; tam pij quàm impij operam suam Deo præstant, quando ipse vult: & eosdem ille armare nouit, si quando per illos iudicia sua vult exequi. Quid de hominibus & Angelis dico, quando Dei exercitus sunt omnis generis bestia & insecta, quorum nullum tam imbellem & infirmum est, quòd non sufficiat potentissimis tyrannibus debellandis, si ita velit Dominus? Sic vespis, crabronibus, ranis, muribus, pediculis, Pharaonem & totam Aegyptum domuit, vt imperata facere cogentur, qui aduersus ipsum & populum eius coniurauerant. Et vt ad coelos redieramus, habet illic exercitus terribiles nubium, ex quibus fulgura, tonitrua, & salmina, emicant, quibus, quæcunq; ab hominibus fiunt, cedere coguntur. Serui denique Dei sunt tyranni impij, qui ipsi etiam non alia faciunt, quàm quæ ille facta vult. Sic seruus Dei dicitur Nabuchodonozor: quem in biuio stantem & dubium aduersus quos moueret, Ierosolymam versus direxit, vt de illa poenas impietatis & contempti verbi sui sumeret. Et apud Babilonem expugnarent, & Monarchiam orbis terrarum potentissimam euertent. Eodem sensu accipi debet, quòd hic dicitur, Deus suos exercitus misisse & extirpasse, vel perdidisse homicidas illos, qui seruos eius indignissimè & crudelissimè trucidauerant.

Ezech. 21.

Isa. 13.

Impletum autem est, quòd dicitur per Romanos, qui legionibus suis in Iudæam missis regionem totam vastârunt, & captis prius alijs urbibus, tandem Ierosolymam arctissima obsidione circumdiderunt, & infelicem ferro & fame affixerunt, captiam verò etiam inuito & reluctante Titus incenderunt milites. Ceciderunt in obsidione & expugnatione ista decies centena milia hominum, eorum autem qui captiui facti sunt, numerantur à Iosepho oculato teste nonaginta septem millia, quorum alij ad triumphum seruari, alij in spectaculis pro more bellicis proiecti, innumeri gladiatorum ludis destinati sunt, vt mutuis vulneribus crudeliter sese conficerent. Et toto illo bello multa acciderunt, quæ hæc omnia Deo sic volente fieri testabantur: Neq; hoc Titus dissimulauit, qui non semel protestatus est, se urbem & gentem seruatum cupere, illos autem sua contumacia sibipsis interitum accersere. Sed ita fieri oportebat, vt Dei auspicijs hæc geri, toti orbi testatum fieret.

Lib. 7. de bello Iudæo. cap. 17.

Estq;

Estq; hoc memorabile exemplum, quo docemur, quid gratiæ Dei contemptores sui hereditatem, inuitat, superbè & impiè aspernantur. Non excluduntur solùm à regno Dei, vt spiritualibus donis multentur, quæ ferè contemnunt, nec multùm dolent eorum iactura, sed effundit in illos maledictionem omnem Deus, vt in hoc etiam seculo calamitosi & inglorij uiuant, & tandem infelicius moriantur. Nec est quòd in solo scelere, quod in Dei Filium Iudæi designârunt, hæreamus, quasi huius modò tam horribiles pœnas exolerint: Nam propter Euangelium Iesu Christi reiectum, & contemptam Dei gratiam hæc tam dira & horrenda passi sunt: & semper nos meminisse decet, Deum in naturalibus ramis voluisse exemplum toti orbi proponere, quod ijs admonendis & terrendis seruiat, qui ex oleastro defumpti, & gratiæ istius participes facti sunt. Poterat hoc nos admonere de causis calamitatum nostri seculi, quas multi admirantur, quando terras propè omnes fame & penuria laborare, peste & morbis insolitis affligi, seditionibus turbari, bellis & incursionibus hostilib. atteri, à turcis deniq; prouincias Christiani nominis exhauriri, & regna potentissima occupari, vident. Ad quid aliud fiat, quando salutem & latè pacis nuntium pleriq; fastidiunt, alij impiè contemnunt, multi hostiliter persequuntur? Quia præcones Dei, qui ad nuptias cœlestes, & ad gaudia æterna, nos inuitant, audire dignatur mundus infelix, immittit Deus suos exercitus, qui omnia pessundant, & lugere cogunt eos, qui cum Christo exultare & gaudere nolunt.

Gratia Dei contemptores quid maneat.

Rom. 11.

Porro ne quis decretum Dei de regno suo instaurando & propagando, Iudæorum incredulitate & excidio abrogari, & prorùs impediri, putaret (qua persuasione illos potissimum fascinatos & deceptos fuisse, sæpe diximus) quid porro fecerit rex ille, narratur. Primò causam reddit reiectionis aut repudij Iudæorum, seruis suis dicens: Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui vocati fuerant, non erant digni. Sensus huius dicti est: Ego quidem non defui meo officio, neq; per me stetit, quò minus pactis starem & beatos facerem eos, quibus id promissum erat. Venit in mundum Filius meus, per hunc mundum mihi placatus est, paratæ & transacta sunt omnia, quæ omnibus seruandis poterant sufficere: nisi sunt item gratiæ & salutis præcones ad eos, quibus primis ista nuntiari debuerunt, nec quisquam est, qui se præteritum esse, aut de mea morositate possit iure conueniri. Sed qui inuitati fuerunt, & quos præ alijs isto honore dignatus sum, non fuerunt digni, vt eo gauderent, id est, se ipsos illo indignos fecerunt, & proinde propria culpa pereunt. Nec enim hoc ita accipi debet, vt aliquem ex se dignum putemus, vt ad nuptias Filij Dei adhibitus mensæ & regni sui particeps fiat. Omnibus potius dicendum est, non sum dignus Domine, vt tectum meum subeas. Digni autem censentur, qui gratiam, sibi oblatam, grato animo & fide sincera excipiunt, & sponsi voce gaudent, inq; eius occursum sese præparant, vt in virginum parabola infra cap. 22. adumbratur. Econtra indigni sunt, qui se ipsos isto honore spoliant, dum Deo vocanti non obsequuntur. Ita Apostoli ipsi dicitum hoc intellexerunt: quando Iudæis Antiochenis, Euangelij prædicationem auersantibus, dixere: Vobis necesse fuit primùm exponi sermonem Dei: postquam autem illum repellitis, & indignos vos ipsos decernitis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Itaque propria culpa exciderunt dignitate sua Iudæi, & sibi ipsi interitus sui fuerunt auctores: quod de omnibus dici debet, qui horum exemplum sequuntur.

Iudæos sua culpa excidisse.

Matth. 8.

Act. 13.

Pergit autem rex ille cœlestis, & nouis mandatis seruos suos instruit, & vt apud Ludæorum re-pudium nihil derogare regno Dei.

cam narratur, abi citò (inquit) in plateas & vicos vrbs, ac pauperes, ac mancos claudique & cæcos huc introducto. Et cum his introductis adhuc locus vacaret, interum inbet ad compita viarum exire, ad sepes item, & quoscunque inuenerint, vocare ad nuptias: imò cogere iubet, vt tota domus impleatur. Quo loco diligenter obseruari debet, quòd etsi Iudæi inuitati venire recusent, non tamen idcirco nuptiæ turbantur, aut prandium corrumpitur, sed vocantur alij. Nihil ergo decedit regno Dei & huius decreto, etiam si passim sint gratiæ contemptores, qui contumaciter suis superstitionibus insistent, neque vllis rationibus se ad eius communionem adduci sinunt. Est enim regnum Christi æternum, & nulli genti astrictum. Nec enim personam recipit Deus, & in regno Christi non est Iudæus nec Græcus, non barbarus, aut Scythæ, non seruus aut liber, mas aut foemina: & spirat Spiritus ille vbicunq; vult. Quia deniq; Dei decretum est, vt nuptiæ istæ impleantur, quò minus id fiat, nemo obstare poterit: sed si qui nolint accedere, aut ad alios, quos facillè est Christo vel inuitos cogere si velit, vel ex inuitis spontaneos facere. Debent ex eo consolationem petere pij, ne aliorum contumacia offendantur, aut eti-

Iudæorum re-pudium nihil derogare regno Dei.

Act. 10.

Co. 3.

Joan. 3.

DOMINICÆ XX. POST TRINITATIS,

2. Tim. 2.
Ioan. 10.

aut etiam de Ecclesia dubitent, si quos hostiliter Euangelio reluctari videant. Notit el-
ctos suos vbiunq; sint Dominus, neq; aliquem horum ex manibus suis sibi eripi sine-
Admonentur etiam Iudæorum exemplo omnes, quibus Euangelium prædicatur, ne Dei
vocationem contempnant. Si enim hoc fecerint contumaciter, ipsi quoq; graui ista senten-
tia damnantur, quam apud Lucam contra Iudæos Dominus pronuntiat: Dico vobis, ne-
minem virorum illorum, qui vocati fuerant, gustaturum cœnam meam.

Qui sint ad re-
gnum Dei ido-
nei.
Matt. 5.

Docet præterea hæc parabola pars, quinam ad regnum Dei idonei sint, vt voca-
tioni Dei obsequantur. Primò iubentur ex plateis vocari pauperes & manci, claudi &
cæci. Intelliguntur per hos primùm, qui à curis huius seculi, quibus ferè diuites grauan-
tur, liberi & expediti sunt ad ingrediendum per iter regni Dei: deinde qui simul paup-
res Spiritu se mancos & claudos atq; cæcos esse sentiunt, nec ex semetipsis idoneos, qui
aliquid boni cogitent. Qui tales sunt, hi nuptias illas esuriunt & sitiunt, idem medico
sibi opus esse sentiunt, & auidè cupiunt ab eo curari, quem alteri illi, quos propria iusti-
tix fiducia inflat, fastidiunt. Idecirco in priori capite dixit Christus, publicanos, & meret-
trices, Phariseis præire in regnum Dei. Et hodie videmus, milites & alios, qui licentia
scelerum aliquandiu dediti fuerunt, facilius conuerti, vt Christi iugo colla submittant, qui
Carthusianos & moniales aut alios quoscunq; qui se alijs sanctiores esse sibi per suaserunt.

Centium vo-
catio.

Quod vt melius explicetur, eos etiam introduci vult Dominus, qui ad vias aut erro-
pita & sepes, desident. Notantur per hos ex gentibus ij, qui præ cæteris per ania erro-
rum & superstitionum dispersi fuerunt, aut ad sepes peccatorum securi quienerunt, qui-
bus intersepti non potuerunt in Dei conspectum venire, vt eius bonitate fruerentur. In-
telliguntur item, qui inter sepes & spinas traditionum delitescant, & intra conscientias
suas punguntur, vt quò se vertere debeant, ignorent. Hos autem non vocari
modò & introduci, verùm etiam cogi vult, vt ingrediantur. Neque absque causa
sic loquitur Dominus. Quia enim diuersi hominum mores, ingenia item diuersa
sunt, non eadem docendi aut prædicandi ratio omnibus conuenit. Sunt enim
quibus simplicem institutionem & doctrinam adhibuisse sufficit, alijs admonitione
seuere, mulis adhortatione, imò correptione & obiurgatione acriore opus est, &
ideò alibi verbi ministros exactorum similes dixit. Fit etiam sæpenuerò, vt magistratus
authoritatem suam interponere oporteat, quando multorum peruicacia tanta est, vt ali-
ter vinci non possit. Neque audiendi sunt, qui clamant Eidem donum Dei, nec aliquem ad
Christum venire, nisi quem pater traxerit, & inde colligunt, neminem cogi debere, vt
concionas sacras accedat, aut Ecclesiæ exercitijs intersit. Etenim minime valet conso-
quentia. Nam etsi fides donum Dei sit, in eo tamen conferendo Deus certis medijs, &
hominibus ministris, vtitur, quorum est, verbi prædicatione, & Sacramentorum admi-
nistratio, quosuis vrgere, disciplinam item cum Ecclesiasticam rum politicam constan-
ter tueri, ne qua in re officio suo defuisse dici possint. Deinde non potest quidem cogi
hominis voluntas aut mens, attamen in officio contineri potest, ne quid faciat, quod
cum scandalo coniunctum fidei & religioni aduersetur. Et vt in alijs fieri solet, vt qui in-
opte ingenio ad furta, libidines, vindictam, & alia scelera, procliuus sunt, non possunt
vlla vi externa cogi, vt ingenium mutent, legibus autem & pœnis contineri possunt, ne
furentur, ne mœchentur, aut cædes faciant: ita fide quidem nullius mens potest imbu-
at manifestæ superstitiones, illiciti cultus, blasphemix & alia eius generis prohiberi pos-
sunt, ad hæc cogi possunt prophani sacrorum contemptores, vt coetibus sacris intersint.
Verbum Dei audiant, precentur: & constat multis exemplis frequenter fieri, vt ista oc-
casione Christo & saluti lucrifaciant, qui in licentia & contumacia sua perirent, nisi freno
seuerei coërcerentur: quod olim D. Augustinus obseruauit.

Ioan. 6.

Ephes. 2.
Rom. 10.

Apostolorum
industria.

1. Cor. 9.

Vt ergo seruorum istorum exemplo commendatur Apostolorum industria, qui
accepto Filij Dei mandato exiuerunt in orbem vniuersum, & Euangelium toti creaturæ
prædicarunt, vt pariter malos & bonos, id est, promiscuè & absq; personarum respectu
omnes adducerent ad nuptias: ita ministrorum verbi hodie etiam est, nullam prædican-
di occasionem negligere, sed omnibus omnia fiant (sicuti de seipso Paulus scribit) vt
quàm plurimos lucrifaciant. Est hoc officium gratum Domino nostro Iesu Christo,
qui seruorum suorum laboribus benedicit, vt plerunq; plus proficiant,
quàm sperarunt. Illi debetur benedictio, honor,
gloria, & potestas in æternum,

A M E N.

H O M E

HOMILIA TERTIA.

Ingressus autem rex ut spectaret conuiuas, vidit illic hominem non indutum veste nuptiali. Tunc dixit ei: Amice, quomodo huc introisti non habens vestem nuptialem? At illi os occlusum est. Tunc dicit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius tollite eum, & conijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci vero electi.

SPIRITVS SANCTVS IN SCRIPTVRIS ITA differit de Iudæorum repudio, & gentium adoptione, vt illos quidem iure reiectos, hos autem ex gratia adoptatos esse doceat. Vtrumq; Christus etiam in parabola ista adumbrat. Quoad enim Iudæos, hos audiuius præ alijs populis inuitatos fuisse ad nuptias illas cœlestes, quibus æternæ salutates communito figuratur, excidisse autem propria culpa, eò quòd sua placita, & cupiditatem regno Dei preferendo, ad ipsum accedere noluerunt. Quoad gentes horum vocales peccatorum desiderant, adhæc claudi, manci, cæci essent, promiscuè tamen vocati sunt boni & mali. In quo nobis suam bonitatem commendat Deus, qui (vt Paulus ait) vult omnes homines saluos fieri. Debet ergo hinc consolatio peti, ne quis se à Deo reiectum & exclusum putet. Qui enim Iudæis contumacibus tam mitem & benignum se se præbuit, vt rota die expansis manibus renitentes inuitare & attrahere conatus sit, qui item quia verò multos offendit, quòd in externa Ecclesiæ societate pijs & bonis malos permittit, & ad mensam Domini improbos hypocritas accumbere, vident, qui Ecclesiæ dedecori & communes maculæ sunt, vt olim de illis Apostoli scripserunt, sequitur nunc postrema parabola pars, qua quid de illis futurum sit, adumbratur. Summa totius loci est, quòd etsi in Ecclesia interdum videatur esse confusio quædam, & plus scelerum authoribus quàm par sit, venturum tamen diem iam olim constitutum, quando separatio vniuersalis fiat, & scandala omnia ex regno Dei expurgentur. Vbi discemus, non satis esse ad beatitudinem veram consequendam, si in externo Ecclesiæ contubernio locum habeamus, si item inter eos censeamur, qui verbum audiunt, Sacramentis communicant, preces suas cum alijs coniungant, sed necessariò requiri, vt fidei professio sincera sit, & huic vniuersa hominis vita respondeat. Porro singula videamus.

Principiò rex ingressus esse dicitur, vt spectaret conuiuas, & vidisse inter alios hominem, non indutum veste nuptiali. Ergo etsi videri possit interdum Deus multa temerè & inconsultò agere in Ecclesia, & absq; discrimine quosuis admittere, & ideò nonnulli cùm hominibus prophanis apud Malachiam dicant, frustra seruire Deo, nec esse discrimen inter iustum & iniustum, nihil tamen absq; certa ratione facit, & discrimen illud olim toti mundo patebit. Ingredietur enim ille rex regū palàm, vt spectet, quales conuiuas habeat, & quâ quo singuli habitu ad nuptias suas accesserint. Fiet autem ingressus iste sub finem huius seculi, quando Filius Dei in gloria Patris veniet cum angelis suis, ad iudicandum vivos & mortuos. Tunc enim erunt nuptiæ agni, quæ plenam redemptionem nobis afferent. Tunc separatio illa fiet, qua zizania à tritico, putres & mali pisces à bonis, fatuæ virgines à prudentibus distinguuntur. Interea facies Ecclesiæ erit ea, quæ fuit ab origine rerum sub vniuersa persona, cuius hîc mentio fit, omnes alios comprehendit, qui non respondent confessioni suæ. Talis fuit Ecclesia tempore Noæ in arca, in qua Cham quoq; locum habuit. Et totius veteris Testamenti tempore nunquam sine zizanijs fuit ager ille Ecclesiæ, vt in Mose & Prophetis est videre. Nec feliciorum primitiuæ Ecclesiæ conditionem fuisse constat, Hæc enim Ananias, Sapphiras, & querulos murmuratores, habuit, vt iam nihil digamur de Corinthijs, quos Paulus vocatos sanctos quidem dicit, in iisdem tamen non vulgaria vitia accusat, vt alicui mirum videri possit, Ecclesiam potuisse eò dici, qui tam multis & tam foedis criminibus polluti erant. Quò longius verò ab Apostolorum temporibus

Iudæos iure res
iectos, gentes
verò ex gratia
adoptatos esse.

1. Tim. 2.

Isa. 65.

2. Pet. 2.

Deum inspire
re Ecclesiam,
qui & quales
in ea sint.
Malach. 3.

Apoc. 19.
Math. 3.
Matt. 13. 25.

Gen. 7.

Act. 5. 6.

1. Cor. 1. 3. 5.

DOMINICÆ XX. POST TRINITATIS.

recedimus, eò plus vitiorum irrepsisse videbimus. Et prodest de eo sæpe ac diligenter cogitare, ne ijs, quæ hodie fiunt, offendamur, neque audiamus Anabaptistarum calumnias, qui Ecclesiam esse negant inter eos, qui non omnia secundum Christi institutionem rectè instituta habent. Etenim hoc illud ipsum est, quod in præsentiper infelicem illum adumbratur, qui absque veste nuptiali comparuit, & ideo ei-
 us est.

Deus eiecit ex
 Ecclesia, non
 serui.
 Matth. 3.

Psal. 78.

2. Tim. 4.

Exod. 20, 24.
 Num. 18.
 Deut. 18.

Rom. 14.

1. Cor. 5.

Actio inter ve-
 gem, & inde-
 center vestitū.

Matth. 23.

Dan. 7.
 Apoc. 20.

Quis verò istum eiecit? Rex ille magnus, qui nuptias fecit suo filio, neque ali-
 quis vel seruorum vel conuiuiarum hoc ius sibi sumpsit. Conuenit hoc cum eo, quod
 supra Baptista dixit, Iesum Christum ventilabrum habere in sua manu, quo aream
 suam ipse purget. Et idem non patitur alibi, vt serui zizania euellant ante tempus
 messis, ne, dum ista euellere volunt, simul tritico aut segetibus bonis damnum dent.
 Non debet autem hoc ita accipi, quasi nemini liceat sese opponere sceleribus, aut scan-
 dalis apertis. Etenim officium sedulo facere debent omnes, quibuscunque aliquid à
 Deo mandatum est. Parentibus præcipitur, vt ex sese natos in vera Dei cognitione
 & timore instituunt, vt eosdem disciplina quoque seueriori in officio continent. In-
 cumbant ergo muneri suo, & quantum in ipsis est curent, vt filij non obliuiscantur
 operum Domini, & vò foedus eius sanctè custodiant. Sic ministrorum est sermonem
 Dei prædicare, docendo, arguendo, exhortando, obiurgando, instare tempestiue & intem-
 pestiue. Ne quid ergo hæc omittant, neue occasionem negligent, ne quando aliquib. per-
 ditionis, aut etiam publici alicuius scandali authores sint, quod caueri poterat, si ipsi officii
 um facerent. Eadem est eorum ratio, qui ad Reipublicæ gubernacula sedent. Animos qui-
 dem & voluntates hominum cogere non possunt, & fidem solius Dei donum esse, nuper
 diximus. Sunt autem scelera quædam, quibus societas hominum turbatur, & omnes tuam
 charitatis tu honestatis publicæ leges dissoluuntur. Hæc punire, imò excindere iussit Deus,
 & nisi id fiat, graues poenas negligentibus, denuntiauit. In hoc genere censentur Pithonici
 homicidæ, adulteri, incesti, Sabbati transgressores, falsi doctores, blasphemi & qui-
 cunque alij in lege Dei nominantur. Non debent ergo cessare in suo munere ijs, qui-
 bus sua iudicia Deus credidit. At ex Ecclesiæ societate, & à regni Dei communio-
 ne, alios excludere nemo debet, qui non peculiare mandatum ab eo acceperit. Cui
 enim quis eos excludat priuato arbitrio, quos Deus vocat, & inuitat? Vel tu quis es,
 qui alienum famulum iudicas? Viderunt procul dubio serui regis istius, qui Aposto-
 lorum personam sustinuerunt, istum non minus decenter vestitum esse, non autem
 ipsi eum eiecerunt, sed quia iussi erant quosuis mancos, claudos, egenos, qui ad se-
 pes desidebant, & incerti vagabantur, intrò accersere, quod sui muneris erat, fecè-
 re, iudicium verò de cuiusque persona aut habitu hero permiserunt. Hoc ipsum
 Apostoli fecerunt postea, qui non absque peculiari Spiritus sancti suggestione ab Ec-
 clesia segregarunt homines sceleratos, & Paulus Corinthios in hominem incestum
 nihil statuere voluit, nisi suo Spiritu præsentem. Quod si posteris temporibus obser-
 uatum fuisset, nunquam oppressa Ecclesiæ libertate in tantum creuisset quorundam
 potentia, qui sub religionis prætextu quæstum priuatum quæsiuerunt.
 Sed ipsam actionem videamus, quæ regi cum sordido hoc & impudente in-
 tercessit. Amice (inquit) quomodo huc introiisti, non habens vestem nuptialem?
 Non quærit qua via aut quo gestu corporis ingressus sit, sed de animo potius inter-
 rogat. Quasi diceret: Quæ hæc tua est impudentia vel audacia, vt in hunc celebra-
 rimum confessum non veritus sis venire hoc habitu, qui animum arguit longè ali-
 ter affectum, quam ab ijs requiratur, qui in istis nuptijs locum habere cupiunt? A-
 micum verò dicit, quem poterat contumeliosius compellere, eò quod eum ipse ami-
 cè iugitauerat, culpa autem eiectionis penes ipsum erat, qui non debita reuerentia
 ad epulum hoc accesserat. Sic Iudam, in osculum proditorium ad eius collum ruen-
 tem, amicum dicit Dominus, propter priorem familiaritatem, & quod per ipsum
 non steterat, quò minus illi omne amici officium præstaret. Interim arguitur & am-
 plificatur eorum culpa, qui ad Filij DEI nuptias vocati gratiam hanc non dignè
 assument. Quid verò ille? Obmutuit. Est hoc hominis, propriæ conscientie testi-
 monio condemnati iudicium. Et sanè in illo die non habebunt tales, quod di-
 cant.

Nec enim negare poterunt ea, de quibus proprio corde condemnantur. Nam
 non occulta erit ista condemnatio. Aperientur libri, vt apud Danielem, & in Apo-
 calypsi,

calypsi, vigesimo capite scribitur, id est, omnia cordium arcana patefient. Frustra igitur quis negabit, quod in omnium oculis versabitur. Nullus præterea locus erit poenitentia, qua culpa admissa sarcitur. Quid ergo aliud faciant, qui in illo die deprehendentur in reatu, quam quod obmutescant, & ignominiam sempiternam subibunt.

Est autem obseruatu dignum, quod Rex non cum seruis exoptulat, qui hominem male vestitum introduxerint, sed ipsum accusat, qui nuptias tantis indecenti habitum fœdare ausus fuerit. Seruit hoc illis confirmandis, qui metunt, ne aliorum peccata ipsis imputentur, & fraudi sint. Itaque vt periculum hoc caueant, solliciti discipulos ab Ecclesijs, in quibus impunè agunt homines vitij pollutij: aut si verbi adij, dum metunt, ne propter ea ipsi damnentur. Non rectè æstimant illi homines Dei bonitatem, quæ inexhausta est. Cur enim aliena, quorum nos non auctores sumus, nobis imputet, qui propria condonat benignè, si verè & ex animo poeniteamus? Pauper, qui de cœna Dominica cum Corinthijs agens, eos quidem grauiter accusat & terribi edit & bibit: nullam verò aliorum mentionem facit, qui eisdem mensæ cum illis communicant. Sufficiat ergo nobis propria conscientia, neque Deum tam iniquam putemus, vt nos propter alterius delictum punire velit, cuius nulla in nobis culpa hæret.

1. Cor. 11.

Qui verò irreuerenter ad Ecclesiæ mysteria irrumpunt, meminisse debent, quid illi acciderit ex Regis decreto. Ligatis (inquit) pedibus ac manibus eius, tollite eum, ac conijcite in tenebras exteriores. Dicitur hoc suppliciorum æternorum iudicia exequantur. Quod autem Diuus Hieronymus annotauit, manuum ac pedum mentionem facit scriptura, quando de sempiternis inferorum cruciatibus agitur, vt eo argumento corporum resurrectionem confirmet. Nam etsi ineffabilia sint illorum tormenta, & omnem intellectus captum excedant, quia tamen ad membra percapacia fiant, nec his consumantur, quemadmodum beatorum corpora beatitudinem sempiternam percipient. Additur fletus & stridor dentium, qui cum corporis tormentum exercentur, qui ex regno Dei in tenebras exteriores, vbi damnatorum locutus est, quem alibi scriptura Tophet & Gehenna vocat, eijcientur. Et ne quis putet satis esse benè cœpisse, concludit parabolam breui dicto, multi sunt vocati, pauci verò electi, qui vera fide instructi salutem, quam semel amplexi sunt, constantiter retineant, & quod proprium electionis signum est, in finem vsque perseuerent.

Indecenter vestitus eijciatur.

2. Reg. 17. 21. 23.

1. Cor. 7. 19.

1. Cor. 5. 18.

2. Par. 28. 33.

Matth. 5. 10.

18. 23.

Marc. 9.

Luc. 11.

Vestis nuptialis est solus Christus.

Christus.

Gen. 3.

Isa. 64.

Cœterum quia totius salutis cardo, quem hæc parabola tradit, in eo versat, vt veste nuptiali amicti simus, quænam illa sit, & quomodo induatur, aliquantulo diligentius videndum erit. Deus Optimus Maximus initio hominem ad suam imaginem bonum creauit, & vestiuit innocentia. Ideo etsi nudus erat, non tamen sua industria quicquam potuit contexere, quod in D E I conspectu ipsum velare & vitiosa genuit Adamus, non potest melior nostrum omnium, quam illius esse conditio. Ideo si in sua natura considerentur homines, ex se ipsis nihil, quam folia inania, aut sordidos centones (vt pij apud Isaiam sexagesimo quarto capite fatentur) humane iustitiæ contexere norunt. Quæ Paulus de Christianis scribens, qui in hoc mundo peregrinantur, & domicilio, quod è cœlo est, superindui cupiunt, rectè quasi sub correctionis specie interserit, nos voti nostri compotes tunc fore, si induti, & non nudi reperiamur. Nuditatem ergo illam, quæ ex Adamo ceu hæreditario iure deriuata est, prius veste idonea velari ac indui oportet, vt cœlestis & immortalis gloriæ capaces efficiamus. Et hoc dicendo Apostolus videtur ad vestem nuptialem alludere, de qua in præsentibus

Genes. 3.

Genes. 3.

1. Cor. 1.

Christus quomodo induatur.

Gal. 3.

Rom. 6.

Isa. 64.

2 Cor. 5.

Gal. 3.

Rom. 6. & 13.

Qui sint veri Christiani, qui pseudo-christiani.

Apoc. 19.

Christus loquitur. Quam verò illam esse dicemus? Hic meminisse oportet, Deum primis parentibus vestes fecisse, quibus aduersus cœli iniurias defenderentur: cum illos ex Paradiso exturbare vellent. Ipsi folia ficus contexuerunt, quibus nequicquam sese regerant, typo nimirum fucatae sanctimonie & inutili. Sed Deus pelliceas tunicas dedit, quo typo eos ad agnum illum immaculatum remisit, quem iam antè promiserat, sub semine mulieris, ut qui caput serpentis conculcaturus erat, nostram quoque nuditatem regeret, adeoque defenderet aduersus omne periculum. Ergo vestis illa nuptialis propriè est ipse Filius Dei, *IESVS CHRISTVS*, qui nobis à Deo Patre non solum Sponsus, verum etiam iustitia, satisfactio, sanctificatio factus est.

Hunc nos induere oportet, quod per fidem fit, qua apprehensus nobis vnitur, & totus noster fit. Ideo Apostolus de credentibus loquens, quos per fidem in Christo Iesu filios Dei factos esse dixerat, mox addit: Nam quicumque in *CHRISTO* baptizati estis, *CHRISTVM* induistis. Baptismi meminit, qui fidei & filiorum Dei externum Sacramentum est, adeoque sigillum iustitiæ fidei, sicuti olim circumcisio, in cuius locum successit. Quia ergo de verè credentibus agit, in quibus Baptismus efficax est, consuleto Baptismum allegat, in cuius actione mysterium illud adumbratur. Qui verò ita baptizantur, ut sese efficacitas Baptismi per fidem exerat, iidem Christum induunt, ut hunc non solum ore & verbis, verum etiam totius vitæ conuersatione profiteantur, & (quod Paulus alibi ait) quod viuunt, non sibi viuunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, ac resurrexit, ut cum eodem Apostolo dicere possint: Viuo non amplius ego, sed viuo in me *CHRISTVS*: & vitam quam nunc viuo in carne, viuo per fidem filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Eodem pertinet quod ad Romanos scribit Paulus: An ignoratis, nos, quotquot baptizati sumus in Christum in mortem eius baptizatos esse. Sepulti ergo sumus vnà cum eo per Baptismum in mortem: ut sicut excitatus est Christus ex mortuis in gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quibus adde, quod in eadem Epistola ait: Nox processit, dies autem appropinquauit. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur habitu lucis: ut interdum compositè ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non cubiculis & proteruijs, non lite & inuidia, sed induimini Domino Iesu Christo, & carnis curam ne habete ad explendas cupiditates. His similia vide ad Epheseos quarto capite.

Itaque nuptiali veste induti sunt, qui Christum vera & constanti fide amplexi, eundem dictis & factis, adeoque totius vitæ conuersatione referunt. Qui secus viuunt, multa quidem iactare possunt, sed olim, cum Rex ille regum venerit, in eius conspectu obmutescent, nec illis locum dabit in cœlestibus nuptijs Dei Filius, sed procul abs se rejiciet. Venit ergo deploranda hoc loco infelix humani generis conditio, quando pauci sunt veste illa induti, quæ sola nos tuebitur, quando conuiuias tuos, id est, sui nominis professores ille inuiset, ut veros à falsis distinguat & segreget. Quàm multi enim sunt, qui prorsus nudi discunt, aut ridiculis ac inutilibus superstitionum ineptissimarum contrariis sese palliant? Quàm multi verò, qui habitum tenebrarum præferunt luci? Quid de illis dicemus, qui, cum quoties manè se vestibus induunt, de harum origine parabolam & vilem illum amictum, quem parentes primi à Deo acceperunt, simulque parabolam hanc de veste nuptiali, in mentem reuocare debebant, omnium horum & sui ipsorum immemores, habitu luxurioso & molli diffuunt, ut interdum præstaret, nudos discurre, quàm egenos tam multiuariam offendere, & incautis tam varias & turpes libidinis & superbiæ occasiones obijcere? Sunt hæc cum multipli scelere coniuncta, nec desunt exempla iudiciorum Dei, quibus quod de infelici illo dicitur, qui in tenebras exteriores eiectus est, confirmatur. Memores ergo dignitatis nostræ ad quam vocati sumus, & quod in nouissima tempora incidimus, induamus nos per fidem Iesu Christo, & eundem totius vitæ cursu referamus, ut cum dies ille lætus electis omnibus aduenerit, non nudi reperiatur, sed inter eos connumeremur, de quibus Angelus olim pronuntiauit. Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Huic debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Gratiarum

Dominica vestis nuptialis, Matth. 22.

Aterne Pater dilecti filij tui Domini nostri Iesu Christi, qui es conditor & rex vniuersae creaturae tuae, tibi toto pectore gratias agimus, quod genus humanum, lapsum per peccatum in aeternam mortem, non abiiecisti in perpetuam damnationem, sicut diabolos, sed ex inenarrabili bonitate ex arcano consilio tuo produxisti filium tuum, eumq; constituisti sponsum, ut assumpta nostra carne credentes sibi desponderet ad societatem indissolubilem: Tibi gloria & laus, quod hoc foedus subinde generi humano continua serie doctorum emissa denunciasti, & in-
 stituo ministerio publico ad diuinas istas nuptias omnes euocasti: Inuocamus te per & propter eundem filium tuum, qui stans ad aram, & placans iram tuam aduersus nostra peccata, Ecclesiam supplicem recipit, & cum ea aeternum foedus paciscitur: Exime nos ex numero ingratorum Iudaorum & aliorum hominum, qui hac tua beneficia scelerate aspernantur, & crudelitatem in ministros tuos exercent: Facito etiam, ut effugere possimus ventura mala, quibus tu mundum propter contemptum tuae promissionis, propter idola & tyrannidem, opprimis: Immutato corda nostra tuo Spiritu, ut auidi ad mensam tuam accurramus, ornati vestimento iustitiae, fidei, & bona conscientiae, ut sine hypocrisi, sine erroribus in fundamento, & sine peccatis contra conscientiam, inueniamur in numero electorum & sincerorum: & effugiamus tenebras, in quibus est horribilis fuga tui, pavor & cruciatus inenarrabilis: Verè autem desponderamus in fide & virtute diuino sponso tuo, inferamur ipsius massa humanae, simus duo in vna carne, adhaereamus ipsi ita, ut simus vnus Spiritus, quem ipse ex tuo pectore & suo spirat in membra sua, ut cum eo viuam simili vita, ut ex ipso hauriant diuinos motus fidei, consolatio-
 nis, laetiae & vitae aeternae, ut ab ipso habeant in hac misera vita foris etiam protectionem, sicut tenera sponsa à suo sponso, cui supplex ad aram commendatur, ut omni tempore sint duo corpora & vnica anima: tandem expleto curriculo hoc arumoso cum omnibus electis sistito nos ad consuetudinem tui visibilem, ut in aeterna societate, & laetitia, apud Sponsum vniuersae Ecclesiae commoremur, Amen.

DOMINICA XXI. POST
 TRINITAT. EVANGELIUM

IOAN. III. CAP.

HOMILIA VNICA.

Erat autè regius quidam, cuius filius agrotabat in Caperna-
 um. Is cum audisset Iesum ex Iudaea in Galilaam venisse, abiit ad eum, & rogauit eum, ut descenderet, & sanaret ipsius filium: Erat n. moribundus. Dixit ergo illi Iesus: Nisi signa & prodigia videritis, non credetis. Dicit ad eum regius ille: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homini, què dixerat ei Iesus, & profectus est. Jam autè eo descendente, serui illius occurrerunt ei, & renuntiauerunt dicentes: Filius tuus viuit. Sciscitatus ergo est hora ex eis, in qua melius habuisset, & dixerunt illi: Heri, hora septima reliquit eum febris. Agnouit ergo pater illam ipsam horam fuisse, qua dixerat illi Iesus, Filius tuus viuit. Et credidit ipse, ac domus eius tota. Hoc rursum secundum signum edidit Iesus, cum venisset ex Iudaea in Galilaam.

X precedentibus apparet, Dominum nostrum Iesum Christum aliquot priuatis colloquijs docuisse, se promissum illum esse humani generis Seruatorem. His verbè exempla interposuit Iannes tam credentiù, quam eorum, qui illum improbe reiecerunt: ut ex his omnes discant, quid sibi facto opus sit. At quia multi nondum verbis se duci non sinunt, sed quod docetur, re ipsa & manifestis signis probari volunt: narrationi suae, vel potius historiae Euangelicae signa quaedam illustriora interserit, quibus suam doctrinam

DOMINICÆ XXI. POST TRINITAT.

doctrinam Christus, ceu sigillis qb. dam, confirmavit, & se eum esse palam ostendit, quem se esse prædicabat. Inter quæ admodum memorabile est, quod modò recitauimus. Docet enim Christo vitæ & mortis imperium esse, & hæc illum pro suo arbitrio dispensare, & proinde verum esse Messiam, in quo olim promissam salutem nobis Deus exhibuerit. Quod cum paucis potuisset dici, rem gestâ cum omnib. circumstantijs diligenter exponit Euangelista, ut & virtus Christi diuina magis eluceat, & nos in fide confirmemur, qua sola beneficiorum Christi omnium consortes fieri possumus. Quare proderit singulas historiarum totius partes diligentius inspexisse.

Regij Filius
ægrota.

Principio ij producuntur, in quib. signum hoc fuit editum. Erat (inquit) regio quidam, cuius filius ægrotauit in Capernaum. Regium dici quidam putarunt, quod regio generatus esset: Sed hoc friuolum est, quando constat nullos tunc in Iudea fuisse, qui tali dignitate gloriari auderent, nisi quos Romanorum Cæsarum fauor euehebat. Verius ergo sentiunt, qui ita dictum putant, quod ex aulicorum Herodis numero esset, vel Capernai munus aliquod publicum ex eius mandato sustineret. D. Hier. in Isa. cap. 65. palatinum vocauit. Similiter certe authoritatis & dignitatis virum fuisse apparet, quocumq; illi nomine appellaueris. Huius filius ægrotauit, imò iam vicinus erat morti, ut postea dicitur, id quod Christo signi edendi occasione dedit. At nos ista personarum descriptio admonet, honores & dignitates huius seculi neminem eximere à communi sorte mortalium, quod minus morbis, inopia, infamiae & omnib. alijs aduersis obnoxius sit, quibus in hac vita contemptissimi quique exerceantur. Quia .n. hæc humanæ naturæ ex primi parentis lapsu adhærent, à nemine hominum aliena censei debent. Est hoc probatum omnium seculorum exemplis, & quotidie multa fiunt, quæ his fidem faciunt, ut vetera exempla adducere non sit opus. Quam multi .n. diuites, imò principes è suo gradu deieci, ignominiosè oberrant, & egent. Quam multi inter medias opes & omnigena voluptatum instrumenta diris morborum incurabilium cruciatibus exercentur, aut curis indefinentibus conficiuntur, aut horrendis conscientiarum stimulis excarnificantur. Neque ista impijs modò accidunt, verum etiam electis, & veris Dei cultoribus, sicuti in Davidis, Ezechiae, palatini huius, & multorum similibus exemplis videmus, quos Euangelica historia proponit. Ergo utcumq; multi opibus, dignitatibus, & lætis fortunæ ridentis succedunt, homines tamè sunt, & ideo Dei gratia, per Christum nobis exhibita, non minus opus habet, quàm ij, quos propter egestatem & miseriam suas ipsi modò fastidiosè contempnunt. Quia tamen ea est multorum stupiditas, ut hoc non obseruent, & interim ut semidei quidam sibi ipsi delicias faciant, dum felicitatem perpetuam sibi pollicentur: Scriptura de istis sæpe nos admonet, & exempla eiusmodi oculis nostris ingerit: in quorum meditatione nos crebro atque diligenter versari decet. Hæc .n. opulentos & magnates ad serium pietatis studium excitat, in quo plerumq; nimis frigidi languent. Eadem charitatem nobis commendat, ut eò facilius simus & promptiores in subleuandis fratrum calamitatibus, quando nos ipsam obnoxios esse cogitamus. Facit denique, ne quem contempnamus propter miseriam suam, quæ in nos quoque cadere potest, si ita Deo videatur.

Cur in illustri
persona signum
ediderit Christi.

Obseruemus quoque, quod signum hoc secundum, quo inter Galilæos suam gloriam Christus manifestauit, in tali persona edidit, cum non desissent infiniti alij, qui & morbis lethali- bus discutiabantur, & simul inopes egebant. Erant .n. alios non contempnerit, hunc tamè in præfenti sibi deligit, ut primò quidem miraculum sit illustrius, & proinde plures quoque, & ad eos, qui cognitionem inducat: Deinde, ut ostendat suum meritum ad principes quoque, & ad eos, qui in summa dignitate constituti sunt, pertinere. Est hoc cognita per quam quotidie faciunt .n. illi homines multa, quibus à vera salutis ratione auocantur, & multa quotidie faciunt præter officium, quibus Dei ira contra ipsos accenditur. Quæ causa est, ut multi temerè omnes damnent, qui in aliquo sublimiori dignitatis gradu supra alios eminent: & ipsi quoque interdum in graues tentationes incidunt, & de salute sua desperant, quando illis in mente venit, quot modis Deum offenderint, cuius bonitatem, & singularem gratiam, toties sunt experti. Ne ergo vel ipsi propter conditionem suam desperent, vel hanc alij damnent, ut in qua aliqui salutem fieri impossibile sit: Exempla multa scripturæ proponunt, tam sanctorum, qui magis stratum magna cum laude gesserunt, quales fuerunt Ioseph in Aegypto, Moses, Iosue, David, Ezechias, & in nouo testamento Iosephus Arimathæus: quam eorum, qui cum magister officia obirent, & à Dei veri cognitione alieni essent, in ea tamen conditione per Dei gratiam illuminati, & à superstitionibus conuersi sunt. In quorum numero censei debent Naaman Syrus, Centuriones item Euangelici, Paulus Sergius Cypri proconsul, & palatinus hic noster, quem nec honores huius seculi, nec Herodis libidinosi & incesti exemplum, remorari potuit, quod minus ad CHRISTVM accedat, qui

Gen. 41. etc.
Exod. 3. etc.
Ios. 1. 2. etc.
1. Sam. 16.
2. Sam. 5.
2. Reg. 18.
2. Reg. 5.
Matth. 8.
Ioan. 4.
Act. 13.

oves suas novit, & easdem suo tempore vocat, nec aliquem suorum è manibus suis sibi eris-
pi patitur. Hinc ergo tales consolationem petant, simulq; vocanti Deo obtemperant, &
huius bonitatem experti, ipsius exemplum imitentur, ne æquo rigidiores sint erga eos,
quos ipsorum fidei Deus concedidit.

Cæterùm videamus, quid hic fecerit, ut illius exemplo omnes erudiantur, qui huius
sunt loci & ordinis. Audiuit Christum ex Iudæa in Galilæam rediisse, & haud dubiè ad au-
res illius pervenerat eius signa, quæ Hierosolymæ in die festo ediderat. Ad illum ergo pro-
fectus rogat eum, ut secum vsq; Capernaum descendat, & filium iam moribundum valetu-
dini meliori restituat. Inde verò occasione sumpta Christus non tam illius, quàm Iudæorū
omnium, incredulitatem & pertinaciam, corripit. Dicit enim: Nisi signa & prodigia vide-
ritis, non credetis. Et meritò quidem eos reprehendit, quòd in sola signa intenti verbū eius
supini negligerent, quòd omnibus signis & prodigijs longè debet præferri. Nam etsi Deus
verbo suo interdum signa & testimonia externa adhibeat, id tamen ferè circa initiū modò
facere solet, quando doctrina nova, & inaudita prius, ampliorè confirmationē requirit. Sic
olim legē prodigijs & signis confirmari oportuit, Evangelij item doctrinā, cum inter gen-
tes prædicaretur, quæ prius nihil huius audierant. Vbi verò constat Dei verbū esse, quòd
proponitur, signis minimè opus est, & qui illa requirunt, atrocem Deo iniuriā faciunt, dū
illius verba testimonijs alijs confirmari cupiunt. Quia ergo Christi doctrina cū lege & Pro-
phetarum oraculis conveniebat, quæ Iudæi Spiritu sancto authore edita esse fatebantur, iu-
re illis succeniet Dominus, quòd illa neglecta à nudis signis penderent. At quòd his dici-
tur, nostri quoq; seculi hominibus dicitur, qui à nobis signa petunt, quòd Evangelij doctri-
na confirmemur. Atqui hanc Christi doctrinā esse cōstat. Quæ ergo impudentia est, Chri-
sti verba ab ijs indubiū vocari, qui Christiani dici volunt? Sed ad palatinū hunc nostrū rede-
amus, qui etsi à Christo corripitur, non tamen ab illo resilit, nec (ut aulici ferè solent) ipsi
audacter obloquitur, aut se ab ipso indignius tractari clamat: sed rogando pergit, donec
impetret, quòd postulabat.

Quo exemplo docemur, quàm magna ad electos ex afflictionibus utilitas redire solet.
Nam etsi prius quoq; de Christo hic multa audivisset, & illū in Prophetarum numero ha-
beret, non tamen illum accessit, nec doctrinæ eius auditorē siue sectatorem sese præbuit:
nimirū propriæ dignitatis illecebris, & Herodis autoritate, impeditus, ne vel hūc offende-
ret, vel illā prostituere videretur. Et verisimile est, ipsum filio prius remedia omnia adhibu-
isse, quòd morbū depelli posse sperabat. At ubi nihil profecit, & de filij vita iam desperatum
esse videt, nisi Deus singulari beneficio eū restituat: mox deposito omni Herodis metu, nec
vlla habita suæ existimationis ratione, ad Christum confugit, ab illo consiliū & auxiliū
postulans. Fit hoc frequenter, & in nobis ipsis sæpius idē experimur. Nam etsi omnes fate-
mur ab vno Deo per nomem Iesu Christi petenda esse, quæcunque nobis ad corporis si-
mū & animæ salutem necessaria sunt, huius tamen in secundis rebus facilè obliuiscimur:
tamus, donec necessitas ipsa nos ad illum conuertit, & ab illo vno auxiliū postulare co-
git. Non mirum ergo, si nos in extremas vsq; angustias Deus detrudi patiatur, quando ad
illum quærendum non aliter excitari possumus.

At simul videamus, qualè se hic gerat palatinus iste, & patebit in electis tunc quoq; in-
firmatis fidei & innatæ virtutis indicia comparere, quando imprimis officiū facere vi-
dentur. Nam bene quidem facit iste, quòd in extremis agente filio ad Christum confugit,
de quo iam existimationem bonam conceperat. Idem tamen peccat, quòd nunc demum ve-
nit, quando in humanis nihil spei superest, quòd corporali eius præsentia opus esse putat,
quòd illi præscribit, quòd ipsum priusq; filius moriatur, festinare iubet. His .n. omnib. sa-
tis testatur, se in Christo nihil adhuc maius agnoscere, quàm virtutem propheticā: non autē
talem credere, qui verus sit Dei filius, & Deus verus, quiq; absens etiā absentem curare, inò
qui extinctum in vitam reuocare, possit. Quantò igitur præstantior fuit Centurionis fides,
qui Matth. se indignum fatetur, sub cuius tectum Christus ingrediatur, neq; hoc facto o-
pus esse ait, cum vnico etiā verbulo vim morbi à san. ilo. agrotate depellere queat? Quid?
quòd de sua incredulitate, quæ illi cū Iudæis omnibus communis erat, iste admonitus non
petit, ut sibi ignoscat Christus, & fidei ipsius labascanti succurrat, sed de sola Filij valitudine
solicitus, illū nimis importunè vrget, ut secū descēdat, priusquam filius morte intercipiatur?
Sunt hæc eiusmodi, ut excusationē nullam admittant, si pro suo iure nobiscum agat Deus.
Quò magis exofculari debemus Christi bonitatem, qui talem non abiecit, nec de salute
nostra & Dei gratia desperare, si quid simile in nobis depræhendamus. Horum item me-
mores,

Regius opem
Christi im-
plorat.

Afflictionum
utilitas.

Electi etiam
sua virijs la-
borant.

DOMINICÆ XXI. POST TRINITAT.

mores, non temerè damnemus eos, in quibus infirmitas eiusmodi elucet. Potest enim eos confirmare Deus, qui per nos quoque precibus assiduis sollicitari debet, vt & nostram & aliorum hominum fidem adaugeat.

Christus verbo suo morbum depellit.

Cyr. lib. 2 in Ioan. cap. 120.

Matth. 11.

Christus corpore absens operatur.

Matth. 28.

Ioan. 16.

Regij fides.

Sequitur miraculum, quod paucis describitur, vt non in verbis hæreamus, sed diuinam Christi virtutem diligenter expendamus. Patri enim ipsum pertinacius vrgenti dicit **CHRISTVS**: Vade Filius tuus vivit, id est, saluus & incolumis est. Nam viuendi verbo vititur phrasi Ebraica, & illo totius hominis incolumitatem compræhendit. Neque vana fuisse promissionem, rei euentus declarauit. Ea ipsa enim hora (vt serui postea renuntiant) subito conualuit, qui iam iam moriturus iacebat. Vbi quid primum miremur fratres? Christi ne bonitatem, qui patris huius ineptias tam patienter tulit? An verò potentiam, qua absens absenti opem tulit, & moribundum ex mortis faucibus eripuit? Quin potius vtrumque simul obseruemus, quando (vt Cyrillus ait) duos eisdem verbis curauit: Nam & patris animum ad fidem induxit, & à corporis morbo filium liberauit. Sed quid duos dico, cum totam huius palatini familiam hoc facto sibi lucrifecerit, quam numerosam fuisse non est dubium? Ergo fidem quantumuis modicam & infirmam Christus non abiicit. Cur enim hoc faceret, qui laborantes & oneratos ad se venire iubet, & ægrotantium Medicum se esse proficitur? Soletur hoc nos in tentationibus, nec quisquam desperet, si fidem suam non omnibus numeris absolutam esse sentiat. Nam (vt verissime quidam dicunt) non propter fidem, ceu opus operatum vel meritum, sed per fidem nobis salos dantur. Et licet illa infirma sit, Christum tamen apprehendit, qui nostra est perfectio, & qui nostris vitijs faciendis abundè sufficit.

Proderit autem modum obseruare, quo hunc è morte afferuit Dominus. Petit quidem pater, vt Capernaum vsque secum descendat, & filio medeatur. At non in eo ipso verbo patri proponit. Est ergo vitæ & mortis Dominus, & proinde Seruator mundi, cui nos tutò possumus fidere. Quid enim illum non facturum putemus, si potentiam aliquod moueat, nè exerat, cuius verba tam efficacia esse videmus? Neque nobis dubium aliquod moueat, quòd hodie non vt olim visibiliter & corporaliter nobiscum in terris versatur. Nec enim corporali præsentia eius opus est, cuius virtus per omnia extenditur, & qui suo nutu cæli & terram concutit. Et qui in mortali carne terram incolens absque corporali præsentia vitam quibusuis conferre potuit, multò magis hoc nunc potest, quando ad dextram Dei patris confidet, & omnem potestatem cum in cælo tū in terris accepit. Nimiùm ergo ridiculos sese præbent, qui hodie de corporali Christi præsentia contendunt, quam minime nobis necessariam esse, exempla multa testantur, & quam ipse negat, quoties se ex mundo hoc discessurum esse dicit. Clamant illi nos Christi personam diuidere, & Dei omnipotentiam negare, quando ex scripturis, & humani corporis proprietatibus, docemus, Christum quòd corpus in cælis agere, quòd verò diuinitatis virtutem vbique esse præsentem. At cur non hoc Ioanni obijciunt, qui palatini huius filium à Christo curatum dicit, quamuis is Capernaum non abiret, sed Canæ subsisteret? Vel num Christus suam ipsius personam scidit, quando se Bethaniæ fuisse negabat, cum illic Lazarus moreretur? Et ò egregios omnipotentiam Dei, & maiestatis Christi Iesu, patronos, qui Dei filium non aliter nobis salutare esse credunt, nisi carne ex nobis assumpta nobiscum corporaliter versetur.

Confutat istorum opinionem regius hic noster, qui audita Christi promissione dato obtemperans, mox domum properat, ibi diuinæ virtutis Christi specimen visurus, cuius corporalem præsentiam paulò antè expetiuerat. Et sanè diligenter narrat Ioannes, vt beneficium hoc Christi ille apprehenderit, eius nimirum exemplo docens, quid nos facere conueniat. Primò sermoni Iesu illum credidisse dicit. Quia enim Propheticum Spiritum in illo agnoscebat, de eius promissione dubitare non potuit, quamuis absurda & impossibilis præstituta videretur. Deinde occurrentibus ei famulis, & filij subitam restitutionem narrantibus, de illius hora diligenter inquirat: non quidem de rei veritate dubitans, sed vt ex collatione ista in Christi cognitione magis confirmetur. Postremò domum reuersus credit verè: Christum nimirum non Prophetam modò sed Dei filium & promissum mundi Seruatorem esse, ideoque totus in illius partes concedit. Nequid modò, sed domui suæ toti beneficium hoc Christi commendat, & suos omnes in eius cognitionem inducit. Vbi rursum apparet, Christum fide apprehendi, & per hanc nos eius & beneficiorum ipsius omnium confortes fieri, de quo iam sæpe diximus. Nunc

Nunc obseruemus, quæ sint electorum Dei exercitia, per quæ ad æternæ salutis hereditatem contendunt. Primò Dei promissis fidem adhibent, licet multa illis aduersariis videant. Quia enim hunc & veracem & omnipotentem esse agnoscunt, nullis remoris illius fidem impediri posse intelligunt, sicuti exemplo Abrahami Paulus docet Roman. 4. Interim verò promissiones Dei diligenter ruminant, & cum ijs conferunt, quæcunque ad illarum confirmationem possunt facere. Pertinent huc verbi studium indefinens, exemplorum veterum consideratio, & Sacramentorum vsus, quæ promissionum suarum sigilla Deus esse voluit. Præterea Dei cultum propagare student: quod tunc felicissimè fit, quando non ipsi modò eius bonitatem agnoscunt, sed ipsius prædicatione plures alios in eius cognitionem inducunt. Iubet hoc passim Deus, & de eodem nos Petrus admonet, quando nos Dei peculium factos esse dicit, vt virtutes illius prædicemus, qui nos vocauit ex tenebris in admirabilem suam lucem. Agnoscunt hoc, qui verè fideles sunt, & ideo ob beneficiorum eius commemoratione, & colloquijs eiusmodi, delectantur. At in his ferè hodie peccatur. Dei promissiones plerique ad suæ rationis calculum examinant, verbi studium, preces, Sacramenta & piorum colloquia negligunt, ad hæc de suis potius rebus, quam de Dei cultu sunt solliciti, neque eos patienter ferunt, qui suo labore & industria illum propagare student. Est ergo fides rara in terris, vt planè ea tempora agnoscas, quæ nouissimum suum aduentum præcessura esse Christus olim prædixit. Lucæ decimo octauo capite.

1. Pet. 2.

Restat huius narrationis conclusio, quæ talis est: Hoc rursus secundum signum edidit Iesus, cum venisset ex Iudæa in Galilæam. Quibus verbis primò Iudæorum pertinaciam arguit Ioannes, qui ne signis quidem commoti sunt, cum Samaritæ Christi verbis crediderint: Imo cum tam præclaro signo edito solus regius iste cum domo sua credat, tota Sichemitarum ciuitas nuda prædicatione instituta, Christum seruatorem agnouit. Erat hoc non obscurum præludium repudij Iudæorum, & vocationis gentium: quod alibi quoque annotauimus. Deinde Christi quoque bonitas nobis commendatur, qui etsi sciret, se non multum proficere apud eam gentem, non destitit tamen docere, & signa edere: nimirum vt pauculas illas reliquias seruaret, quas ex Iudæis saluas fore Prophetæ prædixerant. Sunt igitur apud Deum electi in magno pretio, neque eos inter sceleratorum turbam Deus negligit, sed vt gemmas ex lutulo maris fundo in locum filij sui extrahat. Versetur nos diligenter in horum consideratione, & fidem nostram exerceamus sedulo, vt in ea confirmati, cum Christo olim in cælis viuamus: Cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

DOMINICÆ AVLICI CONFUGI-

entis ad Christum fide languida, fide tamen. Joan. 4.

VT pius Aulicus in sua calamitate ex scintilla fidei, conuersus ad Christum, ab eo opem petiuit, ita te invocamus Vili Dei, facito vt nostra aula te querant, te rectè agnoscant & celebrent, & tu qui obiurgas duritiem, & frigus nostri pectoris, quod non dicenti Deo firmiter assentitur: & tamen linum fumigans non extinguis, emenda caliginem nostræ mentis, extingue dubitationes de tua voluntate hærentes in nobis: opitulare clementer nostræ imbecillitati: fac, vt assidue intueamur signum Iona, quod omnium est euidentissimum in cælo & in terra: Loquere intus in cordibus nostris sapientiam tuam, monstrantem Voluntatem æterni Patris tui, qui nos recipit propter tuam obedientiam, quod factus es victima pro nobis, passus es te absorberi à morte, & rediuiuis tuam massam ac nostram resuscitas: Inuato nostram corda tuo Spiritu, vt vera fide hoc tuum beneficium nobis applicemus, & tibi promittamur, credentes in spem contra spem: & tu etiam mitiga nobis pœnas: Tribuito saluare uentus: Facito vt nostræ etiam domus fiant Ecclesia, coniuncta in eadem confessione & inuocatione cum pijs Galilæis, celebrantes tua beneficia hic & in omni æternitate, Amen.

DOMINICA XXII. POST.
TRINITATIS EVANGELIUM

MATT. XVIII. CAP.

Nn

HOMI.

HOMILIA PRIMA.

Tunc Petrus adiens Iesum dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? Num usque septies? Dicit ei Iesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.



MANIBVS HOMINIBVS INNATA EST VINDICTÆ cupiditas, cui si indulgeatur, odia & similitates parit & quæcunque alia dilectioni fraternæ aduertantur, sine qua fides & religio Christiana non potest consistere. Ideo Dominus noster Iesus Christus non temerè mulis docuit, vt cum fratribus, qui nos læserunt, ipsi reconciliationem quæramus: & vt isti eandem admittant, grauius monuit, quid eos maneant, qui hinc sese difficiles aut implacabiles præbent: Quod nimirum non possint nec debeant pro Ecclesiæ membris centeri, & quod Deus in coelis ratum habeat, quicquid vel Ecclesia tota, vel pauculi fideles de illis stauerint.

vt agendum cum ijs, qui cupiunt nobis reconciliari?

Quia verò de illis solis dixit hætenus, qui cum ipsi alios offenderint, de reconciliatione non cogitant, nisi ab ijs requirantur, quibus ipsi supplices fieri debebant, & tamen nunc quoque non possunt adduci, vt culpam deprecantur, nihil autem de melioribus egit, qui spontè culpam agnoscunt, & cum ijs, quos læserunt, in gratiam redire cupiunt, nunc quomodo cum his agi debeat, docet: Summa totius tractationis est, necesse esse, vt qui seruari volunt, ex animo offensas & iniurias, omnes condonent ijs, qui sibi ignosci petunt, & nobiscum reconciliari cupiunt.

Occasio huius loci.

LUC. 17.

Petri questio.

Præmittitur autem doctrinæ huius occasio, quam Petrus & reliqui discipuli Christo præbuerunt. Hi enim cum audirent, quam multa lenitate & indulgentia cum præfractis illis & implacabilibus agi debeat, & simul sentirent, quam hoc graue sit carni, quæ (vt initio diximus) vindictæ cupidissima est, pio animi affectu in preces erumpunt (sicut Lucas annotauit) & clamant: Domine adijce nobis fidem. Quasi dicerent: Audimus equidem quid iubeas, & obsequi cupimus: sed sentimus, quam multa hinc nobis obfens, & tanta est nostra infirmitas, vt ne fidem quidem tuis dictis possimus habere, nisi tu hanc largiaris. Precamur ergo, vt hanc augeas, & quod iubes, ipse largiaris, &c. At Petrus, qui passim reliquis discipulis feruentior, introducit, longius procedit: & quia facile ex ijs quæ audierat, colligere poterat, adhuc maiori indulgentia tractandos esse eos, qui vbi nos læserunt, spontè veniunt, & culpam deprecando nobiscum reconciliari cupiunt. Querit quousque cum his sit procedendum? Quoties (inquit) peccabit in me frater meus, & remittam ei? Causa huius quæstionis est, quod sciret, multos, qui reconciliationem quærent, non ex animo illud facere, sed sui commodi causa, & hos facile alio affectu abripi, vt iniurias siue offensas iterent, & licet id læpius faciant, semper tamen sibi ignosci velint. Id verò pijs quoque interdum bilem mouet, vt arbitrentur, indulgentiam istam & condonandæ facilitatem necessariò restringendam esse, ne qui ea ferocios fiant, & in nimiam licentiam effundantur. In primis verò qui natura ad vindictam procliuiores sunt, hoc prætextu plausibili in speciem sese palliant, & seueritatem nimiam, qua iniurias, toties sibi factas, vlcisci student, zelo gloriæ DEI & charitatis fraternæ excusant. Idem affectus ergo etiam Petrum impulit, vt hanc quæstionem moueat, qua hoc omnino vult dicere: Rectè tu quidem omnes moneas Domine, ne laxi ab aliquo, cum tuum discipulum deceat, tamen omnia priuatim & publicè tentemus, priusquam pro ethnico & publicano habeatur. Quid verò cum ijs agendum erit, qui ipsi spontè culpam agnoscunt, & nobiscum in gratiam redire cupiunt? Enim verò maiori indulgentia isti tractandi sunt. Veruntamen cauendum esse arbitror, ne dum hæc nimia est, illi non lucrifaciunt, sed potius vt pueri deprauatæ indolis, ea corrumpantur, & insolentiores fiant. Annon ergo sufficet si septies remisero ei, qui iniurias subinde iterat? &c. Hic quæstionis Petri sensus esse videtur, qui procul dubio putauit, se magnum quid præstare, si hoc faciat, & omni hominis Christiani officio abundè defungi.

Petrum peccare præiudicio.

Coeterum si rem ipsam propius consideres, videbis illum, dum de re bona & sancta quæstionem mouet, & germanus Christi discipulus videri vult, non vno modo peccare

care. Nam primum affectui priuato indulgens, præiudicio suo fallitur, & hoc à Christo probari & confirmari cupit. At boni discipuli est, simpliciter quærere de præceptoris sui sententia. Deinde animum vindictæ cupidum, prodit, dum scire cupit, quis ignoscendum & condonandi finis esse debeat, & quando liceat fratrem vlcisci, qui non contentus semel & iterum nobis iniuriam fecisse, nouas subinde prioribus accumulatur. Sunt tales homines multi, qui etsi verbi Dei studio pleno ore profitentur, tamen de multis rebus similes quæstiones eodem planè animi proposito mouent. Faciunt hoc, qui tantumne scelus sit scortatio, quantum nonnulli dicunt, interrogant, & annon prætet lupanaria esse publica, ne iuuenes & coelibes virginum aut matronarum pudicitia insidiantur, aut libidinibus longè foedioribus sese polluant? Vel annon durior æquo & crudelis nimium sit eorum sententia, qui adulterium capite plectendum esse sentiunt? Num vitium tam immane sit ebrietas, & perpotandi studium, vt legibus publicis coerceri mereatur? Num quæ rei domesticæ consulant, pecuniam suam dant fœnori, & vsuris fratres grauant, digni censeri debeant, qui à regno Dei excludantur? & si quæ alia hodie inter Christiani nominis professores in quæstionem veniunt. At isti omnes, vt pietatem & religionis studium simulent, quod aliud quàm licentiam quærunt, vt, excusso Christi iugo, pessimis suis cupiditatibus indulgeant. Nisi enim hoc agerent, facilè viderent, in his omnibus non multa quæstione opus esse. Etenim Lex Dei est: Ne sit scortum in Israele. Et in nouo testamento Apostoli clamant: Scortatio & omnis impuritas, ne nominetur quidem inter vos. Item: propter fornicationes suam quisque vxorem habeat, & pro-prium quæque virum habeat. Et rursus de alieni thori violatoribus Deus pronuntiauit: Qui adulterium committit cum vxore proximi sui, morte moriatur, tam ipse quàm adultera. Idem: Væ illud horrendum ebriosis per Prophetas denuntiat, & non solum de-porationem in alienas terras, sed infernales quoque pœnas eis minatur. Vsuras verò mortuum vocat Deus, qui nemini inferri debeat, & inter montis sancti ciues nominantur, qui ab illis abstinent. Et notum est, quid de his omnibus **CHRISTVS** per electum illum organum, Paulum Apostolum, dixerit: Ne eretis, neque scortatores, neque idolatrarum, neque ebrii, neque molles, neque qui cum masculis concumbunt, neque fures, neque auari, neque ebrii, neque conuiciatores, neque rapaces, regni Dei hereditatem consequentur, &c. Quid ergo quærere aut disputare opus est de ijs, de quibus iam olim De- us suam sententiam tam disertè protulit? Rata hæc erit in æternum, neque nostris dispu- tationibus aut iudicij mutari vel aboleri poterit. Quin ergo in hoc speculo partim quæ- contra Dei leges designauimus, contemplamur, partim agnita simul infirmitate nostra- ceptis eius obedire possimus.

Deut. 23.

Ephes. 5.

1. Cor. 7.

Leuit. 20.

Amos. 6.

Isa. 5.

Deut. 23.

Psal. 15.

1. Cor. 6.

Sed audiamus, quid Dominus Petro respondeat: Non dico tibi, septies, sed septu- agies septies. Corrigit primò Petri præiudicium, adeoque nullius æstimat hoc, in quo ille sibi mirificè placebat. Quasi diceret: Quid de septenaria remissione dicis ô bone? Etenim si legi charitatis satisfacere, & meus discipulus atque regni mei hæres esse velis, ei, qui in te peccauit, & vt sibi ignoscas, precatur, septuagies septies remittere oportet: qui numerus quadringenta & quadraginta nouem facit. Apud Lucam, vt in die septies remittamus, iubet. Ponitur ergo numerus finitus pro infinito, & sensus est: Remis- sionem delictorum, quibus in nos peccatur, nulli certo numero alstringi debere, sed quo- promptor esse debere. Idque simpliciter affirmat, vt omnem pratextum eripiat ijs, qui sibi plus quiddam, quàm alijs, licere putant.

At quia carnis ingenium est, difficilem admodum sese præbere, & beneficiendo mox fatigari, prodest certas rationes in promptu habere, quibus nos ipsos extimulemus. Inter has primum occurrat, nihil iniquum à nobis exigi, neque aliud Deum iubere, quàm quod ipse facit. Etenim non possunt homines contra nos aliquid designare, quod non ipsi prius in Deum perpetrauerimus, vt ex cap. 6. demonstrari potest. Attamen vt tibi ille ignoscat precaris, & hoc ille liberaliter facit ijs, qui eius gratiam seriò implorant. Cur igitur tu ijs, qui ita eiusdem sortis, & conditionis sunt, te duriores præbeas? Deinde memineras, nihil tibi accidere inscio aut nolente Deo, qui vt alij nos offendant, iusto iu- dicio permittit, vel alicuius boni causa, quod ex eo sequetur, vel quod nos iam ita meru- imus, aut quod carnis nostræ petulantiam sic coerceri opus est. Prioris exemplum in Iosepho habes, quem à fratribus vendi & in Aegypto seruum fieri voluit Deus, vt es oc- casione

Rationes, quæ
ad condonandam
nos exci-
tare debent.

Psal. 105.

Gen. 15. 50.

sunt, si ad illum conuersi hanc non fictis lachrymis expetiuerunt. Testatur hoc totus Iudicum liber, vt priuatorum hominum exempla præteream. Sed & ex Filij Dei mandato quotidie precamur: Remitte nobis debita nostra: quæ precatio friuola & irrita esset, si relabantibus in peccata remissio negaretur. Confutatur igitur hoc loco Nouatianorum error, qui relapsis post baptismum poenitentiam & remissionem peccatorum negabant, quod ipsum ferè nostro seculo Anabaptistæ faciunt. Contra quos olim ex præsentis loci auctoritate rectè dicebat Chrysostomus *χιλιακισ μετανοήσασ εἰσελθε*, id est, quin millies respiciens ingredi. Sed plura de hac re in parabola dici poterunt, quæ proximè sequentur. Nunc immensam Dei bonitatem agnoscamus, qui fores gratuitæ misericordie nulli respicienti claudit, & eundem precemur cum Apostolis, vt fidem nobis confirmet & augeat, vt erga quosuis officio charitatis defungamur in hoc seculo, in cælis autem viuamus olim & regnemus cum æterno Dei Filio Iesu Christo, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, AMEN.

HOMILIA SECUNDA.

Propterea simile est regnum cælorum homini Regi, qui voluit conferre rationem cum seruis suis. Et cum cepisset conferre, oblatuſ est quidam debitor decies mille talentorum. Cùm autem is non posset hac reddere, iussit eum Dominus eius venundari, & uxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat, & reddi debitum. Procides ergo seruus ille adorabat eum, dicens: Domine, esto longanimis erga me, & omnia tibi reddam. Commotus autem misericordia Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum remisit ei.



BTSI CHARITATE FRATERNA NIHIL INCUNDIUS, nihil salutaris & magis necessarium sit, multa tamen quotidie fiunt ex innato hominibus philantiæ & priuata vindictæ cupiditatis vitio, quæ illam dissoluunt, & turbas pariunt. Aduersus ea remedium nullum præsentius est, quàm vt absque mora reconciliemur cum ijs, qui nos offendunt. Vt enim ignis subito accensus, facillè restinguitur, si confestim aqua infundas, laboris verò si cuncteris, vires acquirit, & incendium parit inextinguibile: ita non magni hoc in inimicitias implacabiles, exarserit. Idcirco Dominus noster Iesus Christus, qui discipulos suos in dilectione mutua synceros & constantes esse vult, de duobus illos admonuit obseruatu necessarijs: Primum, vt si, qui te læsit, cunctetur, tu prior illum conuenias, & omnia tentes, quibus possit lucriferi. Deinde, vt si ipse facti poenitentia ductus petat, vt culpam admissam ipsi condones, tu te facilem præbeas & placabilem: & licet iniuriam iteret, rursus autem veniam sibi dari petat, tunc quoque illam impetret, ad eò vt ne septuagies septies repetitis offensis te superari sinas, quò minus conuersum & culpam deprecantem benignè suscipias. Argumenta, quæ nos vt hoc faciamus, mouere debent, multe sunt, inter quæ grauissimum meritò censeri debet, quod nisi id fiat, salus nobis constare non potest, cum proprijs precibus nos ipsos damnemus, quoties dicimus: Remitte nobis debita nostra, sicuti & nos remittimus debitoribus nostris. At quoniam in hoc certamine citò fatigamur, si iniurius in nos esse pergat is, cui aliquoties ignouimus, totam hanc causam eleganti parabola illustrat dominus, qua ipsius Dei exemplum nobis proponit, & hoc ita tractat, vt communis sensus vnumquenque admonere possit, inexcusabiles esse eos, qui illad imitari dedignantur.

Parres parabola tres sunt. Prima Dei bonitatem commendat, qui miseris nobis debita quantumuis multa & magna, gratis remittit, si id seriò petamus. Secunda commendat munem malitiam & ingratitude arguit, plerique in Deum & homines peccant, dum

In offensis cito reconciliatio opus est.

Argumentum et partes parabole.

se immites & inexorabiles præbent fratribus, & seruis suis, qui ipsos offenderunt. Po-
strema poenam istis denuntiat. Primam partem modò recitauimus, quam ita proponit
Dominus: Propterea simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit conferre ratio-
nem cum seruis suis, &c. Regnum cœlorum vocat totum Ecclesiæ & salutis, quæ in hac
sola inuenitur, mysterium siue dispensationem. Sensus itaque verborum Christi est:
Negotium salutis æternæ inter Deum & homines ita se habet, vt inter herum & seruos so-
let fieri, quòd dispensationem pecuniarum & aliarum rerum temporalium. Estque
hæc parabolæ pars diligenti consideratione dignissima, quia viuuerium nostræ iustifica-
tionis mysterium, ex quo omnis salus nostra dependet, ceu in tabula spectandum, pro-
ponit. Vt ergo res illustrior sit, & melius seruiat institutioni nostræ, singula illius membra
ex ordine inspiciemus.

DEVS

Principiò Deus homini Regi confertur, rationem cum seruis suis conferenti. Rex
regi confertur dicitur Deus, utpote omnium creator & Dominus, cuius nura omnia reguntur, quæ in
rationem omni- cœlo & in terra sunt. Talem seipse profitetur, dicens: Cœlum thronus meus est, ter-
ferenti cum ra verò scabellum pedum meorum. Idem verò homo dicitur partim propter amorem,
seruis suis. quo genus humanum complectitur, & quo sese demittit, & nostro captui accommodat, vt
Isa. 66. pleraque de illo in scripturis *ἀνθρώπων* dicantur: Partim quod æternus ille Filius,
qui vnum cum Patre est, hominem in personæ vnitatem, assumpsit, vt idem Deus & homo
sit. Is in seruos suos inquit, & rationem cum illis conferre dicitur: Non est ergo otio-
sus, qualem Epicurus fingebat, neque securus eorum, quæ in terris fiunt, ad cardines
Gen. 1. cœli obambulat: sed vt omnia verbo suo omnipotente creauit, ita omnia videt, seruat &
Psal. 33. gubernat. Idem quia sapientissimus & iustissimus est, nihil temerè, sed omnia certa cum
Ioan. 1. ratione facit, neminem item *ἀκούων*, id est, indicta causa damnat, sed omnia quæ fiunt,
aut iam facta sunt, rationes & causas inspicit, & æqua lance examinat. Adhæc vt bonus
paterfamilias à seruis suis: ita ille ab hominibus, quorum seruitio vitur, dictorum & fa-
ctorum omnium rationes exigit. Quo loco imprimis meminisse oportet, neminem
mortalium tantæ authoritatis aut tam potentem seu astutum esse, vt sese subducere, aut
quò minus rationem reddat subterfugere possit. Citat enim ille nos quandocunque vult,
& citati se ipsi sistere coguntur. Fit hoc nobis sanis & integris corpore inter graues con-
scientiæ tentationes, quæ omnium quæ vnquam fecimus aut diximus memoriam renouât.
Fit idem in mortis articulo, & olim publicè in totius mundi conspectu fiet in glorioso Filij
Matth. 25. 12. Dei aduentu, quando non factis modò nostris, verumetiam quouis verbo otioso rationem
reddemus. Neque hic testibus aut iudicijs opus erit Deo, qui nihil ignorat, sed corda
Ierem. 17. & renes scrutatur, & vnumquemque proprio conscientiæ testimonio conuincit. De eo om-
Psal. 7. nnes perpetuò cogitare debebant in sua vocatione, vt actiones suas secundum illius vo-
luntatem instituerent, cui olim de illis ratio erit reddenda. At hîc plerique offendunt,
Gal. 5. 1. dum alij carnis suæ rationes sequuntur, alij mundo placere student, multi principibus suis
Iacob. 4. obsequuntur. At qui caro concupiscit aduersus spiritum, & qui hominibus vel mundo placere
de ad Dei tribunal omnes sistuntur, vbi neque mundi fauor, neque principum autoritas
Rom. 14. nos tuebitur: imò tecum coram illo iudice sistentur hi, quos tu tibi patronos fore speras,
2. Cor. 5. & illis ipsis testibus conuinceris, te mundum & eius amicitiam pluris fecisse, quàm Deum
& verbum eius, ideoque dignum esse, qui cum mundo incurabili & eius principi con-
demneris. Vide Matth. 10. Marc. 8. cap.

Porro rationem conferenti cum seruis hero isti offertur quidam debitor decies mil-
le talentorum. Talentum non eiusdem valoris apud omnes gentes fuit, vstatissimum verò
fuit Atticum quod coronatos Gallicos sexcentos valere ex eorum calculo constat, qui an-
tiquitatis inuestigatores diligentissimi fuerunt. Itaque decies mille talenta miliones co-
ronatorum sex conficiunt. Notatur ergo summa, quam nemo seruus possit soluere, vt
pote qui iam ante seipsum & omnia sua hero debeat. Est autem seruus hic typus huma-
ni generis, & quæ omnium nostrum conditio sit, docet. Sumus omnes Dei serui, &
vt tales simus, ab illo conditi: Vt autem in istis rationibus omnes serui debitores fuerunt,
ita de nobis fiet, si rationes nobiscum Deus subducatur. Vt enim viri principes & opulenti
in rationem suarum codicibus habent titulos varios, & diuersos: ita Deus in lege præcepta,
habet omnis generis, quibus, quid ipsi debeamus, docet. Sunt primæ tabulæ præcepta,
inter quæ præcipuum est, vt vnum Deum agnoscamus, in quo omnis salutis fiducia nobis
reposita sit: & ad huius præcepti expositionem facit, quod Moyses dicit: Audi Israel, Do-
minus

regi confertur
rationem omni-
ferenti cum
seruis suis.
Isa. 66.

Gen. 1.
Psal. 33.
Ioan. 1.

Matth. 25. 12.

Ierem. 17.
Psal. 7.

Gal. 5. 1.
Iacob. 4.

Rom. 14.
2. Cor. 5.

Quæ sit nostra
conditio coram
Deo.

Lex rationari-
um Dei.

Deut. 6.

minus Deus tuus Deus vnus est. Dilige igitur Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. Item Dominum Deum tuum timebis, & ei soli seruias. Alterum præceptum est, ne Deo alicuius rei similitudinem affingamus, neque cultum, aut honorem aliquem simulachris, qualibuscunque tribuamus. Tertium, ne sacrosanctum Dei nomen temerè vsurpemus, multo minus eo impiè ad dolum & scelus aliquid abutamur. Quartum, vt Sabbatum sanctificemus, & quod Deus sibi consecratum esse voluit, otium, nullo labore non necessario, nullo item scelere prophanemus. Sunt deinde præcepta secundæ tabulæ, quæ omnia sub fraternæ charitatis lege continentur, quæ, vt proximum sicuti nos ipsos diligamus, iubet. Vetat ergo cædes, adulteria & stupra, furta & rapinas, testimonia falsa & calumnias. At omnia ista ad postremum præceptum, quod de concupiscentia est, refert optimus interpret Christus, & reos agit omnes, qui aliquid concupiscunt, quod Lex tangere prohibet. At si Legis codicem sine tabulas proferat Deus, & à primo præcepto exorsus rationes dictorum & factorum nobiscum conferat, nos in omnibus illis transgressores, & proinde debitores Dei esse patet, eoque grauius & insolubilius esse hoc debitum, quod cum à Deo quotidie nouis beneficijis accumulermur (vt qui in illo viuimus, mouemur & sumus) non modò nihil pro illis rependimus, sed neque debita officia illi præstamus, quibus sumus obstricti.

Quotus enim quisque est, qui vni & soli Deo fidat in omni periculorum genere? cuius cor non aliò interdum respiciat? qui illum ex toto corde amet, & veneretur? qui non aliquando illi mundum, honores, opes, voluptates præferat? Quem item dabimus, qui non interdum Deo formam & imaginem alienam affingat, aut idola sibi fabricet ex ijs, quæ in hoc mundo veneratur & suspicit? Quis verò gloriari poterit se nunquam Dei nomine abutum esse, aut saltem incogitantius, quàm decebat illud nominasse? Aut quis ille fecisse, qui dicat, se Sabbatum semper sanctificasse? aut qui negare possit, se illo die sapius vitam anteaquam, & nos ipsos, examinemus. Nam etsi obsequium & honorem debitum præstemus parentibus ijs, qui parentum loco sunt, etsi neminem occidamus, nullum thorum violemus, nullius pecunias aut facultates præter ius rapiamus, linguam denique contineamus ne quem lædat, quis se ab omni cupiditate immunem dicere poterit? In multis operibus carnis cupiditates & cogitationes prauæ concurrunt, iustitiæ etiam nostræ instar sordidorum centonum pollutæ sunt. Ergo in Dei are sumus, & omnibus dici potest, quod olim ludæis decebat Moyses: Hoccine rependis domino popule stulte, & non sapiens? Sumus autem debitores decies mille talentorum: Id est, peccata nostra tam multa & tam graua sunt, vt non simus soluendo. Superant enim (vt Dauid ait) omnes nostras vires & facultates, quæ reuera nullæ sunt. Intellectus hominis animalis non percipit, quæ sunt spiritus Dei. Voluntas igitur ad malum propendet, & omnia cordis figmenta ab incunte etate prauæ sunt: neque ipsi his morbis possumus mederi, qui ex nobis ipsis ne ad cogitandum quidem idonei sumus. Et hæc quidem ira se habere, fatebuntur omnes, qui in Dei rationario vel legis speculo sese paulò diligentius contemplanti fuerint.

Quid ergo mereamur, si Rex & herus noster, Deus, ius suum persequi velit? Hoc in presenti Christus docet, de seruo isto dicens: Cum autem non posset hoc reddere, iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius & liberos & omnia quæ habebat, ac reddi debitum. Quæ verba non eo sensu accipi debent, quasi hac ratione hero isti factis fieri, ac debitum omne dissolui, potuerit. Quem enim seruum dabis tanti preij, qui est cum vxore, liberis & omnibus suis fortunis vendatur, pro tanta summa æris alieni possit satisfacere? Enimvero cum & ipse, & quæcunque habet, seruij iure ad herum pertineat, hic quidem quod suum est repetere poterit, de summa verò debiti nihil decedet. Eadem planè est omnium nostrum ratio. Etenim Deo nos ipsos & omnia nostra debemus, nec aliquid habemus, quod non ab eo acceperimus. Peccando autem debitores & rei mortis sumus. Quia verò vnumquodque peccatum mortem sempiternam meretur (Dei enim dictum sue decretum est: Quacunque die ex arbore hac comederis, morte morieris. Item Maledictus qui non fecerit imnia quæ scripta sunt in libro legis huius) quid fiat, si tot millia peccatorum concurrant, quæ ab oneunte etate cogitando, concupiscendo, dicendo, negligendo, commisimus? Nulla ergo spes satisfactionis reliqua est. Vendatur totus mundus cuius tamen precio ne vnus quidem hominis anima redimi poterit, **te** CHRISTO, qui Matthæi decimo sexto capite dixit: **Quid prodest cuiquam si totum mundum**

Exod. 20.
Deut. 5.Leuit. 19.
Luc. 10.

Matth. 5.

Actor. 7.

Dei debitores
sumus.Iaco. 3.
Prouer. 24.
Isa. 64.
Deut. 32.Psalum. 65.
1. Cor. 2.
Ierem. 17.
2. Cor. 3.Quid mereamur
omnes ho-
mines.

1. Cor. 4.

Geno. 2.
Deut. 27.
Gal. 3.

dum lucratus fuerit, anima verò sua mulctetur? aut quam dabit homo compensationem animæ suæ? Nemo igitur ex hoc loco satisfactionis meritum colligat, quod omnino nullum est. Etenim pro more veterum loquitur Christus, qui erat, ut debitores, qui soluendo non erant, vel vinculis constringebantur, vel vendebantur, aut etiam si pluribus deberent, in partes secarentur. Fuerunt enim antiqui iustitiæ & fidei datæ acerrimi vindices, & inter gentes ferè omnes grauius animaduersum fuit in eos, qui sub muris prætextu creditores fallebant. Nam ut apud Gellium legitur, adimi vel è medio tolli putauerunt subsidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis hominum vita maximè indiget, si perfidia debitorum sine graui pœna eluderet. Cæterum Christus in præsentis venditionis meminit, ut doceat, quid mereamur, si Deus stricto iure nobiscum agere velit, & (ut ex sequentibus patebit) quàm necesse nobis sit, ad misericordiæ Dei thronum supplices confugere. Venditio enim hæc alienationem à Deo & regno eius denotat, quæ æquissimo iure debetur ijs, qui seipos sub peccatum vendiderunt, & cum Dei serui esse deberent, Satane sese manciparunt. Atqui hoc de omnibus hominibus dici posse, si quales natura sua sint, spectes, Apostolus testatur de seipso loquens: Lex spiritualis est, at ego carnalis sum, venundatus sub peccatum, &c. Romanorum septimo capite.

Quid peccatoribus sit faciendum?

Quid ergo faciamus aliud, quàm quod de isto seruo dicitur? qui procidens ad heri pedes adorauit eum dicens: Domine, esto longanimis erga me, & omnia tibi reddam. Agnoscit se miserum esse, cui gratuita remissione opus sit: Perit autem dilationem, & omnia se reddere velle pollicetur: quod de more debitorum dicitur, qui soluendo sunt: vel potius arguitur vulgaris obætorum leuitas, qua non pudet eos polliceri, quod se nunquam præstituros esse norunt. Itaque hoc minimè in exemplum trahi debet, quoad causam hanc, quæ nobis apud Deum agenda est, cui (ut paulò antè diximus) nemo potest satisfacere. Itaque in eo solo imitemur seruulum hunc, ut primo tato corde contriti procidamus coram Deo, & sub eius potenti manu humiliemur. Non desperemus autem, sed adoremus illum, & precibus testemur, nos de eius misericordia spem bonam animo concepisse. Quoad verò solutionem debitorum nostrorum, nihil polliceamur, sed fateamur ingenuè, hæc plura & grauiora esse, quàm ut simus soluendo. Velle quidem & optare ex animo debemus, ut Deo possimus satisfacere: sed quia ad eam perfectionem nunquam peruenire possumus, quoad in carne hac viuimus, fatemur Deo, quod res est, ne Phariseorum confidentium similes afficiamur, qui suorum meritorum enumeratione, & ementitis satisfactionibus Deo volunt fucum facere, seipos fallunt, & debitorum summam magis aggrauant. Nos cum Dauide & alijs sanctis Dei seruis dicamus: Non intres Domine in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo ullus viuens. Si iniquitates obserues o Deus, Domine quis subsistet? Delictorum iuuentutis meæ & transgressionum mearum ne memineris: sed secundam clementiam tuam memento mei, propter bonitatem tuam. Huius generis exempla in nouo etiam testamento occurrunt, ut peccatrici, quæ ad Christi pedes confus oculos, eos lachrymis ex contrito corde manantibus abluuit: publicani item, qui non ausus oculos ad Deum attollere clamabat, Domine, propitius esto mihi peccatori, &c. Luca septimo & decimo octauo capite.

1. Pet. 5.

Luc. 18.

Psal. 143. 130.
25.

Deus ex gratuita misericordia, peccatoribus ignoscit

Psal. 102.

Horum vestigijs si insistamus, nostræ salutis consultum erit. Docet hoc catastrophe huius loci, plena consolationis. Dicit enim Christus: Commotus autem misericordia Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum remisit ei. In quibus verbis primo obiter uari debet, salutem nostram ex gratuita Dei misericordia pendere, ut modò diximus. Non enim temerariæ & stultæ promissionis ergò, qua debiti solutionem seruulus iste pollicitus fuit, herus illi pepercit, sed misericordia motus hoc fecit. Ita nullo nostrorum operum aut meritorum respectu, sed ex gratia nostri miseretur Deus. Eo autem merito eius bonitas commendatur, quod licet inter precandum multa temerè & ineptè effutiamus, multa etiam indignè faciamus, quando optimi sumus, non tamen illa nobis frandi esse vult Pater ille indulgentissimus, qui nos ex terra & puluere factos esse nouit, & proinde infirmitatis nostræ rationem habet. Deinde modus & ordo salutis indicatur, quando seruum hunc dimisit herus, & debitum ei remisit. Dimissione opus habebat, quia iam vinctus tenebatur, ut abductus venundaretur. Rursus ut dimissio illa securum faceret, remissione debiti opus erat. Ita nobiscum agit Deus.

Nam

Nam ut nuper monuimus, sumus nos quoque vinculis peccati & vitioſe naturæ conſtricti: ſed dimittit nos Deus & libertate donat: neue peccatorum conſcientia nos ſalutis incertos & anxios perpetuò detineat, illa liberaliter remittit & condonat. Poſtremò ne Deum hic aliquid temerè aut leuiter, vel etiam iniuſtè agere putetur, meminiffe oportet, remiſſionem peccatorum gratis quidem fieri quòd ad nos, qui non ſumus ſoluendo, interim autem iuſtitia Dei iam pridem ſatis factum eſſe, per Filium vnigenitum, qui homo factus debitum illud peccati, quo tenebamur, in ſe recepit, pro eodem mortis & ſanguinis ſui merito ſatiſfecit, & Chirographum Legis, quod aduerſum nos erat, cruci affixum è medio ſuſtulit. Et hoc illud eſt, quod olim per Iſaiam promiſit Deus: Ego ego ille ipſe ſum, qui deleo transgreſſiones tuas, idque propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Itaque nobis horum omnium vſus eſto, ut primum agnoſcamus nos peccatores eſſe ac mortis æternæ reos. Deinde ne ideo deſperemus, ſed confugiamus ad thronum gratia Dei per fidem in *IESVM CHRISTVM*, cuius ſanguine peccata noſtra deleta ſunt, & qui via eſt vnica, qua ad Patrem venit. Non dubitemus autem de ſatiſfactione eius, ne fortè illam non ratam habeat Pater. Hic enim ipſum nobis ſeruato-rem prædeſtinauit ab æterno, eundem priſcis patribus promiſit, & de eodem cœlitus teſtatus eſt, dicens: Hic eſt Filius ille meus dilectus, in quo placatus ſum. Idem ille omnes, qui laborant & onerati ſunt, ad ſe vocat, & neminem ad ſe venientem reiſcit. Huic debetur benedictio, honor, gloria, & poteſtas in æternũ, Amen.

Coloſ. 2.
Iſai. 43.

Ioh. 1.6.

Matth.

1. Pet.

HOMILIA TERTIA.

Egreſſus verò ſeruus ille inuenit vnum ex conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & præbenſum illum ſuffocabat, dicens: Redde quod debes. Procidens ergo conſeruus eius ad pedes eius precabatur eum dicens: Eſto longanimis erga me, & omnia reddam tibi. Ille verò noluit: ſed abiens coniecit eum in carcerem, quouſque redderet debitum. Cùm autem vidiffent conſerui eius, qua facta fuerant, contriſtati ſunt vehementer: & cùm vidiffent declararunt Domino omnia, qua facta fuerant. Tunc eo aduocato Dominus ipſius, dixit ei: Serue male totum debitum illud remiſi tibi, quia precatus es me. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ut & ego tui miſertus ſum? Tunc iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, uſquequò redderet illud omne quod ſibi debebatur. Ita & Pater meus cœleſtis faciet vobis, niſi remiſeritis ſuo quiſque fratri ex cordibus veſtris offenſas eorum.

DOMINVS NOSTER ET SERVATOR
IESVS CHRISTVS parabola iſta docet, ut fratribus, qui nos offenderunt, iniurias & offenſas debeamus remittere. Eſtque doctrina hæc plus quàm neceſſaria, partim quia offenſarum plena ſunt omnia, & ideo niſi alijs alijs condonemus, pax & concordia inter homines nulla eſſe poterit: partim quod neque quòd ad animas ſalui erimus, eò quod talis erga nos Deus eſt, quales nos ſumus erga alios, & idcirco hunc quoque implacabilem ſentient, quicumque fratribus, veniam petentibus, ſe duros & difficiles præbent. Quia verò natura vindictæ cupidi ſumus, & plerunque homines ſpectamus, qui ex illa

parabola
ſtatim

ex illa

ex illa fortitudinis laudem aucupatur, ad exemplum Patris sui & cœlestis nos reuocat Dominus, cuius paternam bonitatem nuper ceu in tabula nobis spectandam proposuit. Etenim eadem omnium nostrum conditio est, si rationem nobiscum conferre, & iure agere velit Deus, quæ serui illius, quæ decem millia talentorum debuit. Debeamus ergo profusus alienari à familia Dei, & Satanæ tradi, vt æternum mulctaremur. Sed remittit nobis debitum omne Deus ex gratuita misericordia propter filium suum vnigenitum, qui pro nobis sponndit, & satisfecit. Huius ergo nos meminisse decet, vt cum Dei Filij esse & dici velimus, Patris nostri bonitatem imitemur.

At sequitur secunda parabola pars, quæ in illo ipso seruo, qui tantam heri clementiam expertus fuit, communem hominum malitiam & ingratitude arguit, qua plerique non in homines modo, verum etiam Deum ipsum peccant. Etenim seruus ille egressus ab hero, mox vnum ex conseruis inuenit, ex quo peccandi occasionem arripit, qua heri offensam rursus incurrit. Vbi primùm obseruari debet, quod à conspectu & domo heri exiuisse dicitur, quando hæc fecit. Indicatur causa omnis mali, quæ est, quod non manemus in Deo. Qui enim in hunc intenti sunt, & perpetuò in consideratione bonitatis eius versantur, ij quocunque oculos circumferunt, clara & perspicua illius testimonia vident, quæ ipsos non sinunt durius & inhumanius eos tractare, qui ipsis aliquam iniuriam fecerunt. Nam communis sensus eos admonet, non decere, vt Deo seueriores sint, qui omnem salutis fiduciam in illius misericordia sibi repositam esse sciunt. Discant ergo cum Deo & in huius domo, quæ est Ecclesia, manere, & in hac per verbum suum nobis loquentem audire, quotquot seipso in officio continere cupiunt. Quam primùm enim aliò diuertimus mox multiplices peccandi occasiones occurrunt.

1. Tim. 3.

Omnes homines esse conseruos.

1. Cor. 3.

1. Cor. 12.

2. Cor. 3.

Accidit hoc isti infelici seruo. Nam mox inuenit vnum ex conseruis, qui ipsi debebat centum denarios. Hunc subito apprehensum obtorto collo violenter rapit, & non minus importunè, quàm inhumaniter, debitum ab eo exigit. Quo loco typus communis nostræ sortis & conditionis proponitur. Sumus omnes eiusdem heri serui, Dei nimirum, qui cum absque nobis vniuersam hanc mundi machinam creauerit, & nullius indigeat, nos tamen eo honore dignatur, vt nostro seruitio vti velit, vt ipsius *ouegoy*, siue administri simus, alius quidem in verbi sui prædicatione, alius in iudiciorum suorum executione, alius in puerorum educatione ac institutione, alij in alijs functionibus, quas ipse inter homines instituit. Idem quoque donis necessarijs vnumquemque instruit pro ratione functionis suæ, sicuti in talentorum parabola dicitur. Debebat hoc nos admonere officij, vt et si alij alijs præstent, nemo tamen alium præse contemneret, sed alij alios iuuant. Etenim vt Apostolus monet, sunt quidem discrimina donorum, sed idem est Spiritus: sunt discrimina ministeriorum, sed idem est Dominus: sunt discrimina facultatum, sed idem est Deus, qui omnia agit in omnibus. Quid verò sit? plerique horum immemores, simul officij quoque sui obliuiscuntur, & quia inuidiæ & odio vel alijs priuatis cupiditatibus indulgent, quotidie alij alios offendunt. At hic quoque meminisse oportebat, offensas illas leues esse, si cum ijs conferantur, quibus nos in Deum peccauimus. Etenim huic debemus ipsi, decies mille talenta, id est, sexages millia coronatorum. Huic summæ opponuntur centum denarij, qui vix octo coronatos conficiunt, si ad hodiernæ monetæ calculum illos reuoces. Quæ autem est inter duas has summas proportio? Nulla equidem. Non temerè autem hanc comparisonem à Christo fieri, fatebuntur quotquot rem ipsam diligentius expendunt. Etenim contra Deum quotidie & in horis peccamus, neque aliter fieri potest, cum ne ad cogitandum quidem idonei simus, & illicitis desiderijs intra animos nostros æstuemus. At non ita semper in nos peccant alij, & si quando nos offendunt, sunt tamen beneficia quoque non rara, quæ per illos nobis Deus confert, in nobis autem culpa est, qui illis non semper volumus vt. Iniuriæ item & offensæ, quas nobis homines faciunt, vel opes & fortunas huius seculi, vel famam & existimationem nostram, vel corpus ad vitam hanc mortalem concernunt, & proinde facile sarciri possunt. At nos in Adamo patre nostro læsæ maiestatis diuinæ rei facti fuimus, & quotidie ea designamus, quæ non alia satisfactione, quàm indigna filij DEI morte, & eius sanguine expiari potuerunt. Ista ergo comparatio nos mitigare debebat, ne qui grauissimorum & insolubilium debitorum remissionem gratuitam à Deo obtinimus, duos & inexorabiles nos præberemus fratribus, qui nos leuibus iniurijs offenderunt.

Quasi diceret: Seruus frugi & fidelis esse debebas, ac mihi gratiam bonam rependere: sed reuera seruus nequam & malitiosus es, qui mihi & alijs molestiam facis. Et talem esse probat: Ego tibi remisit totum illud debitum tam magnum & graue, cui non eras soluendo, etiam si cum vxore & liberis omnibus tuiffes venundatus. Et hoc feci, qui herus sum, tibi seruo, in quem ius & potestatem absolutam habeo: nec alia de causa feci, quam quod me precatus es. Nonne ergo oportuit te misereri conserui, qui eiusdem tecum loci est, & qui suam operam tibi vicissim præstare poterat? & in quem, quia meus est non tantum iuris tibi vindicare debebas, vt me inscio aut nolente aliquid durius de illo statueres. Quæ ergo hæc audacia est, qua tuæ potius cupiditati iniquissimæ indulgere, quam mea misericordiæ exemplum imitari voluisti? His infert sententiam, qua illum tortoribus tradere iubet, à quibus crucietur, vsquequo totum debitum reddiderit. Ita verò dicuntur ista, vt communis sensus doceat, hoc decreto nihil iustius aut æquius pronuntiaripotuisse. Id verò præsentis causæ applicans Dominus, sermonem hunc concludit: Ira et pater meus cœlestis faciet vobis, nisi remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris offensas eorum: vt nimirum ipsum quoque iratum & implacabilem sentiat, adeoque irrita fiat vobis delictorum vestrorum remissio, quam per Euangelij prædicationem in me vobis offert. Vt ergo seruus iste nequam tortoribus est traditus ea conditione, vt non liberetur nisi prius soluto omni debito: Ita neque vobis aliqua salus speranda, nisi pro peccatis vestris omnibus iustitiæ Dei satisfeceritis. Hoc autem non eo sensu dicit, quòd peccata nostra pœnis certis expiari possint, quibus exactis seruemur, sed potius docere vult, sempiternis inferorum tormentis excrucianos fore eos, qui fratribus suis offensas remittere nolunt. Tortores enim isti sunt diaboli, quorum ministerio in puniendis hostibus suis, & omnibus pœnitere nescijs, Deus vitur. Et si de peccati pœna simpliciter dicendum sit, est hæc mors æterna, quæ perpetua est hominis totius alienatio à Deo atque regio eius: eiectio denique in tenebras exteriores, vbi est sempiternus ploratus, & stridor dentium penes damnatos, quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur. Ridiculi ergo sunt, qui ex hoc loco ignem purgatorium colligunt esse carcerem illum, in quo animæ defunctorum pro peccatis suis satis facere possint, vt tandem ad beatam immortalitatis sedes transferantur. Sed de hac re ex capite quinto Homilia quarta Dominica sexta post Trinitatis diximus, vt plura hoc loco addere non sit opus.

Matth. 24 25.
Marc. 9.
Isa. vlii.

Tota condonandi fratribus ratio.

1. Ratio.

Rom. 5.
Matth. 6.

2. Ratio.

2. Cor. 8.

3.

4.

Itaque huius loci doctrinæ insistamus, quæ vt luculentius nobis pateat, singula verba conclusionis Christi, quam ex parabola recitata infert, consideremus. His enim docemur primò, quibus hæc mandet, & quinam debeat sibi factas iniurias aut offensas remittere? Nimirum omnes, qui se discipulos eius esse profiterentur, & seruari volunt. Nam ait: Nisi remiseritis quisque, id est, cuiuscunque loci aut conditionis fueris, diues vel pauper, herus vel seruus, nobilis aut obscurus: Omnes enim peccatores sumus, & quotidie precamur: Remitte nobis debita nostra, sicuti & nos remittimus debitoribus nostris. Obseruandum hoc superbis, quos sui generis aut dignitatis fiducia inflat, vt homines plebeios & obscuros impunè lædi, & postea negligi posse sibi persuadeant. Deinde cui remittere debeamus, docet: Nimirum quisque fratri suo. Poterat dicere, Conuerso, sed vult nos oculos altius attollere, vt cogitemus, omnes homines non solum eiusdem conditionis & seruos DEI, sed insuper eiusdem naturæ & dignitatis, utpote filios DEI esse, qui humiles & obscuros aded non fastidit, vt filium vnigenitum propter nos pauperem & contemptum fieri voluerit, vt nos eueheret, & diuites faceret. Tertio quid remitti debeat, monet: Offensæ eorum scilicet. Indefinitè loquitur, vt omne id comprehendat, quo aliqui nos offenderunt. Nam vt antea diximus, qualescunque illud sit, nullo modo cum ijs conferri potest, quibus nos Deum offendimus. Quarto modum quoque remissionis exprimit, dicens: Ex cordibus vestris, id est, non verbis nudis non simulato aut fucato animo, sed verè & seriò, vt nulla odij aut inuidiæ vel rancoris scintillæ in corde remaneant. Arguitur hac particula eorum contumacia, qui se remississe dicunt, at simul protestantur, se iniuriæ acceptæ non posse nec velle obliuisci: & in conspectum suum venire nolunt eos, à quibus offensi sunt. Hi non ex corde condonant aut ignoscunt, sed verbis modò: imò ne verbis quidem, cum *μνηστικῶν* corde foueant, & hanc non dissimulent. Vult ergo *ἀμνησίαν*, & obliuionem omnium offensarum, sancire Christus, qua post graues motus & periculosas mutationes in Repub. opus esse interdum prudentissimi quique inter Ethnicos intellexerunt, & laudatur in historijs Thrasybulus qui illam post eiectos triginta tyrannos Athenis sanciuir, & hac ratione Repub. pacauit & seruaui

seruauit, quæ nunquam quieuisset, nisi iniuriarum accepturam memoria fuisset abolita. Vt verò id inter eos fiat magis necesse est, qui Ecclesiæ aut regni Dei ciues esse volūt. Etenim ut in condonando Dei exemplū imitemur, oportet. At is ita delet omnes iniquitates nostras (vt Isa. 43, dicitur) vt earum non amplius recordetur. Et vt ita fiat necesse est: quia quædam peccata nostra in memoriam veniunt apud Deum, non potest nobis spes salutis certa & solida constare. Ideo David Psal. 25. precabatur: Delictorum iuuentutis meæ & transgressionum mearum, ne memineris.

Quòd ergo à Deo petere necessitas iubet, ipsi quoque præstemus omnibus, quibus cum nobis res est. Nam etsi remissionem peccatorum omnibus in filio suo offerat Deus, ea tamen indignos sese faciunt, qui fide per charitatem agente destituuntur. Atqui hoc verissimè in eos competit, qui erga fratres se rigidos & implacabiles præbent. Damnantur enim hi natura lege, quæ est. Qua mensura vos metimini, eadem vobis reddetur. Vidit hoc Siracides, *Matth. 7. Eccli. 28.* quando scripsit: Cupidum ultionis, ultio manet à Domino, qui peccata eius sedulo conferuabit. Remitte iniuriam proximo tuo, tunc tibi quoque orantia peccata condonabuntur. An ne homo iram alat aduersus hominem, & à Domino salutem postulet? aut num peccata sua deprecetur, qui sui similis hominis misereri dedignatur. Quòd si homo mortalis iram fouet, & veniam petit à Deo, quis eius peccata expiet? Disputant hinc aliqui de debitorum pecuniariorum remissione, & num magistratibus liceat capitalium scelerum reos, culpam agnoscentes & deprecantes, occidere. At intempestiua mihi videntur hæc disputationes. Etenim non venit Christus, vt legem aboleret, sed impleret: Regnum item eius non est ex hoc mundo: idcirco neque Remp. neque domesticam abolet, sed vult, vt & magistratus officium faciant, & singuli domui suæ prospiciant: quod fieri neque, nisi & homines facinorosi puniantur, & contractus fiant, ad quos mutuum & fideiusionem & alia huius generis pertinent.

Parabolæ ergo huius nobis hic vsus esto, vt primùm agnoscamus nos peccatores & inere Dei esse, qui soluendo non simus. Deinde ad thronum gratiæ Dei supplices recurramus per fidem in filium Dei Iesum Christum, cuius sanguine debita nostra deleta sunt. Memores autem gratiæ, quæ nobis facta est, Deo nos gratos præbeamus: quod tunc fiet, si libertatem nostram, tanto pretio emptam, tueamur, & simul in Christo omnes homines amore fraterno complectamur, atque procul relicta iniuriarum omnium memoria, Dei Patris bonitatem imitemur, vt huius filij & fratres germani Iesu Christi simus, qui hanc dignitatē nobis meruit. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternū, Amen.

PRECATIO DOMINICÆ MYRIADIS talentorum donata ingrato seruo, *Matth. 18. cap.*

Magne Rex cæli & terra, in cuius manu hac tota mundi machina sita est, agnoscamus dolentes magnitudinem delicti nostri & molem calamitatum, quibus genus humanum propter peccatum subiecisti: Experimur in publicis & tragicis panis hanc tristem & querulā vocem: Iniquitates nostra sicut venti dissipauerunt nos. Euocas ex tuo iusto iudicio gentes barbaras, crudeles & impias, quæ populum tuum propter idolatriam, superstitiones, scelera contra conscientiam, & prophanam securitatem, opprimunt, & miseras familias à mutuo complexu auellunt & diripiunt, sicut ventus immani turbine cumulum palearum in auras sublatum disijcit: Venduntur mariti, coniuges, parui nati, miseri senes, ad seruitutem, ipsa morte tristiore: Sed tu figulus noster es, nos sumus tuum lutum, ne irascaris nimium, proci-dimus supplices ante tuam faciem, porrigimus tibi tuum filium, qui in suos humeros grante delictum deriuauit, qui equali compensatione tua iustitia satisfacit: Et nunc stat ad dexteram tuam iterpellans pro nobis, & est umbraculum, ne ira tua absorbeat totum genus humanum. Propter eum exaudi nos: Remitte nobis grauiora peccata nostra propter meritum filij tui, mitiga etiam nobis pœnas, collige tibi inter nos perpetuam Ecclesiam: Serua aliqua hospitia, in quibus sonet vox de vera agnitione & inuocatione tui: Flectito etiam corda nostra ad veram pietatem, ad nouam obedientiam, vt induamus viscera misericordiæ, iuuenimus calamitosos, leniamus arumnas miseris, simus misericordes, vt misericordiam consequamur, decedamus de nostro iure, sicut Filius tuus exinaniuit sese, & genus humanum ex æterna morte eripuit. Libera nos à tormentibus, à paucibus conscientia, accusantis ingratos sine intermissione, à pœnis æternæ mortis & cruciatibus, quos sustinent diaboli hostes tui, Amen.

DOMINICA XXIII. POST TRINITAT. EVANGELIUM

MATTH. XXII. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Tunc profecti Pharisei consilium ceperunt, ut illaquearent eum in sermone. Itaq; mittunt ad eum discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Præceptor, scimus te veracem esse, & viam Dei in veritate docere, nec quenquam curare: non enim respicis in personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet censum dare Cesari, an non?

Argumentum
& usus sequen-
tium colloqui-
orum.



OST QVAM MATTHÆVS ALIQVOT IESV

Christi conciones descripsit, in quibus partim disertis verbis, partim elegantibus parabolis, Iudæorum contumaciam accusavit, qua mereantur, ut quod olim Deus minatus, ipsis à regno Dei exclusis, gentes adoptentur: narrat deinceps disputationes aliquot insidiosas, quibus aduersarij ipsum irretire conati sunt, ut vel in periculum adducerent, vel populo contemptum aut inuisum inducere, subinde in peius proficiunt. Deinde Christi potentia atq; bonitas sese exerit, qui non solum omnibus hostium conatibus & astutijs superior sit, verum etiam illis bene vitur. Nā ista occasione de multis disserit, admodum necessarijs cognitu: De magistratu nimirum & officio subditorum contra eos, qui sub religionis prætextu immunitatem & licentiam querunt: de resurrectione item mortuorum: de summo mandato: de persona Messie, & quid de eo iudicari debeat. De quibus ita agit, ut hostes quoq; ipsius sapientiam & agnoscere & fateri cogantur. In præsentī prima pars actionis de magistratu narratur, in qua videre oportet, quando & à quibus, quomodo item, hæc insidiosa sit.

Tempus &
occafio huius
actionis.

A tempore orditur Euangelista, ut qua occasione quaestionem istam aduersarij mouerint, demonstrat. Vno autem verbulo temporis circūstantiam notat, dicens: Tunc profecti sunt Pharisei, &c. Quando nimirum *CHRISTVS* parabola de vinea & colonis infidis, de nuptijs item, proposuit, quibus causas repudij Iudæorum, & adoptionis seu vocationis gentium, indicauit. Primæ parabolæ de vinea narratione exacerbatos fuisse aduersarios, in præcedentibus docuit Matthæus, quando dixit, illos studuisse ipsum prehendere, sed ne id facerent, metu vulgi prohibitos fuisse: nimirum, quod propriæ conscientie testimonio conuicti scirent, se dignos esse supplicio, si quid aduersus eum auderent. Sed cum alteram quoq; parabolam de nuptijs adderet, magis irritati sunt: Sed tunc quoq; auctus est illis metus, qui eos cohibuit, ut manus ab eo abstinerent. Apparet hoc loco discrimen auditorum veritatis. Electi, qui aliàs oues Christi dicuntur, pastoris sui vocem ferunt, & hac audita emendantur. Ioannis decimo, Rom. 7. Reperiuntur, qui carnis affectibus morem gerunt, indurantur, & præfractiones fiunt. Ut enim homo natura malus est, & legem peccati in membris suis gestat, quæ affectibus pessimis illum ad omne scelus abrepat: ita præter verbum Dei frenum nullū est, quod illum in officio continere possit. Si ergo illud homini sordeat, ut eo se regi sinat, fieri equidem non potest, quin instar effreni equi, quo illum cæca libido ducit, feratur.

Pharisei Christi
sunt hostes ac-
cerissimi.

1. Cor. 1.

Herodianis, qui
& quales.

Euidētius hoc apparebit, si quinam hanc causam contra *CHRISTVM* egerint, videamus. Pharisei nominantur, quos passim legimus acerrimos Christi hostes fuisse. Quia enim (ut sæpe diximus) propriæ iustitiæ fidebant, non poterant eum ferro, qui nobis à patre iustitia factus est, & quo admissio, omnis hominum iustitia euāescit. Coniungunt hi nunc sibi Herodianos, id est, aulicos Herodis, qui quales fuerint, ex hero illorum licet colligere. Erat Herodes Antipas homo prophanus, voluptatibus deditus, incestus, & qui de mortuorum resurrectione non multo melius quā Sadducæi sentiebant. Cū enim

& salutis æternæ ratio, quæ Dei verbo traditur. Dei autem via dicitur, quia ad Deum deducit, & quod non satis sit eam tenere, sed, ut in ea ambulemus, necesse est. Ideo sancti precantur: Viâs tuas notas mihi fac Domine, & assuefacito me semitis tuis. Duce me in veritate tua: Doce me viam decretorum tuorum: Fac me incedere per semitam præceptorum tuorum. Hanc ergo viam monstret doctor, & quia hæc non alibi, quam in Dei verbo, inuenitur, hoc vnum prædicet, non sua aut aliorum hominum commenta siue traditiones, quibus nequicquam Deus colitur. Deinde in veritate doceat hanc viam, id est, rectè, & ita, ut ædificationi auditorum seruiat, ne de illo dici possit, quod Isaias de sui seculi impostoribus queritur: Popule mi, qui te dirigunt, aut beatum dicunt, seductores sunt, & iter semitarum tuarum deprauant. Faciunt hoc, qui gratiam Dei & salutem pollicentur ijs, quibus correptione opus erat, & (ut apud Ezechielem de quibusdam dicitur) puluillus consuunt, quibus suaviter indormiant, qui serijs admonitionibus ad resipiscenxiâ studium debebant excitari: Econtra verò religionem sibi ipsi quæstum faciunt, & bellum contra eos sanctificant, qui non dederint in os ipsorum. Ut verò possit in veritate doceri, necesse est, ne quenquam curet doctor, nec in cuiusquam personam respiciat. Etenim qui id faciunt, & hominibus placere volunt, ij Dei serui esse non possunt. Semper enim occurret, quod illos vel metu vel lucri spe transuersos abripiat. Meminerint ergo, se Dei seruos esse, apud quem non est personarum respectus. Deinde publicos esse & communes omnis loci & ordinis hominum doctores, quos toti suæ docturæ præfecerit Dominus, & proinde non posse ab ipsis quenquam negligi absque scelerè, sed singulos doceri, admoneri, argui, ac corripi oportere, ut ea omnibus dicantur, quæ ipsorum emendationi atque saluti seruiunt. Et talem quidem constat fuisse Christum, de quo olim Propheta dixerat: Non est inuentus dolus in ore eius. Et ipse acerrimis suis hostibus dicere non verebatur: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et quamuis ad eam perfectionem, quæ in illo fuit, nemini mortalium pertingere detur, ut nullo vel d'cto vel facto labatur, quodam doctrinam tamen anniti decet Ecclesiarum ministros, ut illa ipsis sincera sit, & nullo fuce adulteretur.

Psalm. 25.
119.

Isa. 3.

Ezech. 13.

Mich. 3.

Gal. 1.

Ierem. 1.

Isa. 59.

Ioan. 8.

Aduersariorum
Christi astu-
tia.

Gen. 3.

2. Cor. 11.

Hostes Christi
in astutia sua
capi.

Cœterum, ut ad Christi aduersarios redeamus, in quem finem illi ista dicunt? Nisi ut eum seridò commendent? Nequaquam, sed ut suauis illa & mellitella commendatione insidias, quas ipsi struebant, occultent, & ut ipse sibi cum amicis & discipulis Sinceris rem esse putans, incautius aliquid effusiat, ex quo calumniandi occasionem illi possint arripere. Itaque patrem suum diabolus imitantur, qui Euam, omnium nostrum matrem, olim simili astu decepit, & hodie adhuc totus in eo est, ut sub falso salutis nostræ studio mentes simplicium illectas & corruptas abducatur a simplicitate, quæ est in Christo. Et sancti nihil vulgarius est hodie, siue Rempubl. cam siue religionem spectes. Nam ut sub pietatis prætextu superstitiones inuehit, & seductores excitat, qui studium salutis publicæ cum laicis ymis protestantur, & animas suas oppignerare audent: ita bonis legibus, & publicæ, per eos insidiatur, qui liberas gentes Regum fœderibus insidiosis illaqueare, & militiæ mercenariæ mancipare conantur, ut ipsi ex simplicium sanguine opes atque thesauros ingentes sibi colligant. Itaque diligenti vigila opus est nobis, ne facile aures præbeamus blandis istis Sirenibus, quarum cantus si admittatur, certum ac inuitabile salutis naufragium pariunt.

Interim consolationi piorum seruiat exemplum iudicij Dei, quod hic elucet. Dum enim isti Christo insidias struunt, & eum illaqueare student, seipsum fallunt, & in astutia sua capi suam autoritatem & existimationem turpiter prostituunt. Etenim si præceptorem suum esse fatentur, quis non videat male ipsos facere, qui alios sedentur, quos illius aduersarios esse, non poterant ignorare? Si viam Dei docebat, & quidem in veritate, ipsi utique seductores erant. Et quis dubitet publica ista confessione Apostolos & plures alios, qui hæcenus CHRISTVM secuti fuerant, vehementer in fide fuisse confirmatos, quando audiebant ab ijs illum commendari, quos eius hostes acerrimos hucusque fuisse viderant. Solet hoc frequenter accidere ijs, qui cum veritate certamen suscipiunt. Quid enim aliud faciunt, qui hodie nos hæreticos, & Ecclesiæ catholicæ desertores esse clamant, interim Apostolos venerantur & odorant, Diuorum item & Martyrum ceteros se esse profitentur, quos eandem fidem atque doctrinam nobiscum olim professos esse constat? Aut ergo nos diuersum ab his credere & docere demōstrent, aut nos Ecclesiæ catholicæ autoritate graua desinant: quæ nisi nobiscum in vnum Deum per vnicum Mediatorem, Iesum Christum profiteatur & teneat, orthodoxa & catholica dici non poterit. Porro

Porro quæstionem ipsam videamus, quæ eiusmodi est: Dic, quid tibi videtur? Quæstio de censu soluendo Cæsari. si diceret: Quia absque personarum respectu hæcenus de omnibus pronunciauisti, de quibus interrogatus es, procul dubio in hac quoque causa liberè dices, quod animo sentis, & quod cum veritate verbi Dei consentire nosti. Licetne censum dare Cæsari, an non? Petatur quæstio ex præsentis, quæ tunc erat, populi Iudaici conditione. Nec enim tam stupidi erant, ut nescirent, quid regibus debeatur, & de eo olim Samuel maiores eorum admonuerat. Et censum ex antiquissimo instituto in Romana Republica agi solere, non poterant ignorare, ut alibi diximus. Adhæc lex naturæ docet, æquum esse, ut subditi pro facultatibus suarum ratione contribuant, ut, quæ ad Rempublicam pertinent, possint commodè administrari: Sed quod Romani ab ipsis censum exigerent, id illis iniquum & intolerabile videbatur. Primum quia populus Dei ipsi erant, Romani autem idololatæ, & à DEI regno alieni. Deinde res noua erat & insolens Iudæis, qui censum nullum dederant hucusque, nisi qui ad facta tecta templi conseruanda pertinebat, de cuius institutione Moses in Exodo trigésimo capite differit. Ideo apud Lucam quærunt, Licet ne nobis, &c. Estque quæstionis huius emphasis aut status in eo. Num Iudæis, id est, populo Dei, liceat censum, qui olim religionis ergò indictus fuit, dare Cæsari, principi profano & idololatæ? De iure diuino igitur quærunt, & est quæstio hæc plena periculi, eoque periculosior, quòd in publico proponeretur, & ijs testibus, quos constabat non ego loquentibus esse, si quid responderet, quod Cæsaris dignitati aut maiestati (ut vulgo loquuntur) posset derogare. Etenim si neget dandum esse Cæsari censum, accusabitur seditionis, quod postea Sacerdotes & seniores fecisse scimus coram Pilato, quamuis hoc se iniuste facere scirent. Sin affirmet, populo seipsum exosum reddet, & simul gratiam bonam apud hunc inibunt Pharisei, quibus indignum videbatur Cæsares ea exigere, quæ DEO antiquo iure debebantur. Sin taceat, & hanc quæstionem abs se reiiciat (ut cum à quodam de hæreditate inter se & fratrem herciscunda appellaretur, cum fecisse legimus) causam miseri populi negligere, & personas respicere dicetur, sicque suæ existimationis laudem amittet. Sed quam sapienter & grauitè responderit, ut omnes hosce laqueos euaderet, in sequenti sermone Deo volente dicitur.

1. Sam. 8.

Exod. 30.

Luc. 23.

Luc. 11.

In præsentis videre licet, quæ conditio sit populi, qui aliquando liber libertatem suam amisit, aut sponte prodidit. Fuerunt olim Iudæi liberi, utpote DEI populi. Sed pro tanto beneficio ingrati, reges sibi accersuerunt, sub quibus multa passi sunt, à quibus immunes esse poterant, si Reipublicæ formam, à Deo ipsis traditam, custodiuiissent. Tandem cum Sacerdotum ambitio eò usque progressa esset, ut in partes scinderetur, ut vtrinque auxilia externa quærerent, factum est ea occasione, ut Romani Iudæam subigerent, & primò regem illi imponerent Herodem, hominem Iudæum, postea autem illa in prouinciam redacta, præfides in eam mitterent. Sub quibus quam multa duriter & iniquè passi sint, non opus est dicere. Hi certè censum egerunt, & præsidia per vrbes disposuerunt.

Conditio eorū, qui libertatem amisserunt.

Exod. 19.

1. Reg. 9.

Ab eo tempore miseri pro institutione libertatis multum laborarunt, & agnoscebant Dei ab ipsis alienati indicium esse, quòd censum Cæsari reddere cogentur. Sed nequicquam multa conati sunt, cum Dei Filium respuerent, qui solus libertatis veræ auctor est. Imò dum hunc nolunt admittere, impostoribus præda fiunt, qui dum inanibus promissis spem libertatis illis faciunt, & miseris barbarum & seditionum quotidie nouarum auctores sunt, tandem excidium toti genti adduxerunt, quo nihil tristius & crudelius orbis terrarum vidit. Et huius generis multa alijs quoque gentibus accidisse legimus, Lacedæmonijs nimirum, Græcis & Romanis ipsis. In horum consideratione diligenter uos versari conuenit viri Germani, ne pontificum ambitione vos quoque & communem patriam in partes distrahi, & motibus periculosissimis turbari sinatis.

Tuemini potius libertatem maiorum sanguine partam, & in primis Dei filium

IESVM CHRISTVM amplectimini, qui in se

credentes in libertatem veram vindicat. Illi debe-

tur benedictio, honor, gloria, & pote-

stas in æternum, Amen.

DOMINICÆ XXIII. POST TRINITATIS
HOMILIA SECUNDA.

Cognita autem IESVS eorum malitia ait: Quid me tentatis hypocrita? Ostendite mihi numisma census. Ipsi verò obtulerunt ei denarium. Tunc dicit eis, cuius est imago ista & inscriptio? Dicunt ei, Cesaris. Tunc dicit eis: Reddite ergo, quæ sunt Cesaris, Cesari: & quæ sunt Dei, Deo. Cum igitur hæc audissent, mirati sunt: & omisso eo abierunt.



VAMVIS DEI FILIVS, DOMINVS ET SERVATOR noster IESVS CHRISTVS diterte fateatur, regnum suum non esse de hoc mundo, & suos discipulos hortetur, vt relicis terrenis studijs in ipso cœlestia & æterna quarant, plerique tamen terrenis in- tenti cœlestia vel omnino negligunt, vel (quod peius est) dum sub religio- nis prætextu immunitatem & priuata commoda querunt, ferè turbas dant non necellarias. Ex hæc multis causâ est, vt cum æternis bonis huius quoque seculi commoda & pacem amittant. Factum est hoc Iudæis. Habebant hi promissiones de Messia, de quo Propheta vaticinati erant, quòd iugum oneris & virgam exactoris confracturus, & regnum suum à mari ad mare propagaturus esset, sub quo ipsi lata pace securi fruèrentur. Hæc cum illi secundùm literam intelligerent, regnum terrenum, victorijs & opibus florens somniabant. Quæ causâ fuit, quòd IESVM pro Messia non possent agnosce- re, & insuper indignius ferrent Romani imperij iugum, & pro libertate, quam ipsi turpiter prodiderant, subinde tumultuarentur, id quod ipsis tandem exitium peperit. Ex hoc fonte etiam quæstio ista manauit, qua nuper Pharisei CHRISTVM insidi- ose aggressi sunt, num liceat ipsis, qui Dei peculium sint, censum dare Cesari? Est- que quæstio hæc similis quæstionibus, quas hodie multi, quos sua intemperantia ad inopiã rededit, vt prædia & agros suos oppignerant, seditiosè mouent de decimis & annu- gelium multis suspectum sit, diligentius videre oportet, quid hic responderit Domi- nus.

Principiò ab acri correptione orditur, dicens: Quid me tentatis hypocrite? Hypo- crites dicit, quòd religionis & gloriæ Dei studium simularent, cum nihil huius ipsi cordi esset. Deinde, quòd ipsum tentent, id est, insidiosè secum agant, accusat: Quod vitio bonos nequaquam decet. Et ne temerè illos corripuisse putent, causam præmittit Mat- thæus, quòd, cognita ipsorum malitia, sic illos compellarit. Est autem hoc nouum cogi- tatis Christi argumentum, quo eum *καρδιογνώστην* esse apparet, qui corda & horum cogi- tationes scrutetur, & cognitâs habeat. Quod solius Dei esse, res ipsa loquitur. Quis enim nouit ea, quæ sunt hominis, id est, quæ homo intra cor aut animum suum versat aut meli- tatur, nisi spiritus hominis, id est, mens ipsa intelligendi facultate prædita? Deinde Deus, qui hæc facultatè menti hominis solus dat? Testatur hoc ipse apud Iere. dicens: Vastum cor supra omnia & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego Dominus & cor perfractor & reser- nes exploro, vt reddam cuique secundùm viam suam. At Christum corda & horum cogi- tationes nouisse, non hoc solùm exemplo constat, sed multis alijs, quæ Euangelica histo- ria nobis proponit. Quis ergo de illius diuinitate dubitet?

Debemus autem de eo frequenter cogitare, vt primò ex eo consolationem pera- mus aduersus hostium consilia & machinationes. Sunt filij huius seculi prudentiores in ge- neratione sua, quàm filij lucis. Possunt ergo consilia & dolos atque insidias, quas Christi seruis struunt, mirificè occultare. Et Daniel Antichristo oculos hominis, id est, perspicacem astutiam & calliditatem in rebus agendis tribuit. Sed agat ille vt velit, & profundo licet a- stutu crudeles hypocritæ retia & laqueos suos abscondant, non poterunt tamen Christi ocu- los fallere, qui pro Israele excubat, neq; unquàm dormitat. Solet aut hic reuelare, quæcumq; in Ecclesiæ suæ pernitiè struuntur, & se hoc facere velle nõ obscurè pollicetur, cū ait: Nihil est opertum, quod non retegatur, & nihil occultum, quod non futurum sit vt cognoscatur. Nunquid ergo poterunt impij astutia sua, causam Christi & Ecclesiæ eius circūuenire aut opprimere, quod

Ioan. 18.

Matth. 2.

Isa. 9.
Psalm. 72.
Zach. 9.

Christum ad-
guere nequitia
aduersariorū.

Heb. 17.
2. Cor. 2.

Ierem. 17.

Christi omni-
scientiam con-
solari pios.
Luc. 18.
Dan. 7.
Psalm. 121.

Matth. 10.

quò minus hic consilia illorum reprehendat & dissipet. Exempla, quibus hoc confirmetur, passim occurrunt: & nostro seculo multa memorabilia vidimus, quæ si obseruentur, non sinent nos de Dei erga Ecclesiam cura & plus quàm paterna prouidentia dubitare.

At non minus institutioni seruire debet ista consideratio. Admonet enim ne cogitationibus nostris indulgeamus, vt nonnulli solent, quos hæc fiducia dementat, quòd cogitationes liberas & immunes esse dicunt. At hi nihil homine altius de Deo sentiant. Fabulatur Poëta Momum olim in humani corporis fabrica reprehendisse, quòd pectori non addita esset fenestra, per quam cordium arcana & cogitationes possent inspicere. Atqui illa minimè opus est, cum Deo illæ pateant, qui quoties ita opus est, & vel ipsius gloria vel suorum electorum salus id exigit, illas in lucem producere & omnibus manifestare potest. Imò frequenter fit, vt ipsi met impudenter effutiamus cum præsentis periculo, quæ cæcitate volumus. Meminerimus ergo semper, nos in Dei conspectu verari, qui omnia nouit, & cui de cogitationibus quoq; prauis aut obscœnis nos aliquando rationem reddere oportebit. Est hoc compendium ad pietatem certissimum. Qui enim hoc sibi persuasum habent, ij multò magis linguas frenabunt, ne quid incautius loquantur, & cupiditates coercerunt, ne quando ab eis superentur. Nobis ipsis ergo semper occinamus illud Dauidis: Quò discadam à Spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam Domine, &c. Psal. 139.

Neminem debere indulgere suis cogitationibus.

Prætera docet exemplo suo Christus, quomodo cum hostibus veritatis ipsi quoque egere debeamus? Nobis quidem impossibile est, vt in omnium arcana consilia penetremus aut intelligamus, quid quisq; in animo habeat. Attamen cautos & prouidos esse debet, vt sicuti Christus alibi monet, memores nobis cum hominibus rem esse, qui natura vafri & mali sunt, nobis ab illis caueamus, Deum item precemur, vt hic impiorum hostium consilia detegat, aut dissipet: nostra autem consilia & deliberationes regat ad sui nominis gloriam. Accedat his animi fortitudo, vt cognitos dolos & insidias impiorum arguamus, & publicè testemur illos & conatus ipsorum nobis displicere. Nisi id fiat, illi quotidie audent. Exempla sunt quæ hic nos officij admonere possunt: & multum in eo peccant pii, dum alios ex se ipsis æstimant, & ideò clementius aut indulgentius agunt cum ijs, qui durius tractari merebantur. Certe hic præstabat illos hypocritas dici, ne vulgus sanctitatis ipsorum fucate existimatione falleretur: ita prodest omnibus laruam detrahi, qui veritati non sine publico scandalo aduersantur.

Quomodo ego debeam, cum non solum veritatis malis, sed etiam ijs.

Cæterum, vt isti dolo malo Christum tentarunt, & quæstione captiosa illum illaqueare conati sunt: sic Christus, vt ex ipsorum ore responsum elicicat, quo simplices ab ipso scandalo edoceantur, quid in hac causa sentire & facere debeant, hypocritæ autem isti proprio laqueo capiuntur, iubet sibi monstrari numisma census, id est, monetam eam, quæ in censu numerari solebat. Credibile enim est, Romanos præfides à Iudæis non aliam monetam accepisse, quàm quæ Romanis in vsu erat. Et hæc causa fuit, quòd Christo denarium offerunt, quales Romanis in vsu fuisse scimus. Hoc viso quærit Dominus de imagine & inscriptione, cuius nimirum ea sit. Est enim hic vetus mos, quòd principum aut urbium imagines & insignia monetæ imponuntur. Facit hoc ad æstimationem monetæ, etsi hæc iudicantes de nostri seculi moribus conqueruntur, quando eò vsque progressa est quæstus cupiditas, vt magistratus quosdam non pudeat ius suum, quo gloriantur, hominibus priuatis locare, qui publicam monetam cudendo lucrum quærunt. Qui id faciunt, ij nec suæ existimationi consulunt, nec Reipub. & populi commodis, prospiciunt. Sed vt in historia præfenti pergamus, respondent illi, quod res est, inscriptionem hanc denarij Cæsaris esse. At quod Christus infert: Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, Quasi diceret: Cum ipsi fateamini vos Cæsaris moneta vti, simul testemini oportet, vos eius imperio esse subiectos. Reddite ergo Cæsari, quæcunq; huic debentur. Neq; hoc cuiquam debet iniquum videri, quòd Dei populus sitis, & huius sacerdotale regnum. Nam quia Deus regna & imperia transfert, & hic vobis Cæsarem imposuit iusto iudicio, non obstat hoc, quò minus Deo quoq; reddatis, quod huic debetur.

Christum ex ore aduersariorum captiare responsum.

In quo responso multa obseruatione dignum est, quòd inter Cæsarem & Deum distinguit Dominus, & vtriq; reddere iubet, quod ei debemus. Non tollit ergo aut abolet Respublicas, aut leges politicas, vel obedientiam, quæ magistratibus debetur. Olim quidem Donauit non minus quam Iudæorum Pharisæi iniquum & iniustum esse clamabant, imperatorem Romanum, & huius præfides, ius & imperium habere in homines Christianos,

Christum non tollere Respub.

quos sanguinis sui pretio redemptos sibi consecrauit Dei Filius. Et horum Spiritu agitati Anabaptistæ eosdem furores in Ecclesiam inuehunt hodie. Sed sufficit his confutandis hic locus, quem generali sensu accipi debere res ipsa læquitur. De Cæsare hic quaeritur, quia Iudæi tunc Cæsari subiecti erant. Quod igitur de Cæsare dicitur, hoc ipsum ad magistratus omnes pertinet, qui in Repub. quauis dominantur. Etenim non est aliqua potestas, quæ non ex Deo sit. Non poterit ergo illi obedientia negari, quin iniuria ad Deum redundet. Nec est quod de iniquitate principum, durisq; eorum imperijs, quiritemur. Quod enim Petrus iubet, vt serui heris non solis mansueris, verum etiam morosis ac difficilibus, obediât, hoc ipsum ad magistratus quoq; pertinet. Itaq; Apostolus dicebat: Reddite omnibus quod debetis: cui tributum debetur, tributum, &c. Rom. 13.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Neminem debere sibi vendicare immunitatem.

Vt verò magistratui, cuiuscunq; generis aut ordinis ille sit, obsequium omne debetur; ita inter subditos nemo sibi immunitatem vendicet, quasi propter vitæ genus, opes, religionem, virtutes aut alia, quæ excogitari possunt, personarum discrimina, à publicis oneribus exemptus esse debeat. Nam idem Apostolus dicit: Omnis anima potestatis subiectionibus supereminens subiecta est. Vniuersalis est propositio ista, & animam nominat, quæ potior ac præstantior hominis pars est, vt de animæ etiam salute hic agi doceat, & ijs os obturet, qui propter spiritualia ministeria sub Ecclesiastici nominis prætextu immunes censi volunt. Quis enim hoc priuilegio se dignum dicere poterit, qui audit Dei Filium sub censu nasci voluisse, & postea, cum Melsiæ munus aliquandiu publicè obiuisset, pro se ipso & Petro didrachma soluisse audit? Chrysostomus potestatis Pauli dictum non veritus est ita interpretari, vt monachos quoq; & sacerdotes potestatis, aut imperijs subditos esse velit. Idèd sic infert: Siue Apostolus fueris, siue Evangelista, siue Propheta, aut quisquis tandem fueris, magistratui subesse debes. Nec enim subiectio ista pietatem euerit. At subiectionis species atque certissimum indicium est tributorum & vestigalium, & omnium, quæ Reipublicæ nomine exiguntur & soluantur, contributio. Ergo ab his nemo immunis esse poterit, nisi etiam à Repub. & communium legum atq; bonorum societate, & vsu, velit excludi. Poëtæ tradunt Herculem olim ab Argonautis relictum esse, quod, propter egregiè factorum gloriam elatus, nollet communes labores in nauî cum socijs subire. Cur ergo in Repub. ferantur, qui communia onera cum alijs nolunt ferre? Vide Aristo, 3. Polit. cap. 9.

Luc. 2.

Matth. 17.

Tom. 3. serm.

23. in 13. cap.

ad Rom.

Non esse confundenda officia Deo & Magistratibus debita.

Gen. 9.

Ier. 29.

1. Tim. 2.

At quia Christus inter Cæsarem & Deum distinguit, & quod vtriq; debetur, redde-
dere iubet, non obscure nos admonet, ne officia ista confundamus. Fit hoc, si quod Deo debetur, hominibus velimus præstare, & contra. Magistratibus debemus honorem & reuerentiam, cum nobis parentum loco sint. Cauendum ergo, ne qua contumelia afficiantur, adèd vt ne vitia eorum odiosè & cum contemptu notemus. Qui id faciunt, Chamî similes sunt, qui patri ebrio, & turpiter denudato, insultabat, & ideo in maledictione incidit. Debemus item magistratibus dilectionem quæ vt ipsis bene precemur, iubet, & ipsos apud Deum pijs votis iuueamus. Vtrumq; autem frigebit, nisi obedientia & omni obsequiorum genere testemur, nos illos ex animo reuereri ac diligere. Rursum Deo nos totos debemus, quoad corpus & animam, cum vtrumq; ab illo acceperimus, & totos nos sibi ille vendicat, cum dicit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Huc pertinet fides, & cordis fiducia, quæ in vno Deo nobis reposita esse debet per vnum Mediatorem, Iesum Christum. Fides cultum parit, qui in Spiritu & veritate illi exhiberi debet, secundum verbi sui præscriptum. In cultu requiritur confessio fidei, ne nos huius pudeat. Huius partes sunt, Inuocatio solius Dei, & iuramentum, quod in illius solius nomine debet concipi. Sic enim ille de noui Testamenti Ecclesia & credentibus loquitur apud Isaiam: Quisquis benedixerit sibi in terra, benedictus erit sibi in vero Deo: & quisquis iurauerit in terra, iurabit in Deo vero. Deniq; Deo fidei obedientia debetur, ex qua innocentia & sanctitas vitæ nascitur, quæ in eo consistit, vt nos ipsi sistamus viuentem hostiã, neq; nobis ipsis, sed illi, viuamus, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Hæc omnia Deo ita præstari debent, vt ea in nullo hominis, ne Cæsaris quidem & summi magistratus gratiam omittantur, aut aliter fiat, quàm ipse iubet. Qui enim in aliquo horum cessant, aut hominibus gratificando aliter agunt, ij Cæsari reddunt, quæ Dei sunt, & huic debitam fidem fallunt. Sunt ergo indigni, quibus fides habeatur. Quis enim hominibus fideles fore speret eos, qui Deo debita officia negant? Nunquã ergo excidat, ita parendum esse magistratibus, vt tamen Deo potius obedire oporteat, qui summum in nos ius habet. Intellexerunt hoc Apostoli, qui cum in nomine Christi porro prædicare prohiberentur, respondebant: Oportet Deo potius obedire quàm hominibus. Eadem

Deut. 6.

Isa. 65.

Rom. 12.

Gal. 2.

Rom. 4.

2. Cor. 5.

Acto. 4. 5.

Eadem mens fuit sanctorum martyrum, si quando idolis thura adolere, aut sacrificijs Deorum alienorum astare, vel per fortunam Cæsaris iurare, iubebantur. Putârunt enim se Deo vero magnam iniuriam facturos, si tyrannis obedirent. Horum exempla nos imitari conuenit, neque eos audire, qui religionis causam regibus subiiciunt, & clamant, simpliciter his obediendum esse. Nam si hæc sententia admittatur, iam damnandi erunt cum Prophetis & Apostolis omnes martyres, qui fidem suam sanguine suo confirmârunt. Neque moueant nos calumniæ eorum, qui nos magistratibus leditiosè resistere & rebelles esse clamant. Non enim rebellis dici meretur, qui, quòd Deo debetur, reddit. Impius autem & Dei hostis dici meretur, qui non contentus ijs, quæ populus ipsi debet, insuper sibi ea quoque vendicat, quæ diuini iuris sunt. Et facile est Deo ius suum vindicare aduersus istiusmodi homines, vt in suis consilijs pudeant.

Apparet hoc in huius actionis catastrophe. Nam mirantur Christi responsum Pharisei, & horum socij, nec habent, quod illi opponant: Itaque omisso eo abeunt. Quis autem dubitet ex eo multum decelsisse ipsorum existimationi, multos etiam eorum, qui isti colloquio interfuerunt, in fide fuisse confirmatos? Solet hoc semper fieri, vt sibi ipsi incommodent, quotquot cum Deo luctari audent. Itaque dum hodie passim grassatur tyrannorum rabies, nos quantum in nobis est, pacem colamus cum omnibus hominibus, magistratib. quoq; gratificemur, quantum salua fide & religione potest fieri. At si ea petantur, quæ filij Dei sunt, qui nos redemit & sibi consecrauit, contentus simus in eius fide & cultu, vt olim nos pro suis agnoscat, quando in gloria Patris sui cum Angelis suis sanctis veniet ad iudicandum viuos & mortuos. Ipsi debetur beatus honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

Catastrophe
huius actionis.

Rom. 12.

Marc. 8.

GRATIARVM ACTIO, ET PRECATIO

Dominica Cæsaris confirmati à Christo, Matth. 22.

FILI Dei Domine Iesu Christe, ex corde sincero profiteamur, te esse veracem, & monstrare viam Dei in veritate. Tu es sapientia aeterni Patris, per quam reges regnant, & iudices iusta decernunt: Per te Ecclesia tua patefactio facta est de successione Monarchiarum in hoc mundo, & de aeterno tuo regno, quod post hanc vitam deletis omnibus imperijs, quæ te contempserunt inchoabis: Tu voluisti etiam nominare Cæsarem, & Romanum imperium, sub quo Ecclesia noui Testamenti in hoc mundo colligitur: Asperrime illam crudele illud regnum in teneram & nascentem Ecclesiam saeuit, & innumerabilia membra tui corporis immani cum rabie trucidauit. Sed tibi gratias agimus, quòd inter furores illos Diabolorum, & impiorum Cæsarium, tamen seruasti aliquas reliquias Ecclesie, & in ipso sanguine sanctorum tuorum veritatem confirmasti & stabilisti: Tibi etiam toto pectore gratias agimus, quòd talem Giganteam statua, conflatam ex limo & ferro, adhuc fulcis, quòd hæctenus à nostro magistratu & prouincijs artes tyrannicæ, quæ facit vastitatem in Ecclesia & politijs: stabilis blasphemias aduersus Deum, & quòd inter illas ruinas, & inter rudera Romani Imperij collabentis, colligi tibi aliquod sanctum agmen inter nos. Inuocamus te imis gemitibus, serua etiam deinceps has politias, quæ præbent hospitium tua Ecclesia, & defende nostrum propitium Cæsarem, & reliquos status seu ordines Romani Imperij, contra omnes furores Diaboli, Turcorum & aliorum organorum Diaboli, vt in hac vita inchoetur, in nobis regnum illud, quòd generi humano palam ostendetur, cum lapis, ex monte auulsus, totum Gigantem concutiet, & demolietur.

Electo nostras mentes, vt intelligamus & retineamus discrimen potestatis politicae, & Euangelij: Inuato nos tua consolatione, vt arumnas, quæ in hac ultima mundi senectate cresunt, patienter feramus: Cæsari reddamus, quæ Cæsaris sunt, tribuentes ipsi obædientiam, honorem, & tributum: Et rursus sub alis Cæsaris, qui sit nutritius tua Ecclesia, tibi, aeterno Patri tuo, & Spiritui sancto, tribuamus debitum honorem agnitionis, inuocationis, & obædientie, secundum verbum, quòd tu protulisti ex sinu Patris tui, AMEN.

DOMINICÆ XXIII. POST TRINITATIS,
DOMINICA XXIII. POST
TRINITATIS EVANGELIUM

MATT. IX. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Hæc Iesu loquente ipsis, ecce quidam princeps, cum venisset, adoravit eum, dicens: Filia mea modo defuncta est: Sed veni, & impone manum tuam super eam, & vivet. Tunc surgens Iesus secutus est eum, & Discipuli eius.

POSTQVAM DOMINVS ET SERVATOR NOSTER Iesus Christus hucusq; ad obiectiones & quaestiones aliquot, quibus ipsum Pharisei & scribae tentarunt, graviter respondit, docuit postremo quid eos facere oporteat, qui Evangelium eius cum fructu audire, & salutis, quam ipse nobis meruit, participes fieri volunt. Summa eius doctrinae est, ut procul relictis veterum superstitionum centonibus, toti innouemur, & ipso vno contenti, non aliam fidei & vitae regulam teneamus, quam quae in Evangelio traditur. At quia non ignorabat, nos in retinendis superstitionibus, quibus assuevimus, natura pertinaces esse, & ideo plerisque non facile persuaderi posse, ut in ipsius solius merito acquiescant, doctrinam hanc novis miraculis confirmat, ex quibus quatuor quidem Matthaeus deinceps narrabit, sed nos duo priora, quae vna narratione comprehendit, videbimus: Vnum de puella ex mortuis resuscitata: Alterum, quo mulierem pauperulam ex incurabili sanguinis fluxu laborantem, curavit. Ita vero rursus re ipsa demonstrabit, se medicum illum fidelem esse, qui naturae nostrae vitiosae medeatur, & sublata prorsus peccati noxa, nos ex mortis atq; inferorum faucibus eripiat. In praesenti vtriusq; occasio exponitur, in qua observari debet, primo tempus, deinde per quem occasio haec oblata, postremo ut ipse ea usus sit.

Tempus sequens
iura miraculo.
• 7117.

Quod ad primum, historiam hanc cum disputationibus, quae hucusq; exposita sunt, Evangelista connectit, dicens: Hæc eo (Iesu Christo) loquente ipsis, ecce quidam princeps, &c. Ergo eodem tempore & loco hoc factum est, & demonstrandi particula (Ecce) non obscure docet, singulari Dei providentia accidisse, quod dum Christo cum improbis hypocritis lis fuit, ut suam existimationem aduersus eos defenderet, qui ipsum, quod cum publicanis & peccatoribus familiariter versaretur, cum his ederet atq; biberet, adhuc discipulos suos, sprete ieiuniorum disciplina, licentius vivere pateretur, accusabant, iste aduenerit, per quem hæc occasio fuit oblata, qua intelligi potuit, quinam sanctiores & Deo magis grati essent, ipse ne, an Pharisei aut scribae, qui hactenus simulatae sanctimonie fucosese vendiderant, & nunc Ioannis quoque discipulos in suas partes pertraxerant. Estque hoc memorabile diuinæ bonitatis & providentiæ exemplum, quae suam vocationem sedulo obeuntibus, quouis loco & tempore, rem bene agendi, occasiones offert. Sic olim Moses, ut primum fratres suos Israëlitas honoribus & delictis aulicis anteponebat, ad illos egressus est, mox occasionem inuenit, qua, se illis Deo vindicem destinatum esse, demonstraret. Et in actorum libro innumera exempla huius generis occurrunt, quando Apostolos ubiq; terrarum occasiones oportunas inuenisse legimus, ut Evangelium Iudæis & gentibus prædicarent. Fit idem adhuc omnibus, qui serio gloriae Dei studio tanguntur. Qui vero occasionem deesse queruntur, qua suam fidem Deo & hominibus approbant, eo ipso suam negligentiam abunde produnt.

Hebr. 11.
Exod. 2.
Act. 2. 3. 4. 13. 14.

Iairus Synagoga
ge. princeps.

Quis vero ille fuit, per quem Christo hæc occasio oblata fuit? Matthaeus vno verbo principem vocat. At Marcus cap. 5. & Lucas 3. cap. dignitatem eius definiunt, & principem Synagoga fuisse dicunt, Iairum nomine. Fuit ergo ex illorum ordine aut numero, qui Domino præ alijs aduersabantur. Quia enim huius doctrina cum traditioni

tionibus, quæ in Synagogis solebant proponi, minimè consentiebat, eo usq; iã progres-
si fuerant illarum præfecti, vt publico decreto facto excommunicationis fulmine feriren-
tur, quicunque in illum credebant. Constat tamen Iairum hunc, aliquem cognitionis
Christi gustum habuisse, quem hucusq; dissimulauit, ne videlicet de sua dignitate & ex-
ultatione periclitaretur. At nunc, quando Deo visum fuit, illum pleniori luce illu-
strare, lethalis filix morbus, vel potius extrema iam moribundæ necessitas, eum cogit,
omni dissimulatione abiecta ad Christum recurrere.

Quo exemplo docemur, quàm vile sit, nos interdum aduersis & calamitatibus ex-
erceri. Quod enim de Iairo diximus, hoc ipsum plerisq; solet accidere, vt, quando res
secundæ sunt, securi nimis se confidentes, vix vnquam de Deo & diuinis cogitent: sed
& admonitiones verbi Dei vel omninò negligunt, vel nihil ad se pertinere arbitrantur.
At quando periculis improuisis vrgentur, tunc (quod olim Isaias dixit) vexatio oculos
eorum aperit, vt, quod prius intelligere noluerunt, intelligant &, quæ ad propriam i-
sorum salutem pertinent, diligentius incipiant meditari. In eo ergo agnoscere disca-
mus paternam Dei bonitatem, qui (vt Apostolus ex Solomone annotauit) filios, quos
diligit, castigat ne in latiori rerum successu salutis æternæ iacturam faciant.

Vnam verò omnes homines diligentiores essent in obseruandis nostri seculi Iai-
ris, quos pro ineffabili sua misericordia Deus quotidie nobis proponit. Ille etsi aliquam
haberet cognitionem Christi, tamen cum & ipse & filia valeret, non multum de illo
solicitus, haud dubiè salutis fiduciam in sacris Leuiticis repositam habebat: nunc verò in
mortis articulo miraculorum eius recordatur, & intelligit illum vnum esse, qui seruare
ac mederi possit. Ita hodie inter eos solet fieri, qui Christianum nomen profitentur.
Dum viuunt & valent, vix cogitant de Christo, & pleriq; fiduciam salutis alibi repositam
habent, quæ causa est, vt in sectas scissi multas & implacabiles de fide & religione con-
certationes atq; rixas moueant, quas vel inanis receptarum superstitionum fiducia parit,
vel priuata gloriæ aut commodi cupiditas accendit. At quando mortis hora obrepit, tunc
pleriq; sentiunt, se hactenus neq; ieiuniorum, neq; peregrinationum meritis, neq; Mis-
sionum oblationibus, neq; indulgentijs multo ære redemptis, neq; diuorum intercessio-
ne, neque vllis vel proprijs vel aliorum meritorijs operibus adiutos esse, sed Dei grauita-
tiam misericordia sibi opus esse, cuius Mediator vnicus est Iesus Christus. Intelligunt hoc i-
psam ferè, qui morientibus adsunt, & proinde Symboli Apostolici articulum recita-
tione eis præcunt, deq; eorum salute bene sperant, si in illorum confessione eos obdor-
ta vsu fruimur? quæ item ad rixas & inimicitias plus quàm hostiles nos accendit, vt cum
monachorum fidei nobis conueniat, propter ea inter nos pugnemus, quæ sacerdotum &
monachorum inextricata habendi libido excogitauit.

Dicimus præterea exemplo Iairi, de nullo hominum genere esse facilè desperan-
dum. Nec enim vllis alligata est gratia Dei, & habet hic vbq; locorum suos, quos vocat,
quando ipse vult: adhæc hostes suos mirificè ludit interdum, vt regnum eius ipsimet pro-
uehant, quando illud volunt euertere: vel hos sibi contrarios esse sentiant, quos in illius
oppugnatione socios suos fore sperabant. Etenim in præsentis scribis & Pharisæis cum
Christo res est, vt hunc populo suspectum reddant, & suæ sanctitatis existimationem ad-
uersus illum tueantur: nec dubium est, quin principum Synagogæ fauore & autoritate
plurimum confisi fuerint. Sed ecce Iairus in filix charissimæ, iam in extremis agentis, pe-
riculo ad Christum confugiens, palàm testatur, quantò plurius hunc faciat, quàm totum
scribarum, & Pharisæorum collegium: quod absq; publica illorum confusione atq; igno-
minia fieri non potuit. Neq; solus Iairus in illorum ordine inuentus est, qui de Christo
honorificè sentiret, sed huius discipuli etiam fuerunt Nicodemus, celebris inter Iudæos
Doctor, & Iosephus Arimathæus decurio. Debent huc referri eorum exempla, qui cum
Ecclesiam siue populum Dei extinctum vellent, huic tamen hos primùm dederunt,
aut eos in suo sinu fouerunt, qui eius tutores & vindices ab illo erant constituti.
Hoc certè olim Pharaoni & Aegyptijs accidit, quando ille quidem Mosè à filia
propria adoptatum aluit, & euexit, hi verò Israëlitas, quos cane & angue peius ode-
rant, suis opibus onustos dimiserunt, ex quibus postea tabernaculum Domini cum suis
vallis atq; instrumentis extructū fuit. Huius generis est, quod Achab, immanis Pro-
phetarum hostis, Abdiam aulae suæ Māgistrum habuit, qui illo clam absconditos
alebat: quod item Zedechias infelix familiarem sibi habuit Abdemalechum Aetiopem,
cuius

Ioan. 9. 12.

Aduersorum
utilitas.

Isa. 28.

Ibr. 12.

Prouerb. 3.

Iairi nostri
seculi.

1. Tim. 2.

De nullo re-
merè despe-
randum.

Ioan. 9. 7.

19.

Matth. 27.

Exod. 2. 12.

1. Reg. 18.

Ierem. 38.

cuius opera Ieremias ex tristi carcere eductus est, in quo ipsi fame pereundum fuisset. Accidit hoc ipsum Iuliano Apostatæ, qui cum religionem Christianam vi & dolo persequeretur, inter militum suorum præfectos habuit Iouinianum & Valentinianum, qui ipsi in Imperio successerunt, & rem Christianam longè lateque propagarunt. Hodie non pauca sicut his similia, quorum consideratio nos in fide confirmare debet, ne tyrannorum minis atq; conatibus frangamur, sed in Deo speremus, in cuius manu sunt corda regum, vthorum consilia pro suo arbitrio regat.

Quid Iairus fecerit.

Cæterum præstat videre, quomodo hanc causam Iairus egerit. Vbi ad Christum venit, ad pedes eius procidens (vt Marcus & Lucas annotarunt) adorauit eum. Deinde causam, quæ ipsum urgebat, exponit: Filiam nimirum suam in extremis agere, adeoque iam expirauisse: Precatur ergò diligenter, vt domum suam veniat, mortuæ manum suam imponat, simulq; spem suam fateatur, quod ex eo in vitam sit reditura. Sunt hæc præclara fidei indicia: quod nimirum in extrema necessitate, quando nulla in humanis spes reliqua erat, ad Christum pro auxilio confugit: quod in publico eum honorat, quem plerisque magnatibus, & quidem in primis sui loci atque ordinis hominibus exosum esse sciebat: quod deniq; eum esse fateatur, qui suo contactu, aut manus impositione, vitam defunctæ restituere possit. Verumtamen concurrat hæc quædam infirmitas, qua fit, vt eius fides non par sit fidei centurionis, de quo in cap. præcedenti dictum est. Hic enim tantam de Christo fiduciam conceperat, vt vnicum verbum sufficere crederet, ad seruandum famulum in extremis laborantem, neq; illius præsentia corporali opus esse putabat. At Iairus nondum eò vsque progressus filiam suam tunc demum saluam fore credit, si Christus illi præsens adsit, & manum tuam illi imponere dignetur. Sunt ergo inter electos & credentes fidei gradus, vt alius alio plus proficiat. Et hinc est, quod in fide præfectum Synagogæ vincit centurio, quod obseruari debet, ne miremur, si hodie etiã viri militares, opifices, agricolæ, & alij ex vulgo, in Euangelij & rerum diuinarum cognitione eos superent, spiritualium nomen sibi vendicant, & Ecclesiæ columnæ haberi ac dici volunt.

Præsentia Christi quomodo opus sit.

Opus est quidem nobis saluifica Christi manu. Nam nisi hanc ille nobis porrigat, nunquam seruabimur. At simul tenendum est, non propterea præsentiam eius corporealem requiri. Etenim vbicunq; locorum sit corpus Christi, potest tamen suam manum nobis porrigere, id est, virtute suæ efficaciter nos iuuare, & ea agere, quæ ad nostram salutem faciunt. Hoc illud est, quod centurio intellexit, & credidit: quo nomine eius fides omnium Israëlitarum fidei præfertur. Debat hoc hodie obseruari in cõtrouersia, quæ nobis de cæna Domini mystica cum aduersarijs intercedit. Clamant illi nos Christum mendacij arguere, & illum à cæna sua excludere, eò quod verba eius, HOC EST CORPUS MEVM, non rigido aut literali sensu κατὰ τὸ ἑρμηνεύειν de pane exponenda esse dicimus, vt nimirum hæc ipsissimum & substantiale Christi corpus sit, quod pro nobis in cruce traditum est: sed sacramentum corporis Christi, in cæna nobis proponi sentimus. Atqui eadem totius eruditæ verustatis sententia est, & hanc nobis Christus ipse tradit, quando de cæna suæ sine atq; vsu dicturus, secundo repetit: Hoc facite in meam memoriam. Obstat item crasso & literali sensui veritas corporis Christi, & eiusdem in manducatione, ad quam ipse Capernitas de illius carnali & orali (vt hodie loquuntur) manducatione fermocinantes remittit. Non autem propterea Christum à cæna excludimus, neq; corporis eius manducationem, & sanguinis eius potationem, negamus. Agnoscerimus enim, & toto corde amplectimur, hæc dulcissimæ consolationis plena verba: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: sed & illa non sine debita reuerentia & timore audimus: Amen, amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. Vt autem Christus propterea corpore suo de cælo descendat (quod illum tenere oportere Petrus ait, vsq; ad diem restitutionis omnium) aut vt panis in corpus transubstantietur, aut hoc cum illo consubstantietur, nequaquam opus esse dicimus. Quia enim hoc illius mysterium est, qui ad dextram Patris in cœlestibus omnem potestatem in cælo & in terra accepit, potest ille suam manum nobis cœlitus porrigere, & illic residens nos tamen suo corpore & sanguine alere ad vitam æternam. Modus autem, quo nos illa manducamus & bibimus, spiritualis est, & totus fide constat, secundum illud diui Augustini: Quid paras dentes & ventrem? crede, & manducasti. Vtri ergo de Christi omnipotentia magnificentius sentiant, nos ne, qui præsentia carnali non opus esse dicimus, an illi, qui nisi in os & fauces nostras ingeratur

6.

Ioan. 6.

Acto. 3.

ratur, & dentibus conteratur, ipsum nos alere posse negant? ex hac centurionis & Iairi
 comparatione facile potest intelligi, & olim posteritas rectius iudicabit, vbi carnis affe-
 ctus, qui hodie multos abripiunt, deseruerint, & nullo personarum respectu aut splen-
 dore oculi fascinantur. Sed de his plura alibi.

Ad Iairum redeamus, in quo charitas quoque paterna elucet, quam cum fide coniun-
 ctam esse, Apostoli docent. Illam vero in Iairo tenerrimam fuisse oportet, quando non
 veretur filia causa Christum in publico conuenire, & ad huius pedes supplex procidit, vt
 illi vitam impetret. Neque eum propterea reprehendit Dominus, vt dicat: Num vero hoc
 nouum aut insolens, quod filia tua est mortua? An tu tui loci & dignitatis immemor, id-
 circo ita debes quiritari? Num te mortalem genuisse nesciebas? Num eius causa me
 meosque fatigari necesse est? Quin potius dolorem illum, quem *σοφην*, & ab ipso Deo
 parentibus inustus dilectionis affectus, pariebat, Christo placuisse, & hunc illi condolu-
 se, ex historiae contextu apparet: quemadmodum alibi Marthæ & Mariæ misertus fuit, *Ioan. 11.*
 quando propter fratris obitum lugentes vidit. Et exempla docent, affectione istas animi
 in electis efficacissimas esse. Quia enim fides per charitatem agit, & hæc causa est, vt e-
 lecti omnes homines diligant, non possunt non præ alijs eos diligere, quos per commu-
 nem humanitatis sensum, in super cognationis vinculum ipsi coniunxit. Non temere
 ergo Apostolus *ἀσέβητους*, qui nullius miseria tanguntur, inter reprobæ mentis homines
 recenset. Attamen meminerint Christiani homines, charitatis affectum fide gubernari
 debere, ne modum excedamus, quod frequenter fieri solet, vt laudatissimorum quoque
 hominum exempla docent, qualia in Heli sacerdote, in Dauide, & alijs, scriptura pro-
 ponit. Meminerint item liberi, se dilectionem vicissim parentibus debere, & talem qui-
 dem, quæ ipsos illis obsequentes, & ad omne officium propensos, reddat. Debent hanc
 illis non solum ex cognationis iure, verum etiam ex gratitudinis lege, quam natura non
 animantibus modò, verum iam alijs creaturis, iniecit. Sunt enim tam multa tamque ma-
 gna parentum in liberos beneficia, vt gentium Philosophi olim dixerint: Parent gratiam
 illis referri non posse.

Iairi charitas.

Ioan. 11.

Gal. 5.

Rom. 1.

2. Tim. 2.

1. Sam. 2.

2. Sam. 12.

Parentum in-
 felicitas.

Mar. 7. 9.

Ioan. 4.

Matth. 19.

At hic elucet parentum infelicitas, quam plerique illorum sentiunt. In Euangelio
 frequenter legimus, parentes Christum conuenisse, vt ex se genitis liberis salutem im-
 petarent. Quod hic Iairus facit, infra 37. cap. Syrophœnissa siue Chananzæ facit, & apud
 Marcum alius, qui filium Dæmoniacum ad Christi discipulos adduxit. Et apud Ioannem
 Saulicus quidam regius pro filio ægroto illum precatur. Alibi multi simul puerulos suos
 illi obrulerunt, vt eis benediceret. Rara autem sunt exempla filiorum, qui, vt parentibus
 vitam prolongarent, precati sint: nisi quod Petri domesticos pro foetu febricitante
 intercessisse, Lucas scribit. Supra octauo Capite, quidam patris sepeliendi spacium
 sibi dari petit, vt autem CHRISTVS hunc ex morte ei restituat, non petit. Quam
 multi vero gaudent parentum obitu, & hunc ceu laniantes auidè expectant, vt vel opi-
 ter dum, quando, diuitijs coaceruandis intenti, liberos interea in pietate non instituunt,
 sed illos quoque ad auaritiã & artes vsurarias, aut alia huius seculi studia, educant:
 Frustrum ergo metunt, quem seminârunt: verumtamen inexcusabilis est filiorum
 impietas, quam DEVS inultam non finit, & plerumque tales lege talionis puniuntur.

Christi facilitas.

1. Ioan. 2.

Heb. 5.

Ioan. 13.

Porrò quid Christus fecerit audiamus. Poterat Iairo exprobrare impium Synagogæ
 decretum, de quo Ioan. 11. c. in fine et dicitur: poterat fidei infirmitatem, qua adhuc laborabat,
 accusare: sed non extinguit linum fumigans, quin potius, vt infirmum & dolentem
 confirmet, mox surgit, & comitantibus ipsam discipulis illum sequitur. Est autem dili-
 genter obseruanda hæc Christi facilitas, cuius innumera exempla ab Euangelistis nar-
 rantur: Omnium verò nobis hic vsus esto, vt primum ex illis consolationem petamus in
 tentationibus, neque illos audiamus, qui eum difficilem exoratu fingunt, apud quem
 aduocatis diuis cœlitibus opus sit. Atqui ipse nobis à Deo datus est aduocatus atque Me-
 diator, & perinde vt nos tentatus est, vt ipsum nostris infirmitatibus compati posse sciamus,
 & per ipsum cum fiducia accedamus ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiam,
 & gratiam inueniamus ad oportunum auxilium. Deinde imitemur exemplum illius, si
 quando officium nostrum requirunt, qui nostro consilio & auxilio opus habent. Ita ger-
 mani Iesu Christi discipuli, & eiusdem cohæredes erimus: Cui debetur benedictio, ho-
 nor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Et ecce mulier sanguinis profluvio laborans ab annis duodecim, accedens à tergo tetigit fimbriam vestimenti illius: Dicebat enim apud se: Si solum tetigero vestimentum eius, servabor. Jesus vero conuersus & intuitus eam dixit: Confide filia, fides tua te seruauit. Et seruata est mulier ab eo momento.



ARRAVIT HOMILIA PRÆCEDENTI MAT-

thæus, vt quidam Synagogæ princeps Dominum nostrum Iesum Christum de filia, iam in extremis agente, conuenerit, suppliciter rogans, vt eam vitæ restitueret. In qua actione consolationis plenum est, quod etsi ille ex eo hominum ordine esset, qui Christo insensissimi erant, adhuc in fide infirmior

esset, vt qui præsentia eius corporali & manus contactu opus esse putabat, non tamen hic illum fastidiuit, sed absq; mora cum illo abiit, vt laboranti, aut mortuæ, subueniret. Ita enim confirmantur promissiones, quibus pollicetur, se neminem, qui ad se venit, reijcere, neque linum fumigans extinguere, aut arundinem quassatam conculcare. Sed priusquam historiam inceptam absoluat, nouum miraculum describit Euangelista, quod itinere contigit, partim, vt laici fides confirmaretur, partim, vt plebei & tenuioris fortunæ homines intelligerent, se nequaquam à Christo Iesu neglectum iri, etiamsi principes viri illum quærere & sectari incipiant. In primis tamen ad historiam sequentis miraculi pertinet.

Quia enim laici filiam ex mortuis resuscitare volebat, docet prius se eam esse, qui peccatum, per quod mors ingressa est, tollat, & in hærenti nobis naturæ vitiositati medeatur: qui præcipuus omnium miraculorum vsus est. Hunc verò vt rectius & maiori cum fructu intelligamus, primò de muliere, in qua miraculum est editum, dicendum erit. Deinde quid illa fecerit. Postremò vt Christus illam sanarit, & insuper eius fidem in lucem protraxerit, vt aliorum quoq; saluti seruiret. Et quia in tota hac historia breuitati studet Matthæus, quædam ex Marco & Luca interferri oportet, qui illam diligentius & copiosius descripserunt.

De muliere dicitur, eam sanguinis profluvio laborauisse, quo morbo Deus sexum hunc propter Euxæ matris transgressionem in primis multauit, eratque is eo molestior, quòd, quæ illo laborabant, pro immundis habebantur, & à cæteris Ecclesiæ atque sacris publicis excludebantur, vt videre est in Leuit. cap. 15. 18. & 20. Quapropter, si diuturnior solito esset, non poterat non vehementer tentari fides mulierum, vt se non minus à salutis & regni Dei consortio, quàm à sacrorum vsu, exclusas putarent. At huius mulieris conditio duas ob causas miserabilior fuit: Primùm quòd totis annis duodecim morbus iste iam durauerat, & temporis diuturnitate incurabilis factus erat: Deinde quòd interim à Medicis multa perpeffa fuit, qui eam nequicquam remedijs inutilibus excruciarunt, & insuper facultatibus omnibus exuerunt, vt iam non solum infirma & inualida esset, verumetiam paupercula & omnium egens vitam ægrè sustentaret.

Ita ferè fieri solet ijs, qui, dum à Deo morbis multantur, non in horum causas respiciunt, peccata nimirum sua, quibus illos sibi accersuerunt (quod plerumque intemperantibus & gulæ deditis accidere, Psalmus docet) & quam apud vnum Deum quærere debebant, ope apud Medicos quærunt: in quo olim Asam regem, bonum alioqui & pium, peccauisse, sacra historia docet. Est quidem medicina præclarum Dei donum, quod inter Spiritus sancti χάρισμα Apostolus numerat: Sed eadem est illius conditio, quæ externorum omnium: quòd nimirum per se non iuuat, nisi Deus sua benedictione remedijs efficacitatem largiatur, vt alibi rei domesticæ & agriculturæ exemplis docemur. Itaque remedijs naturalibus, & Medicorum fidelium opera, sic nos vti oportet, vt spes omnis vitæ ac salutis in vno Deo nobis reposita sit: Meminerimus item nos Dei manu (vt Dauid loquitur) grauari & premi, cuius iudicia sunt iusticia & veritas, ideoque patienter feramus quicquid ille imponit, neque murmuremus, aut nos ab eo immisericorditer negligi quiritemur, si non illico manum suam saluificam nobis porrigat: sed istam imitemur, quæ post annorum duodecim dolores

Ioan. 6.
Isai. 42.

Rom. 5.

I. Mulieris
conditio.

Agroti quid
faciant?

Psal. 107.
2. Par. 16.

1. Cor. 12.
Psal. 127.

1. Cor. 13.

Psal. 38.

lores esse in humanis spes nulla reliqua esset, & insuper ad egestatem extremam redacta esset, de Dei tamen bonitate non desijt bene sperare. Idem multos alios fecisse legimus, qui similiter Christum medicum fidum experti sunt. Qui secus agunt, ij ferè ad remedia illicita conuertuntur, & in impostores incidunt, qui miseros magis grauant, & simul peccunij euungunt.

Quòd si historiam hanc altiori sensu consideremus, communis nostræ sortis seu miseriam typum nobis Spiritus sanctus proponit. Laboramus omnes ex primis parentibus in nos deriuata vitiositate, in qua concepti & nati sumus. Hæc ad omne bonum ineptos facit, & cupiditatum illicitarum fædos fluxus parit, quibus polluti à conspectu Dei, & Ecclesie suæ consortio, excludimur. Estque malum hoc vetus & nulla humana arte aut merito curabile, eoq; nocentius est, quòd pleriq; Philautia excæcati, illud in seipsis non agnoscunt, neq; sentiunt: quæ causa est, quòd alibi per lepram adumbratur. Quod si se miseri accersunt ineptos, mendaces, infidos, furaces, & qui mercede conducti occidunt potius quam sanant. Tales fuerunt olim Iudæorum sacerdotes, de quibus Deus apud Prophetas queritur: tales Christi seculo sacerdotes & scribæ, Pharisei imprimis, qui ad propriam iusticiam inanem fiduciam peccatores remittebant, & tales sunt hodie Monachi & sacrificuli, qui carnificina quidem conscientiarum eos discrutiant, qui ipsos consulunt, eosdem adeo nullam conferunt, ut ex hac vita migrantes animas in ignem purgatorium ablegent, horrendis & exemplo carentibus pœnis excruciant, quarum plus quàm tragicis comedie Reges pugnant, & ut illorum veneficia stabiliant, immanibus supplicijs in suæ fidei creditum Christi populum grassantur.

Typus communis conditionis hominum, Psal. 51. Rom. 5.

Isa. 3. Ezech. 34. Matth. 23.

Sed videamus, quid mulier ista fecerit? Marcus eam de Iesu audiuisse scribit, & ita excitationem fuisse, ut quia medicos nihil posse videbat, ad Christum contenderet, quem multis salutem contulisse intellexerat. Profuit ergo ei Medicorum incitatio aut perfidia. Nam causa fuit, ut ad Christum recurreret, qui solus nos seruare potest. Quo exemplo confirmatur illud Pauli, qui Deum diligentibus omnia ad bonum adiumento esse scribit; eo quòd omnibus rectè vtantur, & ex peccatis quoq; & erroribus occasionem resistunt, & fidei ardentioris arripiant. Estq; hic primus ad salutem gradus, ut serio peccatorum nostrorum sensu percussi, vbi sentimus, quàm nihil profuerint ea, quibus nos hucusq; fatigauimus, abiecta omni præsidij humani fiducia, salutem omnem in vno Iesu Christo queramus, qui nobis à Deo patre sapientia, iusticia, sanctificatio, & redemptio datur, adhæc pastor simul & Medicus ille fidelis est, qui perditam requirit, expulsam re-ducit, contra facta ligat, inualidam confirmat, mortuam denique in vitam restituit. Eze. 34. c.

II. Mulier quid fecerit. Rom. 8.

I. Cor. 1.

At quia hic fide omnino opus est, quæ & qualis huius mulieris fides fuerit, ex circumstantijs videre licet. Audiuit (ut diximus) de Christo, quàm benignè omnes admit-teret, & quàm potenter omnibus mederetur. Non ergo opinionem aliquam ex seipsa de illo concepit. Quia credibile est ipsam audiuisse concionantem, & miracula quædam vidisse. Et quamuis lex de immundis non tangendis ipsam terrere poterat, è contra tamen eam confirmat, quòd illum à leprosum quoq; contactu non abhorre audiuisset. De neur: O si vestimentum illius solùm, aut simbriam eius tangere liceret. Nam qui tot claudis vires, tot cæcis visum, tot surdis auditum, restituit, qui deniq; leprosum suo contactu purgavit, obsessos à Dæmonijs liberauit, procul dubio mihi quoq; mederetur. Hæc igitur fiducia plena accedit, sed à tergo (nimirum, quòd ipsam sui morbi, a deoq; sui ipsius, puderet) & simbriam vestimenti eius tangit: nec morabilis fluxus, imò (ut Marcus scribit) sic catus est fons sanguinis eius, & mox in corpore sensit, se ab hoc suo flagello sanatum esse.

Fides mulieris.

Marc. 5.

Est in hoc exemplo videre fidei veræ ingenium, atq; virtutem siue effecta. Discitur illa ex Dei verbo, si hoc per aures admissum in cordibus viuificetur, secundum illud: Fides ex auditu est, auditus autem per verbum Dei. Parit hæc spem & fiduciam certam gratiæ Dei, & cum carne luctando omnia vincit, quæ ut de illius erga nos voluntate aut potentia dubitemus, Satan suggerit. Interim non confidentes & importunos facit, sed quia credentes, suæ simul indignitatis memores sunt, in experenda simul & amplectenda salute, quæ per Christum offertur, quo hac indigniores sese agnoscunt. Talem videmus peccatricem illam, quæ pe-

Fidei ingenium & effecta. Rom. 10.

175. et 18. dibus Christi aduoluta hos lachrymis suis abluebat & capillis tergebat. Talis fuit filius ille prodigus, qui, etsi de patris bonitate non dubitaret, indignum tamen se esse fateretur, qui porro filij loco habeatur. Aliter multo hypocritæ, qui suæ iusticiæ fiducia turgidi, non impudenter modò in Dei conspectum quasi irrumpunt, sed suos etiam illos centones, quos ex foedissimis & laceris suæ intentionis bonæ pannis consuerunt, immani confidentia illius oculis obrudunt. At non curantur hi, quia neq; opem seriò petunt, neq; fidem habent, quæ sola eius capaces reddit.

Mulier verè sanatur.

Rom. 5.

1. Pet. 1.

2. Cor. 5.

2. Pet. 1.

Obsèruari autem in primis debet, quòd ista se verè restitutam sensit, & fluxus ille sanguinis non solùm cessauit, sed exiccatus quoque fuit, ne quid mali in posterum timeri posset. Plenam ergò & perfectam salutem ad se venientibus confert Christus, cuius infallibile testimonium in cordibus suis credentes sentiunt, dum ex fide iustificati pacem habent erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, foris autem vitæ & morum emendatione se curatos, & animi morbo liberatos esse, restantur. Nam ex verbi sermone renati noua creatura fiunt, vt non amplius sibi viuant, illicitis carnis cupiditatibus indulgendo, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit, & sic vocationem ac electionem suam (vt Apostolus ait) firmam faciunt. Frustra igitur salute in Christo gloriantur, & fidem dei titulo superbiunt, quorum vita & mores adhuc per foedissimas carnis cupiditates, & effrenem quiduis audendi & perpetrandi licentiam diffluunt, adeò, vt ne ferant quidem admonitiones & verbi pharma, quibus fluxus ille infelix sisti aut coerceri poterat. Sunt hi eorum similes, qui non corpore modò, sed mente etiam laborant, & se rectè valere dicunt, etiamsi vlcèribus obsiti & alijs præter ea morbis debilitati, è lecto surgere non possunt.

III. Christus mulierem protrahit.

Cæterùm quia miraculosa mulieris huius curatio occultè facta fuit, Christus rem omnem vulgò innotescere voluit, idq; duas potissimùm ob causas: Primò, ne quis illam vestimenti contactu sanata putaret, & hinc superstitionis materiam siue occasionem arriperet, vt hodie faciunt, qui sanctorum reliquijs, ossibus nimirum & caluarijs, aut etiam illorum pannis, vim sanandi inesse putant, & ideo his vota nuncupant, & peregrinationibus inanibus seipso fatigant. Deinde, vt tota hæc historia omnium aliorum institutioni & consolationi seruiret.

Contra superstitionem reliquiarum.

Ad primum pertinet, quòd apud Marcum & Lucam Christus virtutem ex se exiuisse sensit, qua mulier ista sanata fuit. Idèd quærit: Quis me tetigit? Et discipulis quaestionem hanc, ceu absurdam, admirantibus ac dicentibus: Turba te constringunt & premunt, & dicis, quis est, qui me tetigit? Respondet ille: Tetigit me aliquis: nam ego cognoui virtutem à me exisse? Non ergo superstitioso vestis contactu mulier illa salutem facta est, sed diuina Christi virtus hanc illi contulit, cuius illa per fidem particeps facta est. Tangebant quidem alij quoque Dominum, imò (vt Apostoli aiunt) à turba premebatur, & hinc inde iactabatur, non autem hoc vlli profuit: profuit autem mulieri lenitissimus & summis modò digitis factus simbriæ contactus, quia mente per fidem illustrata non tam vestem tangebatur, quàm Christum ipsum complectebatur. Vt ergo sola fide Christi caro verè ac salubriter editur: ita sola fide idem tangitur, vt nobis saluter fiat.

Ioan. 6.

2. Cor. 13.

Obsèruandum hoc diligenter propter eos, qui inanem fidei professionem sufficere putant ad salutem, aut qui huius spem atque fiduciam hodiè adhuc in vestis Christi aspectu siue contactu, aut in sanctorum reliquijs, collocant. Nec enim in illum vsum Christus vestem suam consecrauit. Et quamuis olim apud Elisei sepulchrum quidam tactis ossibus olim reuixit, & ad Martyrum monumenta multi à morbis liberati sunt, & D. Ieronymo teste, Dæmones rugierunt, non tamen idèd hæc facta sunt, vt inde aliquis superstitiosè in reliquias sanctorum induciæ ansam arriperet, sed horum fidem & doctrinam Deus his testimonijs, quibus tunc opus erat, commendare voluit. Hanc igitur nos constanter tenemus, omnes autem animi sensus ad Deum attollamus per fidem in Iesum Christum, in quo salutem certam & perfectam obtinebimus.

Miraculum applicatur omnium institutioni.

Cæterùm quia proderat miraculum hoc toti mundo innotescere, Dominus quaestione illa tam seriò facta mulierem in medium quasi protrahit. Nam cum hæc videret, factum suum non latuisse, tremens venit, & pedibus eius aduoluta coram toto populo rem omnem narrauit, ob quam causam nimirum vestem eius tetigisset, & vt illico esset sanata. Mox ergo Christus, vt & illam salutis suæ certam feceret, & in ipsa editum suæ bonitatis exemplum totius populi, adeoque posteritatis quoque totius, institutioni, accommodaret, dulcissimam consolationem trepidanti adhibet, dicens: Confide filia, fides tua

na se seruauit, vade in pace. Filiam dicit, ne de paterna eius bonitate dubitet. Et ideo confidere & intrepido animo esse iubet. Deinde vt rursus omnem superstitionis ansam excludat, causam salutis partem in fide monstrat: nimirum quod, quæ in ipso solo habetur, vita atque salus, non aliter quam per fidem à nobis percipi potest. Hæc animæ pes, manibus atque os est, quibus ad illum venit, quibus idem apprehenditur, manducatur, & bibit. Et ne quæ causa trepidationis reliqua fiat, illam in pace domum abire iubet. Ita verò singuli ad se pertinere putent. Sumus omnes immundi, nec possibile est (vt in Iob. 14. 25. Zach. 13. Christo scribitur) mundum quid ex immunda humani generis massa procreari. In Iesu Christo autem fontem suæ gratiæ aperuit Deus ad abluendum peccatum & menstruum immunditiam. Quotquot ergo se peccatorum sensu intra conscientias premi atque graui-ter tentari sentiunt, ij ad vnum illum recurrant, & eius vestem contingant, id est, firmam & constanti fide credant, illum, qui Dei Filius æternus & Deus verus est, propter nos aliam vellem induisse, id est, hominem assumisse, vt simul nostras infirmitates in se transferret, & eisdem mortis suæ merito expiaret, seque totum nobis communicaret. Huius autem merito & virtute seruati, ipsum publicè confiteantur, & fidem in hunc vita & moribus expriment, nec dubitent salutis, quam nobis meruit, beneficium æternum esse apud eos, qui illum suum seruatores, atq; vnicum Medicum, agnoscunt. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA TERTIA.

Et cum venisset IESVS in domum principis, vidissetq; tibicines & turbam tumultuantem, dicit eis: Recedite: non enim mortua est puella, sed dormit. Et deridebant eum. Cum autem fuisset eiec-ta turba, ingressus apprehendit manum eius, & surrexit puella. Et exijt hac fama in totam illam regionem.

INTER MIRACVLA DOMINI NOSTRI IESV Vfus miraculo- rum quib. mor- tui excitantur. Luc. 7. Ioan. 11. 2. Tim. 4. Marc. 5.
Christi quædam narrantur, quibus aliquos ex morte in vitam reuocauit: Tale est, quod modò recitauimus de filia Iairi, quæ tunc primùm expirauerat. Alterum item, quo filium viduæ Naimiticæ, qui, efferebatur, matri viuum restituit: Quibus additur postea Lazarus Bethanicus, qui quarto demum die à sepultura resuscitatus est. Vfus horum omnium est, quod non modò ipsius doctrinam confirmant, & eum Melsiam promissum esse docent, verumetiam nostræ resurrectionis testimonium sunt, quæ læta & beata, omnibus continget, qui ipsi fidunt, & aduentum eius illustrem diligunt. Quia autem ad hunc articulum ferè offendit carnis ratio, sic narrantur ista miracula, vt de eorum veritate nemo possit dubitare. Et huc facit, quod in præfenti narratione tam diligenter docetur, puellam istam verè mortuam fuisse. Nam cum pater domo exiret, Christum conuenturus, animam agebat, quæ causa fuit, quod illam iam extinctam esse diceret. Deinde (vt Marcus scribit) Christo domum illius petente, occurrit nuntius, qui hoc affirmat, & ne illi molestus sit, monet. Accedit his, quod, dum ingressus, omnia parari videt, quæ ad funus deducendum pertinebant. Quia ergo præstat singula, quæ hîc dicuntur, inspicere, vt de morte, cui omnes obnoxij sumus, rectè iudicare discamus, & in fide resurrectionis confirmemur.

Principiò narratur, quid viderit Christus in domo Iairi: Tibicines nimirum & turbam tumultuantem, circa ea videlicet, quæ ad funus descendum atque preparandum pertinebant. Atqui nihil huius populo suo Deus in lege mandauerat, quin potius, ne gentium ritu in lugendis mortuis comam aut barbam raderent, aut corpus incidendo mortuum excederent, prohibuerat. Apud gentes verò receptum fuit, vt funeribus præfici & præficia adhiberentur, tristi item tubarum & tibarum tono siue modulatione natiæ in deum sancti laudem decantarentur. Quia ergo hîc tibicinum & turbæ, circa mortuam tumultuantis, fit mentio, satis apparet, Iudæos cum alijs gentium superstitionibus eos etiam ritus atque mores recepisse, quibus illæ in funeribus & exequiis vti solebant. Eiusdem

e. Mach. 12.

ergo farinæ cenferi debet, quod in Machabæorum historia de pecunijs à Iuda virum col-
lectis legitur, pro sacrificio funebri faciendo; quo exemplo Papistæ purgatorij ignis com-
mentum probare conantur. At simili ratione tibicines quoq; in funeribus adhiberi pote-
rant, quando hos tam citò ad funus istud in domum Iairi conuolauisse audimus, cuius fi-
dem sibi probari Christus duplici miraculo testatus est. Vt verò fidem eius probauit, non
autem probauit ea, quæ ab Ethnicis accepta consuetudine fiebant: ita nos quoq; in Iudæ
Machabæi gestis fortissimis eius fidem & pietatem exosculari, imitari autem nullo modo
debemus, quod ex communi tunc inter Iudæos errore de sacris & precibus pro defunctis
faciendis instituit.

Christus pom-
pas funebres
detestatur.

Obseruemus ergo potius, quod tibicines cum turba illa tumultuante procul facer-
ere iussit, & cunctantes eiecit, ut ne spectatores essent tanti miraculi, cuius mysterium illi
ignorabant, imò ludibrio habebant. Verbis igitur & facto testatur, se detestari pompas
funebres, quæ vel ad ostentationem & fastum, vel ex nimio & immoderato dolore ad lu-
ctum fouendum, vel ex superstitione exequialium rituum fiducia, pro defunctorum salute,
instituantur. Nam quæcunq; ex his tribus causa prætexatur, inexcusabiles sunt, qui illas
adornant. Quod ad primam enim à communi sensu alienum est, ut quis post mortem abolen-
bire, aut in suorum funeribus suam magnificentiam ostentate velit. Etenim morte abolen-
tur omnia, quibus in hac vita alij alijs præstant: & idè ethnicus Poëta rectè olim cecinit:

Horat. lib. 1.
Carm. od. 4. ad
pub. Fest.

Pallida mors æquo pulsi pede pauperum tabernas, regûq; turres. Et alius: Mors Dominu
seruo, mors sceptris legionibus æquat. Quare execrabilis est illorum superbia, quos ne mor-
tis quidem consideratio siue species ad humilitatem erudire potest. Luctus verò immode-
ratus animum à fide vera alienum, & spe resurrectionis adhuc destitutum, arguit, ut Apo-
stolus docet, quando Thessalonicenses suos, ne mortuos, more gentium lugeant, monet.

1. Theff. 4.
Hebr. 9. 10.
Ioan. 5.
Apos. 14.

Quicquid autem pro animarum salute, & pro expiandis defunctorum peccatis fit, id &
Christi merito derogat, qui vnico sui corporis sacrificio nobis redemptionem atq; salutem
perfectam meruit, & eundem mendacij arguit, qui in se credentes iudicium nullam super-
re, sed à morte in vitam transire, testatur. Quod Angelus obseruans, beatos dicit mortuos,
qui in Domino moriuntur, eò, quòd à laboribus suis requiescant, & addit: opera ipsorum
(quæ nimirum ipsi fecerunt, non quæ alij, vel prece vel precio conducti, faciunt)
sequuntur eos. Docet ergo hic locus, quid iudicari debeat de nostri seculi hominibus, qui
eum Christi nomen atq; fidem profiteantur, in omnibus istis offendunt, dum & in luge-
do modum excedunt, & in luctu superbè sese ostentant, & insuper superstitionibus nun-
quam finiendis seipos & posteros suos fatigant. Et sanè quis negabit hodie in funerum
deductione, & sacris exequialibus, audiri tubas & tibias, quibus organa Musica templor-
um constant, nãnas item lugubres, quæ ad ficti mæroris significationem cantillantur?
Quibus altum resonantes nolarum aut campanarum sonitus accedunt, ut iam nihil dica-
mus de infelici & inauspicato sacrificulorum & Monachorum auitio, qui, vulturum & cor-
uorum instar, ad funera diuitem & illustrium personarum conuolant, & dum alij paren-
tum, coniugum, liberorum, aut amicorum obitum verè lugent, ipsi turpis quæstus ergò lu-
ctum simulant, corde autè gaudent, quòd noua præda in ipsorum casses incidit. Et tur-
pe est Christianos homines horum illusiones non agnoscere, cum inter ethnicos reperti
sint, qui talia noluerint de se fieri. M. Aemilius Lepidus, princeps senatus, moriturus filijs
præcepit, ut sine linteis, sine purpura, & tibicine, funus sibi facerent. Et celebratur illud
Ennij: Nemo me lachrymis decoret, aut funera fletu faxit.

Luctus mode-
ratus non dan-
natur.

Gen. 23. 49.

50.

Num. 20.

Deut. 24.

Acto. 8.

Ioan. 11.

Ut verò istos omnes ex sua domo eiecit Christus, quòd hoc prætextu domus viduarum
& orphanorum deuorent: ita non damnat eos, qui ex suorum aut aliorum, qui de ipsis aut
Repub. bene meriti sunt, obitu dolent, & quem animo conceperunt, luctum mo-
derato & pijs lachrymis testantur. Hoc enim olim Abrahamu in Saræ funere, Iosephum in
patris Iacobi obitu, Israelitas item omnes in Aaronis & Moysis morte, fecisse scimus: qui
addi potest primitiuæ Ecclesiæ exemplum, quæ propter Stephanum planctum magnu
fecisse legitur. Sed & Christus ipse præ dolore Spiritu infremuit, & lachrymas fudit ad La-
zari sui sepulchrum, quando huius sorores eius obitum acerbo fletu prosequi videbat. Ita-
que in præsentem ad parentes puellæ (ut apud Lucam est videre) & alios domesticos, quos
pius & iustus dolor vrebatur, conuersus, dulcem consolationem illis adhibet dicens: Ne fle-
atis, non est mortua, sed dormit. Flere eos verat, non quòd flere nefas sit, sed eos iustè fleri
di causam habere negat, eò quòd puella non mortua sit, sed dormiat. Quod non ita accipi
debet, quasi verè mortuam esse neget (ita enim miraculi huius fides aboleretur) sed quæ
mortis conditio sit docet, & resurrectionis mox futuræ spem illis facit.

Nec

Nec nouum est, quod eam, quæ verè expirârat, dormire dicit, quia hoc in sacris literis admodum frequens est. Etenim de Dauidis obitu Nathan ex Dei iussu loquens, ait: Cum exacti fuerint dies tui, dormierisque cum patribus tuis, &c. Et Solomon, pluresque alij obdormiuisse dicuntur, quando ex hac vita excesserunt. Apud Prophetas eadem locutio passim occurrit, vt etiam in scriptis Apostolorum. Sed in prophanis scripturis aliquid simile reperitur, Homerus enim somnum mortis fratrem dixit: & notandum est illud Gorgia Leontini, qui iam moriturus dicebat: Somnus incipit me patri suo tradere. Viderunt hi aliquo modo, mortem non aded acerbam esse, quàm vulgò putatur, atamen mysterium illud, quod illius recordationem nobis iucundam facit, non intellexerunt, quod solis electis & credentibus per Spiritus sancti reuelationem manifestatur. Exprimat hoc paucis verbis Dauid, quando de spe sua, quæ ipsius cor gaudio implebat, & linguam ad exultationem laxabat, loquens dicebat: Et caro mea requiescet in spe: nec enim deseret animam meam in inferno, neque dabis, vt Sanctus tuus videat corruptionem. Quibus consentit sapientissimus ille mortalium Solomon, qui de morte hominis dicit: Redit puluis in terram, qualis fuit, & Spiritus redit ad Deum, qui dedit illum. Distinguit ergò scriptura inter animam & carnem siue corpus, ex quibus duabus partibus homo constat, & illam quidem non interire, neque in morte à Deo relinquere, sed potius ad hunc redire docet, si quidem in vera fide discesserit: hoc verò quiescere siue dormire ait in spe, beatam nimirum resurrectionis, neque corruptionem eius perpetuam fore, vt nunquã restitatur. Est ergò Sanctorum mors reuera somnus placidissimus. Vt enim corpora nocte, diurnis laboribus & curis fatigata, ad somnum sese componunt, vt huius beneficio & laborum plenum est, vt sæpè (sicuti scriptura loquitur) diem saturos reddat, emens, per mortem hinc soluimus, vt ab omni labore & cura liberati quiete fruamur, quæ in hoc seculo agentibus nunquam contingit. Vt item somnus solius corporis sensus ligat & occupat, vigilante interea & agente anima (sicuti videre est in somnijs, in quibus dormientes, vel antea Sanctorum recordantur, vel de futuris cogitant aut admonentur, & experrecti eorum meminerunt, quæ ipsis inter dormiendum obuersata sunt.) Ita mors ad solum corpus pertinet, anima neque obdormiente, neque euanescente, sed migrante ad locum sibi destinatum: vt Lazari exemplo Christus docet, cuius animam ab Angelis in sinum Abrahami deportatam fuisse ait: & idem latroni secum crucifixo dicebat: Hodie mecum eris in Paradiso. Hæc omnia in præsentem complectitur, quando puellam hanc dormire dicit, cuius obitum inter parentes acerbè lugebant. Et hæc consolatio vera atque solida est, qua olim Patres Paulus Christianis hominibus commendat, vt ea alij alios confirmet. Rident quidem hæc impij & Epicurei illusores, qui spem vitæ æternæ ignorant, qui verò religionem superbis quæstum faciunt, & superstitionis simplicium ignorantia abutuntur, istam doctrinam hostiliter oderunt. Sed eicit hos omnes ex Ecclesiæ suæ consortio **C H R I S T V S**, vt indignos, qui vnquam ad vitæ cœlestis hereditatem perueniant.

Porro audiamus, vt mortuam ille excitârît, & qui miraculi testes fuerint, Marcus cum dicit ingressum in cubiculum, vbi puella iacebat, vnâ cum eius parentibus, & tribus discipulis, Petro, Iacobo & Ioanne: & illos quidem assumit, quod res ista ad ipsos potissimum spectaret, atque opus haberent, vt in fide confirmarentur: hos verò, vt miraculi testes oculati essent. Non autem omnes discipulos simul admittit, quod tres isti sufficerent, & vt doceat, inter electos diuersitatem esse donorum, vt alij alijs sint præstantiores, quod ipsum alibi in talentorum parabola adumbratur. Et prodest hoc obseruare, qui plus acceperunt, alios præ se contemnant, sed hoc omne sibi ex gratuita misericordia obtigisse meminerint: neue qui minus habent, alijs sua dona inuideant, sed potius sibi datis benè vtantur ad Dei gloriam & aliorum ædificationem. Ita in ipsis locum habebit, quod dicit Dominus: Omni habenti dabitur, & reddetur abundantiôr, &c.

Quia verò adolescentulam dormire dixerat, cum ea, tanquam dormiente, agit. Nâ propius ad eam accedit, & apprehensa manu eius alta voce (vt alij annotârunt) clamat: Talitha cumj, id est, puella surge. Nec mora reuertitur Spiritus eius, quo animata surgit & ambulat: Ne autem aliquid præstigij subesse videretur, iubet ei cibum dari: quo argumento postea suam quoque resurrectionem probauit, quando cum discipulis suis edit & bibit.

Mortui dormiunt.

2. Sam.

psalm. 16.

Genes. 21.

Luc. 16.

Iob. 19.

1. Theff. 4.

testes miraculi.

Matth. 23.

Matth. 25.

vt puella resuscitata sit.

Luc. 24.

Ioan. 1. & 3.

Matth. 28.

Redemptionis

nostræ typus

Ephes. 2.

Rom. 7.

2. Cor. cap. 3.

Rom. 6.

Ioh. 6.

Effectus mira-
culi.

Ioan. 11.

Est ergo Christus verbum Dei æternum & omnipotens, per quod omnia facta sunt, & cuius voce olim excitabuntur omnes, qui in monumentis sunt. Et facit huius puellæ resuscitatio ad asserendam vniuersalem mortuorum resurrectionem, quam in Symbolo Apostolico fatemur. Et sanè cur alicui incredibile putetur, quod Deus mortuos excitat? Enimuerò potes tu vna voce multos in eodem cubiculo dormientes excitare, potes quantumuis altum stertentes prehensa manu expergefacerere: Et impossibile arbitraris, quod DEI æternus Filius, cui omnis potestas in cœlo & in terris data est, sua voce mortuos excitare docetur? Quin ad primi hominis creationem respicimus, & quæ in tota rerum natura nobis occurrunt, resurrectionis exempla obseruamus: de quibus, quia sæpè dictum sit alibi, eadem hîc repetere non est opus. Singuli igitur huius spe confirmati, quando hinc migrandum est, animas suas in Dei manum commendent, qui & has in suam tutelam recipiet, & iisdem olim corpora sua restituet, vt æternum uiuant.

Proponitur etiam hîc euidentis & dulcis admodum redemptionis nostræ typus. Eramus omnes (vt de gentibus scribit Paulus) mortui in delictis & peccatis, neque ex nobis ipsis aliquid possumus, quod nobis ad vitam æternam quicquam conferat. At ex æterno Patris decreto Filius æternus ad hoc prædestinatus est, vt nos à morte excitet. Is in mundum venit, & homo factus manum suam nobis porrexit, imò carnem nostram in suæ personæ vnitatem assumpsit. Idem sua voce nobis intonans, verbum illud vitæ æternæ cordibus nostris inserit, neque vocat modò ad vitam, sed Spiritus vitales simul in nobis instaurat, vt ex peccato surgere, & in vitæ nouitate ambulare possimus. Non strum ergo est, excitantem nos audire, manum suam porrigenti nos accommodare, vocantem & præeuntem, quò ipse ducit, sequi, adhæc panem vitæ æternæ, quem per Euangelium in seipso nobis proponit, cum fide non fucata manducare.

Restat miraculi effectus, quem paucis exponit Matthæus dicens: Et exiit fama hæc in totam illam regionem. Grauius quidem edixit Dominus, ne cui, quod factum fuerat, indicarent. Sed temporarium modò fuit mandatum istud, & parentibus puellæ potissimum datum, ne hi miraculo, in filia edito, superbirent, sed rem totam diligentius apud se perpenderent. Interim non potuit cæleri: cum multis testibus constaret, illam verè mortuam fuisse, eandem verò iam vitæ restitutam & incolumem conuiderent. Itaque omnium ora & linguas laxauit rei nouitas, vt hinc inde diulgaretur. Et non debent cæleri ea, quæ ad illustrandam Dei gloriam & multorum aliorum ædificationem faciunt. Nos verò huius miraculi & similium consideratione excitati, *IESUM* agnoscamus, qui est resurrectio & vita, & eidem nos totos consecratis consortium nos transferat. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

PRECATIO DOMINICÆ FILIÆ

Fairi pastoris resuscitata ex morte, Matth. 9.

VT pius pastor Iairus, persusus luce veræ agnitionis tui, ad tuos pedes supplices oramus te, petiuit, vt manum tuam mortuæ filia imponeres: Ita Fili Dei nos supplices oramus te, porrige nobis tuam viuificam dextram, & tuo contactu redde nobis vitam & salutem æternam. Tu tibicines & turbam tumultuantem eijcis, quia sapientia humana non tollit mortem, nec medetur cordibus oppressis dolore mortis. Tu etiam punies omnes profanas & Epicureas mentes, quæ tuum beneficium aspernantur, & articulum de immortalitate derident. Exime nos ex numero illorum, & fac nos socios illius cæti, cui tu manum porrigis, & communicas illi sapientiam & vitam tuam. Vt etiam pia femina inquinata immundicie, & sordibus ad te confluxit, & ex tuo contactu sanitatem adeptam est: Ita iuuato nos optime Medice animarum nostrarum, vt, agnoscentes nostram immundiciem, nostra natura infirmitatem, ex qua propter peccatum sanguis & cælestis calor infusus nobis in creatione effluit, & qui sumus cruenti in pœnis, sicut vermiculus, & sicut latro stillans sanguinem in supplicio, te queramus: inuoluamus nos verâ fide in tuam simbriam, in tuam naturam humanam, quam induisti propter nos, ex qua egreditur virtus viuifica, ex qua propagatur salutaris Spiritus, accendens in nobis lucem, & tibi adherentes, per eundem Spiritum in illa fide seruemur ad vitam æternam, ubi erit cœli.

DOMI.

HOMILIA I.
DOMINICA XXV. POST 227
TRINITAT. EVANGELIUM

MATTH. XXIII. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, positam in loco sancto, qui legit, animaduertat. Tunc qui in Iudæa fuerint, fugiant in montes: Qui supra domum, non descendat, ut sumat quicquam de domo sua: Et qui in agro, non reuertatur, ut sumat vestimenta sua. Ua autem uterum ferentibus, Et lactantibus per illos dies. Orate verò ne fiat fuga vestra in hyeme, neq; Sabbato. Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit a principio mundi ad hoc usq; tempus, neq; erit. Et nisi contracti fuissent dies illi, periret omnis caro. Sed propter electos contrahentur dies illi.

DEbeant homines de ijs quærere, quæ cognitu necessaria sunt: At licet ferè circa inutilia vel etiam noxia occupemur, tanta tamen est Dei bonitas, ut de ijs nos edoceat, sine quibus salus nostra non potest consistere. Exemplum diuinæ vel potius paternæ fidei huius ista tractatio nobis exhibet. Quæsiuerunt discipuli de vrbe & templi excidio, atq; fine mundi. Sed non de inutilibus respondet Dominus, quæ humani ingenij curiositas scrutari tolet, sed ita, ut de periculis & scandalis exortitur admonent, & quomodo ea possint euitari. At cū hac fide erga discipulos vsus sit Christus, cū illi curiositati carnis indulgerent, cur Deū nobis defuturū putamus, si ea quæramus, quæ ille quæri vult? Qui sapientiā quærunt, sicut argentū & timorem Dei suæ religionē verā, cui salus coniuncta est, procul dubio inuenient eam. At non minima sapientiæ pars est, de nouissimis temporibus rectè institutum esse. Hanc in præsentia tradidit, & ad præcipuum huius quæstionis caput trāsit de templi, excidio & cultus externi inter Iudæos abrogatione. Quo loco discemus iræ Dei signa agnoscere, & quæ optima sit eius declinandæ ratio.

Præmittit aut signum, quo discant excidium vrbe & templi imminere. Opus illo erat, eò quod pleriq; non credibile videbatur, locum tā celebrē, & venerandæ maiestatis plenū, perire. Et quæ vrbes interdū periclitantur, sæpe etiam dira & horrenda patiuntur, non tamè tote intercidunt, & statim rursus instaurantur, ne qd tale sibi ipsis quoq; Iudæi pollicerēt, Ierosolymæ aliud prædictū fuit: nimirum excidium, quò funditus excindenda sit. Cūm videmus (inquit) abominationem desolationis, positā in loco sancto, id est, cūm Romanæ legionis (sic apud Lucam interpretatur) ad urbē sanctam castra metabuntur, non vulgaris hæc erit obsidio, sed quam expugnatio & excidiū vrbe sequetur. Olim quidē à Sennacheribe vrbe sortè docet, eò quòd & ipsa mensurā iniquitatis impleuerit, & cultus ille Leuiticus siue mylticus finem suū atigerit. Quod non obscure veli scisio i. morte Christi facta portendit. Iudæos aut, qui contumacius inhærebant superstitionibus, qb. in lege assueuerant, ad Danielis locū remittit, ut intelligant se frustra in illis aliquid spei constituere, cūm Deus sciat. Horrendum est incidere in manū Dei viuientis. Et exempla sunt eorū, q. eo ipso excidiū accersunt, quo se tueri, & ab interitu vindicare volunt. Accidit hoc omnib. qui contra veritatē hostiliter insurgunt, & filium Dei oderunt, quæ osculari debebant. Gloriantur hifere maiorū potentia, victorijs, munitioib., verustate. Habuerunt hæc omnia Iudæi, & qd. de Ierosolyma scripturæ pronuntient, & ipse Christus, qui ciuitatē magni principis nominat, notum est. Sed nihil profuerunt ista, Et hodie eadē est fors terrarum orbis, adeoq; natis omnium ferè omnium, quæ ad interitum vergunt, dum sibi inter medias calamitates omnem

Proprium præsens excidij signum.

Luc. 11.

Dan. 9.
Hebr. 10.

Hebr. 10.
Esal. 10.

Math. 5.

omnem felicitatem pollicentur. Itaq; ne decipiant seipſos, nec oſcitan- tes ſint in excuti- entis Prophetarum oraculis: ſed ſcrutentur diligenter, quæ futura ſunt, & minas iudiciorū Dei conferant cum iudicijs eius, quæ (vt in Pſalmis canitur) ſunt iudicia & veritas, Pſal. 116.

Quid in peri- culis fieri de- beat.

Sed prodeſt etiam ſcire, quid inter calamitates facere oporteat. Hoc in ijs, quæ ſe- quuntur, docet: Qui in Iudæa fuerint, fugiant in montes: Qui ſupra Domum, non deſcendat, vt ſumat quicquam de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur, vt ſumat ve- ſtimenta ſua. Iudæa montibus cineta & munita eſt: & per hos loca munitiora intelligit, quod ſeſe conferant. Vitæ verò tam præſens periculum fore dicit, vt nihil tam iucundum & vile ſit, nihil item tam neceſſarium, quod vitæ præferatur. Quid enim proderit ſupelleſtilem, veſtes, vaſa item pretioſa, ex hoſtibus, aut flammis hoſtilibus, rapuiſſe, ſi vitam amittas, ſi- ne qua nullus omnium, quæ in terris ſunt, uſus eſt? Et hæc quidem ſecundum literam fieri debuerunt: & ideo Eccleſia Chriſtianorū trans Iordanē Pellam migravit, vbi ſeruata eſt, quam in montanis ſitā fuiſſe apparet. Econtra Iudæorum gens in urbem confugit cater- uatim: partim templo & ſacris conſiſi, partim munitio- nibus, quibus inuicta videbatur. Id verò illis peſſimè ceſſit. Nam vt Iosephus ex hoſtijs paſchalibus numerat, toto tempore ob- ſidionis numerata ſunt captorum nonaginta & ſeptem millium: Cæſorum autem aut iu- gulatorum decies centena millia. Nec obſcurè Chriſtus Dominus miſeriam, exemplo ca- rentem, exprimit apud Lucā, quando vallo cingendā dicit, vnā cum filijs ſiue habitatoribus, vt ne lapis quidem ſuper lapidem relinquatur. Uſus autem huius exempli eſſe debet, vt ne nobis inter iudicia aut pœnas blandiamur. Nam ſi Deus (Paulo teſte) naturalibus ramis non pepercit, an nobis parcat, qui ex oleaſtro decerpti ſumus?

Luc. 19.

Rom. 11.

Symbolica ho- rum præce- ptorum expo- ſitio.

Pſal. 121.
Dan. 2.

Matth. 16.
Pſal. 91.

Gen. 4.

Gen. 6.

Apocal. 18.

2. Cor. 6.

Ierem. 17.

Periculorum amplificatio.

Interim Symbolica putemus hæc præcepta, vt diſcamus, quid faciant, qui rebus af- flictiſ ſibi conſultum volunt. Qui in Iudæa ſunt, id eſt, qui Iudaicis ſuperſtitionibus addicti viuunt, vel huius mundi viribus fidunt, ad montes fugiant: eos nimirum, de quibus Da- uid loquitur in Pſalmis: Attollo oculos meos ad montes, vnde veniat auxilium mihi? Au- xilium meum à Iehouah, qui fecit cœlum & terram. Montes hi per Euangelium in Ieſu Chriſto monſtrantur, qui apud Danielē dicitur lapis auulſus abſq; manibus, quiq; creuit in montē magnum. Et ipſe ſe vocat petram fortem, cui portæ inferorū non poſſint præua- lere. Qui ergo extra hunc vagantur, hi hoſti Satanæ præda fiēt. Qui verò in latibulo Dei ex- celsi habitat, in vmbra omnipotentis commorabitur. Dicit Iehouæ, protectio mea eſ, De- us meus eſ, in te ſperabo. Rurſum, qui inter impios verſantur emigrant. Vt. n. incendijs in- domo exorto, abſq; mora exilire eos oportet, qui ſeruari volunt, ita ſeparationē fieri neceſ- ſe eſt ab illis, qui cū improbis perire nolunt. Et errant vehementer, q̄ id putant ſuperuaca- neū eſſe. Etenim vt electis ſuis conſuleret, à Caino ſeparationē cœpit Deus, & hunc à ſuis ſegregauit, qui proprio iudicio ſeſe damnans, dicebat Domino: En eieciſti me hodie à ter- ra, & à facie tua abſcondar, vt ſim vagus & profugus in terra. Et cū augeſcente multitu- dine hominū, tam filiorū Dei, qui ex Setho deſcendebant, quàm filiorum hominum, qui ex Caino naſcebantur poſteri, & artibus inuentis & urbibus conditis florerent, permixti viue- rent, tanta exorta eſt morū corruptio & licentia, vt hæc diluuij cauſa fuerit, quæ totū genus humanū ſuſtulit, vno Noë cum ſuis erepto, quē Deus arcæ beneficio ſeruauit. Et quod tūc Noë mandauit Dominus, hoc ipſum in Apocalypſi præcepit, vt ſui electi ex Babylone exe- eant, ne participes ſint peccatorū eius, & pœnarum eius conſortes ſiant. Non poteſt. n. a- liqua eſſe communitio lucis & tenebrarū, Chriſti & Belialis. Qui verò ſemel euaſerunt, non redeant amplius, ne poſteriora ſiant peiora primis. Erant hæc hodie multa conſideratione digna, quando de reb. humanis, & harum ſtudijs, variè diſputatur. Pleriq; ad hominū ſe- dera reſpiciunt, nec deſunt, qui neq; Eccleſias neq; Reſpub. ſaluas eſſe poſſe exiſtimant, ni- ſi ſe totos Regib. ſanguinarijs & idololatriſ mancipent. Sunt itē, qui poſtq; maiorū virtute & pietate ſeſe ex horū laqueis extricauerunt, non deſinunt mundi artes & conſilia proba- re, donec ſeipſos & ſuos rurfus perdidierint. Et ne mundo infelici diſpliceant, ad ſuperſtiti- ones quoq; ſibi redeundum eſſe putant, vt cum ijs poſſint in gratiā redire, qb. ſe exoſos eſ- ſe ſentiunt. Sunt hæc ſtultiſſima carnis conſilia. Maledictus enim, qui fidit homini, & fa- cit carnem brachium ſuum. Qui verò firmū ſalutis præſidium effectant, Dominum expe- ctant, qui ſibi fidentes non deſerit, &c.

Cœterum amplificat pericula circumſtantiarum enumeratione. Væ (inquit) vterū ferē- tibus & lactantibus per illos dies. Væ iſtis imprecatur, non quod ſcelus aut per ſe execrati- one dignum ſit, vt eum ferre & lactare: ſed vt oſtendat eam fore inuerſionem rerum, vt ſecun-

ut fecunditas & numerosa soboles inter maledictiones tristes numeretur & miseris atque calamitatibus grauissimis accenseri debeat. Quid enim tristius est, quam in proprijs libertis, qui nobis ferè propria carne chariores sunt, ea ferre, quæ nobis morte ipsa duriora videntur? Ideo Hoteas Israëlitis mala imprecaturus clamabat. Da eis Domine. Quid dabis? Da eis vterum abortientem, & vbera arentia. Et quia milites vulgò muliebri sexui parcunt, oportet grauem calamitatem esse, quæ fecunditatem maledictione ferit. Tale quid Dominus, cum ad supplicium duceretur, mulieribus Hierosolymitanis denuntiat. Nos verò hinc discimus, nihil tam lætum & iucundum esse, quod non in tristitiam conuertatur, si Deus nos dignis pœnis multare velit. Econtra nihil tam durum, tam acerbum & calamitosum Deum diligentibus accidit, quod non illis in bonum conferat.

Hof. 9.

Luc. 23.

Rom. 8.

Fuga vestra in
riculis fuitAct. 1.
Ios. 22.

Inserit autem precatunculam Dominus, qua discipulos instruit, dicens: Orate verò, ne fiat fuga vestra hyeme, neque Sabbato. Et hanc ratione & tempore confirmat, cuius summa est: Tantam fore calamitatem, ut cum ea sit inuitabilis, anxie precandatur, ne fuga vel tempestate, ut hyberno tempore fieri solet, vel religione, imperingredi, ut quidam supputant. Etenim mons oliueti iter Sabbati ab vrbe distat, vel iter Actorum testatur: Bethania autem, quæ ad latera montis illius sita est, teste Ioanne Euangelista, à Ierosolyma abest quindecim stadijs, quæ ferè plus minus duo millia passuum consistunt.

Sufficit autem hic locus ad confutandum eos, qui omnem fugam illitam esse contendunt, in qua opinione Tertullianum olim fuisse, ex ipsius scriptis patet. Cur verò, ut fugæ tempus commodum Dominus concederet, precari iuberet, si omnino non liceret fugere? Sed licet sese seruare melioribus temporibus, si id salua religione licet, ut verò ad preces efficacius hortetur, etiam quid nobis hinc faciendum sit, proprius inspicere oportet: Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit à principio mundi ad hoc vsque tempus, neque erit. Loquitur autem de ira Dei, quæ contra Iudeorum gentem exardeſcet, propter scelus in Filium Dei, Iesum Christum, commissum, quo nihil grauius & atrocius fieri poterat. At hinc consolationis plenum est, quod subiecit. Et nisi contracti fuissent dies illi, periret omnis caro. Sed propter electos contrahentur dies illi.

Est hic memorabilis locus. Docet scriptura, propter pios electos gentes & Respublicas seruari, & DEVM nunquam ita irasci, quin suorum rationem habeat. Itaque nemodum excedere videatur in puniendis, qui grauius puniri merentur, tempus pœnarum decurtat. Adeò verum est, quod Apostolus ait: Fidelem esse Deum, qui suos tentari non sinat, supra quam ferre possint. Commendat hoc nobis pietatis studium, ut si non propter nos illud colimus, saltem alios magnificiamus, quos pietati studere videmus. Etenim plenum laboris est pietatis studium. At qui hoc in alijs amant & venerantur, aliorum labores & curas in se transferunt, & ita Deo propitio vtuntur. Nam Christi promissis est: Qui recipit iustum nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Magna autem elucet mundi improbitas, qui nullos magis odit, quam pios Dei cultores, propter quos celestis ille Pater vniuersam huius mundi machinam vel perdit, vel seruat. Lotholim priusquam cum suis Sodoma exiisset, non potuit exitio deuoram regionem Dominus perdere. Et cum idem pro Zoan oppidulo sollicitè intercederet, exaudiuit eum Deus, ac benignè respondit: In hac quoque re exaudiui te, ut nolim subuertere oppidulum illud, de quo locutus es: Festina & illic seruare: nec enim facere possum quicquam, donec tu illuc venias. Huius generis multa fiunt, & læpè fit, ut qui alijs præfunt, contemptui sint & odio ijs, qui sine ipsis commodè viuere non possent. Discamus ergo huic prophani homines, in pretio habere pios homines & imitari: Persuadent sibi interdum commodant, ac cæcis carnis affectibus ducuntur. Sed non potest falli Deus, & ista sunt iudicia eius. Studeamus ergo fidem in Iesum Christum, Dominum nostrum, colere, qui sibi fidentes non deseret, & omnibus malis aut aduersis superiores facit. Contrafermet nos in hac fide iste locus: quo docemur, Deum tunc quoque seruaturum electos suos in Christo, etiamsi cum Ierosolyma totus quoque orbis terrarum perierit. In illo ergo fortes & constantes simus: Cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternū, Amen.

Deum, dum
punit, habere
rationem electo-
rum.

1. Cor. 10.

Matth. 10.

Gen. 19.

DOMINICÆ XXV. POST TRINITATIS
HOMILIA SECUNDA.

Tunc si quis vobis dixerit? Ecce hic Christus, aut hic: ne credite. Surgent enim Pseudochristi & Pseudopropheta: & adent signa magna & miracula: ita vt seducant (si fieri possit) etiam electos. Ecce prædixi vobis: Itaque si dixerint vobis, ecce in deserto est: ne egredimini. Ecce in conclauibus: ne credite. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet vsque ad occidentem, ita etiam erit aduentus Filij hominis. Ubicumque enim fuerit cadaver, illuc congregabuntur aquila.

Hagg. 2.



Aggeus Propheta, vt Iudæos ex Babylone reuersos ad templi ædificationem exhortaretur, secundi huius aut posterioris templi gloriam, siue maiestatem, maiorem fore dicit, quàm prioris per Solomonem extructi fuerit. Id verò propter Christum dixit, qui in posteriori templo exhibitus, hoc suis concionibus, & salutaribus signis siue miraculis, illustrauit. Id verò pleriq; Iudæorum ad externum regnum transtulerunt: quo errore discipuli quoq; decepti sub prætextu regni Dei, per Christum instaurandi, auream ætatem somniarunt, & sibi delicias concionunt, quibus cum læta pace in hac vita frui debeant. Contra quem errorem illos grauior præmonet, & nuper ex Daniele docuit, urbem cū templo horribiliter excindi & vastari oportere. Et licet hoc contra eam persuasionem dictum sit, quæ tunc multis impostit, vt in Iesu Christo regnum huius seculi somniarent, non minus tamen ad nos pertinet, qui vulgares Ecclesiæ calamitates diligenter obseruare debemus. Est enim frequens admodum, quòd delirijs & ineptijs nostris delicias nobis fingimus, dum in religione conscientiam & pacem huius mundi, pacem stabilem inter principes, victorias item, & dulce certaminam speramus. Sed plerunq; fit, vt quò suauiori spe nosipos lactamus, eò grauiora certamina aduersus nos, surgant: quæ deinde nos grauisimè offendunt. Idcirco, vt ad ea diligentem præmeditatione præparemur, opus est. Idcirco Dominus noster Christus nunc tertio reuertitur, quæ de signis & periculosissimis motibus dixerat, qui excidium urbis & templi præceduri sint: vel potius, quæ de illo solo dicta videbantur, propius ad consummationem mundi, & nouissima tempora, accommodat. Vbi hæc nobis ordine considerata sunt. Primum, quid de postremis temporibus prædicatur, videamus. Deinde, cur de ijs præmonetur? Et

Nonissimorum
temporum
conditio.

Christus verus
& falsus.

Ioan. 6.
Act. 4.

Isa. 42.

Quod ad primùm, ait: Tunc, si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, aut hic, non credite: Duo dicit: primùm, fore dicit aliquos, qui Christos nouos hinc inde monstrant. Alterum, ne illis fides habeatur, monet. His rationis loco subrexit: Surgent enim Pseudochristi & Pseudopropheta, & adent signa magna & miracula, ita vt seducant (si fieri possit) etiam electos. Et asseuerationis ergò addit, Ecce prædixi vobis. Comprehendit his omnis generis pericula, quæ circa fidem, & salutis æternæ causam, incident, dum dissensionibus exoriuntur, & Christus in partes scinditur, & quitque Christo gloriatur, plerique autem Christum sibi fingunt, pro suo arbitrio longè alium, quàm reuera sit. Etenim verus CHRISTVS est æternus Dei filius, qui ex Maria virgine homo factus omnia præstitit, quæ regis & sacerdotis munera sunt, & ad humani generis redemptionem faciunt. Et de quo Apostoli profitentur, quòd solus verba vitæ æternæ habeat, quòdque in ipso vno salus sit, neque aliud nomen inter homines sub cælo hominibus datum sit, in quo nos seruari oporteat. Falsi ergo Christi sunt, quæcunq; alia finguntur salutis media, aut, quilibet honorem sibiuis vendicant, contra illud Christi per Prophetam dicentis: Ego Dominus, hoc est, nomen meum & gloriam meam alteri non dabo: In præsentem ergo Christi nomen primò ponitur, pro salute ipsa & iustitia, cuius nobis Christus vnicus author est: deinde pro ipsa persona Christi, quæ Deo & homine constat, ex Maria virgine nata. Vt verò ante urbis & templi excidium exorti sunt, qui se Messias esse dixerunt, & Iudæorum gentem falso promissionum & prophetiarum sensu falcinatum, in loca deserta eduxerunt, & publicarum seditionum fuerunt authores: quæ res multis exitium & interitum peperit. Ita nouissimis temporibus fore ait, vt infinita salutis media, & innumeri redemptionis modi

modi, excogitentur ab hominibus superstitiosis, qui Christi meritum, & quæ huic debetur gloriam, vel in seiplos vel in alias creaturas, aut media, transferant.

Cœpit hoc mox post Christi ascensionem, prædicantibus adhuc plerisque Apostolorum. Quid enim aliud fecerunt, qui doctrinæ fidei legem admiscuerunt, & homines partim fide in Christum, partim ex legis operibus, iustificari & seruari docuerunt. Hi certè non falsum modò Christum finxerunt, sed illum (vt Paulus scribit) profus fecerunt inutilem. Secuti sunt mox alij, qui Diuorum merita Christo coniunxerunt. Inuenti deniq; , qui sua opera aut merita in eandem dignitatem efferre ausi sunt. Accessit his monasticorum votorum cumulus, in quibus æternæ salutis meritum homines superstitiosi monstrarunt. Et in his tandem primatum tenuit Deus ille Mayzim Antichristi apud Daniele, qui reuera Christus nouus & falsus est. Finxit enim Romanus Pontifex ex farina crustulam, quam quinque uoculis transubstantiari docuit in verum corpus & sanguinem Iesu Christi, & hunc verum Deum & hominem esse, qui pro peccatis uiuentium & mortuorum immoletur. Est hic reuera (vt dixi) falsus Christus, què nemo patrum agnouit, & quem Antichristus sub Innocentio III demum confirmato in Lateranensi consilio transubstantiationis dogmate confirmauit. Honorius autem tertius ædiculis sacris & pretiosis, quas ciboria uocant, decorauit, & cuius festum diem Urbanus quartus demum sub annum nati in carne æterni Dei MCCLXIII. instituit. Ab eo tempore Iesus Christus monstrari cœpit hinc inde in terris, non in *tempore* modò, id est, in ciborijs, aut locis reconditis, aris, sacellis & locis alijs, qui aliqua singulari sanctitate siue religione commendabantur, uerum etiam cucullis, imaginibus, statuis, membranis, aqua benedicta, campanis, ossibus mortuorum, & sexcentis, alijs, quæ nihil non audens superstitio excogitauit. Eo deniq; excreuit superstitio, vt miretur aliquis, eò dementiæ unq; adduci potuisse homines, non omnino dementes, vt ea crederet, quæ neq; rationibus aut argumentis, neq; scripturarum testimonijs demonstrari poterunt.

Sed quod olim de Pseudopropheta dictum fuit, qui Dei ministros falsis signis & magicis prestigijs oppugnauerunt, hoc ipsum de istis dici potest. Aegyptij magi Pharaonem ementis signis seducebant, vt ipsis potius quam Dei monitis parerent. Et Deus olim Pseudopphetis permittebat, vt filios Israël, qui de seruis ipsius mandatis parere detractabant, falsis miraculis tentarent. Hoc ipsum de Antichristo quoq; olim Paulus prædixit: fore nimirum, vt efficaci illusione imponat ijs, qui ueritatem non dignantur admittere. Sunt aut miraculorum plena omnia, quorum alia profus falsa & ficticia sunt, alia manifesta Satanae illusiones sunt. Et dies me deficeret, si quæ circa transubstantiationem, circa imagines aut apparitiones Diuorum aut Spirituum facta sunt, commemorare uelim. Alibi .n. statuas in alium locum concessisse dixerunt monachi, alibi eadem sanguine sudasse finxerunt, alibi humano sermone locutas esse, aut alia quædam insolita & miraculosa fecisse. In his aut omnibus meminerint pij, mendacia & superstitiones signis & prodigijs nequaq; confirmari, nisi diserto Dei uerbo commendentur. Ideo Christus sua miracula scripturae testimonijs probare solebat: & quoties aduersarij miraculis gloriabantur, tu huius loci recordator, & ex eo colligebat: non tutum esse miraculis credere, nisi prius per uera fidei principia probetur, quod aliqui prodigijs probare conantur.

Habet autem dulcissimam consolationem locus hic. Dum .n. exceptione uitur Christus, quæ electos seduci posse negat: non obscure docet, tentari hos quidem, à salute autem excidere non posse. Dona .n. & uocatio eiusmodi sunt, vt Deum ipsorum poenitere non possit. In Christo enim radices siue fundamentum habent, qui filius ille dilectus est, in quo nos sibi gratos & acceptos fecit. Apparet hoc in electis omnibus, qui cum Paulo constanter dicunt: Quis nos separabit à dilectione Dei? Et quia omnia aduersa uincunt in Christo, qui ipsos corroboret, multo minus promissis aut blanditijs huius mundi cedunt, quibus Satan incautus solet inescare. Arguit hoc illorum ignauiam, qui hodie Iesuitarum imposturis tam facile succumbunt, vt propter ementita & ficticia miracula admittant illicitos cultus, & cum manifestis scripturae testimonijs pugnantes idolomanias.

Cæterum cur de istis nos præmoneat Dei filius, probè obseruari debet. Si .n. nihil in rerum natura fortuito fit, multo minus in Ecclesia, qua hic nihil pretiosius habet, temerè fieri patietur. Vt uerò ipse omnia suo freno gubernat atq; moderatur, ita ista, priusquam fuerit, prædicere uoluit, vt credentes in fide promissionum confirmarentur: ne, quando motus & turbas vel confusiones istiusmodi uident, de prouidentia Dei dubitent, & omnia temerè ferri cogitent, adeoq; superuacaneas esse atq; irritas preces atq; inuocationem. Est igitur hoc ingens diuinæ bonitatis argumentum, quod de futuris nos præmonere dignatur, ne incertis & inutilibus speculationibus nos ipsos lætemus.

Falsi Christi
nouissimorum
temporum.

Gal. 5.

Dan. 12.

Falsa signa imo
postorum noui
uissimæ seculi.
Exod. 7. 8. & c.
Deut. 13.
Thess. 2.

Electos non
excidere è sa-
lute.

Rom. 1.
Matth. 3. 16.
Ephess. 1.
Rom. 8.
Phil. 4.

Cur de istis
præmoneat
Christus.

Regnum Dei
non venire cō
obseruatione.

Vbi imprimis obseruari debet, quod apud Lucam cap. 17. à Phariseo quodam, interro-
gatus Dominus, respondit, regnum Dei non ita venturum esse, vt obseruari possit, id est,
cum externo maiestatis splendore, ex quo possit agnosci. Regni Dei nomine intelligitur to-
rum nostræ salutis aut redemptionis negotiū, cuius hic finis est, vt destructa diaboli tyrannide homines afferantur in libertatem filiorum Dei. At tunc conciones omnes Ioan. Bapt.
Christi, & Apostolorum non aliud quàm regnum Dei crepabant. Id verò Iudæi somnia-
bant terrenum, & certo loco alligabant, deniq; tribuebant illi externum splendore, ex quo
agnosci posset. Et hoc errore Apostolos quoque deceptos fuisse scimus. Eum ergo somnia-
tus confutat, & nihil huius de suo regno cogitandum esse docet. Prædicantur quoq; signis
Prophetis multa, ex quibus aduentus Christi primus agnosci potuit: secundus quoq; signis
certis denotatur, quæ in præsentī tractatione, & alijs scripturæ locis, explicantur. Sed vt di-
ximus hic de certo loco aut apparatu externo & splendore sermo est: ne videlicet putemus,
Ecclesiā loco certo aut certis hominibus alligatam esse. Non est .n. regnum Christi de hoc
mundo, sed spirituale est, & in cordib. hominum sedē siue locum habet: & eiusdem aduen-
tus secundus, non, vt prior in humilitate, sed in gloria, demonstrandus erit: Stultum ergo
est in paruo loco aut abscondito quærere eum, qui totius mundi lumen est. Quo argumen-
to confutantur omnes superstitiones, quæ salutis ratio aut Dei cultus locis certis, aut Eccle-
sia successioni certorum hominū, alligatur. Itaq; dicit Christus: Si dixerint vobis, Ecce in
deserto est, ne egredimini: Ecce in conclauius, ne credite. Et rationis loco addit: Sicut .n.
fulgur exit ab oriente, & apparet vsq; in occidentem, ita etiam erit aduentus filij homi-
nis. Quod de nouissimo quidē aduentu Christi potest exponi, qui subitus & improuisus
veniet: interim spiritualiter quoq; intelligi debet de spiritu Christi gratia, quæ subito ele-
ctorū mentes irradiat, neq; vllis remoris impediri potest, quò minus spiret, vbi ipse vult.

IOAN. 12.

IOAN. 8.

Ecclesia vbi
sit in orbe ter-
rarum.

Incidit autē hic quæstio admodum necessaria, quæ hodie multos turbat, vbi nimirum sit
Ecclesia? Vt .n. Romp. esse putamus, vbi sunt principes & ordinarij magistratus, & contra
autē seditiosos dicimus, qui ab his dissentiunt, ita quādo schismata exoriuntur, pleriq; ijs se
coniungunt, penes quos est titulus Ecclesiæ, quales ferè sunt Pontifices, Episcopi, præfules,
& hos errare posse negant. At nos teneamus diuersam esse ratonē Ecclesiæ & Reip. Hæc .n.
ex hominib. constat etiā nondum renatis, & humana quoq; prudentia regitur, & proinde
ei certa sede, tribunali & iudiciorum subsellijs atq; alijs opus est, sine quib. regnare nequit.
Ecclesia verò per totum orbē extenditur, nec vlli loco certo alligata est, vt neq; Dei cultus
& inuocatio. Veri .n. adoratores, in Spiritu & veritate adorant, & quouis loco puras ma-
nus attollunt, absq; ira Dei & disceptatione. Nec tamē Ecclesia fingi debet inuisibilis, qua-
lem Enthusiastæ fingunt, quæ externis pietatis exercitijs destituatur. Etenim Deus idē ho-
mines creauit & redemit, vt ipse ab illis inuocetur & colatur, vtq; inter illos in filio suo, Ie-
su Christo, innotescat. Ecclesiam ergo esse oportet, in qua confessio fidei publica ædatur,
& quæ sponso suo cultum debitum præstet. Hæc etsi visibilis est, & in suos cœtus inuoluitur,
(quos alibi frequentiores, alibi tenuiores, aut rariore, colligit, adeo vt sicuti apud Iaiā, in-
terdum de macilentia quoq; sua conqueratur) tamē hinc inde dispersa est, nec similis regno
aut Reip., quæ ferè sedi certæ, aut successioni, aut legibus humanis, aut consuetudinibus,
astricta est. Sed Ecclesia propriè est cœtus omnis electorū, qui amplectitur verbum Dei, per
Prophetas, Christum, & Apostolos, traditum, nec pertinaciter defendit idola & errores cũ
Dei verbo pugnant, Ecclesia ergo est, vbi verbū Euangelij prædicatur, & auditur. Quod
non obscure Christus testatur, dicens: Oues meæ vocē meam audiunt, & ego eas agnosco,
& sequuntur me, & ego vitā æternam do eis, &c. Itē: Amen, Amen dico vobis, qui sermo-
nē meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitā æternā, &c. Et rursum: Si manseritis in
me, & verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis, petite, & fiet vobis.

IOAN. 4.

1. Timoth. 2.

ISA. 29.

IOAN. 10.

5. 15.

Ecclesia exter-
na non semper
integræ
Eph. 5.
Matth. 13.

At hic meminisse oportet, Ecclesiam externā non semper omnib. numeris absolutam
& (vt à Paulo dicitur) absq; ruga & macula esse. Nam Christo teste instar retis aut sagene
est, quæ pisces bonos atq; putres trahit, & agro similis, in quem bono semine conlitum ho-
stis noster Satan zizania sua aspergit, quæ simul excrescunt. Quòd ergo disputatur, num er-
rare possit Ecclesia, superuacaneum est. Quatenus .n. Dei verbum audit, & sponso suo fidē
seruat, errare nequit. At quia frequenter suis placitis indulget, & opinionibus prauis du-
citur, fieri non potest, quin officij immemor exorbitet. Fit deniq; vt interdum in externa
Ecclesiæ societate regnent porci & asini, qui portenta errorum, & manifestas idolomania-
as, defendunt. Sic Christi tempore Ecclesiæ titulus penes Iudæos erat, in qua numeraban-
tur Zacharias, Elizabeth, Simeon, Anna, Maria virgo, Ioseph, & quidam alij, de quibus
merito

merito dixeris illos nequaquam perniciosè aut impiè errauisse, fuerunt tamen alij, quos communis ignorantia seduxit: alij item quos Sadducæorum impietas fascinoit, vt errores horribiles secuti sint. Et notus est Pauli locus, quo alij super fundamentum, Iesum Christum, aurum, argentum, gemmas, lapides, alij fœnum, stipulas, putrida ligna extruere dicuntur, quæ in igne examinis diuini pereunt, manente interim fundamento. Quoad hos ergo, errant quidem illi, errores verò non defendunt pertinaciter, sed in Christum intenti, quò ibimus? Tu habes verba vitæ æternæ. Et nos credimus & nouimus, te esse Christum illum Filium Dei uiuentis. Et huc pertinet, quod apud Lucam interrogantibus discipulis, ubi ipsi mansuri sint, aut quò se recipere debeant, si à regno Dei nolint excidere, respondet Dominus: Vbicunque fuerit cadauer illuc congregabuntur aquilæ. Aquilas dicit verè credentes, qui fidei alis super terram, & omnia, quæ in terris preiosa sunt euecti, coelestiam affeclant. His in seipso portum tutum monstrat, in quem sese recipiant, & ad ipsum etiam colligentur in nouissimo die, quando mortui resurgent, & qui tunc superstites erunt, vnà cum eis simul in nubes rapiuntur in occursum Domini, & ita semper cum Domino erunt. Stulti & miseri, qui aliò confugiunt, aut iam morituri animas suas alij, quàm vnico redemptori, Christo, commendant.

Habet autem doctrina hæc multiplicem consolationem, qua nos ipsos confirmare debemus, ne inter pericula, quæ nobis accidunt, labascamus. Hic enim nobis firmum & ratum sit, quod vbicunque sunt, qui Euangelij verbum amplectuntur, hi membra Ecclesiæ sunt, & à Christo pro discipulis agnoscuntur. Ex semine enim verbi Dei nascitur Ecclesia. Deinde quòd Dei Filius Ecclesiæ propugnator aderit, vt eam seruet, vsque ad consummationem seculorum. Ipse enim est verus ille Michael, quem Propheta Daniel dicit stare duce pro populo suo. Tertiò quòd inter nouissimorum temporum sectas non desiciet doctrina veritatis, sed rata & stabilis manebit promissio, quæ per Isaiam olim data est à Domino: Spiritus meus, qui super te est, & verba mea, quæ inserui ori tuo, nunquam recedent de ore tuo, neque de ore feminis tui, neque de ore nepotum ac pronepotum tuorum. Postremo quòd Dei filius sese mundo manifestabit, vt Ecclesiam suam glorificet: tunc huius similes erimus: impios autem abijciet in stagnum ardens igne & sulphure. Simus ergo constantes in fide, & accincti sancto obedientiæ fidei studio, praparemus nos ad occursum Iesu Christi, redemptoris nostri, Cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

1. Cor. 3.

Ioan. 6.

Luc. 17.

1. Thess. 4.

Consolatio pi-
orum multi-
plex.

Dan. 11.

Isa. 59.

1. Ioan. 9.

Apocal. 20.

PRECATIO DOMINICÆ IDOLI

vastantis totum cultum, Matth. 24.

Nos quidem incidimus in confusiones & calamitates vltima atatis mundi, prædictas tua, o Christe, & Prophetarum voce. Stat in loco sancto, in cætu, qui habet nomen Ecclesiæ, idolum vastans omnem cultum, Deus Maozim, qui colitur auro & argento, cum horribili con- tumelia tui, & profanatione tui nominis: Ideo veniunt pœna fatales super nos: Confirmatur dextera regni Turcici, vindex idolatriæ & scelerum, quibus orbis Christianus inquinatus est. Furit diabolus hostis tuus in spargendis corruptelis doctrinae tuae, in stabiliendis erroribus contra tuam gloriam & veritatem. Denique mundus verè volutatur in malo, & grauissimè Spignus sanctus in pectoribus piorum turbatur. Ideo tu Fili Dei adesto misero tuo agmini, ob- Baal non curuet, quod te non quarat in deserto, in cætu segregato ab Ecclesia tua, qui nullam monstrat firmam consolationem anxij mentibus, non in cubilibus & in cætu, qui Ecclesiam alligat ad successionem politicam Episcoporum & Principum. Mitiga etiam nobis calamitates, & largitor nobis verum animi robur, ne à te deficiamus propter opes, vel quietem huius mundi. Et tu Domine Iesu Christe mane nobiscum, quia aduersperascit, non deseras nos, ne nos te deseramus. Fac vt quamprimum illucescat ille tuus faustissimus dies, in quo palam te angelis, & generi humano, ostendes, & electis tuis tribues vitam sine arumnis & lachrymis, Custodi nos, vt pupillam oculi tui in tuo grege: Oriatur in nobis fulgur & sol iustitiæ, perfundens nostras mentes vera luce & agnitione tui, deletis omnibus tenebris & corruptelis idolatricis. Fac vt ex tuo cadauere, ex tua natura humana, qua propter nos mactata est, sugamus succum par- sentem & conseruantem nos ad aeternam vitam, vt te fulgentem in nubibus, lati conspicia- mus: Et, sicut illustres aquila, elati in altum in hac vita, fide quaramus ea, qua sursum sunt, ubi tu

ubi tu es ad dexteram patris tui. Et deinde obuiam tibi progredientes, resuscitati ex morte, ad consuetudinem tui visibilem transferamur, sicut dixisti: volo Pater, ut ubi sum ego, sint & ministri mei, ut videant gloriam meam, &c. Amen.

Chryf. in Epistol. 1. Cor. 10. homilia 24. Vbi enim cadauer, inquit Christus, illic & Aquila. Cadauer, Domini corpus, propter mortem. Nisi enim ille cecidisset nos non resurrexissimas. Aquilas autē appellat, ut ostendat, ad alta eū oportere attendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra ei debere esse commune, neq; ad inferiora trahi & repere: Sed ad superiora semper volare, & in solem iustitia intueri, menti q; oculum acutissimum habere. Aquilarum enim non graculorum hac mensa est.

DOMINICA XXVI. POST TRINITAT. EVANGELIUM

MATTH. XXV. CAP.

HOMILIA PRIMA

Cum autem venerit Filius hominis cum gloria sua, & omnes sancti Angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloriae suae: Et cogentur coram eo omnes gentes.

Non omnes credere, fore tandem diem iudicij extremi, unde confit.

Luc. 21.

Matth. 24.

Rom. 14.

Matth. 12.

Matth. 24.

Luc. 18.

2. Tim. 3.

Christi de nouissimo seculo tempore sermo. Matth. 5. 6. 7.



Nter articulos Symboli Apostolici præ alijs multa & assidua consideratione dignus est, quo omnes, qui Christiani dici & haberi volunt, vulgò confitentur, Dominum & Seruatorem nostrum Iesum Christum sub finem huius seculi venturum ad iudicandum viuos & mortuos. Coeterum non omnes vera fide præditos esse, vt ex animo & serio credant, quæ ore fatentur, ex multorum dictis & factis constat. Qui enim verè & ex corde credunt, fore aliquando finem huius mundi, & venturum filium Dei in maiestate sua, ad cuius tribunal omnes homines sisti, & rationem reddere, oporteat, non de factis modò suis, sed etiam de quouis verbo oroso, nã illi, hac meditatione excitati, vitam suam, & omnes huius actiones, vt ipsos Deum serio timere, sincera & intrepida fidei confessione, serio purioris religionis studio, morum sanctitate, & insuperabili in cruce atq; aduersis patientia, testentur, neq; vnde quam post carnis cupiditates & mundi illecebras à pietatis semita defleunt. Atqui videmus secus fieri, & eam esse mundi faciem hoc seculo, vt ijs morib. viuatur, quos nouissimis temporibus Christus & Apostoli tribuerunt. De his ille dixit: Quoniam multiplicata est iniquitas, refrigescet charitas multorum: Filius hominis autē, cum venerit, nũ reperitur est fidem in terra & passim deniq; fiunt inter omnis loci & ordinis homines, quæ nimis perre testantur, plerosq; homines esse sui potius, quã Dei aut proximi, amantes, auaros, fastuosos, superbos, maledicos, parētib. immorigeros, ingratos, prophanos, charitatis expertes, implacabiles, calumniatores, immites, intemperantes, bonorum inimicos, proditores, præcipites, inflatos, voluptatum potius, quã Dei, studiosos, qui formã quẽ pietatis habent, sed vim eius abnegarint. Talium (inquam) plenus est orbis terrarum, & id omnium querelã docent, quæ passim audiuntur. Quis verò istos de fine mundi aut Christi iudicij aduentu, ad cuius tribunal sistendi sint, vnq; cogitare putet? Quis neget illorum cordibus potius aduersari impias, illas cogitationes, quas Nabalim & impijs illuloribus Dauid tribuit, Non est Deus? Psalm. 14. & 94.

Quapropter Dominus noster Iesus Christus, cum mortis suæ hora iam appropinquaret, prolixum sermonem de nouissimo seculo & postremo suo ad iudicij aduentu, deq; signis hunc præcessuris, instituit, & hunc totum ex ordine descripsit Mathæus, quem admodum & priorem illum, quem supra sub initium suæ prædicationis in monte quodam Galilææ habuit, & in isto vaticinium de consummatione seculi cum excidio Ierosolymæ & templi coniungit, quod viuentibus adhuc aliquot Apostolis debebat subsequi: vt, cum hoc viderent certò fieri, quod tunc prorsus impossibile videbatur, de fine & consummatione mundi minus dubitarent. Noluit autem Dominus & Redemptor noster illorum curiositati satisfacere, qui quæstiones de hac re inutiles & ridiculas, imò etiam impias mouent, non vt ad pietatem, & huius studium, erudiantur, sed vt nouas quotidie occasiones ea deridendi & ne-

& negandi inueniant, quæ de vita æterna, de mortuorum resurrectione, & nouissimo illius ad iudicium aduentu dicuntur. Sed ad eum scopum concionem totam dirigit Dominus, vt fatalem illam securitatem, quæ hominum animis insidet, & nouissimo tempore quasi regnabit, nobis excutiat, & omnes homines ad vigilantiam excitet, ne qui sibi ipsi omnia tuta pollicentur, interea salutis æternæ iacturam faciant. Quod multis euenturum esse Paulus prædixit, scribens: Cùm dicent, pax & tuta omnia, tunc repentinum eis imminer exitum, sicuti dolor partus mulieri vterum ferent, &c. 1. Theff. 5. cap.

Cœterum aduentus Domini hora ne Angelis quidem nota est, & quæ signa hunc præcessura dicuntur, pleraque eiusmodi sunt, vt iam olim quoque multa eius generis acciderint. Itaque homines præsentibus ferè intenti, de futuris non cogitant, neque his diligentius attendunt. Manent ergo in multorum cordibus dubitationes illæ, quas caro suggerit, quin piorum quoque animis obrepunt multa, quæ eos ab illa meditatione auocant, quæ illis præcipua & assidua esse debebat. Quare vt quasi in rem præsentem nos inducat Dominus, ὑποτύπωσιν siue descriptionem euidentem extremi sui aduentus & iudicij subiicit, qua omnes huius circumstantias ceu in tabula depictas oculis exponit, quibus etiam omnia comprehendit, quæ de hac re dici possunt. Primum enim iudicem nominat, vt, quis ille sit, & quomodo ad iudicium venturus sit, intelligamus. Deinde, quoniam ad eius tribunal citari, & iudiciosis, debeant, docet. Tertio, iudicij formam & totum processum eius (vt vocant) describit cum sententia finali, quæ tunc tam de pijs quam de impijs pronuntiabitur. Postremò quid hac audita vtriq̃ue dicturi & facturi sint.

*Hypotyposis
extremi iudicij*

Vsus omnium hic nobis esse debet, vt qui hætenus huic seculo addicti, & idè securiores fuerunt, quàm par est ad serium salutis æternæ studium excitati conuertantur, opiniones falsas abijciant, neque indulgeant cogitationibus vanis, quibus prophani homines seipso decipiunt, multò minus admittant scurras illusores, qui dum faceti esse vident, iocandi materiam hinc petunt, quod in dubium vocant, quæcunque de nouissimo die & mortuorum resurrectione, aut iudicio extremo, dicuntur: & quales in postremis temporibus multos fore, aliàs ex Petri capite tertio epistolæ posterioris demonstrauimus. Digere oporteat, si seruari volumus: confirmemur item in doctrina verbi Dei, quæ trahit esse coelos & inferos, vitam denique alteram & æternam, in qua pijs sua præmia, impii merita scelerum pœnæ retribuentur. Deus Pater luminum, det nobis, vt de tantis mysterijs ea dicamus, quæ multorum mentes erudiant, & vt sancto vitæ futuræ desiderio omnes accendamus.

Vsus huius descriptionis.

Et primò quidem, vt de iudice, quisnam hic futurus sit, videamus, sic dicit: Cùm autem venerit Filius hominis cum gloria sua, &c. Sunt hæc verba Iesu Christi Filij DEI, qui Patri coessentialis, & eiusdem cum illo maiestatis, & proinde Deus verus est, & præfinito tempore homo factus ex virgine, non conuersione Deitatis in carnem, sed assumptione seminis Abrahami, nunc in vna eademque persona indiuisa, verus Deus & homo est. In præfenti verò Filium hominis se vocat, & hunc venturum dicit, vt iudicet: nimirum ad illud, quod prius apud Ioannem dixerat, respiciens: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio: Et huius dicti rationem reddens, postea addit, et auctoritatem etiam ei dedit iudicium exercendi, quatenus Filius hominis est. Itaque sciendum est, quod Filius hominis hæc meminit, non vt se Filium Dei esse neget, aut vt diuinitatem à iudicandi potestate excludat, vel tunc cessaturum doceat, sed vt se in ea natura venturum demonstrat, & quidem in eadem carnis forma atque substantia, cui (vt D. Augustinus scripsit) profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Idè alibi idem Pater hæc Christi verba, quæ modò adduximus, per Ascensionis historiam exponit, sic scribens: Pater non iudicat quemquam, quia hominibus in iudicio non apparebit, nisi Filius. Et mox: Eui-gesimo die post resurrectionem suam ascendit in coelum, videntibus discipulis suis, & vox illa Angelica, viri (inquit) Galilæi, quid statis aspicientes in coelum? Ille qui assumptus est à vobis in coelum, sic veniet, quemadmodam vidistis eum euntem in coelum. Quomodo eum videbant ire? In carne, quam tetigerunt, quam palpauerunt, cuius etiam cicatrices tangendo sibi probauerunt: in illo corpore, in quo cum eis intrauit & exiuit per quadraginta dies, manifestans se eis in veritate, non in aliqua falsitate, non phantasmate, non vmbra, non spiritu, sed quemadmodum ipse dixit non fallens, palpate, & videte, quia

*Iudex quis
venturus.*

*Filium hominis
se vocat
Christus.
Ioan. 15.*

*Epist. 57. ad
Dardan.*

Act. 1.

Luc. 24.

DOMINICÆ XXVI. POST TRINITATĒ

Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Est quidem illud iam corpus dignum cœlesti habitatione, non subiacens morti, non mutabile per ætates. Non sicut ad illam ætatem ab infantia creuerat. Sic ab ætate, quæ iuuentus erat, vergit in senectutem; manet sicut ascendit, venturus ad eos, quibus antequam veniat, verbum suum voluit prædicare. Sic enim veniet in forma humana. Hanc videbunt & impij, videbunt & ad dextram positi, videbunt ad sinistram separati, sicut scriptum est: videbunt in quem pupugerunt, &c. Hæc August. Quæ idem recitare libuit, quia aperte testantur, hunc verum & orthodoxum Symboli Apostolici, quo *CHRISTVM* ad iudicium venturum confitemur, sensum esse, quem olim tota Ecclesia tenuit, & approbavit, & qui hodie etiam retineri debeat ab omnibus, qui orthodoxi & Catholici esse volunt. Etenim huius doctrina de multis nos admonet necessarijs cognitu.

Zach. 13.

Crucem & mortem nihil derogasse Christo.

Ioan. 17.

Philip. 3.

Psal. 22.

Primum consolationis plenum est, quod in ea natura & substantia Christus veniet ad iudicandam, in qua ipse iudicatus & passus est. Crux ergo, & infame atque dirum mortis supplicium, nihil eius divinitati derogavit, neque etiam ipsum offendit, ut ideo homines odisse, aut, quam ex ipsis assumpserat, naturam deponere aut prorsus abijcere voluerit. Quod ut nos confirmare debet, ne crucis, quam tulit ipse, ignominia offendamur: ita neque ea cruce aut aduersis offendi, aut illis succumbere, debemus, quæ nobis propter eius nomen ferenda sunt. Ut enim per suam illam crucem in cœlestem gloriam ascendit Christus: ita nos quoque per nostras perpeffiones ad te euehet. Eius enim promissio est, volo Pater, ubi ego sum, ibi sint etiam, quos dedisti mihi. Ut enim Christus ad novam vitam resurrexit, & corpus eius, etsi formam & veritatem corporis retinuerit, immortale tamen & verè gloriosum factum est: ita nos quoque ad vitam meliorem resurgemus, & corpora nostra illius corpori glorioso conformia fient. Quoties ergo sub cruce eò usque deprimimur, ut nihil aliud, quàm filij hominũ, id est, hominũ miseriam & abiectissimam, imò (ut de semetipso David dicebat) vermes & nõ homines esse videamur, semper in mentem veniat, eandem Christi capitis nostri sortem in terris fuisse, qui tamen nunc in cœlis triumphat, & olim nos ad te recipiet, ut ipsi quoque omni molestia & ignominia liberati, gloriæ eius consortes efficiamur. Qui enim ideo homo factus est, ut nos Deo Patri reconciliaret, & nos fratres suos faceret, & assumptam humanitatem, ne in cœlesti quidem gloria deponere voluit, multò minus amorem nostri, qui eum, ut homo fieret movit, nunquam exuet.

Consolatio contra tyrannos.

Deinde Filium hominis venturum, & in nouissimo die iudicem sessurum, testatur *CHRISTVS*, ut nos contra tyrannos persecutores confirmet, qui illum in nobis, qui ipsius membra sumus, quotidie crudelissimè crucifigunt, nihil minus præterea quàm illius aut Ecclesiæ eius, aut veræ fidei hostes, videri volunt. Habent præterea patronos pontifices, qui illos in suo instituto laudant, dilectos filios, Christianissimos, Catholicos, fidei defensores, dicunt, adhuc hunc gratissimum Deo cultum esse aiunt, si, ut oves mactationi destinatæ, iugulentur, qui ut Christi honorem tueantur, illis contradicunt. Et quia sub fucato Ecclesiæ nomine, & Apostolicæ auctoritatis prætextu, omnia faciunt, nihil tam iniustum, tam iniquum, tam crudele est, quod non excusari aut defendi posse existiment. Sed videbunt olim quem transierunt, quando Dei Filius in nubibus cœli veniet, ut illorum iudex sit, qui simul causæ suorum actor erit, & non solum propriæ conscientiæ testimonio, verum etiam conspectu suo eos arguet, & conuincet. Nam cum hoc simul oculis illorum & cordibus ingerentur omnes sancti Christi martyres, quos illi iniuste & crudeliter persecuti sunt, & aduersus illos clamabit omnium sanguis, quos illi propter confessionem nominis Christi interfecerunt. Si enim pulvis, qui ministrorum Christi pedibus aut vestibus inhæret, contra verbi contemptores sufficit illis conuincendis & damnandis, quanto acrius pungetur in cordibus suis, quando ipsum Christum videbunt, & huius conspectu sibi exprobrari sentient ingravitudinẽ, & contumaciã suam, qua illum, cum regno suo ad ipsos accedentem, reiecerunt, & quæcunque alia contra illum & eius seruos designarunt. Hac comminatione certè Cainam quoque, & vniuersum Sacerdotum & seniorum confessum, qui ad ipsum damnandum conuenerant, terret Dominus, quando illis dicit: Ab hoc tempore videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram potentie Dei, & venientem in nubibus cœli. Hæc nobis applicemus fratres, neque dubium nobis sit, fore ut ad Christi tribunal fistantur olim nostri hostes, qui nunc nos damnant, & tunc nos cum illo in gloria videbunt, & in animis cruciatum atque terrorem sentient, qui nullis rationibus humanis mitigari poterit.

Matth. 26.

Sed &

Sed & contra hæreticorum omnium commenta & blasphemias nobis sufficere potest, quod Christus se in assumpta hominis persona & forma venturum affirmat. *Christi diuinitas & humanitas asseritur.* Constat illa Deo & homine, quem in vnitatem personæ assumpsit diuina natura. Talis vero etiam nunc est, & talis erit, quando in nouissimo die ad iudicandum veniet. Ergo impium & mendax est Nestorij commentum, qui personæ vnitatem distraxit, & duos Christos finxit, hominem scilicet, qui Deum sibi assistentem habeat: Nam Filius hominis veniet, iudex, qui simul Dei Filius est Patri coessentialis & coæternus. Nec mirum iugulantur Eutychiani veteres & noui, qui dum maiestatem Christi hominis extolunt, & vbiq̄istico suo figuento carnem eius, quam in vtero virginis assumpsit, omnipotentem faciunt, humanam eius naturam diuinæ exæquando negant, & quantum in ipso est, abolent. Atqui in hac sese oculis nostris manifestabit Christus in illo magno die, vt supra ex Augustino docuimus. Num verò hoc ideo faciet, vt nos illum humanæ naturæ proprietates essentielles exuisse, & totum quantus est, in Deum abiisse, credamus? Poterant hæc fusius tractari, sed ista modò sufficiant.

Ne quis verò nos maiestatem Christi negare aut extenuare dicat (quod hodie nimis impudenter faciunt aduersarij nostri, qui, corporis omnipræsentiam statuendo, dupplicem in illo diuinitatem non verentur statuere: Primam, quæ ab æterno patri conuectâ diuinæ naturæ sit exæquata. At quid aliud Arrius olim garriebat, quando in euectâ diuinæ naturæ sit exæquata. At quid aliud Arrius olim garriebat, quando in Christo Deum confitebatur, qui aliquando non fuisset?) videamus etiam, quomodo aut qualis iudex iste venturus sit. Cùm venerit (inquit) Filius hominis cum gloria sua. *Filius hominis venturum esse in gloria.* Cùm sua gloria, quæ ipsi propria est, non aliena, veniet. At quæ hæc alia est, quam diuina, quam apud Patrem (vt alibi testatur) habuit, priusquam hic mundus existeret? *1041. 17.* Est ergo hæc tunc ab hominibus non conspicietur, non tamen ita latebit, quin sese efficaciter & potenter exerat, & (vt modò diximus) eius sensu impij terreantur. *Luc. 2. Hebr. 2.* Opponitur hoc primo eius aduentui in carnem, qui humilis fuit & infirmus. Nam licet tunc quoque aliqua apparuerunt indicia, quibus probabatur illum homine maiorem esse, tamen pauper peregrè natus est, in præsepio iacuit, mortalis item fuit eius caro, & *Luc. 2. Hebr. 2.* At olim cum gloria veniet, omnibus ijs instructus, quæ superbos terrere & deicere efficat, & omnes sancti angeli cum eo. Et horum in simili argumento apud Marcum quoque meminit. *Marc. 19. Exod. 11.* At quantæ Angelorum vires sint, quanta ad defendendum pios & puniendum impios illorum potentia, exemplis infinitis docent sacra literæ. Vnus Pharaonem tyrannum immanissimum filios Israël dimittere coëgit. Similiter vnus Angelus ministerio in Assyriorum castris, Ezechia regnante centum & octoginta milia cæduntur & obsidione liberatur vrbs, quam hostes spe sua iam deuorârunt. *Isa. 37. 2. Reg. 6.* Heliæ nem Propheta, cùm in medios hostes incidisset, Angelorum præsidio seruatus est, qui cum curribus & equis, igne terribili coruscantibus, campos & montes vicinios circumquaque occupabant, & quamuis non ab omnibus viderentur, hostium tamen oculos & manus continuerunt, ne qui contra Dei seruum facerent. Quid ergo nos circūquaque occupabunt, & quamuis non ab omnibus viderentur, hostium tamen oculos & manus continuerunt, ne qui contra Dei seruum facerent. Quid ergo ad iudicandum veniet? Quis illi resistere poterit? Quis ad eius conspectum non terrebitur & concidet? *Dan. 7.*

Sed aliud etiam addit, quo maiestatem & potentiam suam amplius declarat, dicens: Tunc sedebit super thronum gloriæ suæ. Thronum hunc scriptura passim inter nubes monstrat, in quibus ille veniet. Qualis verò futurus sit, non nobis est curiosius inquirere. Sufficiant nobis, quæ in sacris literis traduntur, nec dubitemus Dominum, qui Solomonis thronum toti orbi, & regibus cunctis, admirabilem fecit, multò gloriosorem thronum habiturum, qui iustitia & virtute firmatus & cinctus, admirationi & solatio erit electis, impijs verò omnibus terrorem incutiet, quem nunquam effugere aut superare poterunt. Enimverò, quæcunque nobis supernè ex nubibus imminet, cum terrore singulari coniuncta

iuncta sunt, vt fulgura, tonitrua, fulmina, chasmata, & quæcunque alia sunt huius generis: Quotò terribilior ergo erit Christi supra nos in nubibus diuino splendore refulgentis maiestas omnibus ijs, qui à fide alieni propriæ conscientiæ testimonio accusantur? Discipuli illi tres, Petrus, Ioannes & Iacobus, præ formidine conciderunt in facies suas, & tantum non exanimati sunt, cum gustum aliquem eius maiestatis præberet Dominus, in qua olim veniet in regno suo. Quid ergo futurum putabimus, quando virtutes cælorum commouebuntur, cæli cum stridore præteribunt, elementa deniq; astuantia liquefcent: signum verò Filij hominis in cælo apparebit? Tunc certe plangent omnes tribus terræ. Quibus adde, quæ D. Paulus scribit: Patefiet Dominus Iesus de cælo cum angelis potentia suæ, cum flammeo incendio, infligens vlcionem ijs, qui peccata non nouerunt, neq; auscultant Euangelio Domini nostri Iesu Christi: qui peccata non nouerunt, neq; auscultant Euangelio Domini, & potente ipsius gloria, cum venerit, vt gloriificentur in sanctis suis, & admirandus fiat in fidelibus omnibus, &c. Et hæc quidem de personâ iudicis, & eius ad iudicium aduentu dicta sufficiant, Faxit Deus Pater misericordiam, vt horum semper memores, ita viuamus, vt cum venerit, cum gaudio exultemus, neque uiulemus & plangamus cum impijs, qui optabunt præ dolore, vt terra ipsis dehiscat.

Matth. 17.

Matth. 24.

2. Pet. 3.

2. Tess. 1.

Qui nam ad tribunal sint stendi.

Porro videamus etiam, quinam ad tribunal Christi citari, & coram hoc iudice steti, debeant? Et cogentur coram eo (inquit) omnes gentes. Id fiet (vt supra docuit) angelorum ministerio, cum quibus se venturum dixit. Ait enim: Tunc emittet angelos suos cum tubæ voce magna, & suos electos coget à quatuor ventis ab extremo terræ usque ad extremum cæli, electorum meminit, non quod hi soli iudicandi sint (nam impios quoque citari debere, postea demonstrabitur) sed quia hæc in electorum consolationem dicebat, qui interdum persecutionibus dissipantur, vt impossibile videatur, illos post rursus in vnum cogi, hoc potentia suæ & gloriæ iudicium fore docet, quod etiam per totum mundum, imò vt quisquiliæ per aërem dissecti fuerint, facile tamen ipsi fore, vt sine tubæ clangore per Angelos ad ipsum colligantur. In præsentem verò omnes gentes nominat, sub quibus omnium seculorum & locorum homines comprehendit. Et cum eo consentit articulus Symboli Apostolici, in quo confitemur, Iesum Christum venturum ad iudicandum viuos & mortuos. Nam viui hinc dicuntur quotquot sub Christi aduentum superstites erunt, mortui verò sunt omnes, qui ab exordio mundi, vsq; ad illum diem, hac vita defuncti, rursus à mortuis excitabuntur, & hi simul omnes immutati, & incorruptione donati, Christo obuiam rapiuntur, vt eius sistantur iudicio. Itaq; omnes homines, quotquot sunt, fuerunt, & futuri sunt, ad Christi tribunal cogentur, vt non temere apud Germanos vulgari prouerbio dicatur, neminem emanfurum, qui non in nouissimo iudicio compareat. Quæ ergo hæc vœcordia est, ò homines Christiani, quæ mentes nostras fascinat, vt quasi in terris istis permanentem ciuitatem habeamus, sortis nostræ futuræ obliui, terrenis studijs nos totos addicamus?

Consensus omnium sanctorum in articulo nouissimi iudicij.

Jud. epist.

Gen. 5.

Iob. 19.

Excitet autem nos communis consensus electorum & seruorum Dei, qui iam inde ab exordio mundi omnes testati sunt, venturum iudicem. Iesum Christum, cui rationem omnium iniuste factorum & dictorum omnes homines redditari sint. Nam vt Apostolus Iudas, Iacobi minoris frater, cognomento Thadæus scribit, de falsis fratribus & impijs fidei & Ecclesiæ prophanatoribus differens, inter alia dicit: Prophetavit autem etiam de istis septimus ab Adam Enoch. Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis, vt ferat iudicium aduersus omnes, & redarguat, quicumq; ex ipsis sunt impij, de factis omnibus, quæ impiè patrârunt, deq; omnibus duris, quæ locuti fuerint aduersus ipsum peccatores impij. Quæ prophetia tantò plus fidei & authoritatis meretur, quod & vetustissima est, & quod eam Deus ipsius Enoch translatione confirmauit, & eo exemplo docuit, esse vitam aliam, in qua pijs sua præmia reposita sint, impios autem suæ pœnæ maneat, quas suis sceleribus meruerunt. Et eandem fidem Iobi fuisse, qui & ipse non procul à Patriarcharum seculo absuit, ex illius verbis patet, quibus seipsum inter infandos dolores, & cruciatus atque animi tentationes grauissimas, consolatus est, dicens: Noui quod vindex meus viuit & nouissimo tempore adhibebit vim suam pulueri. Postquam verò circumdederint hoc mea cute, spectabo Deum è carne mea: quem ego mihi contemplabor, & oculi mei videbunt, & non alius: quod vnicum est meum desiderium. Hæc erò illum non solum propter se dixisse, sed etiam vt vicissim collocutores suos terroret, qui intempestiuis disputationibus ipsi molestissimi erant, ex ijs apparet, quæ subterit: Tunc

Tunc dicetis, cur eum persequeremur, in quo fundamenta negotij salutis deprehendebantur? Timete igitur gladium vobis imminens: quia ira iniquitates, iniquitas vltima ex Prophetis, quibus doctrina hæc tam confessa & indubitata fuit, vt hoc argu-
 mento populum in Babylone consolati sint, Deum, qui ex mortuis excitaturus sit homines, ipsos velle & posse abductos in exilium reducere. Et Christus sæpè aliàs huius doctrinæ meminit, in primis autem memorabile est, quod apud Ioannē grauitè pronunciat: Amen, amen dico vobis, veniet hora, qua omnes qui in monumentis sunt, id est, mortui, quorum corpora iam compruerunt, audient vocē Filij hominis, & qui audierint, viuent. & prodibunt, qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerint, in resurrectionē iudicij. Quò Paulus respiciens non veritus est dicere: Omnes sistemur ad tribunal Christi. Item alibi clarius: Omnes comparere oportet coram tribunali Christi, vt vnusquisque reponat, quæ in corpore fecerit, vel bonum vel malum. Possent his testimonijs multa addi, quæ nunc breuitatis causa omittimus. Nos autem his admoniti hoc quoque obseruamus, Deum omnium cordibus hanc noticiam ita inscripsisse, vt nulla gens tam barbara, nulla tam superstitiosa & absurdissimis erroribus dementata fuerit, in qua non aliquis gustus futuræ resurrectionis & nouissimi iudicij ex aliquibus indicijs deprehendi possit. Derestanda ergo & abominabilis est illorum illorum impietas, qui hoc nouissimo seculo, quando quotidie fiunt, quæ diè hunc præ foribus adesse testantur, illum tamen scurriliter negare, & in dubium vocare, audent. Nobis horum omnium vsus sit, vt nunquam non aduentus Dominici memores humilemur sub eius potenti manu, & vigilemus omni tempore precantes, vt digni habeamur, qui effugiamus, quæ impijs parata sunt, supplicia, & intrepida mente consistamus coram Filio hominis, Domino & redemptore nostro Iesu Christo, cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

psal. 16.
 isa. 26.
 dan. 12.
 ezech. 37.
 ioan. 5.

rom. 14.
 2. cor. 5.

2. pet. 2.
 1. thes. 5.

luc. 21.

HOMILIA SECVNDA.

Et separabit (iudex) gentes, alteros ab alteris, vt pastor separat oues ab hædis. Et statuet oues quidem ad dexteram suam, hædos autem ad sinistram. Tunc dicet Rex ijs, qui ad dextram ipsius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi. Esurui enim & dedistis mihi, vt vescerer: sitiui, & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me: nudus, & amicumistis me: egrotavi & inuisistis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando autem te vidimus esurientem & aluimus? aut sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? Aut nudum, & amicumimus? Aut quando te vidimus egrotum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicet eis: Amen dico vobis, quatenus id fecistis vni ex istis fratribus meis minimis, mihi fecistis.



SAPIENTISSIMVS ILLE REGVM SOLOMON iudicij nouiss.
 in Eccles. cap. 7. grauitè monet melius esse adire domum luctus funebris, considerationē
 quàm domum conuiuij. Nam illic (ait) cernitur finis omnium hominum, non necessariã
 & viuens id reponit in corde suo. Et rursus: Sapientium cor in domo luctus versatur, & cor stultorum in domo lætitiæ. Quibus consentit alter ille sapiens

1. Reg. 2.

sapiens Sirachi filius, dicens: In omnibus factis tuis memento extremorum, & in æternum non peccabis. Qui enim seridè & assidue cogitat, mortem esse viam omnium terrarum, per quam omnibus necessariò ex hoc mundo exeundum est, procul dubio animum à terrenis studijs ad coelestium bonorum & vitæ æternæ considerationem reuocabit, nec facile locum dabit, vitiorum illecebris, quibus alij vulgò inescantur. At si tanum potest apud homines cordatos assidua mortis recordatio, quantum plus efficaciam habebit nouissimi aduentus Christi memoria, qui olim sub finem seculi in nubibus cœli apparebit iudex vniuersi mundi, vt singulis, prout in corpore vixerunt, retribuatur. Enimuerò fieri non potest, vt huius seculi studijs sese irretiri sinat, qui totam mundi machinam olim cum elementis omnibus vno incendio conflagraturam esse meminit, & tunc coram Dei Filio nihil esse, quod nos vel excuset, vel tueatur, quam fides vera & animus quædam vitam pie peractam bene sibi conscius. Quapropter Dominus noster Iesus Christus, postquam discipulos tuos, multis ad vigilantiam & ardens salutis studium ad hortatus est, de nouissimo eiam suo aduentu differit, & vt adhuc sese præparare debeant omnes homines, quæquor vniuersi efficacius moueantur omnium mentes, postremi illius & vniuersalis iudicij typum nobis, ceu in tabula, proponit: In quo nuper vidimus, quis tunc iudex ille vniuersalis futurus, & quanta cum gloria & potentia venturus sit: quod item omnes homines, quotquot vniuersi fuerunt & superstites adhuc illo die erunt, ad eius tribunal sibi oporteat. Sequitur in præsentem huius iudicij forma atque processus, cuius prima parte de electis siue germanis Dei cultoribus agitur, quos Dominus ad vitæ æternæ consortium & hæreditatem suscipiet: altera de reprobis, qui ad æternos inferorum cruciatus damnabuntur.

Quid Christus facturus sit coactis hominibus in vnum in extremo iudicio.

Et principiò quidem, cum nuper dixisset, omnes gentes siue homines per Angolos sanctos à quatuor ventis & extremis cardinibus mundi cogi oportere, vt ab ipso iudicentur, nunc quid his coactis in vnum, ipse primum facturus sit, docet. Et separatim (inquit) omnes gentes, alteros ab alteris, vt pastor separat oues ab hædis. Id verò opponitur confusio, quæ in hoc mundo est, & perpetuò durabit vsque ad finem seculi. Religiones quidem diuersæ sunt (vt iam de alijs vitæ generibus & studijs nihil dicatur) & in sectas innumeras ferè mundus totus distractus est.

Confusio huius seculi.

Sunt Evangelici hypocritæ, qui vno quidè Christo gloriantur, & se eius merito per fidem iustificatos esse pleno ore iactant: sed, quæ ore profitentur, fidem, factis negant. Sunt Papistæ siue pontificij Romanenses, qui in sectas sacrificiorum & monachorū complures scissi sunt, nec adhuc illarū finis est, quin nouæ indies veteribus accedant. Sunt Canonici regulares & irregularis: Sunt Franciscani & inter hos minores, Lignipedes, obseruantes item, quos alij qui per *ἀντιρροσιν* sic dictos putant, quod absque omni obseruatione regularum & legum, quas Christus & Apostoli tradiderunt, viuant. Sunt Dominicani, Iacobitæ, Augustiniani, Carmelitæ, Carthusiani, Bernhardini, Fratres Mariæ, Iesuitæ, Cappucinici, & alij, quibus omnibus enumerandis vix dies suffecerit. Et hi omnes etsi regulis & legibus, ritibus item, statutis & vestitu quoque differant, omnes tamen in eo conueniunt, quod ferè operum suorum meritis confidunt, & singuli suum ordinem siue sectam alijs omnibus præstare, seque Deo cultum magis gratum & acceptum exhibere, sibi persuasent. Sunt præterea à nominis Christiani prorsus alieni, Turcæ & Indi, qui se Christianis omnibus meliores esse gloriantur. Est item infinitus impiorū numerus, quos Atheistæ non immeritò quidam dicunt, qui cum neque Deum neque cœlos aut inferos esse credant, tamen pro damnatis haberi nolunt. In tanta ergo confusione hominum & opinionum, alij incerti rerum, quod se vertant, nesciunt, & vel omnem religionem negant, vel vt omnibus se amicos & æquos præbeant, vnumquenque in quavis religione seruari posse sentiunt, modò animi intentio bona sit.

Christus iudex cur conferatur pastoris. Isa. 4. Psal. 80. 121. 130. Ioan. 10.

Sed in illo die confusio ista tolletur, & separatio fiet, cuius author erit ipse Christus, Dei Filius & iudex vniuersalis, qui cum renes & corda scrutetur, nullo ceremoniarum splendore, nullo professionis externæ fuce, fallitur. Separabit autem hos omnes alios ab alijs, vt pastor oues ab hædis separare solet. Rectè autem se pastori conferat, quia tantisper tempus gratiæ, & huius præsentis vitæ curriculum, durat, pastor ille Israëlitis, quo olim Prophetæ vaticinati sunt. Et talem seipsum describit in Euangelio, simulque docet, quid ouibus suis conferat, & quibus notis illæ ab hædis dignoscantur. Ego (inquit) sum pastor ille bonus, qui agnisco meas oues, & agnoscor à meis: & animam meam de

am depono pro ouibus. Ego item sum ostium; per me si quis introierit, seruabitur, & ingreditur & egredietur, & pascua inueniet. Et ego vitam æternam do ouibus. Qui non ingreditur per ostium, fur est & latro. Oues item suas esse ait, qui vocem suam audiant, & sequantur, alieni verò vocem non agnoscant. Ex quibus colligi potest, hædos & hircos esse, qui ouium quidem similes videri volunt, fidelium cœtib; sese associant, & fideles Christi cultores, deique amantes, se esse profitentur, interim verò intra pascua Ecclesiæ non manent, sed vagi, petulantes & lasciui, Christum Iesum non pro unico pastore agnoscunt, neque per ostium illud unicuique ingrediuntur, sed per alias vias, atque media, irrepere student: ad hæc non sequuntur Christum, non ipsi soli adhærent, neque ei obediunt, sed sui certiani placita & proprii animi desideria, illius præceptis præferunt. Hi omnes siue Christiani dicantur, siue Euangelici, siue Romanenses Catholici, siue Iudæi, siue Turcæ, siue rasi & vncti, siue cucullati, siue mitratos bicornes sint, hœdi atque hirci sunt, neque ex Christi grege censi debent. Possunt quidem inuitis ouibus sese insinuare, & tanta est illorum sæpe potentia, vt absque periculo ne reprehendi quidem, vel unico verbulo argui, ne dum à caula Ecclesiæ arceri, possit. Sed quando pastor ille fortis veniet, illos omnes non arguet modò, verum etiam separabit, vt toti mundo constet, quinam oues, qui hirci aut hœdi sint. Oues enim, id est, veros fideles & Christianos ad dexteram, hœdos ad sinistram, statuet. Per dexteram etiam locus beatæ immortalitatis, per sinistram locus supplicij, denotatur, quo colligentur omnes hypocritæ, cum ijs, qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium.

Idcirco turpis & exitialis est error eorum omnium, qui vnumquenque in sua religione, vel potius superstitione, seruari sentiunt. Etenim vt vnica sola est veritas: ita fides quoque vera & religio est vnica. Vidit hoc olim Lactantius, qui religionem à vinculo pietatis sic dictam testatur, quod per hanc nos Deus sibi religauerit & obstrinxerit. Atqui vnus Christus est, per quem ad patrem venit, & in quo placuit Patri omnem plenitudinem inhabitare, & per eum sibi reconciliare omnia, tum quæ in cœlis, tum quæ in terra sunt. Non alia ergo religio vera est, quàm quæ fide in Christum constat: falsæ sunt autem & superstitiones noxiæ sunt, quæ extra Christum alibi salutem querere do-

Oues.
Hœdi & hirci.

Errare eos, qui dicunt, quemque in sua religione seruari.
Lib. 4. ca. 28.
Ioan. 14.
Colos. 1.

Separatione ergo opus est ex mundo, si religiosi & veri Dei cultores esse velimus. Hanc olim Deus instituerat, quando eiecto à facie sua Caino, Sethum huic substituit, ex quo filiorum Dei linea & genus deduceretur. Sed cum postea filij Dei cæco amore & illecebris mundi fascinati, cum filiabus hominum, & Caini posteris rursus commiscerentur, Nephilim prodierunt, propter quos genus humanum horrendo diluuii supplicio deletum est: & rursus Abrahamum à Chaldæa euocatum sibi delegit Deus, ex quo novum filiorum suorum soboles nasceretur, & à quo veri omnium seculorum credentes dicerentur Abrahami filij, quibus vbique præcipitur, vt ex Babylone, id est, ex mundo exeant, & separentur à generatione praua filiorum huius seculi, neque cum eorum studijs & operibus communicent. At ea est naturæ humanæ peruersitas, vt multi dignitatis suæ immemores ad infelix mundi consortium redeant, & cum illo polluantur. Ideò quotidiana poenitentia opus est, & vt subinde pedes abluamus, Dominus iubet. Quod cum quem omnes faciant, multi verò in vitijs communibus pergant, iudex ille vniuersæ terræ, magno illo tempore gratiæ ipsis fulsit, noluerunt pastorem suum agnoscere & sequi, in postea ad exitum sempiternum damnentur. Et de hac separatione tunc futura frequenter quæ passim cernitur inter homines, offendantur. Huc pertinent parabola de zizanijs, & eorum in agro Domini succrescent, tempore messis autem colliguntur postquam sagena in litus subtracta fuerit, separantur à bonis, & abijciuntur. Eodem faci parabola de nuptijs, ad quas quidam absque veste nuptiali accessit, & cum alijs accubuit. Sed ab hero deprehensus, ignominiosè eiectus est in tenebras externas, vbi est ploratus & stridor dentium. Horum ergo diligenter meminerint, qui exemplo mundi terribilia vitia & scelera excusant, & sibi necessariò publicis moribus viuendum esse putant. Sed ratum erit semper quod hic dicitur: Quicumque nolunt relictis mundi studijs separari ab hircis foetidis & contumacibus, olim velint nolint separabuntur, & cum diabolo, cui seruiunt relegabuntur in ignem illum inextinguibilem.

Separationem esse necessariam.
AM.
Gen. 4.6.
Gen. 12.
Isa. 52.
Apoc. 18.
Act. 2.
Ioan. 13.

Mat. 23. 13.

At quæ-

Cur damnentur non audientes Euangelium. Rom. 2.

At quærat hinc aliquis, quo iure secundum Euangelij sui doctrinam eos quoque damnatur non audientes Euangelium? Sed his Apostolus ad Romanos scribens respondet: Cum gentes, quæ legem non habent, natura, quæ legis sunt, faciant, isti legem non habentes, sibi ipsi sunt lex: Ut qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, unum testimonium reddente ipsorum conscientia, & cogitationibus sese mutuo accusantibus, aut etiam excusantibus, in die, quo iudicabit Dominus de occultis hominum ex Euangelio meo per Iesum Christum. Fatetur Paulus, gentibus quidem non datam legem scriptam, ut Iudæis: at simul probat, illos propterea non ex-leges esse profus, cum naturales notitias cordibus inscriptas habeant, quæ honesta iu-bent, turpia prohibent: quibus notitijs corda sic illustrantur, ut intra conscientias suas couincantur, si quid inhonestum patrârunt: & tam efficax esse conscientia testimonium, ut in eum usque diem vigeat, & in nouissimo iudicio illis condemnandis sufficiat. Eadem autem ratio est Euangelij, cuius doctrina cum naturalibus illis conuenit, quo intra non omnibus illud prædicetur, habent tamen hi quoque, qui non audiuerunt, quo intra corda sua conuincantur, neque erit aliquid quod illos in die iudicij excuset: Ut ergo hunc locum concludamus, necesse est, ut fide vera conuertantur ad Christum, qui solus verus illis illa nuptialis est, & hunc induant, qui in ultimo illo iudicij die seruari vo-lunt.

Judicium nouiss. in quo differat à quotidianis.

Sequitur sententia finalis, qua idem docetur, & ostenditur simul euidenter, qui sint verè credentes, quos pro ouibus suis Dominus agnoscat, & saluos pronuntiabit. Priusquam verò illam audiamus, obseruatu dignum est discrimen, quo iudicium istud differt à quotidianis aut humanis, quæ in hoc seculo exercentur. In his sententiam præcedit accusatio, sistuntur item testes, quorum testimonijs capita accusationis confirmantur; adhuc reis attribuuntur aduocati siue patroni, qui eos excusent vel defendant. At in præsentem nihil horum auditur. Etenim (ut modò diximus) propria conscientia accusabit & excusabit omnes. Neque opus erit testibus apud iudicem Christum, quem nihil later, & qui sua præsentia tam electos confirmabit, quam improbos suæ impietatis conuictos damnabit. Etenim ex eius conspectu consolationem percipient illi, quando videbunt illum, cuius cicatrices & vibices salutis certos facient omnes, qui ipsi cre-diderunt: exitio autem dignos esse docebunt eos, qui ipsum non receperunt, in quo vno salus est. His præmissis, audiamus nunc, quid suis dicturus sit.

Finalis sententia de electis.

Tunc dicet Rex ijs, qui ad dextram ipsius erunt, &c. Regem se vocat nunc, qui prius se Filium hominis dixerat, ut doceat incarnationem & exinanitionem, quæ in assumpta carne facta fuit, deunitati & maiestati suæ nihil derogaturam, quò minus tunc quoque, quando in hominis forma, & ut verus homo veniet, sit Rex ille gloriæ & iudex vniuersæ terræ. Quid verò dicet suis? Venite benedicti patris mei, & possidete regnum vobis paratum à iactis fundamentis mundi. Est hæc irreuocabilis & plena consolationis sententia Filij Dei, cuius singula verba probè considerari debent.

Venite.

Joan. 12. 14.

Primum, venite inquit: & sic dicendo vocat eos ex mundo & corruptibili conditione, cui prius obnoxij fuerunt, & simul absoluit eos ab omni peccato, à morte, inferis & Diabolo. Nam ad se venire iubet, secundum promissionem, quæ sæpius in Euangelio repetitur: Volo vbi ego sum, illic sit etiam minister meus: Vado vobis paratum locum: & cum profectus fuero, & parauero vobis locum, rursus veniam & assumam vos ad me ipsum, ut vbi sum ego, & vos sitis. Vbi simul confundantur fanatici, qui ut omnipræsentiam hominis Christi, quò ad corpus assumptum asserant & confirmant, in altero seculo locum aliquem fore negant: & nos accusant, si cum Christo idem sentiamus & loquamur. At ipsi quando corpus Christi in certo loco esse negant, corporis veritatem negant, & abolent. Tolle loca corporibus (inquit August.) non erit vbi sint, & proinde non sunt.

In Epist. ad Dardan.

Benedicti Patris.

Rom. 5.

Gen. 3.

Deinde quos vocet, disertè exprimit, & quasi definit: Nimirum benedictos Patris. Ita verò propriam salutis & beatitudinis nostræ causam ceu digito ostendit. In Adamo enim omnes maledicti sumus, & morti obnoxij, quæ per peccatum cum satellite suo, id est, agmine malorum omnium in mundum ingressa miseros & calamitosos fecit. Itaque benedictione noua nobis opus est: quæ non aliunde quàm ex Deo sperari poterat, cum propter hominem tota creatura maledictioni & corruptioni esset subiecta. Quod enim de terra dixit Deus, primo parenti, maledicta est terra propter te, &c. id ipsum de alijs quoque elementis intelligi debere ex eo patet, quòd quæ in usum hominis creata erant,

erat, nunc nobis exitio & iudiciorum Dei instrumenta sunt, si hic nos punire velit. Benedicit autem hic nobis in filio suo Iesu Christo. Hic enim est promissum illud semen mulieris, quod caput serpentis, qui maledictionis autor fuerat, contriuit: Idem semen illud Abrahami est, de quo dictum: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. De eodem Paulus scripsit: Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis omni benedictione spirituali in cœlis, in Christo. Itaque benedictio nobis obligat non per legem, aut opera legis, quæ potius maledictionem quam ex Adamo hausimus aggrauat, cum nemo illi possit satisfacere. Quod si lex moysi non potest benedictionem parere, multo minus lex Mahometis, aut Papæ, qui disertè à Christo nos reuocant ad nostra opera, quæ, cum optima sunt, imperfecta & mutila sunt. At Christi Iesu participes sumus per solam fidem, qua eum apprehendimus, & eidem inserimur. Ideo Basiliscus grauius ait: Qui credit in filium habet vitam æternam. Qui autem non obtemperat filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Hic ergo fundatur articulus præcipuus Christianæ religionis, quem Apostoli tantoperè inculcârunt: In sola redemptione, quæ per Christum facta est, nos iustificari & seruari ex sola fide, absque operibus legis, ex mera gratia.

Gen. 12. 22. Ephe. 1.

Ioan. 8.

Id verò Dominus in præsentī quoque euidenter declarat & confirmat, quando ad quid, aut in quem finem benedicti patris vocentur, docet. Dicit enim, possidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi. In græco ponitur verbum κληρονομησατε, quod non simpliciter possidere, sed hereditario iure aliquid obtinere, significat. Hæreditatis vox meritum omne excludit: Etenim vt infans hæres nascitur priusquam aliquid aliud boni aut mali fecerit, vt Paulus Iacobi & Esau exemplo docet. Deinde regnum paratum illis dicit à iactis fundamentis mundi. Vnde sequitur paratum fuisse, priusquam essemus, nec opus esse, vt ipsi hoc paremus aut acquiramus nostris operibus sine meritis. Adde quod Deus, qui prauidit, nos propria culpa indignos fore regno illo, qui omnis beatitudinis colophon est, ab æterno quoque filium suum (Petro teste) prædestinauit, qui nos Patri reconciliaret, & regno Dei dignos atque idoneos faceret. Ergo rursus cadit omne operum nostrorum meritum & dignitas.

Qui vocentur & sint benedicti patris.

Rom. 9.

Gen. 25.

1. Pet. 1.

Quia autem fides interna animi in Iesum Christum fiducia est, quæ tota spiritu consistat, neque oculis cernitur, aut vilo sensu corporeo apprehenditur: vt pote Spiritus sancti donum, adhuc multi fide gloriantur, qui huius virtutem & efficaciam nunquam senserunt, sed quod ore profitentur, factis negant, sententiæ huius causam Dominus ad externa opera refert, quæ vt proprios si sui fructus in suis credentibus commendat dicens: Esuriui enim, & dedistis mihi, vt vescerer: sitiui, & dedistis mihi potum. &c. quasi diceret: Ideo vos benedictos Patris mei dico, & electos regni mei hæredes, quod fidem vestram efficaciter operibus, & germanis fidei fructibus, declarauistis. Non ergo hæc eo sensu dicuntur, vt opera hæc efficientes causas salutis & vitæ æternæ esse testetur, sed fructus & testis indicatur, quando benedictos Patris, & regnum illis ab æterno paratum dixit: Opera bona sint vel Deo placere, nedum salutem & regnum illud bestum mereri possint. Exemplum sunt Cain & Abel, quorum vterque sacrificauit Domino, nec in sacrificij materia aliquid est, quod alter alteri præferri debet: sed quia hic fide præditus fuit, eius victima Deo placuit: illius verò displicuit, quia sine fide sacrificabat. Eadem ratio est omnium operum. Quia enim Christus mediator ille est, qui solus nos Deo gratos & acceptos reddat, hic autem sola fide apprehenditur, certò colligi potest, sine fide neminem Deo placere, & quod non ex fide fit, peccatum esse. Atqui fides hæc non inanis persuasio, multo minus temerè concepta opinio est, quam ex semetipsis percipiunt homines, sed fiducia certa per charitatem efficax, quæ cum sit legis completio (vt Paulus docet) opera gignit, quæ Deo placent propter Christum, & cum eius voluntate consentiunt. Ita Christus ipse in Euangelio salutis nostræ summam in fide monstrat, subinde inculcans illud, qui credit in me habet vitam æternam. Interim verò alibi ad opera remittit, vt ostendat fidem non mortuam aut otiosam esse, sed per opera bona se declarare, & cognosci, vt arbor ex fructibus. Iustitia autem & vita æterna (si proprie loquendum sit) non operibus, sed fide tribuit debent, quæ nos iustificare dicitur, quia nos Christo inserit, qui solus nobis à Deo iustitia & redemptio factus est, 1. Cor. 3. cap. & 2. Cor. 5.

Fidei fructus, opera, recensentur.

Opera bona sine fide nulla sunt.

Hebr. 11.

Rom. 14.

Gal. 5.

Rom. 15.

Ioan. 6.

Opera bona
que sint.
Matth. 15.

Ut verò de operibus quoque bonis aliquid dicatur, sunt hæc non quævis, quæ in speciem talia esse videntur, & ex nostri animi intentione fiunt, (Ideo nulla hæc sit mentio votorum monasticorum, & operum quæ secundum hominum traditiones fiunt, quæ potius prohibentur & damnantur alibi) sed operum charitatis, quæ sunt esurienti cibum, sitienti potum, extorri & exulanti hospitium, nudo vestitum, præbere, ægrotum item inuifere, capitum & vinctum iuare & consolari, &c. Sub quibus omnia alia comprehenduntur, quæ sunt huius generis. Etenim qui his verè & ex animo student, procul dubio nemini nocebunt, nulli hominum, quod suum est eripient, neminem defraudatum, neque neglecto proximo, quem Deus commendauit, in muta idola aut immoderatum corporis sui cultum conferent, facultates suas, quibus proximum indigere vident. Multo minus virgines aut filias proximi stupris, vxorem adulterio, viduas vagis libidinibus, polluent. Itaque non multa quæstione opus est, quæ sint bona opera, quæ Deo placeant. Sunt hæc vulgò nota omnibus: neque ista sibi fieri postulat ille, sed quia ipse nullis eiusmodi officiis, indiget, vt proximo egenti illa præstemus, iubet: & quæ huic fiunt, sibi facta putabit, vt paulò post demonstrabitur.

Electos de suis
operibus sumi-
liter sentire.

Nunc quid pij & electi, audita hac Christi sententia, facturi sint, videamus. Nihil horum in seipsis agnoscunt: Domine, quando aiunt te vidimus esurientem, & alium aut sitientem, & dedimus tibi potum? &c. Quasi diceret: Nos quidem non meminimus quicquam huius fecisse. Ista verò non idcirco dicunt, quòd Iudicem & Seruatorem suum falsi arguere animus sit, sed suæ infirmitatis & delictorum sibi conscijs toto corde humiliantur, cù intelligunt, se nihil fecisse, quàm quod debuerunt & nulla neglexisse, quæ debuerunt facere. Et ita de se sentiunt fideles serui Christi, dū adhuc in corrupta carne viuunt. Iob certè dicit: Timui omnes labores meos, id est, ea quoque opera mihi suspecta sunt, quæ summo cù labore & studio illi inserviendi Deo peregi. Dauid inè fatetur: Ratio iniquitatum nostrarum superat nos. Et rursus: Si delicta obseruaris domine, quis sustinebit? Ne intres in iudicium cù seruo tuo. Et Christus quotidie nos precari vult: Remitte nobis debita nostra. Nam si serui inutiles sumus, etiamsi omnia fecerimus, quæ debemus facere, quales nunc dici meremur, cùm tam multa omiserimus, tam multa item sint, quæ non possumus præstare, cum lex peccati, quæ est in membris nostris (vt de semetipso Paulus fatetur) nos peccato captiuos facit, vt faciamus non quod volumus, sed quod nolumus? Horum ergo ad huc memores electi in magno illo die, simul abripiuntur admiratione plus quam paternæ benedictionis Dei, quam hic ipsis indignis contulit, nõ possunt extenuare sua opera, quæ Christus tantoperè de illis prædicabit. Apparet autem hoc loco, quid iudicari debeat de iustitiameritis gloriari, & quasi ipsorum debitor sit Deus, rationes acceptorum & datorum ab illo exigunt. Est hæc luciferiana superbia, & qui hac turgent, magno suo malo sentiunt, se in his rationibus delictorum suorum superari, cum iustitia quoque ipsorum sit instar sordidorum centonum, neque in iudicio Dei possit consistere.

Iob. 9.

Psal. 65. 130.
143.

Matth. 6.

Luc. 17.

ROM. 7.

Isa. 64.

Conciliatio lo-
corum scriptu-
rae de gratia
& merito.

Deus remunerator iustus esse docetur, qui vnique rependat pro merito suo, & mercedem nobis pollicetur: alibi verò opera nostra sic deprimat, vt, quæcunque accipimus, ad gratuitam Dei misericordiam referat, Sed vtrumque electi piè & sanctè credunt. Faciunt Deum, qui iustus est, remuneratorem esse eorum, quæ benè & rectè faciunt, & eundem non impunita dimittere peccata eorum, qui in illis pergunt pœnitere nesciunt: seipsum autem in peccato conceptos & natos, atque peccatores esse agnoscunt. Itaque si quid aduersum ipsis accidit, agnoscunt hoc iusto Dei iudicio fieri, & se hoc meruisse, atque dignos esse, quos Deus humiliet, & ad emendationem castiget. E contra autem quia seipsum probe norunt quoties beneficijs suis ipsos dignatur Deus, illa ex gratia sibi conferri sentiunt, & cum Dauide dicunt: Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quod tantam eius rationem habes? Psalm. 8.

Conciliantur
Paulus & Ia-
cobus.
Rom. 4.

Ad eundem modum conciliantur Paulus & Iacobus Apostoli, quorum ille Abrahamum ex fide sine operibus, hic verò per opera, & non ex fide iustificatum fuisse scribit. Paulus enim de fide viua & efficaci loquitur, quæ per charitatem, & huius opera, se exerit, vt supra de ouibus aut electis Christi diximus, & quam Abrahamus quoque operibus bonis publicè declarauit. Opera verò excludit, ne iustificationis causam, quæ propriæ fidei debetur, illis tribuat: eadem tamen non damnat, sed passim ad ea Christia-
nos

anos homines hortatur (vt in eius epistolis est videre) & vt nos totos Deo sistamus viuendam hostiam. Iacobus verò de fide mortua, vel potius otiosa & inani fidei professione, differit, vt eos confutet, qui sub hac licenter peccant, & nomen Christianum prophanant: interim non negat, nos ex gratuita Dei misericordia per fidem in Christum iustificari. Et eandem fuisse illius in tota hac caussa sententiam, quæ Petri & Pauli fuit, historia Synodi Ierosolymitanæ docet, quæ à Luca prolixè describitur Actorum decimo quinto capite.

Jacob. 2.
Rom. 12.

Cæterùm vt ad præsentis loci tractationem redeamus, Dominus vt fideles suos, tam humiliter de seipsis, & officijs suis, sentientes confirmet & erigat, non sine iure iurando illis respondet: Amen dico vobis, quatenus id fecistis vni ex fratribus istis meis minimis, mihi fecistis. Fundatur huius sententiæ ratio in eo, quòd Christus alibi pauperes sibi substituit. Cùm enim propter vnguentum pretiosum, quod super caput eius effuderat Maria, quidam murmurarent, & Iudas pauperes prætereret, quibus ex illius pretio, si venditum fuisset, potuisset subueniri, responder Dominus, ita nunc oportuisse fieri, vt corpus suum ad sepulturam vngeretur, eò quòd ipse moriurus quidem, sed ex morte resurrecturus sit, vt officium eiusmodi ipsi pro more præstari non possit: Quod paupe- res verò (inquit) hos semper vobiscum habetis: & quandoque volueritis, potestis eis benefacere: me verò non semper habebitis. Et hoc dicendo, non obscure innot, sufficia præstare non obstituram, quò minus ipsi inferuire & debita officina ex terris in cælis ascensionem non obstituram, quò minus ipsi inferuire & debita officina præstare, possimus. In suas enim rationes se ascribere velle, quæcunque in suo nomine ipsius seruis aut membris fecerimus. Istud verò tunc dicere libuit, propter nos, qui adhuc in hoc seculo siue in terris viuimus, vt efficacius ad commiserationem & charitatis opera erga nostræ opis indigos permoueamur. Itaque verborum Christi nos semper memores esse decet. Fratres enim suos hoc loco dicit, qui vulgò contemptissimi hominum sunt, pauperes nimirum, qui famelici, nudi, extorres, oberrant, & vel morbis fædis excruciantur, aut captiui in carceribus delitescunt. Quoties ergo aliquis ex horum numero tibi occurrit, & tuam opem implorat, Christum ipsum tibi occurrere, & abs te stipem, panem, vestem, & quæcunque vitæ subsidium, petere cogitabis. Quod enim illi indigo facis Dei Filio Iesu Christo sit, qui olim in magno illo die remunerator erit fidelis & liberalis. Assidua item meditatione in animo verlemus, quò dilectus ille discipulus & Apostolus scribit: Qui habuerit mundanas facultates, & viderit fratrem suum egentem, & elauerit viscera sua coram eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Elucet in his magna hominum peruersitas, quæ ferè ex mundi & huius seculi studio enascitur. Pollitentur quidem omnes magnificè, se nihil non facturos propter Christum, si hic, vt olim, carne humana & mortali indutus, in terris hisce viueret. Interim in pauperibus suis occurrentem nobis, & præ fame morientem, non negligimus modò, sed ipsi spoliamus, defraudamus, inò occidimus quoque, & terras longè late que patentes bellis iniustis, prædationibus, incendijs denique, vastamus, & depopulamur, vt nobis bene sit. Sed quid de illis futurum sit, qui talia faciunt, sequenti sermone dicetur. Deus pater misericordiam pro suis in illo die nos agnoscat Iudex ille vniuersalis Iesus Christus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum.

Quomodo
Christus alio
tut et iunctur.

Marc. 14.

1. Ioan. 3.

HOMILIA TERTIA.

Tunc dicit (Rex) etiam ijs, qui ad sinistram erunt, Maledicti abite à me in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi, quo vescerer: sitiui, & non dedistis potum: Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non amicumistis: egrotus & in carcere eram, & non inuistis me. Tunc ipsi quoque respondebunt ei, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nu-

Rr ij

dum

dum, aut egrotum, aut in carcere, & non ministravi-
mus tibi? Tunc respondebit eis dicens: Amen dico vobis,
quatenus id non fecistis uni ex istis minimis, nec mihi feci-
stis. Et abibunt illi in supplicium aeternum, iusti vero
in vitam aeternam.

Deum esse re-
muneratores.



QVAE ET MEMORABILE EST DICTVM

Apostoli ad Hebræos vndecimo capite. Qui accedit ad Deum, hunc cre-
dere oportet esse Deum, & remuneratores esse ijs, qui ipsum requirunt.
Etenim nō quis duo hæc firmiter teneat, & sibi probè persuasa habeat,
quod reuera Deus sit, qui omnia creabit, omnia gubernet & seruet: &
quod idem verax & omnipotens sit, iustus denique, qui seruis & cultoribus suis fidei pro-
missa præmia retribuatur, impijs vero & contumacibus pœnas, sceleribus suis debitas, re-
pendat: is nunquam verè credet Deo, neque eum metuet aut amabit, multò minus vitam
suam secundum illius voluntatem instituet. Quapropter scriptura veteris & noui testa-
menti passim ista diligenter commendat. In primis autem articulus hic illustratur, & ad-
uersus omnes carnis dubiæ cogitationes confirmatur in hac nouissimi iudicij descriptio-
ne. Cum n. in hoc seculo promiscuè inter se viuant homines boni & mali, & ea sit saepe re-
rum facies atque tanta confusio, vt p. j quoque de Deo & eius prouidentia atque iustitia
dubitent, quasi illi frustra seruiatur: Impij vero ex impunitate sua ferociores fiunt: Do-
cet primò Christus, fore olim discrimen, & se cum iudex venerit, ante omnia separaturos
oues suas ab hœdis, & tunc manifestum fore vniuerso mundo, ipsum fidelem & iustum
pastorem esse. Deinde quid de vtrisque statuere velit, narrat: Et nuper quidem de pijs
siue electis suis dixit, qui tunc ad dexteram sistentur, qui beatitudinis locus est, & hos be-
nedictos Patris sui vocabit, vt ad se receptos regni sui ab æterno illis destinati hæredes
faciat,

Argumentum
& distributio
huius loci.

Sequitur altera huius narrationis pars, qua contra reprobos, qui ad sinistram in
loco damnationis stabunt, pronuntiabit, & vt maledictos ablegabit in ignem aeternum.
Et sicuti nuper electorum suorum bona opera, quæ ex fide & charitate fecerunt, magni-
ficè commendauit: ita nunc istis exprobrabit animos à fide & charitate alienos, ex quibus
toti humano generi constare possit, ipsos reprobos, & damnatione dignos esse. Sed singu-
la huius loci ordine videamus, cui hæc potissimum insunt: Primum recitatur sententia fi-
nalis contra reprobos. Secundò eius ratio redditur, quòd charitatis officia, quæ ipsi Chri-
sto debentur, pro suis neglexerint. Tertio opponitur his, illorum excusatio, siue defen-
sio: vbi reproborum hypocritarum ingenium & mores graphicè exprimuntur. Quarto
Dominus sententiam pronuntiatam ratione, quam nuper quoque allegauit, confirmat.
Postquam sequitur executio vtriusque sententiæ, quoad electos & improbos.

Sententia fina-
lis contra re-
probos.

Ioan. 3.

Rom. 6.

Sententia Christi iudicis finalis contra reprobos est hæc: Maledicti abire à me in
ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, vt electos suos benedictos patris
dixit, eò quod in ipsum credunt, qui nos patri reconciliavit, & quia in ipso nobis Pater
benedixit, omni benedictione spirituali. Ita nunc impios, qui fide destituntur, & ab ipso ali-
ni sunt, maledictos dicit: quia (vt in Ioanne nuper dicitur) qui non credit in Christum,
is adhuc in peccato est, & adhuc manet super illum ira Dei, quæ peccati pœnam siue sti-
pendium, mortem videlicet, nobis affert. Idcirco sicut pijs & credentes ad se vocauit, vt
regnum ipsi ab æterno paratum possideant: ita hos abire, & procul à se facessere iubet,
vt ostendat, nihil cum ipso illis vnquam commune fore. Abire autem iuber in ignem
aeternum, qui diabolo & eius angelis sit paratus. Etenim iustum & æquum est, vt qui
nolunt cum Christo communicare in hoc seculo, multò minus cum illo in regno celorum
communi gaudio & felicitate fruantur: sed cum angelis malis quibus seruiuerunt, procul
à facie Christi reijciantur: quæ maxima est hominis calamitas: si nimirum à Deo, qui
summum bonum & omnis boni vnicus fons est, reijci & excludi mereantur. Facit autem
ad amplificationem pœnæ: quòd eiusdem supplicij consortes fore dicit, cum diabolo &
huius satellitibus. Quid obsecro homini ingenuo, & liberaliter educato, atque virtu-
tibus assueto, molestius aut tristius poterat accidere, quàm si cum capitalibus parentis,
suis &

his & totius familiae suae, in inimicis in locum aliquem obscurum, tetrum & horribili squalore rigentem concluderetur: quorum querelas & conuitia absque intermissione omnino audire cogere? Nec aliquam videret rationem, qua seipsum vel alios posset inde eximere? Atque quanto tristior & infelicior erit illorum conditio, qui in illo die relegabuntur in ignem illum inextinguibilem, qui alibi stagnum ardens igne & sulphure dicitur: Vbi nullo alio sodalicio stipabuntur impij, quam malorum daemonum, qui neque lucem ferre, neque aliquid in Dei honorem & gloriam audire possunt, & non solum inenarrabilibus tormentis inferorum excruciat, Dei iustitiam calumniantur, & aduersus eiusdem bonitatem cum horribili fremitu grunniunt, verum etiam quam ipsi impietate suam amiserunt beatitudinem, omnibus invident, quibus aliquam adhuc micam diuini favoris sustulisse vident? De Lotho scribit Petrus Apostolus in Sodomis, vitam agens, animam iustam indies iniustis illorum factis, & videndo & audiendo excruciarit. Atqui nouerat hic illum remuneratorem esse, & aliquando finem suum habitura omnia ea, quae ipsum tunc torquebant. Quid ergo de illis fiet, qui in aeternos Tartarorum carceres detrusi cum diabolis versabuntur, & eorundem cum illis suppliciorum socij fient, quorum conspectus vel praesentia homini intolerabilis est? Enimvero ut communio cum Deo in regno illo celesti gaudium parit, quod nullis linguis pro dignitate explicari, nullo sensu aut captu humani ingenij comprehendi potest: ita omnes quoque sensus superat cruciatus ille, quem reprobi apud inferos cum immundis illis spiritibus communem sentiunt. Horum enim ignis (ut apud Marcum dicit Dominus) non extinguetur, neque vermis vnquam morietur, & tantas tamque diras poenas in praesenti omnibus denuntiat, qui spreta benedictione, quam filius Dei nobis meruit, cum principe huius seculi maledictionem aeternam subire maluerunt.

Apoc. 20. 21.

2. Pet. 2.

Marc. 9.

Iesa. 48.

Hic vero elucebit iustitia Dei aduersus eorum errorem, qui nisi statim puniat scelera, illum nos & omnia, quae in terris geruntur, negligere, aut etiam ignorare putant: & inde colligunt, felices esse eos, qui audacter Dei mandata transgrediuntur, miseros autem & calamitosos, qui nihil audent, & actiones omnes ad verbi aut legis Dei regulam metuntur: necesse ergo esse, ut foro & tempori nos accommodemus, & praesentibus commodis fruamur, sed contra eiusmodi sermones, non minus impios quam falsos, Asaph nos instruit in Psalmis, & multi extant alij scripturae loci, admodum vtilis considerari, inter quos memorabilis est, qui apud Malachiam habetur, vbi sic ait Propheta: Fatigauistis Dominum sermonibus vestris: Dicitis autem, quanam re fatigauimus eum? In hoc nempe, cum dicitis, Quicumque malum facit, bonus est in oculis Domini, & in his complacet ei, Aut: Vbi est Deus iudicij? Item, inualuerunt contra me verba vestra, dicit Dominus, & dicitis, quidnam contra te sumus locuti? Dixistis, frustra seruitur Deo. Nam quae vilitas, quod custodiam eius custodiimus, & quod humiliati coram Domino exercituum incedimus? Nunc certe beatos dicimus superbos, cum, qui impie agunt, adiuuantur: & qui Deum tentant, ij seruantur & durant. Tales erant Israelitarum sermones tempore exilij Babylonici, & cum ex eo reuersi a vicinis gentibus infestarentur, haec autem rebus integris florebant. At quid illis respondet Propheta: Tunc qui Dominum timent, quisque proximo suo dixit: Dominus attendit & audiuit, & scriptus est commentarius coram eo timentibus Dominum scilicet, & qui suppetant nomen eius. Et eam, ut quis filio parcat sibi seruenti. Reuertimini & videbitis inter iustum & impium, inter eum, qui Deo seruit, & ei non seruit, Itaque pollicetur Deus, fore diem iudicij, ut prophani huius seculi filij: & ut malae fidei debitores, quiduis hac conditione in se recipiant & designant, ut in illum demum die poenas dent. Sed verè pij ea quae audiant, quae in Propheta proxime sequuntur. Reuertimini & videbitis inter iustum & impium, &c. Et haec de nouissimo iudicio pronuntiat, quando a mortuis resurgent homines, proprijs oculis videbunt, Deum suos cultores remunerari, ut eos corpore & anima seruet: impios autem prout fecerunt, vlscisci. Nam haec quoque addit ijs, quae praecesserunt, Malachias: Quoniam ecce dies venit, ardens ut clibanus: & erunt omnes superbi, & omnes qui impietatem designant stipula, & inflammabit eos dies ventura, dicit Dominus exercituum, qui non relinquet eis neque radicem neque ramum.

Iustitia Dei elucebit.

Psal. 73.

Malach. 2. 3.

Quod non ita accipi debet, quasi corpora quoque & animæ, quodam effentiam suam in nihilum redigantur. Etenim animæ ne in morte quidem intereunt: Corpora verò immutata sunt, ut quæ prius corruptibilia erant, omni corruptione exuta vitæ æternæ capacia fuerint, in qua pii quidem æternum gaudebunt, impij verò cruciabuntur, & durabunt perpetuò, ut sempiternis pœnis sufficiant, pereuntibus interim & in nihilum redactis omnibus, quibus infelices confisi sunt. Nam, ut alibi dictum est, cœlum & terra & vniuersa mundi machina dissoluètur, & simul omnia conflagrabit. Quid ergo miseris reliquum erit quo nitantur, aut ex quo aliquid præsidij sperare possint? Fallentur ergo, qui in hoc seculo ista rident & in dubium vocant, quæ de altera vita & inferis dicuntur, olim autem ea experiri & sentire cogentur, quæ nunc nolunt credere.

Cur reprobi
in extremo iudicio
damnantur.

Cæterum rationem audiamus, cur iudex Christus tam horribili sententia istos ad ignem æternum damnet? Esuriui enim (inquit) & non dedistis mihi quo vescerer: Si- uui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus & non am- ciuistis: ægrotus & in carcere eram, & non inuistis me. Ut nuper opera piorum, ex fide & charitatis manantia, commendauit: ita his opponit reproborum opera, quæ non possunt non certò sequi, ubi fide extincta, charitas quoque intermoritur. Sub his autem quæ hîc commemorantur, reliqua omnia, quæ huius generis sunt, complectitur. Nam his quasi iudicijs illi abundè testantur, se fide in Christum destitui, & proinde meritò ab ipso reijci & damnari. Etenim olim ille dixit: Qui non crediderit, damnabitur. Incredulitas ergo omnium operum prauorum origo est. Quia enim sola fide iustificamur, certè, qui non crediderit, ne iustificatus quidem erit. Quomodo autem opera iustitiae faciet qui non iustus est. Cum enim fides per charitatem efficax sit & agat, neque fidei opera erunt, neque Deo placere poterunt, quæ sine charitate fiunt.

Marc. 16.

Gal. 5.

Quos Christus
hac sententia
damnet.

Denique ut vno verbo dicatur, quod res est, opera mala & inhumanitatis plena, in quibus reprobi incurabili contumacia pergunt, certissima indicia sunt, quæ illos fide in vniuersum carere testantur. Præderit autem hoc loco ex ordine videre, quinam hac sententia damnentur, ut ita discamus, quid nos vitare, quidue facere oporteat, si damnationis æternæ pœnas velimus effugere.

1. Diuites & auari, et immites.

1. Ioan. 4.

Luc. 10.

2. Cor. 13.

1. Tim. 6.

Thob. 4.

Primùm damnantur hîc opulenti & diuites, qui opibus huius seculi abundant, sed immites & duri viscera sua immisericorditer claudunt erga fratres egentes, ut neque ipsorum neque tenerorum liberorum, quos esurire, algere & affligi vident, moueantur. Hi enim pluris faciunt caduca & friuola huius seculi bona, quam homines, qui ad Dei imaginem conditi, Christi personam referunt, qui in ipsis stipem petit, esurit, alget & hospitium quærit. Et cum fratrem, quem vident, non diligant, num Deum diligere poterunt, quem non vident, & qui ipsorum ope non indiget? Atqui charitatis lex est, proximum ut te ipsum diligere, proximum autem putare debemus obuium quemque, qui nostram opem implorat, aut quem huius egentem videmus, etsi nullus petat: Sicut in Samaritani parabola Dominica decima tertia post Trinitatis diximus. Nec est quod obijcias, etsi habeam quod mihi sufficit, non habeo tamen quod alijs largiar, & mihi sunt liberi, quibus ut prospiciam, necesse est, ne quando ipsi ab alijs stipem petere cogantur. Etenim ut tuis vtaris, prout necesse est, Deus non prohibet, neque charitatis lex obstat, quò minus tuis prospicias. Et notum est illud Pauli, Non hoc exigit Deus, ut alijs relaxatio sit, nobis autem oppressio: sed ut pari conditione nostra abundantia suppleat aliorum defectum. Itaque qui plura possident, plura largiantur: qui minus, faciant, quod possunt: & qui, quod dent, non habent, ament saltem omnes homines, faueant egentibus, bene precentur, beneuoli sint, consilio iuuent, consolationibus pijs recreent. Inprimis autem caue, ne dum tibi necessaria quæris, necessitatem auaritia meriaris cuius cupiditas est inexplebilis. Nam Apostolo teste, nihil intulimus in mundum, nec quicquam efferre poterimus: sed habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Atqui natura sic conditi sumus, ut non immensis opibus sit opus & qui mediocres, vel etiam paruas possident, ferè quibus nostris obuersetur, quod filio suo Thobias dicebat: De facultatibus tuis exerce beneficentiam, nec malignè se gerat oculus tuus, in præstanda benignitate: ne auertas faciem tuam ab illo paupere, ut nec Deus faciem suam abs te auerrat. Pro ratione facultatum tuarum sis beneficentis: si multum tibi fuerit, largè tribuas: sin parum ne verearis expauescere præstare.

præstare benignitatem: thesaurum enim bonum tibi recondes in diem necessitatis. &c. Et his consentiunt literæ propheticæ & Apostolicæ, quæ simul docent licere pijs, vt facultatibus suis ipsi vtantur, nec exigi à Deo, vt sua omnia alijs distribuant. Faciunt huc exemplum Patriarcharum, Abrahami, Isaaci & Iacobi, Iosephi, &c. In nouo testamento Nicodemus, Iosephi, Arimathæi, Lazari Bethaniensis, & sororum: & Apostolus multa in epistolis tradit, quæ rem domesticam piè & sanctè administrare docent, quorum vsus notus esse debet, vt nostris honestè prospiciamus, & pauperes nobis habeamus commendatos. Vide 1. Thes. 4. Ephes. 4. 1. Timoth. 5. &c.

Secundo damnantur Christi sententia omnes, qui non licito & legitimo labore, aut honesta aliqua ratione se suosque alunt, sed usurarijs artibus, fraude, doloque monopolijs item, ditescere student, & fruges terræ ex Dei benedictione datas, intercipiunt, vt postea maioris vendant, adhæc fallunt publicè quosuis mensura, pondere, monera denunciables sunt artes, quibus non mercatores modò et sceneratores alij alios deglubunt, vt rimetiam infelix vulgus & mercenarij spoliantur, quibus sua merces vel detinetur, vel arroditur, vt non tota ad ipsos perueniat. Sed ad illos pertinet, quod Apostolus scribit: Agre nunc diuites, flete ululantes super miserijs vestris superuenturis. Diuitiæ vestræ pure factæ sunt, vestimenta vestra à tineis sunt vorata: aurum & argentum vestrum arguis, thesaurum est, & ærugo vestra testabitur contra vos, & exedet carnes vestras velut in regiones vestras, à vobis intercepta, clamat, & clamores eorum qui messuerunt in auon adhuc ignis, thesaurus iniquus scilicet, in domo impij? & Epha per exiguum, & ira plenum? Num iustificabo bilancem iniquam, & sacculum, in quo sunt lapides fraudulentij? &c. Etenim si peccant, qui officia charitatis negligunt, quanto grauior, eorum culpa est, qui insuper maleficiunt, & dolis suis aliorum inopiam augent.

Ternò damnantur etiam hoc loco prodigi, qui opes, quas Dominus dedit, turpiter & inutiliter profundunt & dilapidant, adeò vt per illas neque Deus colatur, neque proximus emendetur, aut eius subleuetur inopia. In eo numero sunt, qui insanis ædificijs impenas faciunt immodicas, & absque necessitate diruunt, ædificant (vt poëtæ verbis vtant quadrata rotundis. Illis accenter debent, qui supellectile improuisa superstitibus, vestitu luxurioso diffluunt, poculis immodicis & temulentia indulgent, dies noctesque perpotant, nec solum gratiarum actiones obliuiscuntur, quæ Deo pro acceptis frugibus debentur: Sed erga pauperes & egenos Christi tenacissimi & sordidi planè sunt, quos interim esurire, sitire, algere, extortes oberrare sinunt. Talium ingens est numerus hodie, qui iudicium Domini nunquam effugient. Etenim passim occurrunt famelicæ, qui vix duro manuum labore vitam sustentant, imò ne inueniunt quidem operandi occasionem. Quam multæ vix partu lenatæ decumbunt, nec habent cibos salutaris, aut potum, qui puerperis salubriter seruiat? Quam multi victum necessarium mendicando quarunt, nec quantum illis sufficit, inueniunt? qui omnes paruo & modico cibo, & potu modico, contenti essent, seque ipsos Deo & tibi gratos præberent, si illis abs te impetrarent. Sed plerunque fit, vt quos non piget fruges immodico luxu contumere, vino turpiter effuso, mensas, sedilia, cœnacula ipsa, perluere, socios plus satis potant, vt amplius bibant cogere, ij immites & duri sint erga pauperes, erga puerperas, egenas adeò vt ex pumice aquam facilius, quam ab illis poculum vini, aut frustulum panis, excorquetas. Hi sunt, de quibus Amos scribit: Væ securis in Zione, & confidentibus in monte Samariæ, qui in longinquam reijcitis diem malum, qui dormiunt in lectis eburæ, qui ad grabbatis suis, qui agnos ex grege comedunt, & vitulos pingues excore, qui ad nablum concinunt, qui vinum in pateris potant, vnguentis delibuti, neque illis dolet, quod Ioseph atteritur. Similia his apud Isaiam quoque leguntur: & sententiæ huius præsentis Christi confirmationem facit exemplum diuinis epulonibus in euangelio, vnà cum graui admonitione, qua omnes homines, eos inprimis, qui sub mensa aduentum viuunt, Dominus instruit, dicens: Cauete vobis, ne quando grauentur corda vestra capula & ebrietate, ac curis huius vitæ, & repente vobis superueniat dies illa, &c.

Usurarij & impostores.

Iacob. 5.

Mich. 6.

3. Prodigij ablitiguritores sanctuosi &c.

Amos. 6.

Isa. 5. 28. Luc. 16. 21.

Nam ut hoc quoque addam, quanta fieret ad eleemosynas, tam publicas quam priuatas accessio, si omnes homines in pauperes Christi conferrent, quæ vulgò intemperantia, luxu, prodigalitate turpiter dissipantur. An non ergo, qui id faciunt, digni sunt, ut ad ignem æternum cum diabolo & angelis eius, ablegentur?

Quartò damnantur eadem sententia, qui donationes, ab alijs piè factas, ut ex his Ecclesiæ, scholæ, Xenodochia siue hospitalia, eleemosynæ publicæ aut priuatae instituuntur, & conseruentur, intercipiunt, ut vel sibijs vendicent, vel in vsus alios conuertant. Ut enim olim ad tabernaculi extruccionem donaria conferebant principes tribuum, alij item viri honesti, & multi etiam ex plebe: ita olim in primitiua Ecclesia, crescente numero pauperum quoque pecunias suas liberaliter contribuuerunt pij, ut, ceu publico ærario facto, ex eo illi alerentur, & Ecclesia necessarijs, subsidijs, non destitueretur: Ita posteris temporibus idem factum esse constat, & de multorum principum & illustrium hominum liberalitate adhuc hodie testantur Ecclesiæ multæ cathedrales, collegia, & cœnobia, quæ olim scholis & iuuentutis institutioni seruiuerunt, & hodie in multis locis, pristino aut veteri vsui restituta sunt. Non possumus autem dubitare quin in suas rationes adscripserit Christus omnes eiusmodi donationes, neque aliam rationem excogitari posse, qua nobis facilius & compendiosius ex Mammonæ iniquitatis possimus amicos parare, qui nos olim cum defecerimus, recipiant in tabernacula æterna. Ecclesiæ enim ex viuis corporis Christi membris constant, illarum seminaria sunt scholæ, in quibus à pueris educantur & instituuntur, qui aliquando senioribus, hac vita defunctis, in ministerio succedant, ne aliquando Ecclesiæ orphanæ aut viduæ fiant, aut sint instar ouium dispersarum, ut olim Israëlitæ erant, cum de illis quereretur Deus, errârunt oues meæ absque pastore, fueruntque tibus omni bestiaæ agri. Errauit grex meus in omnibus montibus, & in omni colle excelso, & in omni superficie terræ dispersus est grex meus, nec est qui quærat &c. Quoad pauperes verò qui vel in Xenodochijs, vel in collegijs, vel leprosarijs ex eleemosynis publicis aut priuatis aluntur, annon Dei filius tum alibi, tum in præsentis tractatione luce clarius testatur, sibi fieri quicquid illis fit?

Qui ab alijs donata intercipiunt. Actor. 4.

Luc. 16.

Ezech. 34.

Stipendiorum Ecclesiasticorum raptorum poena.

Amos. 8.

2. Reg. 5. Actor. Matth. 26.

5. Mercenarij milites.

Deut. 27.

Quotquot ergo Ecclesiarum opes, collegiorum, & cœnobiorum redditus, à maioribus, & pijs principibus, aut honestis viris, legatos intercipiunt, & authores sunt sua auaritia aut rapacitate, ut scholæ, & in his studiorum benorum curijs, & morum disciplina sancta impediatur, pauperes & egeni ad famem redigantur, de his graues poenas summet Dominus in illo die. Grauior tamen illorum culpa est, qui stipendia ministris verbidebita, rapiunt & sibi vendicant, quæ causa est, quòd doctrina & prædicatione verbi sublata, fames illa in Ecclesijs oboritur, quam apud Amos minatur Israëlitis Deus: quòd mirum famem mittere velit, non quidem famem panis, aut sitim aquæ, sed audienda est, ba Dei, quæ fames cum tristi & horribili conscientiarum carnificina coniuncta est, quam Deus ne in hoc quidem seculo, inultam abire sinit. Huius ergo sedulo meminerint præfules, qui imperium in Ecclesias sibi vendicant, qui fidos & doctos verbi præcones eijciunt, qui sacrilega audacia ex xenodochijs ditescunt & rationibus iniquis & fraudulentis magistratibus imponunt, & ab his destinata bona in alienos vsus transferunt. Vt enim hæc facinora Deus æstimet, exempla Gieci, Ananiæ, & Sapphiræ docent, in primis autem Iudæ proditoris, qui cum pecunia impiè & malè quæsitâ, vitam quoque infelicem turpiter amisit. Qui ergo horum vestigijs insistant, nunquam effugient vindicæ Dei oculos & manus in illo die, quando manifestabuntur occulta cordium. Etenim omnium est de suo largiri, ut verus Dei cultus conseruetur, scholæ aperiantur, pauperibus prospiciatur. Quæ ergo ratio eos excusabit, qui ab alijs donata auferunt.

Quintò damnantur à Christo mercenarij cares, & iniqui milites, qui bellis non necessarijs multos ad egestatem redigunt, dum exteris principibus operam suam locant, & contra Dei præceptum accipiunt, pecuniam, ut percutiant innocentem sanguinem. Innocens quidem coram Dei tribunali nemo mortalium est: & iusto iudicio Deus bellis affligit eos, qui pace læta abutuntur: Innocens autem militum mercenariorum respectu dicitur, in quem illis nullum ius est, & qui vel cœco odio & iniusta vindictæ cupiditate, vel stipendij & prædæ spe illecti, eos bello petunt, qui nulla iniuria ipsos affecerunt. Quam verò aliam causam prætexere volent, qui exterorum regum & principum castra secuti ijs seruiunt, qui ipsis nullum mandandi ius haberent, nisi hoc ipsi illis facerent. Hodie

Hodie quidem hic quaestus honestissimus habetur, si ut lami ad macerandas pecudes, ita isti ad ingulandos homines se conduci sinant. At qui Christo nomen dedit, non sui iuris est, ut operam suam cuius ad quidvis locare possit. Pretio empti istis (scribit Paulus Corinthiis) nec estote serui hominum. At qui operam suam locant ad iniustas caedes, rapinas, incendia, stupra, agrorum populationes, urbium excidia, nonne hi diaboli serui fiunt, qui horum omnium auctor est?

Sed vnum quaero, qua fronte coram hoc Iudice consistent, qui ut ipsum in membris suis diligamus, & dilectionem hanc omni officiorum genere testemur, requirit: ipsam nimirum alendo, potando, amiciendo, consolando, qui ipsi, dum bella non necessaria sequuntur, his omnia contraria faciunt? Enimvero in bellis segetes conculcantur, fruges vastantur, vineae exciduntur, pecudes abiguntur & macerantur: vrbes & pagi incenduntur, diruuntur, solo aequantur: corpora denique hominum non modò caduntur & occiduntur, verumetiam contumeliosè violantur, loca sacra & prophana diruuntur, & ne templis quidem parcitur, spoliantur coenobia, hospitalia publica, nosodochia, & reliqua his similia charitati consecrata loca, dissipantur: neque vlla lingua exponere potest, quaecunque in bellis eiusmodi solent fieri: & fatebuntur milites ipsi nunquam de illis tantum dici posse, quin plura dicenda supersint. Scio non deesse multis quod respondeant, & quo se excusent. Sed dicant illi quod velint, veruntamen Iudex Christus sententiam, quam in carne hac mortali adhuc viuens recitauit, nunquam mutabit: Et qui sibi triumphos gloriosos & opes immensas pollicentur, in ignem aeternum abibunt, ut ibi colligantur, cum omnibus, qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, Ezechielis vigesimo secundo capite.

Sextò, cum sui ipsius captiui quoque meminerit Christus, damnantur hoc etiam loco, quoz quot captiuos non consolantur, vel aegrotos & infirmos non amice inuisunt, sed in squallore suo priore sinunt. Eos quidem qui in magistratu constituti leges, & iura publica administrant, vocatio sua non sinit semper misericordiae aut charitatis rationem habere, qualem fontes haberi vellent: sed ut secundum leges à Deo datas malum è medio auferant, necesse est: nec idcirco vereri debent, ne alicuius sanguinis reatu polluant. Notum est enim, quod in lege aliquoties repetitur, vbi capitales poenae hominibus maleficis & facinorosis denuntiantur: Sanguis eorum sit super eos. Cui illud Solomonis prou. 17. & 24. consentit, qui Deo aequè exosum dicit eum, qui absoluit sceleratum, quam eum, qui condemnat innocentem. Interim non exuatur communis humanitatis sensus, & quoz ducuntur miseri, qui quoduis supplicium meruerunt, cogitemus, quanta sit humanae naturae infirmitas, quado quod istis nunc accidit, in quosuis potest cadere, quos Denitatis officia, ne crudeliter fiant, dum seueri aut iusti haberi volunt, quod ferè hypocritis accidit. Et ut animae illorum seruentur, cura sit, tunc quoque quando poenas sceleribus suis debitas exoluunt. Docet hoc proprio exemplo Christus Dominus, quando latrone in cruce ad se conuersum in gratiam recepit, & eundem paradisi municipem fecit. Quae verò infirmis & morbo contectis, debeantur officia, ex Samaritani parabola petantur, in qua prolixè haec explicantur Dominica decima tertia post Trinitatis.

Scio inueniri delicatiores aliquos Christianos, & fortassis Theologos quoque nonnullos, qui in morbis contagiosis, pestilentia imprimis, fugam hominibus Christianis irapermissam esse contendunt, ut eos, qui hominem ex peste, vel alio morbo contagioso, decumbentem, inuisunt, Deum tentare, & sibiipsis propriae necis auctores esse dicant. De contagio Philosophicè non libet disputare, sed illud ad medicorum scholas remitto, mihi cum Christianis hominibus res est, qui omnia per Dei prouidentiam gubernari, & vnicuique mortalium finem dierum suorum à Deo praefinitum esse norunt: qui item firmiter credunt, eum, qui ignis vim continere potuit, ne Danielis focijs, in fornacem ardentem coniectis, noceret, & Danielem inter leones seruare, non minus contagia morborum, quam alia, regere posse, neque aliquid esse in rerum natura, quod temerè grassetur. Scitè, nuncquam à Deo immitti pestilentias, & Dei sagittas & tela esse, quae & noctu & in umbra alarum omnipotentis. Et quia hic inbet aegrotantes inuisere & consolari, & beatos pronuntiat omnes, qui id faciunt non solum temerarios & praecipites nimium, verum etiam impios dicimus eos, qui Deum tentari dicunt, si quis ad eos accedat, qui morbo, (ut ipsi aiunt) contagioso affecti sunt.

1. Cor. 7.

Bellorum incommoda.

6. Qui captiuos non consolantur.

Leuit. 20.

7. Qui aegrotos negligunt.

Daniel. 3. 6.

psal. 91. 7. 8.

41.

Obijci

Leuit. 17.

Obijciunt illi, ceu Aiacis Clypeum, legem Dei de leprosis q̄ segregari debuerunt. Achane typicam partim, partim politicam fuisse constat. Deinde ea nihil derogat charitatis officijs. Nam segregare iubeat lepra infectos, non autem negligere. Ideo Christus ipse illos tangere dignatus est, & ferè præ alijs suo fauore complecti. Nemo igitur sibijpsi delicias faciat, dum timori ignauo indulget, sed singuli, quid proximo laboranti debeat, considerent. Rata enim erit Domini *IESU CHRISTI*, ad vltimum iudicium venientis, sententia: Abite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, quia ægrotus eram, & non venistis ad me &c.

Vfus totius huius loci.

Possent his multi alij connumerari, qui in misericordiæ & dilectionis leges peccant: sed ex ijs, quæ dicta sunt, de reliquis facillè iudicabunt pij. Omnium verò hic nobis vltus esto, vt, qui vel in Republica vel Ecclesia rebus præsident, pro virili curent, vt charitas regnet inter eos, quos ipsorum fidei Deus credit, econtra homines iniustos, avaros, & prores, impuros arceat, et verbi Dei serua prædicatione, atq; bonarum legum disciplina, in ordinem cogant, ne quiduis pro sua libidine faciant. Nec enim ij soli peccant, qui iniurias faciunt, verum etiam qui eas non prohibent, cum possunt. Deinde in hoc speculo sese contemplantur singuli, atque vitam moresque suos examinent, vt, si quid hætenus peccauerunt, sedulo emendent, & apud Deum culpam deprecantur, dum tempus gratiæ est. Qui verò hætenus aliorum iniurijs expositi fuerunt, & adhuc se à plerisque negligi vident, cogitent, hanc in ipsis Iesu Christi sortem esse, & in ferenda cruce patientes sint, quando audiunt, filio Dei fieri, quod ipsis fit. Dabit is vires, vt sint ferendo, neque supra vires tentari sinet. Omnium verò Iudex & remunerator apparebit iustus & fidelis.

Hypocritas nõ agnoscere culpam.

Quid verò hac filij Dei sententia, quouis fulmine terribiliori, audita respondebunt hypocritæ, qui ad sinistram stabunt? Domine (inquier) quando te vidimus elutientem aut sitientem, aut hospitem, aut nudum aut ægrotum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Non agnoscunt culpam. Etenim vt pij & electi non fidunt suis operibus, nec tam humiliter de Iesu Christo sentiunt, vt de eo se aliquid mereri posse existiment: ira hypocritarum fiducia omnis in proprijs ipsorum operibus sita est: opera verò bona externi cultus & ceremoniarum splendore metiuntur. In his ergo quia toti occupantur, tanti etiam ea faciunt, vt se plus fecisse putent, quàm vnquam fecerint. Itaque verba hæc non videntur absque stomacho proferri. Quasi diceret: accusas me neglecti officij, quasi te esurientem, sitientem, algentem, captivum, ægrotum, neglectum. Quia verò non recordamur, nos te vnquam in eiusmodi necessitate vidisse, iniuriam nobis facis. Enimverò si talem te vidissemus, potius genium nostrum defraudare, & oculi pupillam offendere, voluissemus, quàm nostro deesse officio. Ita solent hypocritæ sibijpsis nihil non polliceri de sua pietate. Sed non mouetur eiusmodi verborum fucosus. Itaque præsentem respondebit Christus: Amen dico vobis, quatenus non fecistis vni ex istis minimis, nec mihi fecistis. Ergo semper verum & ratum est, in pauperibus ipsum Christum negligi. Non intelligunt hoc hypocritæ impij, quia non agnoscunt, in quam sublimem dignitatem inopes Deus euexerit, quos Filio suo æquales fecit. Calua est ergo & inutilis excusatio omnis, quam prætexunt, qui illis neglectis circa alia occupantur, quæ Deus nusquam mandauit.

Conclusio huius loci de nouissimo iudicio

Sequitur huius loci conclusio, quæ simul finem & postremum actum huius seculi continet. Nam dicit Dominus: Et abibunt illi in supplicium æternum, iusti verò in vitam æternam. Afferitur hæc postremus Symboli Apostolici articulus, quo vitam æternam confitemur, quæ huius mortalis vitæ curriculum secutura sit. Negant illam, imò securiliter rident homines Epicurei, & quæstiones mouent, non minus impias, quàm vanas, quibus in dubium vocent, quæcunq; de vita æterna piè dicuntur & creduntur. Quærent enim quomodo animæ absque interitui perpetuis cruciatibus doleant? Quomodo corpora in sempiternis supplicijs durare possint. Et alia eius generis, quorum D. Augustinus quoque in libro de Ciuitate Dei meminit, contra gentes & infideles disputans. Atqui in rerum natura extant exempla, quæ his possunt fidem facere. Et idem pater Salamandram producit in medijs ignibus viuentem, & pauonis carnem coctam sine affam in aliquod menses incorruptam à putredine conseruari scribit. Cur ergo de ijs dubitemus, quæ de vita æterna à Prophetis & Apostolis, imò ab ipso DEI Filio tam grauitè & constanter in vtroque Testamento asseuerantur: & sine quibus DEI iustitia non posset consistere, vt alibi prolixè demonstraui? Credamus ergo firmitè esse vitam æ-

De ciuit. Dei lib. 21. cap. 4.

tam æternam, ad quam omnes prodibunt, qui bona fecerunt, ad resurrectionem vitæ; qui vero mala egerint, ad resurrectionem condemnationis. Initiò quidem mox à resurrectione separabit iudex omnes homines, sicuti pastor separat agnos ab hædis (vt nuper diximus) & hos quæ ad sinistrâ, illos vero ad dexterâ statuet. Deinde sententiâ finalem pronuntiabit, quam hæctenus audiuius. Sequetur mox biuium in quo boni à malis, pij ab impijs, electi ab reprobis, ita separabuntur, vt nulla posthac conuentio aut permixtio sperari possit. Et vt nulla lingua neque vox ineffabilem illam beatitatem electorum eloqui poterit, quam oculus non vidit, neque auris audiuit: ita omnem sensum & intellectum excruciantur. Loci scripturæ sacri passim occurrunt, qui beatorum gaudia & damnatorum supplicia abundè describunt. Nobis vnus hic locus sufficiat, vt fide vera & fando charitatis studio accensi, ita viuamus, vt huius vitæ curriculum emensi, olim quoque in læta electorum resurrectione in conspectu filij Dei Iesu Christi, ad eius dexteram statuerè diligenter se, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. AMEN.

DOMINICÆ XXVI. POST TRINITATIS Precatio.

Aterne & viue fili Dei, Domine Iesu Christe, nos quidem incidimus nunc in tristes illas sed, cum mortis tue hora iam appropinquaret, ipsemet etiam prolixo sermone prædixisti, quod nos de postremo tuo in iudicium aduentu, deq; signis hunc præcessuris, item de illusoribus resurrectione, & iudicio extremo, rectè ex tuo verbo dicuntur. Te supplices precamur, vt gubernas nos tuo saluari statu, qui ex te, & Patre tuo æterno, procedit, vt inter alios articulus fidei nostræ, hunc etiam assidue & diligenter consideremus, quo confitemur nos credere te, Dominum & seruatore nostrum, sub finem huius seculi venturum esse ad iudicandum viuos & mortuos, & tum ad tribunal tuum omnes homines sistendos esse, vt rationem reddant non modò de factis suis, sed etiam de quouis verbo otioso.

Ah Domine Iesu Christe mane nobiscum, & cum posteris nostris, vsq; ad consummationem seculi, & custodi nos in grege tuo, vt pupillam oculi tui, & serua tibi inter nos aliquod semen sanctum, quod genua sua non flectat coram principe huius mundi, hoste tuo & gregis tui, qui totus fuit nunc in spargendis corruptelis doctrina tua, & in stabiliendis manifestis erroribus contra gloriam & veritatem tuam. Largire nobis verum & firmum animi robur, vt tibi Spiritu tuo adglutinati firmiter adhareamus, ne à te propter opes, aut voluptatum illecebras, deficiamus, neque mundi huius exemplo aut afflictionibus, aut carnis impatientis fatidio, nos commoueri patiamur, vt te, Dominum & seruatore nostrum, abnegemus, aut etiam, contempto & conculcato in nobis exhibito gratuita redemptionis nostræ, beneficio, studijs mundi huius, qui in malo totus ferè nunc volutatur, conformes fiamus: Sed obsigna in cordibus nostris per Spiritum tuum depositum illud, quod ex iubare verbi tui tam de certitudine salutis nostræ, quæ in sola misericordia patris tui gratuita, & in sacrosancto tuo merito, intercessioneq; tua ad dexteram æterni Patris tui, quam de nobis reuelasti, quo docuisti nos, quid gratuita misericordia patris tui, item tua obedientia integra, & intercessio apud patrem tuum Spiritusq; tui regeneratio & obsignatio, vicissim à nobis requirat, nempe, vt in æterna salutis nostræ negotio, neque in nostra neq; aliorum opera & merita confidamus, sed in patris tui inexhaustam misericordiam, & in sacrosanctum tuum meritum & intercessionem, ipsiusque Spiritus tui obsignationem, qua certi reddimur de adoptione nostræ omnem fiduciam & spem collocemus, vt cum omni impietate (quæ tui patrisq; & spiritus tui, cognitioni fidei quoq; & religioni Christiana, omnino aduersatur) omnem carnis concupiscentiam, oculorum libidinem & vitæ fastum, quæ mundanorum hominum cum oculis tum cordibus, sese ingerunt, abnegemus, & simul ex verbo tuo discamus vitæ à te prohibita, facere verò à te mandata, vt fidem nostram (quæ interna est fiducia, & tota spiritu constat, nec ullo sensu corporeo, cum tui spiritus donum sit, apprehenditur, qua etiam sola nos, te & meritum tuum apprehendentes, iusti pronuntiamur in hac vita, & in extremo iudicio propter ipsam fidem à te benedicti Patris tui nominabimur) efficaciter bonis operibus

operibus, germanis fidei fructibus, declaremus, ac ita membris tuis esurientibus, cibum, sitientibus potum, extorris & exultantibus hospitium, nudis vestitum prebeamus, tuos agrotos inuisemus, captiuos & uinctos, quantum in nobis est, & Christiana charitas requirit, iuuemus & consolemur.

Da, ut decedentes ex hac vita molliter obdormiamus, & animas nostras, emigraturas ex hoc mortali corpore nostro, tibi redemptori seu vindici nostro, commendemus, quas corpori nostro clarificato in die illo faustissimo, quem ut quamprimum illucescere nobis sinas supplices oramus te, restitues, in quo maiestatem & potentiam tuam omnibus creaturis rationalibus ostēdes palam, & facta separatione omnium ab hædīs, impios homines, quos maledictos & angelis eius paratus est, adiudicabis, quos in te non crediderunt in hac vita, & a te alienati fuerint, igni aeterno, qui diabolo & angelis eius paratus est, adiudicabis, pios uero & credentes in te, peracto iudicio ad te in regiam aulam tuam uocabis, ad uisibilem tui Patris, & Spiritus tui, consuetudinem, ihsq; ut uere benedictis Patri tui, qui propter te, benedictum semen Abrahæ, in quod crediderunt in hac uita, tales ex gratia facti sunt, regnum nobis ab exordio mundi propter intercessionem & obedientiam tuam paratum, in omnem aeternitatem possidendum trades, ut tui, & uniuersis agminis beatorum Angelorum, contubernales simus, & aeternum tuum patrem, te Filium Dei & Mariæ uirginis, Redemptorem & vindicem nostrum, & Spiritum sanctum, plena gratiarum actione pro omnibus in nos collatis beneficijs in aeternum celebremus Amen.

HISTORIÆ CLARIFICATI NIS CHRISTI, QUÆ DESCRIBITVR

A MATTHÆO XVII. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Sexto autem post die accepit Iesus Petrum ac Iacobum, & Joannem, fratrem eius, & subducit eos primum in montem sublimem. Transformatusq; est coram eis, & splenduit facies eius, ut sol: Vestimenta autem eius facta sunt alba, ut lux. Et ecce conspecti sunt eis Moyses & Elias, cum eo colloquentes. Respondens autem Petrus, dixit Iesu: Domine, bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Elie unum.

Occasio argumentum presentis hystoriae.



QUONIAM PLERIQUE HOMINES AVT PRAESENTIS seculi illecebris, aut cruce aduersis, a fide uera, & obedientia IESU CHRISTI abducuntur, docuit Christus in praecedentibus uerbis discipulos suos aliam uitam esse in futuro seculo, in qua coelestium honorum retributionem recepturi sint pii, qui in praesenti propter ipsam opes, dignitates uitam denique reliquerunt. Rursus autem ira & ignominia sempiterna eos maneat, qui propter fluxa & terrena bona ab ipsius fide & obedientia recesserint. At non ignorabat Dominus, nouissimis temporibus paucos fore, qui ista credant, ideo in praesenti capite promissit, se nonnullis ex discipulorum numero specimen praebere uelle eius gloriae & maiestatis, qua olim ad iudicium uniuersale uenturus sit. Id in praesenti hystoria praestatur, ita quidem, ut primum demonstretur, Iesum hunc esse Dei Filium, & promissam seruare rem, cui omnes consecrari oporteat, qui seruari uolunt: deinde, quæ huius sit in caelis conditio, & qualis ibidem cum ipso nostra quoque futura sit. Totius uero hystoriae nobis praecipuus usus esse debet, ut neq; ipsius Christi indigna morte et cruce offendamur, neq; aduersis, quæ nobis accidunt, nos ab ipso diuelli patiamur, sed constantes simus in eius obsequio, neq; dubitemus, exorturum suo tempore diem illi restitutionis omnium, quo omnibus reuendatur in corpore suo, prout uel bonum uel malum fecerint. Quæ

Act. 3.

Quæ omnia ut rectius & maiori cum fructu intelligantur, omnes totius historiae circumstantias Matthæus describit, & à tempore exorsus, *CHRISTVM* mox promissis stetit docet. Sexto autem post die (inquit) accepit *IESVS* Petrum, &c. Lucas hoc post dies circiter octo factum scribit, nimirum eum quoque numerans, quo cum discipulis de fidei & vitæ Christianæ regula disseruit, unâ cum eo, quo hæc ipsius transfiguratio facta est. Quia enim hæc magni momenti res erat, non diu eam differre voluit, sed cum adhuc in recenti discipulorum memoria erat eius promissio, eam ad oculum demonstrare voluit. Apparet autem ex hac tam diligenti temporis notatione promissionum Christi fides & veritas. Sunt huius generis exempla multa alia in Euangelio, Huc enim referri possunt promissiones Spiritus sancti, resurrectionem item ex mortuis, & alia similes: quas omnes reuera impletas fuisse legimus. Debet ergo hinc generatim consolatio peti, ne in tentationibus de promisso Filij *DEI* auxilio dubitemus. Sic enim promissit, ita reuera non relinquet nos orphanos, sed nobis aderit usque ad consummationem seculi, & eius fidei, neque temporis diuturnitas, neque graues huius mundi motus, quicquam derogare poterunt. Enimvero qui paulò ante discipulis de morte sua ignominiosa concionatus fuerat, & illos omnes ad crucem ferendam vocarat, nunc se illis in cœlesti gloria videndum sistit, & se in cœlis simul atque in terris regnare testatur.

Tempus significatur quando clarificatio illa facta sit.

Matth. 28.

Secundò testes nominantur, quos Dominus adhibuit, nimirum tres numero, quorum testimonium legitimum esse lex vetus docet. Et hos quidem non temerè ex alibi delectos fuisse constat, cum hi ipsi sistantur, quos alibi quoque in rebus grauioribus sibi adiunxit. Petrum videlicet, Iacobum & Ioannem, quos in raculi in filia Iairi ex mortuis resuscitata facti, testes esse voluit, & coram quibus postea ad montem oliueti extrema suæ infirmitatis confcios facere dignatus est. Quæ exempla obseruari debent, ut discamus, nullum quidem personarum respectum esse in Christo, quo ad æternam salutem: Veruntamen quod ad Spiritus sancti dona, inter electos discrimina esse, ut alij alijs præsent, quod alibi Paulus vasorum similitudine docet, quæ in magna & diuine domo varia, & multum inter se diuersa sunt, & huius meminisse debent, qui vel ad Ecclesiæ vel Reipublicæ gubernacula sedent, ut muneribus publicis eos adhibeant, quos à Deo peculiaribus & necessarijs donis instructos esse vident. Reliqui verò in seipsos descendant, & suo se pede metiantur, ut nec maiora viribus temerè aggredi, neque alios præ se contemnere velint, neque etiam aliquis aduersus eos fremat, quos sibi præferri videt: omnes autem in commune conferant, quod à Domino acceperunt, & alij alios honore præueniant.

Testes.

Deut. 19.

Matth. 8. 26.

Marc. 5.

2. Tim. 2.

Rom. 12.

Tertiò locus quoque indicatur, vbi ista facta sunt. Subduxit enim discipulos Dominus in montem altissimum, quem Thabor dictum fuisse Diuus Hieronymus annotauit. Et aliàs quoque solitus fuit montes frequentare, & in illis ea agere, quæ maioris momenti erant: ita nimirum admonens, ut, qui fidei & regni Dei mysteria tractare volunt, animos à terrenis cogitationibus in cœlos attollant, neque carnis rationem in consilium adhibeant. Non sunt enim cogitationes Dei, ut nostræ cogitationes, sed (ut apud Isaiam dicit Dominus) quantum cœli terra sublimiores sunt, tantò superant Dei placita nostras intentiones: nec superant modò, sed etiam eis repugnant, quemadmodum vicissim omnis carnis intelligentia Deo aduersatur, ut alibi diximus. Et huc inprimis facit, quod Lucas precatationis meminit, quæ plus quam necessaria est, ut animi diuino Spiritu illuminati, cœlestia meditari discant.

Locus.

Isa. 55.

Rom. 8.

Sequitur ipsa clarificatio Christi, cuius modum Euangelistæ diligenter exponunt. Initio summam rei comprehendit Matthæus, quando ipsum coram discipulis transformatum fuisse scribit. Et mox, modum describens, dicit, eius faciem instar solis splenduisse, quod ipsum de toto corpore intelligi debere ex eo apparet, quòd additur: vestimentum autem eius facta sunt alba ut lux. Apud Marcum niue candidiora fuisse dicuntur, ut nemo falso sua arte aut industria potuisset talia facere. Vnde verò vestium fulgor, quam ex corporis coruscatione enatus est? Visuntur autem cum illo Moses & Elias, qui cum ipso disserunt (ut Lucas dicit) de eius excessu, id est, de eius morte, quam Hierosolymæ erat subiturus. Quod in tempore factum fuit, cum non multò ante mortis terminum & inuolens, neque obstruatam mortis ignominiam, quo minus per hanc in regni cœlestis gloriam transeat, sed de ea postea suo loco plura dicentur.

Clarificatio Christi quæ sit?

Matth. 16.

HISTORIÆ CLARIFICATIONIS CHRISTI

Quo corpore
Christus sit
ad iudicium
uenturus.

Nunc quo corpore, & qualis, ad iudicium Christus venturus sit, consideremus. Sermo est de Iesu, qui ex Maria virgine natus, paulò antè se Hierosolymæ multa acerba & indigna passurum esse prædixerat, in montem verò istum ascenderat, ut tribus istis discipulis ostenderet, quo habitu venire velit ad iudicandum viuos & mortuos. Hic transformatus esse dicitur, Ergo nulla substantiæ, sed solius formæ, mutatio facta est. Et ut facies nominatur, cuius substantia mansit, splendore autem nouo & radijs, quales solis esse solent, illustrata refulsit: ita neq; aliorum membrorum aut corporis substantia abolita est. Sed & vestes manserunt, quibus similiter fulgor ille cœlestis communicatus est. Ex quibus apparet non alium, quàm Iesum illum Christum, venturum in nouissimo die, qui ex Maria verum hominem assumpsit, & in illo corpore venturum, in quo passus est & mortuus, sed clarificato, id est, repurgato ab omni corruptione & vitiositate, non autem exinanito, aut in Spiritum conuerso, multo minus Deificato, ut iam vnà cum diuinitate in omnibus locis sit, & omnia in cœlo & in terris corporaliter impleat. Nam, ut D. Augustinus ait, eadem corporis sui substantiam in resurrexione retinuit, cui immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Idè de suo aduentu loquens, Filium hominis sese dixit, quod alibi quoq; illum facere legimus, quotiescunq; sui aduentus meminit, Et Daniel in nubibus cœli vidit venturum filium hominis. Angeli item qui ascensiones testes & interpretes esse debuerunt, simul venturum testantur, non inuisibili aut ineffabili modo sine forma, sed ea, qua ipsum abiit in cœlum, viderint discipuli. Procul ergo facessunt fanatici, qui hodie ex Eutychianorum scholis nobis Christum nouum fingunt, & contra omnis verustatis regulam, quam D. Augustinus tradidit, Filij hominis diuinitatem ita astruunt, ut veritatem corporis auferant,

Epist. 57. ad
Dard.

Matth. 16.

24. 25.

Luc. 15.

Dan. 7.

Act. 1.

Epist. 57. ad
Dard.

Quæ nostra in
cœlis sit futura
conuersatio.

At quia nos secum esse vult Christus, & idem (ut Paulus scribit) corpus nostrum humile transformabit, ut conforme faciat corpori suo glorioso, simul quæ nostra in cœlesti vita conditio futura sit, hac historia adumbratur. Ut ergo Christus venturo corpore resurrexerit, & eiusdem naturales & essentielles proprietates retinuit: ita nos quoque nostris corporibus resurgemus, & ut hoc fiat, iustitiæ lex iubet, ne alia corpora gloria cœlesti participant, quàm quæ perfectionibus Christi communicauerunt. Resurgent autem illa corusca & radiantia, qualem Moysi faciem fuisse scribitur, cum ex Dei colla-quo rediret. Deinde ut discipuli tres Christum viderent, & eius conspectu ita delectati sunt, ut eos omnium, quæ in terris habebant, obliuio cœperit (sicut paulò post Petri verba docebunt) ita nos illum coram videbimus, & in eius facie omni bonorum firmitate fruemur, ut David in Psal. ait. Et hoc illud est, quod Iob seipsum consolatur, dicens: postq̃ circumdederint hoc mea cute, ipectabo D E V M à carne mea: Quem ego M I H I contemplantor, & oculi M E I videbunt, & non alius, &c. Ut denique Moysen & Eliam cum Christo viderunt discipuli, & illos licet nunquam antea visos putauerunt dignoscere: ita nos olim in cœlesti gloria omnes electos Dei videbimus, & eosdem agnoscemus, sicuti Adam Euam suam primo statim intuitu agnouit. Procul autem abierit omnis vitiosus affectus, qui cogitationes vel tristes vel inhonestas & indecoras posset parere. Denique exhibetur hic dulcissimus typus lætæ illius & beatæ consuetudinis, qua sancti in cœlesti patria cum Christo, & ipsi simul omnes inter se, fruuntur: cum e contra impij corruptibilitatem quidem exuent quoq; sed ut sempiternis penis possint sufficere, & vnà omnes ad eum locum ablegabuntur, qui Satanae & eius Angelis destinatus est, ut alibi ipse Dominus testatur, Matthæo vigesimo quinto capite.

Exod. 34.

Psal. 16.

Iob. 19.

Gen. 1.

Quomodo hæc
visione affecti
fuerint discipuli.

Sed ut discipuli his affecti fuerint, præstat videre. Lucas initio somno grauato fuisse dicit, cum euigilassent, vidisse gloriam I E S V, & duos illos viros, cum eo stantes. Adumbratur hoc exemplo infirmitas carnis nostræ, & eius tarditas in percipiendis regni Dei mysterijs: à qua nisi Deus ipse nos excitet suo Spiritu, nihil vnquam proficiemus. Prodest autem obseruare illius erga nos studium, ut quando hic nobis proficere vellicat, nos eius monitis accommodemus. Cœterum addit Lucas Moysen & Eliam ab illo discessisse, & tunc dulcedine visionis abreptum Petrum exclamauisse: Domine, nonnum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. Tantum in illo potuit beatæ immortalitatis gustus, quem percipiebat, vt iam neque domus, neque coniugis suæ, aut eorum, recordaretur, quæ hæcenus magnificere solitus fuerat, Interim hic quoque carnis ingenium sese prodit. Audiuit illos cum Christo de morte

de morte sua colloquentes, & eadem dicentes, quæ in præced. cap. ipse dixerat: Oportere nimirum se ire Ierolymā, & illic multa pati & mori, &c. Cùm ergo hos iam abiisse videret, & Christum absque mora secuturum suspicatur, vt morti obuiam quasi procedat, ad eundem lapidem, vt prius, offendit: & monet, vt potius inter delicias & gaudia illa gloriæ cœlestis maneant, & ineptam illam vocem de tribus tabernaculis illic extruendis profert, quam (vt Marcus & Lucas annotârunt) ne ipse quidem intell'gebat. Ita solet caro crucem detrectare, & fugere, quantum potest, & triumphos sibi, antequam pugnârit, polliceri. Sed longè alia est regni Christi conditio. Vt enim hic per multas afflictiones, & acerbam mortem crucis, in gloriam Patris ingressus est: ita nobis eadem via pergendum est, & oportet eos, qui in ipso piè viuere volunt persecutiones multas sustinere, vt in regnum Dei ingrediantur. Non ergo nos illi nouum vitæ genus præscribere, aut viam nouam nobis ipsis quærere, debemus, sed hoc bonum & vtile putare, quod ipse nobis monstrat aut imponit. Quod vt nobis facilius persuadeatur, proderit frequenter & assiduè versari in consideratione bonorum cœlestium, quæ Deus præparauit diligentibus ipsum. Est horum tanta excellentia, vt omnem comparisonem transcendat. Nam, vt Isaias ait, non oculus vllus hominis talia vnquam vidit, neq; auris audiuit, neq; cogitatio aliqua potest simile quid percipere. Et vt hic Petrus, omnium, quæ habebat, oblitus in monte manere, & illic firmas sedes figere cupit: ita qui illa olim assequuntur, ij etiam excussa omnium, quæ vnquam tristissima passa sunt, recordatione, omnes lachrymas abstergent, & cum Filio Dei, Iesu Christo, nunquam finiendis gaudijs fruuntur. Quæ vt facilius assequamur, proderit quotidie obliuisci omniū, quæ hic mundus in pretio habet, & in illum vnum respicere, qui nobis illa acquisiuit suæ mortis & sanguinis sui merito. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

2. Tim. 3.

Act. 14.

Isa. 64.

HOMILIA SECVNDA.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbravit eos: & ecce vox ex nube dicens: Hic est, Filius ille meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est: ipsum audite. Et cum hac audissent discipuli, acciderunt in faciem suam, & timuerunt vehementer. Tunc accedens IESVS tetigit eos, dixitq;: Surgite, & ne timete. Sublatis autem oculis suis, neminem viderunt, nisi IESVM solum.

HISTORIA DE CLARIFICATIONE IESV CHRISTI præter multa alia, quæ nostræ institutioni & consolationi seruiunt, duo continet considerata valde necessaria. Nam primò docet, quomodo ille in nouissimo die ad iudicandum viuos & mortuos venturus, & quæ tunc electorum omnium conditio in cœlesti patria futura sit. Deinde euidenter demonstrat, illum esse promissum humani generis seruatorem, quem omnes amplecti & sequi oporteat, quotquot seruari volunt. De priori nuper dictum est, quòd venturus sit vero & naturali corpore, quod ex Virginis Mariæ substantia assumpsit, sed clarificato, impijs quidem terribilis, pijs autem & credentibus lætus, qui ipsi conformes facti, in conspectu Dei satietate bonorum cœlestium cum beatis omnibus fruuntur. Sequitur nunc alterum, quo ipsius Dei Patris voce cœlitus delata explicatur. Estq; locus hic dignissimus, cuius singulæ circumstantiæ ex ordine considerentur.

Videamus igitur principio oraculi huius authorem, quem non obscure indicat Matthæus, quando nubem lucidam discipulos & Christum inumbravisse scribit, ex qua vox ista audita sit. Nam, vt alibi diximus, nubes præsentia Dei symbolum siue indicium sunt, & ideo nubes olim tabernaculum inumbrabat, quando illic Dei responsum quærebatur, aut hic se præsentem adesse significabat. Petrus certe postea ex hoc loco probauit

Author Iesum
monij deservit
sto.

Leuit. 16.

Num. 9. 16.

2. Pet. 1.

probavit, Apostolos non arte compositas fabulas secutos Ecclesiæ noram fecisse Domini nostri potentiam & aduentum, sed ipsos suis oculis aspexisse illius maiestatem, & audivisse vocem ex cœlo ad illum delatam. Itaque Dei hæc vox fuit, qui Filio suo unigenito testimonium voluit perhibere. Et cum alibi caliginis & atrarum nubium mentio fiat, quibus ille maiestatem suam terribilem adumbrat (quemadmodum in legis promulgatione & sæpè aliàs factum fuisse legimus) in præsentī lucida nubes istos inumbravisse dicitur, ex qua denuo audita est vox illa, quæ in baptismo quoque Christi prius sonuit, & qua nullam suavitorem & iucundiorē unquam mundus audivit. Etenim olim tristes illæ sententiæ audiebantur: Pœniteat me fecisse hominem, Maledictus qui non fecerit, quæcumque scripta sunt in libro legis huius: & aliæ similes quæ peccatorum conscientia grauatissimum dirum incutiunt. At his omnibus ista opponitur, quæ Deus se propter Filium suum nobis placatum esse testatur, & seipsum cum bonis suis omnibus nobis offert.

Exod. 19.
Psa. 18. 97.
Matth. 3.
Gen. 6.
Deut. 27.
Gal. 3.

Deus ex scripturis loquitur.

Psal. 2.
Isa. 42.

Deut. 18.

1. Tim. 3.

Luc. 16.

Isa. 40
Luc. 4. & 24.

Gal. 1.

Diligenter autem observari debet, quod supra quoque monuimus, quod cum longè alijs verbis Deus uti posset, ea reperit, quæ olim per servos suos prophetas prætiarant, & quæ iam pridem literis erant mandata. Etenim per Davidem olim dixerat prædestinato humani generis servatori: Filius meus es tu, hodie ego te genui. Per Isaiam item de eodem testatus erat: Ecce servus meus, quo nitari: electus meus, quo placatur anima mea. Et cum eundem sub magni illius & Catholici prophætæ nomine polliceretur per Mosē, similiter addit: Ipsum audite. Quapropter ut Mosēs & Elias, qui omnium servorum Dei veteris Testamenti personam sustinuerunt, hic cum illo comparaverunt: ita eorundem quoque verbis loqui voluit. Facit hoc plurimū ad scripturæ veteris commendationem, ut non dubitemus, eam (quod Paulus postea discretè affirmavit) à Deo inspiratam esse, & Dei verba esse, quæ in illius libris describuntur. Ad hos ergo recurrant, quotquot Deum loquentem audire cupiunt, neque (ut dicitur ille epulo) doctores alios ex alio mundo mitti postulent. Nam si ipse Deus nobis ut olim humana voce loqui vellet, non alia deceret, quàm quæ olim dixit. Constat enim sibi ipsi semper eius voluntas, & proinde verbum quoque eius manet in æternum. Ideo Dei Filius scripturas allegavit, & non solum priusquam moreretur, verum etiam ex mortuis resuscitatus, ex Mosē & prophetis & Psalmis desumpsit concionum suarum argumenta. Stultè ergo nimis faciunt, qui novum doctrinæ genus requirunt: Qui verò præter id, quod evangelizatum est, prædicare audent, eos Christiani homines anathema debent censere, etiam si Angeli de cœlo aut Apostoli fuerint. Videamus ergo oraculum hoc, quod tribus partibus vocatur. Sibi ergo applicent singuli, quod sui seculi hominibus Isaias dicit: Quod si dixerint vobis, Sciscitami à Pythonicis, divinis, qui mulsitant & susurrant: Annon quæque vos suos deos consulit? Num pro vivis ad mortuos? Ad legem & testimonium eatur. Et qui non dixerint secundum verbum hoc, ijs non erit lux matutina, &c. Isa. 8.

Iesus quis sit quo ad personam.

Hebr. 2.

Officium Iesu.

Ephes. 2.
1. Tim. 2.

Prima docet, quis sit Iesus hic, quod ad suam personam siue essentiam, nimirum Filius suus dilectus. Quo epitheto eum à nobis distinguit, qui cum natura filij iræ & inimici simus, propter adoptionis gratiæ beneficium filij & hæredes Dei dicimur. At IESVS Filius Dei semper dilectus est, utpote verus & germanus Filius, adeoque naturalis, & Patri coessentialis & coæternus, cui cum Patre nulla unquam lis aut dissensio intercessit. Et cum talem agnoscat Deus IESVM hunc, qui ex Maria Virgine caro factus est, id est, Abrahami semen (ut Apostolus interpretatur) vel verum hominem assumpsit, constat illum in vna eademque persona Deum simul & hominem esse, qualem tota veteris & novi Testamenti scriptura esse docet: & ipse non verbis modo, sed re ipsa & factis abundè demonstravit. Testimonia autem scripturarum, quæ sibi allegauimus, non opus nunc repetere. Ut verò talem illum agnoscamus, necesse est: quia in hoc fidei Christianæ, & totius salutis, cardo versatur, & ideo talem in Symbolo quoque Apostolico profiteremur.

Secunda pars officium describit, cui ipsum destinavit, dicens: In quo mihi bene complacitum est: Vel in quo placatus sum, siue acquiesco. Ita ergo Filium diligat Pater, ut in eo nos quoque sibi gratos & acceptos habeat, ut Paulus ad Ephesios ait. Est enim Mediator inter Patrem & nos, qui cum propter peccatum filij iræ, & à Deo alieni, esse mus, Mediatore & sequestro nobis opus erat, qui nos illi reconciliaret. Atqui talis nemo ex hominibus poterat inueniri, eò quod eadem esset omnium fors & conditio. Sum ergo Filium huic muneri destinavit Deus, qui ideo homo factus est, ut cum carne peccata

peccata quoque nostra in se reciperet, & ea mortis suae merito expiaret, nobis item ipsi per fidem in se suam communicaret iustitiam. Docent hoc passim sacrae literae, & est hoc praecipuum bonitatis Dei argumentum, qui nos ita dilexit, ut Filium suum unigenitum, pro nobis tradere dignatus sit. Et debet eius consideratio nos consolari in tentationibus, ne dubitemus, quin reliqua quoque omnia in illo nobis gratificetur. Vide Rom. 8. cap.

Isa. 53.
Ioan. 3.

At simul quid nos vicissim facere conveniat, meminisse oportet. Admonet de hoc Pater vno verbo, dicens: Ipsum audite. Ergo illum nobis non Mediatorem modo & seruatorem, verum etiam doctorem dedit. Ideo per Isaiam olim de illo dicebat: Ecce testem populis dedi eum, principem item & magistrum populis. Et talem Moses fore dixit, quando Prophetam illum magnum pollicetur, quem Iesum Christum esse Petrus & Stephanus testantur. Et talis quidem, etiam priusquam in mundum veniret, & homo fieret, fuit. Ipse enim cum patribus egit. Ipse per Spiritum suum in Prophetis locutus est, Petro teste. Et ut talem in praesenti illum producit Pater, ita ipse se ad Evangelizandum misit esse, publice fatetur, & in eo assiduus fuit. Ipse postea discipulos toti orbi terrarum doctores dedit, & in ipsis Evangelij ministerium sancivit, quod in Ecclesia semper retineri debet. Idem de dextera Patris dona Spiritus sui distribuit, & Ecclesiae suae dat Apostolos, Prophetas, Evangelistas & doctores, quorum ministerio illa aedificetur & seruetur. Non est ergo illud in ministris suis & Evangelio loquentem audire: Ad omnes enim Evangelij praecones pertinet, quod Apostolis dicebat: Qui vos audit, me audit: qui vero me audit, audit eum, qui misit me. Ideo antiquitus, cum primum inciperet Ecclesia, nomina admonerentur, Christianam religionem non consistere sine doctrina, quae fides & obedientiam requirit: fidem nimirum, quae nos Christo unit, & eidem mancipat, ut illi omnes sensus, intellectum, & nos totos, subijciamus. Opus autem ad hoc diligenti attentione, de qua in sementis parabola diximus: fide item, ne de Evangelij veritate dubitemus, sed ipsum plane agnoscamus talem, qualem Apostoli praedicarunt: fidem vero testemur obedientia, qua nos & sensus nostros omnes ipsius voluntati, quam per Evangelium nobis reuelat, subijciamus. Etenim sine hac nihil proficitur, ut supra capite septimo ipse testatur, dicens: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, introibit in regnum meum, sed qui fecerit voluntatem Patris, &c. Et notum est illud: Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Luc. 11. cap.

Quod nostrum sit officium erga Christum.
Isa. 55.
Deut. 18.
Act. 3. 7.
2. Pet. 1.
Euc. 7.
Ephes. 4.
Matth. 10.

Porro videamus, ut his omnibus affecti fuerint tres illi discipuli, quos praeter alios clarificationis testes esse voluit. His audiis ceciderunt in faciem suam, & timuerunt vehementer. Est hoc argumentum naturae humanae, per omnia corruptae & vitiosae. Quia enim in peccatis concepti & nati in multis peccamus, fit, ut male nobis conscij, non possimus coram Deo creatore nostro comparere. Exemplum huius infirmitatis patris parens noster Adam praebuit, quando Dei in Paradiso ambulantis, & ipsum quaerentis, voce territus, in pedes se coniecit & fugit. Quod ipsum adhuc hodie omnibus accidit, qui seipos recte nouerunt, & suam infirmitatem cum Dei iustitia & maiestate conferunt. Simile quid de Petro Lucas scribit, quod miraculosa piscium captura territus ad pedes Iesu acciderit, dicens: Exi a me Domine, quia homo peccator sum. At si tanta est nostra infirmitas, ut ad opera Dei, quibus suam bonitatem nobis ille commendat, expauescamus: Si item discipuli isti, qui reliquis omnibus praestabant, hanc vocem gratiae & consolationis plenissimam non potuerunt sustinere, quid fiat, quando iugo infelices sunt, qui suis viribus & meritis aliquid tribuunt, & non potius cum Davide clamant: Ne ingrediaris in iudicium cum seruo tuo, &c. Psal. 143. Discamus ergo nos quoque humiliari in conspectu Domini, & nostri ipsorum nos pudeat, ne cum Pharisaeis confidentibus & superbis condemnemur.

Discipulos in voce Dei consternatos fuisse.
Psal. 52.
Gen. 3.
Luc. 3.

Consoletur autem nos, quod Dominus discipulos prostratos non neglexit, sed propius accedens tergit eos, & amice eosdem compellens ait: Surgite, & ne timeate. Etenim ideo nos terrere solet, ut nos consolandi occasionem habeat: ideo (ut Anna, Samuelis mater canebat) occidit, ut vitam restituat: ideo deijcit, ut erigat & exaltet. Audiamus ergo nos consolantem & animos nostros attollamus ex terrore, quem sinistra de illis bonitate opinio in nobis peperit: & mox sentiemus nos ipsius Ianu subleuari, qui nos supra vires tentari non sinit. 1. Cor. 10. cap.

Christus tergitos solatur.
1. Sam.

● HISTORIÆ CLARIFICATIONIS CHRISTI

Solus Iesus
seruator.
Luc. 16.

Matth. 11.

Concilium
Thabernum.

Gal. 3.

Matth. 11.
Iohan. 7. 19.
6. 2. 14.
1. Cor. 2.
Eph. 4.
Act. 4.

Iohan. 14.

At hinc diligenti consideratione dignum est, quod discipuli isti sublati oculis neminem viderunt, nisi Iesum solum. Antea cum ipso collocuti sunt Moses & Elias, & quid ei Hierosolymæ euenturum esset, exposuerunt, & (vt Lucas scribit) his peractis digressi sunt: Quo adumbratum fuit, quod alibi dicitur, legem & Prophetas ad Ioannem vsq; durare, qui Christum, cuius præcursor erat, coram monstrauit. Itaq; isti quasi iam officio suo defuncti discesserunt. Itaq; quando voce illa Deus Pater intonuit: **HIC EST FILIUS ILLE MEVS DILECTVS IN QVO PLACATVS SVM: IPSVM AVDITE:** neq; Moses neq; Elias adfuit, & solum Iesum viderunt discipuli, vt constet, vocem illam de illo solo intelligi, & ipsum solum pro Mediatore & redemptore agnosci debere, qui nos cum Deo Patre in gratiam reducat, & verba vitæ æternæ habeat. Continet ergo historia ista certam & perfectam doctrinam de salutis ratione, de qua hodie, passim contenditur: in qua contentione pleriq; concilij vniuersalis determinationem expectant, aut decretis eorum conciliorum standum esse existimant, quæ à Paucis seculis ex Romanorum Pontificum autoritate indicta & celebrata sunt.

At quod Concilium dabimus huic conferendum, quod in monte isto Iesus coegit? Ad hoc secum adduxit ex viuentibus tres discipulos, quos sibi familiarissimos habuit, & qui totum cœtum discipulorum eius representarunt, quos tunc in terris habuit, Petrum, Ioannem & Iacobum. Ex defunctorum & iam in coelis agentium sanctorum numero adfuerunt Moses & Elias, qui cum illo de morte eius colloquuntur, in cuius merito omnia nostra redemptio consistit. Et Moses quidem illi testimonium tulit, & adhuc hodie prædagogus est ad illum, omnes deducens. Idem de prophetis omnibus dicere possumus, quorum omnium personam Elias sustinuit. Fuerunt ergo in hoc cœtu coniuncti, Moses, Patriarchæ, Prophetæ & Apostoli. In Spiritu sancto autem collectos fuisse, nemo negare potest, nisi qui hunc à Deo Patre & Filio auellere velit. Decretum verò huius Concilij promulgat ipse Pater ex nube. Et quale nam? Hic est Filius ille meus dilectus, in quo placatus sum: Ipsum audite. Et dum hoc promulgant, Moses & Elias, quasi suo officio defuncti, nulli adsunt, discipuli verò vel Apostoli promulcati, & inutiles iacent, & ab ipsidem à Domino restitutis nemo præter solum Iesum creditur. Ergo hic solus est, qui patrem nobis placavit, solus noster apud hunc Mediator est, & sacerdos æternus, solus Rex. Idem ad se solum vocat omnes esurientes, qui laborant & onerati sunt. Ipse nobis pastor, panis, & fons vitæ, lux denique & via est. Hunc solum prædicarunt Apostoli, quos ipse orbis doctores constituit. Hunc solum nouerunt, & aliud nomen sub cœlo datum esse negauerunt, in quo nos seruari oporteat. Quid ergo opus est disputare & contendere? Num nos plura quàm Prophetæ & Apostoli nouisse volumus? num ipso inuito gloriam, quæ illi debetur, in alios aut nos ipsos transferre volumus? num regni Dei noua iura, nouas leges ipsi constituere audeamus? Num Deo patri alium Mediatorem obtrudere, aut in eius conspectum alia via, quàm qua ille nos ingredi iubet, penetrabimus? Quin ipsum audimus idem cum patre dicentem: Ego sum via, veritas & vita: nemo venit ad patrem nisi per me. Ipse debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA TERTIA

Et cum descenderent de monte, mandauit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis hanc visionem, vsque quo Filius hominis à mortuis resurgat. Tunc interrogauerunt eum discipuli sui, dicentes: Quid igitur scribæ dicunt, oportere, vt Elias primum veniat? Iesus autem respondens dixit eis: Elias quidem venit primum, & restituet omnia. Sed dico vobis, Eliam iam venisse, & non agnouerunt eum, sed fecerunt ei quæcunq; voluerunt. Ita futurum est, vt & Filius hominis patiatur ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, hæc eum de Ioanne Baptista ipsis dixisse.

FILIUS

ILIVS DEI ET SERVATOR NOSTER IESVS

Christus se discipulos non seruorum, sed amicorum loco habere ait, idque eo argumento probat, quod nihil eos coelet, sed ipsis nota faciat, quaecunque à Patre suo audierit. Eius fidei & bonitatis indicium certissimum est, quod non solum Patris voluntatem ipsis docendo exposuit, & diuinam suam virtutem per opera miraculosa manifestauit, verum etiam seipsum illis in coelesti gloria, in qua olim ad iudicium veniet, spectandum praeiuit: ut nimirum hoc gustu beatæ immortalitatis confirmati crucem & persecutionum certamina, quæ ipsos manebant, facilius sustinerent. Coeterum quia in visionibus eiusmodi multa nos impediunt, ut verum earum verum non percipiamus, multa etiam aliò vocant, nouum cum discipulis colloquium orditur Dominus, quo illos plenius instituit de ijs, in quibus adhuc hærebant.

Principio cum de monte descenderent, mandat eis, ne, quod viderant & audierant, cuiquam enuntient, vsquequod ipse à mortuis resurgat. Causa huius mandati eadem fuit, quæ in priori capite, quando prohibuit, ne ipsum dicerent esse Christum: quod nimirum neque ipsi satis instructi essent adhuc, ut plenam eius cognitionem possent tradere, neque populus huic visioni fidem habiturus fuisset, cum omnium mentes falsa de rederet signo Ionæ Prophetæ, quod semel atque iterum promiserat, id est, ut Christus morte & resurrectione sua demonstraret, se promissum illum Seruatorem esse, qui mundo in repetit & inculcat, non absque certa ratione fit. Primò non ignorabat Christus humani ingenij curiositatem & confidentiam, qua sublimia cognoscere cupimus, & deinde eorum delictis & sceleribus perditò salutem afferat. Quod autem idem mandatum in presenti repetit & inculcat, non absque certa ratione fit. Primò non ignorabat Christus humani ingenij curiositatem & confidentiam, qua sublimia cognoscere cupimus, & deinde eorum delictis & sceleribus perditò salutem afferat. Quod autem idem mandatum in presenti repetit & inculcat, non absque certa ratione fit. Primò non ignorabat Christus humani ingenij curiositatem & confidentiam, qua sublimia cognoscere cupimus, & deinde eorum delictis & sceleribus perditò salutem afferat.

Quin ipsemet vitium istud in sanctissimis DEI seruis locum habere proprio exemplo docet, quando de reuelationibus & visionibus Domini loquens, addit: Ne excellentia reuelationum supra modum efferret, datus est mihi furculus, vel aculeus, carni infixus, & angelus Satan, ut me colaphis cædat, ne supra modum efferar. Quod si Paulum hoc modo subigi & coëceri oportuit, cui tantum agmen laborum atque curarum incumbabat, & qui ipse instar strenui & fortis athletæ corpus tuum contunde- re & in seruitutem redigere solebat, ne aliqua ex parte reprobus fieret, quid sibi de se- ipsis alij polliceantur, quos DEI Spiritus non tanta donorum copia afflauit? Ne ergo tres illi discipuli, quos præ cæteris isto honore dignatus erat Dominus, ut eos diuino hoc concilio & spectaculo planè coelesti adhiberet, aliquid humanum paterentur, & confidentius gloriarentur de ijs, quæ viderant, peculiari mandato illos coëceri opus fuit. Deinde alia quoque causa accessit, ut ex ijs, quæ sequuntur, apparet. Nam dubium quid ipsorum animis inhærebat de Elia, quem in monte cum Domino colloqui, mox autem ab eo discedere, & cum Mose in suum locum abire viderant. Cum ergo communi errore ex falsa scribarum traditione concepto putarent: Eliam Messia præcursores fore illum ab hoc abiisse mirantur, nec possunt videre, quomodo inter se conueniant, ut IESVS dicatur esse CHRISTVS, non autem eum Elias præcedat. Rursus igitur hoc mandato illis occasionem præbere voluit interrogandi de eo, quod illos dubios tenebat, & simul cauere, ne intempestiuè quid effutiant.

Hoc ut Domini nostri diuinam & paternam erga nos bonitatem commendat, qui nos vult saluos fieri, & idè discendi occasiones nobis offert: ita monet, ut quiduis suo loco & tempore tradatur, & simul auditorum ratio habeatur, ne forte qui adhuc infirmiores sunt offendantur, si sublimiora mysteria audiant, quorum ipsi nondum capaces sunt. Solet hoc frequenter fieri, & tunc quidem inprimis, quando sublimia illa hi tractant, qui ne ipsi quidem ea adhuc intelligunt, ingenium autem ostentando vel eruditionis vel sanctimonie laudem priuatam potius captant, quam ut auditores ad regnum Dei solide instituantur. Tales erant apud Corinthios, & in alijs quoque Ecclesijs, scioli quidam, qui ut se plus alijs profecisse ostenderent, ad idolorum epulas accumbant magno cum infirmorum scandalo, qui libertatis Christianæ beneficium nondum intelligebant: Alij item rigidiores æquo temerè damnabant omnes, quos sua importunitate multos priuatim offendunt, & publicè Ecclesijs periculose turbant.

1041. 17.

Christus vult, ne discipuli visionem enuntient.

Matth. 12. 16.

1. Cor. 3.

2. Cor. 12.

1. Cor. 9.

Quiduis suo loco & tempore tradendum.

1. Cor. 8. 9.

Rom. 14.

HISTORIÆ CLARIFICATIONIS CHRISTI

Quisq; ergo seipsum suo pede metiatur, aliorum verò, quibuscum versatur, diligentem rationem habeat, vt relictis non necessarijs disputationibus alij alios in vera fide & pietate ædificent.

Discipulorum
causitas.

Marc. 9.

Questio de
Eliã.
Mal. 4.

Sed ad discipulos Christi transeamus, qui bene quidem vtuntur occasione per Dominum oblata, ita tamen vt rursus prodant suam in regni DEI mysterijs tarditatem. Nam etsi non ita pridem disertè illis dixisset, se Hierosolymæ moriturum, & à mortuis resurrecturum tertio die, tamen (vt Marcus annotauit) de eo disputant inter se, quid sit à mortuis resurgere. Quia enim illum in terris regnaturum putant, more regum huius seculi, non possunt videre, quomodo mors tristis & infamis cum regno conueniat, & quia non credunt moriturum, resurrectione etiam non opus fore arbitrantur, & proinde per hanc nescio quid aliud intelligunt, imò, quid intelligere debeant, nesciunt. Cœterùm correptionem veriti, ommissa hac quæstione, aliam mouent de Eliã, quæ est huiusmodi: Quid igitur Scribæ dicunt, oportere vt Eliã primùm veniat? Quæstioni huic occasionem præbuit Malachiæ oraculum, per quem olim DEVS patribus dixerat: En ego mittam vobis Eliã Prophetam, priusquam dies Domini magnus & terribilis veniat. Is reducet cor Patrum in filios, & cor filiorum in patres suos, ne veniam, & terram percutiam anathemate. Quem locum vulgò secundùm literam de Eliã Thesbite reuersuro in terra intelligebant Iudæi, & proinde Scribæ vel legis interpretes eo contra CHRISTVM, & huius discipulos, sic argumentabantur: Mesiã aduentum magnum & illustrem præcedet Eliã è cœlo, aut beatorum sedibus, in quas translatus est, reuersus, & omnia instaurabit & restituet: At hucusque Eliã nullus vult Iesum hunc Mesiã esse arbitrantur.

Diaboli Sophistica.

Isa. 40.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Adumbratur in hoc Sophismate communis nostri hostis diaboli astutia, qui scripturis & oraculis DEI contra veritatem abuti nouit, vt simpliciores à fide abducatur. Promiserat quidem Deus, se Eliã missurum, qui instar præcursoris populum in Mesiã aduentum excitet, & viam huic sternat, ad regnum suum instaurandum. Sed quis Eliã ille futurus esset, annis ferè trecentis ante Malachiam docuerat per Isaiam, qui vocem clamantis, id est, præconis cuiusdam illustris in deserto Iudææ exorturum prædixerat, quæ promisso Seruatori viam sternere, & omnes in eius occursum paratos esse iuberet. Et postea cum iam tempus illud fatale appropinquaret, Angelus Gabriel Zachariæ apparens vtrumque locum de Ioanne Baptista, quem Elizabetha ipsi paritura esset, exposuit, inter alia dicens: Ipse præcedet in conspectu Domini in Spiritu & virtute Eliã, vt conuertat corda Patrum in filios, & contumaces ad prudentiam iustorum, vt pareat Domino populum instructum. Quibus consentiunt, quæ postea illo nato Zachariã ex Spiritu sancti suggestionem magna cum exultatione dixit: Et tu puerule, Propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, vt pares vias, &c. Neque hoc ipse Ioannes dissimulauit, qui à legatis, Hierosolyma ad ipsum missis, quisnam esset, interrogatus, respondit: Ego sum vox clamantis in deserto, Purgate viam Domini, sicuti dixit Isaias Propheta. Erant hæc tam clara clara & perspicua, vt ex eis liquidò constare posset, Ioannem Baptistam esse Eliã illum, IESVM verò esse CHRISTVM siue Seruatorem, cui ille viam parare debuit. Sed ea Satana astutia in Scribis fuit, vt vaticinio isto Malachiæ potuerit abuti, vt per illud plerosque dum abduceret, & domesticos quoque eius discipulos, rerum incertos, & dubios faceret, dum ipsi quoque Eliã Thesbitem ex altera vita reducem expectant. Simili errore totam Iudæorum gentem fascino sub terreni regni prætextu, quod in CHRISTO somniarunt, vt sæpe iam diximus. Et nostro tempore multa huius generis fiunt, dum per scripturas, malè detortas, fidei dogmata corrumpit, Sacramentorum vsus verum obscuras, vt quæ fidei adminicula & sigilla, adhuc Christianæ societatis vincula esse debebant, superstitionum seminaria sint, & lites pariant, quibus Ecclesiæ horribiliter dissipantur. At tunc nos veterum exemplorum meminisse oportet, & Satana insidias obseruare, nec statim fidem habere ijs, qui sua commenta plausible scripturarum allegatione palliant, sed res ipsas, de quibus agitur, cum illarum diligenti collatione excutere.

Quid in dubijs
ferri debeat.

Inprimis autem proderit discipulos imitari, qui duplici nomine laudem merentur. Primò quòd ignorantiam suam non dissimulant, vt ambitiosi solent, qui in errore hæerere malunt, quàm videri aliquid ignorasse. Sentiunt illi cum recepta opinione

opinionem non posse consistere, quæ à Christo fiebant. Itaque errore liberari, & in veritate erudiri cupiunt. Deinde non alibi quærunt veritatem, quàm apud Christum, & in eo celesti voci obediunt, quæ illum audire iusserat. Est enim hic verè catholicus & orthodoxus doctor, qui solus verba vitæ æternæ habet, vt Petrus rectè dixit. Ad hunc ergo recurrant, qui incerti hærent, aut quædam obscurius dicta putant. Quia enim ille lux quæ est, quæ sola mentis tenebras discutit, non possunt incertis opinionibus fluctuare, qui illum audiunt, & sequuntur. Hoc si hodie fieret ab omnibus, mox finis esset controuersiarum, quibus Ecclesiæ turbantur, & plerique maiores in veri cognitione & pietate progressus facerent.

Porro **CHRISTVM** audiamus amicè & diligenter discipulis respondentem: *Malachia* Elias quidem veniet primùm, & restituet omnia: Sed dico vobis, Eliam iam venisse, *vaticinium asseritur.* & non agnouerunt eum, sed fecerunt ei, quæcunque voluerunt: Ira futurum est, vt *seritur.* & Filius hominis patiatur ab eis. Tria agit hoc responso. Primùm Malachiæ vaticinio fidelitatem & diffidentiam. Quid tum enim (inquit Paulus) Si quidam fuerunt increduli, vt ostendat, *ROM. 3.* D E I promissis nihil decedere propter hominum incredulitatem & diffidentiam. Quid tum enim (inquit Paulus) Si quidam fuerunt increduli, vt ostendat, *ROM. 3.* autem incredulitas eorum fidem Dei faciet irritam? Absit. Imò sit Deus verax, omnis autem homo mendax. Enimuerò manet verbum Domini in æternum, & habet cursum *Isa. 40. 55.* suum certū, quem nemo impediet. Quod si qui illud nolunt amplecti, aut illud falsis interpretationibus corrumpunt, vt ipsis nos non possit salutare esse, in vero tamen & germano suo sensu semper ratum manet, & credentium saluti seruiet, alteris autem illis cedit in iustæ condemnationis testimonium, qui sermonem veritatis in iniustitia detinent. *ROM. 1.*

Secundò Iudæorum socordiam & ingratitude perstringit, qui scientes volentes *Iudæorum socordia perstringitur.* excutiant. Etenim hæbebant in ore frequenter promissiones de Messia, sciebant præterea hunc habiturum præcursores, qui Spiritu prophético instructus ei viam præpararet, & quòd hunc Eliæ nomen vulgò obtinuerat. At cum hoc de Ioanne Baptista interpretatus esset Angelus, & post hunc Zacharias, cuius historia non ignota erat, cum denique Ioannes reuera Eliam ageret, & eius habitus, mores, certamina cum regibus per omnia *LUC. 1.* *ET* hæc historia consentirent, tamen illum non modò non agnouerunt, sed indignissimè tradiderunt. Initiò inquisitores ad illum emisserunt, qui quæstionibus insidiosis eum aggredirentur, Deinde seipsum illis manifestantem neglexerunt. Tandem iniustis vinculis eius detineri & occidi passi sunt, & ne post fata quidem luor illorum quieuit, quòd mirabilem doctrinam & Baptismum calumniari pergerent, aut illi veritatis testimonium perhiberent. Hæc omnia complectitur breui hoc dicto Dominus, quando illos Eliæ prorsus fecisse dicit, quæcunque voluerunt. Postremò, quia eadem ipsius fors futura e-*IOAN. 1.* rat, ad se transfert exemplum Ioannis, vt discipulos aduersus crucis scandalum amplius confirmet, neque sibiipsis propter lætam & consolationis plenam clarificationis historiam otium & quietem perpetuam pollicerentur. Quasi diceret: Quicquid illud sit, quòd vidistis paulò antè, fiet tamen breui, vt ego quoque indignissima quæq; ab ipsidem hostibus perpetiar.

At quia sibiipso semper similis est mundus, meminimus hinc communem hominum *Communis socordia hominis* socordiam & contumaciam perstringi, qua fit, vt plerique futura inquirant, præterita accutiant, præsentia autem, quæ ipsis ob oculos & in manibus veriantur, negligant. Factum hoc est ab origine rerum. Etenim temporibus Noë & Lothi non defuerunt admonitiones, *Gen. 6. 19.* quibus Deus totum mundum ab exitio diluuij, & Sodomas cum vicinis vrbibus eximmi-*LUC. 17.* nent interitu reuocabat. At infelicibus illis aures deerant & oculi, quibus ea obseruarent, quæ ad ipsorum salutem faciebant. Nam, vt apud Lucam Dominus ait, edebant, bibebant, vxores ducebant, & nuptum dabantur, emebant item, vendebant, plantabant, ædificabant, vltiq; ad eum diem, quo Noë in arcam ingressus est, & quo Loth ex Sodomis exiuit, & venit diluuium atque omnes perdidit, ignis item & sulphur coelitus omnes exussit. Idem postea factum inter Israelitas ante Samariæ & regni totius excidium, & ante Hierosolymæ acie-*2. Reg. 17.* pli destructionem, & gentis infelicis deportationem in Babylonios. Et, cum in terris age-*2. Par. 36.* ret Dei filius, maiorum contumaciam, & indignas prophetarum cædes accusabant, Messias venturi spem totis animis fouebant, præsentem verò oderant, persequabantur, admonitiones ridebant, minas eludebant, & cum sub iugo Romanæ tyrannidis se miseros & infelices esse indices sentirent, non tamen adduci potuerunt, vt de sua salute seriò cogitarent; sed indigna Filij Dei nece mensuram patrum impleuerunt, quod ipsi excidium horrendum & irreparabile peperit, Vide Luc. 10. Math. 23. 24. cap.

Habe.

HISTORIÆ CLARIFICATIONIS CHRISTI

Speculum no-
strum seculi.
Matth. 24.
Marc. 13.
Luc. 17. 21.
Dan. 9. 12.
1. Tim. 4.

Habemus autem in his nostri seculi speculum, in quo nostros mores & fata contem-
plemur. Extant vaticinia de nouissimorum temporum periculis, & in omnium ore sunt,
quæ de Antichristo, & eius emissarijs, Prophetæ & Apostoli præmonuerunt. Interim ple-
riq; sese illi seducendos præbent, & luporum, quos ille submittit, faucibus & vnguib; se, &
sua fidei creditos, ingerunt. Idem planè fit in ijs, quæ ad mores spectant. Sunt plenæ ex-
plorum historiæ, quæ docent, quàm infelicitè olim omnia regna & gentes corruerint, in
quibus otium, luxus, intemperantia, ebrietas, libidines vagæ, vlturæ, monopolia, & quæ alia
sunt huius generis, licenter regnârunt: quodd (inquam) quæ eiusmodi mores comitantur se-
curitas, talibus semper exitium attulit. Attamen ista hodie longè lateq; in terris dominan-
tur, & multos quotidie perdunt. Ipsi quoq; horum tristissima effectu experimur: morbos
taceam seditiones & bella, quibus orbis terrarum turbatur, concutitur, eueritur: præteream,
item, quos multi sibijplis cum præmatura morte accersunt: tempestates quoq; præteream,
quæ famem frequenter inuehant, & tantùm non vniuersam mundi machinam atterunt &
labefactant, quis non videt fatali egestate & penuria omnis loci & ordinis homines labo-
rare, & cum alij alios deglubant, expilent, deuorent, interim tamen omnes egent, adeò vt
paucos reges & principes videas, qui suam dignitatem & statum tueri possint. Eò aut dete-
rior est nostra fors, quod ne isti quidem sapimus, & quæ sentimus magno nostro malo, vi-
dere nolumus, multò minus de effugij via cogitare, aut meliora monentes audire.

Seruorum Dei
fors.

Ioan. 15. 16.
Marc. 9.

Psal. 31. 56.

Discipulos in-
tellexisse ver-
ba Christi.
1. Cor. 1.

Ioan. 14.

Vt igitur nostri seculi mores eorum similes sunt, qui olim Iudæos, & multas alias gen-
tes, perdiderunt: ita eadem quoq; seruorum Dei fors est, quæ Ioannis Baptistæ, Christi &
Apostolorum fuit. Faciunt hi, quod in mandatis acceperunt à Domino. Monent, docent,
hortantur, corripiunt, minantur: sed nequicq;. Nam interea de illis etiam facit mundus in-
felix, quæcunq; ipse vult: Id est, illos odit, persequitur, calumniatur, in auxilium eicit, car-
ceribus mancipat, occidit deniq; & ex eorum sanguine & laniena voluptatem capit. Sed
tunc recordemur, nihil nouum aut insolens nobis accidere, neq; meliorem sortem in huius
à Christo esse promissam. Inprimis autem obseruatu dignum est, quod Marcus in huius
colloquij descriptione annotauit, Eliæ aut Ioanni factum, sicuti de eo scriptum erat. Nihil
ergo fortuitum ei accidit, quare neq; nobis aliquid temerè fiet, sed dies nostri (vt David
dicebat) sunt in manu Domini, qui fugas nostras numerat, & quia nostri amans atq; fide-
lis est, nos supra vires tentari non sinit, &c. 1. Corinth. 10. cap.

Discipuli intelligunt tandem quid sibi Christus velit, & de quo loquatur. Fit hoc, quan-
do hunc audimus. Hic enim est doctor ille verus, qui (vt nuper diximus) mentes nostras il-
luminat, & nobis à Deo Patre sapiëntia factus, securos salutis facit, & nos omni dubitatione
liberat. Vfus ergo præcipuus huius loci nobis esto, vt discipulos imitemur, & si quid nos
latet, non vulgi errores sectemur, sed ad Iesum Christum contendamus, hunc docentem
audiamus, precemur deniq; vt ipse nobis nota faciat, quæ ad salutem sunt necessaria, nosq;
spiritu suo dirigat, vt in ipsius semitis ambulemus, qui solus via est, veritas & vita. Ipsi debu-
tur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

PRECATIO DIE GLORIÆ CHRIS- TI conspecta in monte.

Æterne Pater dilecti filij tui, qui ex nube genus humanum clara voce allocutus es, & di-
xisti. Hic est Filius meus dilectus, &c. Da, vt tuo mandato obsequentes, Filium tuum
foris in ministerio, & intus in corde, reuerenter audiamus, vt simus tibi dilecti in dilecto. Et
tu Fili Dei, qui gustum æternæ vitæ & gloriæ in monte ostendisti, transfundito in mentes &
animas nostras similem lucem, haustam ab æterno Patre tuo, qui est lux incomprehensibilis, &
amq; in te derivat, vt nos etiam diuinæ naturæ fiamus participes, te per Spiritum sanctum
corda nostra incitante, illustra ea splendore faciei tuæ, intuentes mentem & voluntatem tuam Patris,
& circunda nos augusta & lucida veste tuæ iustitiæ in hac vita per inchoationem, tandem ve-
rò in glorificatione Ecclesiæ consummata. Splendorem illum in anima & corpore nostro etiam
inmutato ad nouam cælestem & lucidam naturam, vt inseramur isti scholæ, in qua sunt collati
quia sanctorum hominum, differentium de tuo beneficio, & de miranda Ecclesiæ collectione, in
qua exauditur tua vox ostendens omnem sapientiam creatoris & redemptoris generis humani,
qua in te tanquam in imagine æterni Patris conspicitur, & simus contubernales tui, &
vniuersi gminis beatorum Angelorum & hominum, ubi verè bonum est
esse, in gloria & læticia inenarrabili, Amen.

DOMI-

DOMINICAL ADVENTVS,
EVANGELIVM MATH. XXI. CAP.

EIVS EXPLICATIONEM HVC ASSCRIBERE NOLVIMVS,
cum eadem extet Dominica Palmarum, ad quam remittimus pium Lectorem.

Quia verò huius Dominicæ Euangelium Marc. II. cap. quoque,
ijsdem ferè cum Matthæi verbis, descriptum est,
inde petemus eius explicationem.

HOMILIA PRIMA.

Et cum appropinquarent Hierosolymis, Bethphage & Bethania, ad montem Olearum, mittit duos è discipulis suis, & dicit eis: Abite in vicum, qui vobis è regione est, Et statim, ut ingredimini in eum, inuenietis pullum ligatum, super quem nullus hominum sedit: Soluite eum, & adducite. Et si quis vobis dixerit: Cur facitis hoc? Dicitis, quòd Dominus eo opus habet: Et statim eum mittet huc. Abierunt ergo, & inuenerunt pullum ligatum ad ianuam foris in bivio, & solvunt eum. Et quidam eorum, qui illic astabant, dixerunt eis: Quid facitis, qui soluitis pullum? Ipsi verò dixerunt eis, sicuti mandarat Jesus. Et illi dimiserunt eos.

Propheta veteres vnanimi consensu Christum Iesum Regem fore testantur, qui Diaboli tyrannidem destructurus, & inde regnum immortale & æternū habiturus sit. Quia autem Iudæi ex prophetijs, malè intellectis, regnum sibi ipsi terrenum pollicebantur, & eodem errore decepti Apostoli, de primatu frequenter inter se contendebant, Christus ab exordio prædicationis suæ, usque ad tempus passionis & mortis suæ, multum & sape illos de regni sui conditione, & quodnam in hoc ipsorum sit futurum officium, admonuit. Cæterum instabat iam mortis hora, cuius ignominiosam acerbitatem multis offendiculo fore non ignorabat. Ergo, quod verbis antea docuit, nunc exemplo suo, & facto singulari, declarat.

Nam ut se regem esse testetur, urbem Hierosolymorum non pedes (ut ante hac) sed asinæ pullos, cuius ignominiosam acerbitatem multis offendiculo fore non ignorabat. Ergo, quod verbis antea docuit, nunc exemplo suo, & facto singulari, declarat. Nam ut se regem esse testetur, urbem Hierosolymorum non pedes (ut ante hac) sed asinæ pullos, cuius ignominiosam acerbitatem multis offendiculo fore non ignorabat. Ergo, quod verbis antea docuit, nunc exemplo suo, & facto singulari, declarat.

Præterea se hic nobis Christus offert, qui cum vrbi appropinquaret, eamque, Regis instar, esset ingressurus, discipulos duos, qui asinæ pullum sibi adducant, emittit. Mirum tanè confilium, & per quam rediculum, si ad humanæ rationis calculum reuocet. Nam regni specimen editurus, asino vehi vult, & hoc quidem aliunde precario petito, nec ullis phaleris ornato, imò ne sella quidem, aut Ephippijs vulgaribus, instructo, ut postea patet. Quid autem à regni maiestatis forma magis alienum excogitari poterat? Aut quid hoc aliud erat, quam se ipsum & discipulos aduersarijs deridendos exponere?

Argumentum
& usus præ
sentis loci.

Christus in vi
li specie regi
maiestatem
exertit.

Regis in Christo
suo virtutes.

Rūnig.

Isa. 11.

Joan. 1.
Luc. 22.

II. Potentia.

Rom. 13.

Matth. 4. 8
9. cap.
Act. 9.

Job. 38.

III. Iustitia.

Matth. 23.

Joan. 8.

At si totam actionem penitus inspicias, illum præcipuas, quæ in Regibus requiruntur, virtutes in hac egestate, & contemptibili specie declarauisse reperies. Primò nimirum scientiam & sapientiam, quæ Reges instructos esse oportet, vt norint, quæ ad regni administracionem pertineant, quæ populi, ipsis commissi, conditio sit, & quibus rationibus publicæ salutis & incolumitati prospici & consuli queat: Id quod maiores nostri obseruasse videntur, qui illis à scientia nomen indiderunt. Quia enim eos capitis instar fecit Deus, illorum fuerit videre, audire, ratione præditum esse, consulere, & publicis necessitatibus prospicere. Nec Regum nomine digni sunt, sed idola potius dici merentur, qui nec populi sui condicionem, nec subditorum mores, nec imminencia ipsis Dei iudicia, obseruant, sed inani splendore, & titulis vanissimis, excæcati, securè omnia negligunt. At non talis est Christus, super quo requiescit Spiritus sapientiæ & intelligentiæ, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & timoris Domini, vt Isaias olim prædixit. Patet hoc in præsentem, quando, quid in vico agatur, nouit, & discipulis indicat, quid ipsis, eò profectis, futurum sit. Exempla huius generis multa Euangelistæ commemorant. Tale enim est, quod cum Nathanaele egit, & quod Discipulis ad epulum paschale instruendum emissis similiter prædixit, quod ipsis urbem ingressis esset venturum. Num ergo illum quicquam ignorare putabimus? Vel num ille regnum tuum negliget, aut populi sui condicionem & mores ignorabit, qui asinos videt, & hos quoque tuæ providentiæ subijci tam euidenti argumeto docet? Est hoc plenum consolationis, si nos talem Regem habere cogitemus, qui & nos tentationum pondere grauatos videt, & hostium suorum conatus, atque consilia, nouit, adeoque de illis nos per Spiritum suum iam olim admonuit. Ita verò nos istud consolari debet, vt simul Regis omniscij memores, innocentiam studeamus, ne illius contra nos iram prouocemus, qui olim iudex vniuersæ terræ venturus est.

Secundò regali quoque potentia se instructum esse probat CHRISTVS, quæ Regibus planè opus est, quando sine hac nec rebelles & contumaces coerceri, nec boni & obediens defendi, possent. Vnde Magistratus ab ipso Deo, gladio & auctoritate armatos esse, Paulus testatur, & res ipsa abundè docet, quando hanc omnes gentes, ex communi lege naturæ, agnoscunt. Cæterum hac quoque Christus omnes huius seculi Reges longè superat, eò quod non modò in fortunas & corpora hominum, verum etiam in ipsas mentes & voluntates imperium exercet, quas nulla vis externa cogere potest. Patet hoc in præsentem ex eo, quod, audito ipsius nomine, mox asinum abduci patiuntur, qui illud alioqui hominibus peregrinis, & ignotis, nunquam concessuri fuissent. Eiusdem generis est, quod Apostolos mouit, vt omnibus, quæ habebant, resictis, prorsum secui sint: Quod Paulum, ex persecutore Apostolum, adeoque ex lupo pastorem fecit. Quin idem ille in omnibus (vt Philip. secundo Paulus ait) operatur velle & facere, dum ex verbi sui semine renatis nouas mentes inserit, & voluntatem ad ea inclinat, a quibus antea prorsus abhorrebat. Nec in electis modò hæc facit, verum etiam impiorum corda sua manu continet, vt velint nolint ipsi seruire cogantur.

Consoletur hoc nos, quoties vel propriæ carnis affectibus, vel egestate, vel hostium insidijs & inimicijs, tentamur. Poterit enim Christus, si volet, cogitationibus & affectibus mederi, poterit aliorum mentes inclinare, vt nobis benefaciant: Poterit hostibus tremum iniicere, vel quæ contra nos meditantur, aliò deriuare, ne quid inde mali nobis accidat. Et licet interdum aliqui ipsi non obedire videantur, tamen illi nequaquam preualent: quin illos iusto iudicio grassari permittit, vt ipsorum petulantia in suis castigandis bend vtatur, vtque Mari suos limites constituit, ad quos fluctus suos tumentes deponant: Ita impiorum furoribus iam olim suum finem præscripsit, quem illi nunquam transilient: Cuius rei cum vndiq; exempla occurrant, ijs commemorandis non est opus immorari.

Tertiò iustitiæ studet Christus, sine qua nec Reges, nec regna consistere possunt. In eum enim finem Magistratus omnes instituti sunt, vt vnicuique, quod suum est, tribuant, omnisque illorum potestas populi defensionem & conseruationem spectat, non vt ipsi pro sua libidine omnia vertent. Tyrannorum enim hæc sunt voces: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Longè aliter autem Christus, qui etsi rerum omnium creator sit & Dominus, omnemque potestatem in caelo & in terra ad se pertinere sciret, non vt alicuius pullum, vel inscium vel inuitis heris, abduci vult, sed rationem allegare iubet discipulos, quæ audita, ipsum illis sint concessuri. Idem illum alibi fecisse scimus, nec vspiciam suam iure ita vsus est, alicuius vel iniustitiæ, vel violentiæ, insimulari queat. Quin Pharisaïs hostibus insensissimis dicere ausus fuit: Quis vestræ arguet me de peccato?

Toto igitur cœlo errant, qui, CHRISTI & Euangelij prætextu abutentes, bonorum omnium communionem inuitis obtrudunt, quam nec CHRISTVS vsquam requisit, nec in primitiua Ecclesia aliter obseruata fuit, quàm vt vniciq; liberum esset sua retinere, sicuti verba Petri ad Aniniam abundè testantur. Christianorum est, de suo largientibus, interim alijs suarum rerum ius integrum relinquere. Et hæc quidem de Christo Iesu, Rege nostro sapientissimo, iustissimo & potentissimo, dicta sint.

Act. 5.

Discipuli Christo obtemperant.

Sequuntur hunc Apostoli duo, qui illius iussis illicò obtemperant, & pullum adductur, abeunt. Atqui multa poterant obijcere, quò minus hoc facerent. Nec .n. inuile modò & inhonestum videri poterat, rem alienam ab ignotis postulare, verum etiam cum periculo coniunctum erat, ne fortasse furti insimularentur. At, qui prius, ad Christi vocationem, omnia reliquerant, omnesq; carnis sensus per fidem Dei verbo subijcere didicerant, hinc quoque illi absq; vlla inquisitione obtemperandum esse censent. Exigitur obedientia hæc ab omnibus, qui Christo nomen dederunt, adeò vt hanc Paulus Euangelicæ prædicationis, quò ad nos, finem & scopum constituat: Nec fieri potest, vt quis sine hac Christianum agere possit. Frequenter enim carni nostræ inhonestum, iniquum, impium & noxium videtur, quod Dominus præcipit: qualia ferè sunt, fidei præcepta inuitis obtrudere, magistratibus legitimis in causa religionis sese opponere, sententiam animi sui ex verbo Dei conceptam, omnium aliorum iudicij præferre, parentes vnà cum dilecta coniuge, & dulcibus natis, relinquere, fortunas & cum his vitam quoque præsentis periculo obijcere, & si quæ alia sunt huius generis, quæ in Christi vocatione ambulanti bus occurrere solent.

At in omnibus istis Dei mandatum & voluntas sufficere debet, nec aliæ rationes admittendæ sunt, vbi de hac nobis certò constat. Quod enim ille iubet, iniustum vel iniquum esse non potest, & idem eos defendere solet, qui ipsius præceptis obtemperant. Quòd si aduersus illius præcepta humanis rationibus disputare libeat, intolerabilis est eorum impietas & audacia: quando hoc fieri non potest, quin Deum vel iniustitiæ, vel oscitantia, aut imprudentiæ, accusemus: quasi ille iniqua & iniusta iubeat, vel pericula non provideat, aut etiam nos illis temerè obijcere velit. Et horrenda omnibus seculis exempla in eos Dominus edidit, qui suas rationes illius præceptis præferre ausi sunt. Ergo Apostolos imitari, Domino simpliciter obtemperemus, & (vt olim in lege iussit) nec ad dexteram nec ad sinistram à præceptis ipsius declinemus, & feliciter cedent, quæ initio periculosa, & noxia videbantur.

1. Sam. 13. 15.
Reg. 11. 13. & c.
Deut. 28.
Ios. 23.

Hæc pullum Christo concedunt.

Restat, vt de ijs quoq; dicamus, à quibus asinum Christus sibi concedi voluit. Interrogant illi quidem discipulos, cur iniussu pullum soluant? At ratione audita, quòd nimirum Dominus illo opus habeat, illam recipiunt, & abduci pullum patiuntur. Mouit sic animos illorum Christus, vt paulò antè dictum est. Attamen generalem doctrinam nobis hoc exemplo Spiritus sanctus proponit, ne quid eorum Christo negemus, quibus ipsum opus sui administracionem, eo honore nos dignatur, vt illud nostro ministerio propagari & cõseruari velit. Hic ergo præconum verbi fide & industria, Magistratuum consilio & auctoritate, patrum familiã cura & diligentia, adeoque singulorum hominum studio, opus est: Singuli ergo pro suæ vocationis ratione omne illud conferant, quod ad regni ipsius propagationem facere potest. Præterea, quia in se credentes pro membris suis Christus agnoscit, in ijsdem seipsum esurire, algere, ægrotare, exultare, & vinciri, ait. Nostro igitur officio opus habet, vt esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestitum, ægroto curam, exulanti hospitium, vincito consolationem præbeamus.

Matth. 25.

Hic ergo neminem laboris aut impensæ alicuius pigeat, quando hæc optimo iure à nobis exigit, vt qui maiora multò & plura in nos conferre dignatus est. Sed ò duritiem & ingrati tudinem nostram plus quàm Cyclopicam. Laborat lectis & vitiis innumeris Ecclesia, periclitatur disciplina, affligitur passim in membris suis Christus, & sibi nostro consilio, auctoritate, industria, & auxilio, opus esse clamat. At quotusquisque est, qui clamantem exaudiat, & non potius impuris huius mundi studijs, hoc tribuat, quod in Christum debebat conferre? Punit ergo, & meritò punit istam ingrati tudinem iustus Deus, nec ad se clamantes audit, qui ipsum clamantem audire dedignantur. Emendemus hoc vitium, & beneficiorum Christi memores, ipsi nos totos impendamus, vt eiusdem quoque consortes simus in regno Patris sui:

Cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas
in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt ei vestimenta sua, seditq; super eum. Multi verò vestimenta sua strauerunt in viam. Alij autem frondes cadebant ex arboribus, & sternebant in viam. Et qui præibant, quiq; sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini. Benedictum quod venit regnum in nomine Domini Patris nostri David: Hosanna in altissimis.

Argumentum
& vsus præ-
sentis loci.
Matth. 21.
Luc. 19.
Ioan. 12.



Non temerè ab omnibus Euangelistis regius Iesu Christi in urbem Hierosoly-
mam ingressus diligentissimè describitur. Vt enim ille per hunc offendiculo-
mederi voluit, quòd paulò post ex crucis ignominia exorturum esse sciebat,
dum videlicet se Regem esse testatur, qui in ipsas quoq; hominum mentes, &
voluntates, ius & imperium habeat: Ita simul docet, quale nam ipsius regnū
sit, quid itam nos in illo sperare conueniat, & quod nostrum sit officium, quo ipsi obstricti
sumus. Et hæc quidem nuper ex parte vidimus, plenius tamen in præsentem omnia patebūt,
vbi ipse ingressus in urbem describitur, in quo tria nobis consideranda erunt.

Primum, cur isto habitu, siue apparatu, voluerit ingredi. Deinde, vt illum deduxerint
discipuli, & postea quidem exceperint. Tertio, vt omnibus istis affecti fuerint hostes ipsius,
sacerdotes nimirum & Scribæ. At quia Marcus quædam breuitatis studio omisit, quæ in
illo desiderantur, ex Matthæo, Luca, & Ioanne, sarcinemus.

Cur Christus
sic urbem in-
gressus sit.

Et causam quidem, quòd ad hunc modum urbem ingredi voluit, Matthæus & Ioan-
nes hanc assignant, quòd sic impleri oportuerit, quòd olim per Zachariam prædictum fuit
it cap. 9. At hic rursus quæritur, cur hoc ita prædictum, & cur hæc ita fieri Deus decreue-
rit? Patet hoc, si Prophetæ verba examines: nimirum, quòd ita demonstrari oportuit, qua-
lis Rex Christus, & quale illius regnum futurum esset. Et hæc quæ diligenter tradi oportet,
bat, non modò propter Iudæos, qui in Messia terrenum regnum & victorias somniabant:
verumetiam vt afflictæ conscientiæ hinc consolationem habeant, & omnibus no-
bis certò constet, quid in Christi regno quæri & sperari debeat. Audiamus ergo Prophe-
tam sic loquentem: Exulta filia Zion, iubila filia Ierusalem: En Rex tuus venit tibi, iustus
& seruator, mitis & sedens super asinum & pullum asinarum, &c. Quibus verbis duo agit.
Primo Ecclesiam, adeoq; omnes & singulos fideles, hortatur, vt Regem hunc honorificè,
& cum gaudio, excipiant. Cùm enim hæc spes & expectatio electorum omnium fuerit ab
ipsa mundi origine, fieri nequit, quin gaudeant & exultent, quorquò hunc nobis exhibitū
esse intelligunt. Olim certè Abraham exultauit, vt videret diem Christi Domini, & eundē
Propheta & iusti omnes videre, & audire, desiderauerunt. Et Simeon, cùm illum videret ab
is excepisset, lætus exclamabat: Nunc dimitte in pace seruum tuum ò Deus, &c. Quin An-
geli natiuitatem eius pastoribus prædicaturi, se gaudium magnum annūtiare testantur. Et
go à Christi spiritu prorsus alieni sunt, qui hodie Christo, per Euangelij prædicationem se
nobis offerente, terrentur, trepidant, concursant, deq; regno eius opprimendo consultant.
Hoc enim impios Dei hostes facturos esse olim David Psalm. 2. prædixit, & postea Sacer-
dotum exemplo abundè patebit.

Christus qua-
lis Rex sit.

I. Iustus.
1. Cor. 1.
2. Cor. 5.

II. Seruator.
Matth. 1.
Rom. 3.

Deinde gaudij huius causas expositurus Propheta, ab ipsius Regis Christi descriptione
orditur, qua omnia complectitur, quæ de Rege bono dici possunt. En (inquit) Rex tuus venit
tibi. Dicuntur hæc singulis credentibus, qui in hoc fidei cardinem versari intelligunt, & ex
eo summam consolationem capiunt, quòd Christum sibi ipsi venisse, & ad ipsos pertinere,
sciunt. Habent enim promissiones vniuersales, quas singuli sibi ipsi applicare possunt. At
simul, qualis veniat Christus, indicatur. Primum, Iustus. Ita verò dicitur, non modò quòd
se ipsum, quia innocens, & absq; macula, verumetiam quòd nos, quorum iustitia à Patre
factus est. Quod Paulus pulchrè explicans ait: Eum, qui non nouit peccatum, pro nobis
fecit peccatum, vt nos efficeremur iustitia Dei per illum.

Deinde Seruator non vocat, quòd Angelus, illo nondum nato, exponit dicens: Is saluum
faciet populum suum à peccatis suis. Omnes. n. peccauimus, & propter peccatum deficiui-
mur gloria Dei, ac æternæ mortis iudicio subiaceamus. At Christus suæ mortis merito,
expia-

expiatis peccatis nostris, vnâ cum morte ipsos quoq; inferos, omnemq; potestatem aduer-
sariam, confregit, nosq; in libertatem asseruit, proinde, ac si quis fontem è carnificis manu
liberans, ipsos quoq; laqueos confringat, crucemq; euerrat, ex qua ille debuerat suspendi.
Eò maius autem & excellentius est Christi beneficium, quòd seipsum pro nobis ad mortè
crucis obtulit, & quòd ex æternæ mortis supplicio in vitam immortalem asseruit. Nec as-
seruit modò, sed quotidie, instar Leonis, suos protegit (vt Propheta Ioël cap. 3. ait) nec oues
suas è manu sua eripi patitur.

Ioan. 10.

Tertiò mitem & mansuetum esse ait, cuius multa argumenta sunt in Euangelica histo-
ria. Vt enim omnes laborantes & oneratos ad sese inuitat; ita neminem ad se venientem
reijcit, nostrisq; infirmitatibus non tyrannicè irascitur, sed amicè condolet, vt qui simili-
ter, vt nos, tentatus est.

III. Mitis.

Matth. 11.

Heb. 2.

Præterea humilis & modestus, suis nec fastu, nec pompæ magnificentia, nec impensis
regni, vel actionibus, onerosus est. Docet hoc apparatus. Nam pullo asinæ vehitur, nec
vilo armorum splendore strepit: Et, si vniuersum suæ in terra conuersationis tempus exa-
mines, multa illum quotidie in quosuis beneficia contrulisse, nulla autem, aut perquam e-
xigua, vicissim exegisse reperies. Et quæ à nobis exigit hodie, eiusmodi sunt, vt nobis ma-
ximè profint, & ijdem æternæ vitæ præmia constituit. Quid enim charitate (quæ sum-
mam præceptorum ipsius omnium complectitur) iucundius, suauius, vtilius, & ma-
gis necessarium? Quid enim quæstuosum magis, quàm in *CHRISTVM*, & ei-
us membra impendere ea magno cum fœnore, quæ alioqui amissurus eras?

III. Humilis.

Ioan. 12. 15.

Porro arguunt hæc personatos Christi vicarios, qui cum peccatis omnino addicti,
orbis totius turbatores, crudeles, immites, fastuosi, explicatores, & ijdem (quodam ani-
marum salutem) fures & latrones sint, dum per aliud ostium ingredi conantur: Ni-
hilominus tamen Christi vicarij, & Ecclesiæ caput, censerunt. Nec minus deploran-
tur, colunt & adorant, inque ipsorum gratiam Christi verbum & membra hostiliter in-
mine Patris mei, & non recipitis me. Si alius venerit nomine suo, illum recipietis Ioannis
quinto capite.

Ioan. 10.

Porro videamus nunc, vt Christum deduxerint discipuli, & vt eundem populus ex-
ceperit. De discipulis dicitur, quòd vestes suas pullo iniecerint, & Christum super illo col-
locarint. Illo autem ad urbem tendente, mox fama præuia multi eorum, qui ad festum con-
fluxerant, excitati, cum ramis palmarum, (vt Ioannes habet) obuiam illi processerunt. Fu-
erunt, vt sic victoriam significarent, qua (vt Diuus Augustinus tract. 5.) in Ioannem
mortis Principe, triumphaturus, & trophæo crucis de Diabolo,
morsus Principis, triumphaturus. Et illos in Christo Regem victorem agnouisse, acclama-
tionem ipsorum abundè docent. Alijs enim inter eundem vestes, alijs arborum frondes in-
fanna, id est, salua obsecro. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Fuit hæc solennis
precario, qua pro regni, in Messia promissi, instauratione orabant, vt ex Psalmis pa-
ter, vnde ea petita est. Cum verò eandem Christo applicent, satis fatentur, se illum pro
Dauidis Filio, Messia vero, agnoscere. Ideo addunt: Benedictum, quod venit, re-
cipiunt, & in Christo instaurandum esse agnoscunt felix illud regnum, in quo bene-
dictionem omnis generis credentes consequuntur. Addunt his apud Lucam: Pax in
caelo, gloria in altissimis. In Christo enim sibi reconciliauit *DEVS* omnia, quæ
in caelo, & in terris sunt, & illius merito iustificati ex fide, pacem habemus apud De-
um. Et hoc nomine isti omnem Deo gloriam tribuunt. In his verò nobis duo veniunt ob-
seruanda.

Vt Christum
discipuli edu-
xerint.

Psalm. 118.

Coloss. 1.

Rom. 5.

Primum est admirabile consilium Dei, qui vilem & ignobilem turbam excitauit, vt
contra legem, à senioribus latam, Ioan. nono & duodecimo capite, nec vlla habita ratio-
ne excommunicationis, quam illa Christi sectatoribus minabantur, tantum honorem illi
publicè deferunt: Et ex scripturis de illo pronuntiare possunt, quem ipsi Scribæ & Sacer-
dotes hætenus nec ex scripturis, nec ex miraculis, agnoscere voluerunt. Hoc illud est,
quòd ipse Christus ait, regni sui mysteria abscondita esse sapientibus, patere autem, par-
tibus. Et habes hæc, quod respondeas ijs, qui nobis Euangelicorum ignobilitatem expro-
brant,

Vulgus Chris-
tum agnoscit,
quem Scribæ
persequuntur.

Matth. 11.

DOMINICÆ I. ADVENTVS

brant, & in controuersijs de fide & religione, summorum Pontificum, Regumque iudicijs, standum esse vociferantur. Quod enim hinc accidit, hoc ipsum iam inde à rerum origine accidisse sacra historia docet.

1. *Ut Christus in Euangelio se offerens debeat excipi.*

Secundò docemur horum exemplo, vt nos quoque Christum, per Euangelium suum nos inuisentem, excipere debeamus. Exigitur hinc ante omnia, vt talem agnoscamus, qualis reuera est: Regem nimirum, nobis à Deo datum, in quo (vt Abrahamo olim Genesis vigesimo secundo capite promissum fuit) omnes gentes benedicantur, quæque solus nobis salutiferæ illius pacis apud Deum author sit, quæ cœlestis gaudij hæredes facit.

2.

Deinde agnitum publicè confiteamur, apud eos etiam, quos illius hostes non esse ignoramus. Nec enim eiusmodi cultores ille fert, quos sui nominis & Euangelij pudeat, vt supra cap. 8. dicit: Quemcunq̃e puerit mei, & sermonum meorum, in natione hac adultera & peccatrice, illius pudebit & Fidium hominis, quando venit in gloria Patris sui cum Angelis illis sanctis.

3.

Nec fateamur modò, sed simul regni ipsius propagationem pro virili adiuuamus precibus, studio, & industria, quantum nostræ vocationis ratio requirit.

4.

Subternamus illi vestes nostras, quas conuersationis nostræ symbolum esse, parabola vestis nuptialis Matthæus vigesimo secundo capite: Et Apostolicæ illa locutiones, docent, quibus veterem hominem exuere, & Christum induere, iubemur. Colofs. 3. Gal. 3. cap. Tota ergo vitæ nostræ morumque conuersatio per fidei obedientiam Christo subigi debet, vt huic soli seruiat.

5.

Luc. 17.

Et cum ista omnia præstitimus, nos tamen seruos inutiles esse fateamur, omnemque gloriam vni D E O solidam transcribamus. Hæc sunt hominum verè Christianorum officia, quæ, quàm rara fiat, singuli mox intelligent, si in semetiplos descendant, & animorum suorum socordiam examinent: Vt interim de illis nihil dicamus, qui Christum ne intra vrbes quidem admittunt, vel spontè se ingentem eijciunt, & scruissime persequuntur.

6. *Ut impij afficiantur Christi gloria & regno.*
Luc. 19.

Quid autem inter hæc auspiciata regni Christi præludia Pharisæi faciunt, quos contra illum conspirauisse iam sæpe, ex præcedentibus patet? Ringantur illi, & tantos honores illi inuidet. Nam (vt Lucas scribit) discipulos increpari, & ipsis silentium imponi, postulant. Quo exemplo docemur, semper fore, qui suum Christo honorem inuideant: quorum Principes facillè sunt Pharisæi, quos propriæ iustitiæ fiducia inflat. Successerunt in horum locum hodie Monachi, quorum ea est astutia, vt Principes & Reges in suas partes trahant, & illis nefariorum consiliorum aduersus CHRISTVM antesignanos sese præbeant. At hic nos Christi responsum consoletur dicentis: Dico vobis, quòd si hi tacuerint, lapides clamabunt. Docet his fieri non posse, vt regni sui & salutis doctrina reprimatur. Quia enim ita Deo visum est, vt Christus per Euangelium in orbis regnet, totumque hoc negocium non humanis vel viribus vel consilijs, sed Spiritus sancti operatione, transigitur, quis obsecro Dei decreto obstarè, aut Spiritui sancto silentium imponere poterit? Spirat ventus vbicunq̃e voluerit, nec lapides modò, verum etiam omnes mundi partes contra eos conclamant & pugnant, qui Christi regnum extirpare conatur. Exempla in historijs passim sunt obuià. Consoletur nos illa aduersus impios mundi conatus. Regnabit Christus, & in se credentes regni sui hæredes faciet. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ PRIMÆ IN

recordatione aduentus Christi precatio,

Matth. 21. capite.

Instat tempus, quo Ecclesia proponit nobis commonefactionem de beneficijs Filij Dei, qui & assumpta nostra natura in hoc mundo apparuit, & rursus resuscitato toto genere humano palam conspicietur, vt puniat hostes suos, & aeterna gloria ornet Ecclesiam suam: Te igitur compellamus Fili Dei, Domine IESV CHRISTE, qui regia pompa sanctam urbem ingressus es, vt extaret publicum testimonium tuæ exhibitionis: Aggregato nos ad illud agmen, quod tibi canit gloriam, quod tibi ramos victoriæ præfert, & vestes tuas iumento substernit. Iuua nos, vt procul seiuncti à caterua Diabolorum & hominum, qui blasphem-

blasphemus contra te edunt, sonemus tuam veritatem, in vera agnitione & iustitia: Sis tu noster Rex, hic, & in tota aternitate implens nos tua luce, & tua vita, defendens nos aduersus omnes conatus hostium tuorum: perficias tibi laudem ex ore infantium & lactentium. Serua nos imbecilles, qui sumus tua soboles, qui pendemus ex tuo collo, & recurrimus ad tuum gremium, sicut infans ad suos parentes: Fac ut verba, qua in nobis per Spiritum tuum sonas, imitemur, & ut illa tua sapientia vagiens in nobis miseris confundat audaciam, & potentiam inimicorum tuorum: Da, ut tuam victoriam grata mente pradicemus, ut nostro loco conseruationem ministerij inuenimus, atque etiam vitam & fortunas nostras, propter confessionem tuae veritatis in discrimen ponamus: Et tu rursus benedictum semen Abrahae benedictio nobis tua efficaci presentia, & fac nos socios tuae Ecclesiae, qua nomen habet à tuo nomine: Et orna nos gloria diuina, quam accepisti ab aeterno Patre propter confortes tuos, ut in hac vita, & deinceps in aeterna, leti tibi gloriam canamus. Amen.

DOMINICA II. AD VENTVS EVANGELIUM

LVC. XXI. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Tunc erunt signa in Sole, & Luna, & Syderibus, & in terra angustia gentium in consilij inopia, resonante Mari & Salo, ex animatis hominibus praetimore & expectatione eorum, qua ventura sint super orbem terrarum. Nam potestates caelorum agitabuntur. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potentia, & gloria multa. Cum autem haec fieri incipient, erigite, & attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.



N PRAECEDENTIBVS DISSERVIT DOMINVS & Seruator noster, Iesus Christus, de vrbs Hierololymæ & templi excidio, deque signis, quæ prius fieri oporteat, simulque docuit, quid inter tanta pericula facere debeant pij, qui suæ saluti consultum volunt. Quibus Christus Dominus ad primam suorum discipulorum quaestionem respondit.

His verò absolutis, nunc ad alteram discipulorum quaestionem transit, quam ipsi de mundi huius fine proposuerant. Quo loco rursus à signis orditur, & turbulentissimum totius orbis terrarum statum, qui tunc futurus sit, exponit. Inde nouissimum suum ad iudicium aduentum describit. Postremò breui ac salutari præcepto suos instruit, & aduersus omnia pericula efficacissimè consolatur. Quia autem haec non tam propter discipulos, quam propter nos, dicta sunt, in quos (vt Paulus ait) fines seculorum inciderunt, diligenter à nobis considerari debent, ne nostrorum temporum turbis moueamur, neue in huius vitæ delitijs animos defixos habeamus, sed intrepida fide atque spe suffulti per omnia obstacula ad portum felicitatis nostræ eluctemur, quam suo aduentu glorioso nobis Christi afferet.

Primò signa multa & varia exponit, quæ non ad paucos dies astringere, sed ad totum illud tempus extendere, oportet, quod ab vrbs excidio vsque ad finem huius mundi decurret. Ideo enim apud Marcum ait: In diebus illis post afflictionem istam Sol obscurabitur, &c. Et in Matihæo: Statim autem post afflictionem dierum istorum, &c. capite vigesimo quarto. Et de his pios admoneri oportuit, ne in solius Iudaici populi calamitates intenti, in his mundum omnibus malis defunctum esse putarent, & sibi posthac omnia leta pollicerentur. Vult ergo intelligant, noua certamina Ecclesiae suæ proposita esse, in quibus nos sudare oporteat, donec ipse aduentu suo redemptionem nostram perficiat.

Argumentum
& vsus loci
presentis.

1. Cor. 10.

signa nouissimi
seculi.

Marc. 13.

Dicit

DOMINICÆ II. ADVENTVS

Dicit ergo: Tunc erunt signa in Sole & Luna, & syderibus, & in terra angustia gentium in consilij inopia, resonante mari & salo, exanimatis hominibus præ timore, & expectatione eorum, quæ ventura sunt super orbem terrarum. Nam potestates cœlorum commouebuntur,

Quibus verbis omnia nouissimorum temporum & prodigia comprehendit, quibus Deus periculosas rerum mutationes & poenas, impijs atque securis destinatas, portendit. Quæ si quis omnia ex ordine recenseri velit, ingentis libri argumentum sibi propositum haberet, cui conscribendo vix multi menses possent sufficere. Nos igitur omisis istis, quæ olim & ante nostra tempora acciderunt, ea obseruemus & meditemur, quæ ipsi multa, & non tam prodigiosa, quam tristia & horrenda, vidimus. Nam ut à cœlestibus illis & Meteoris exordia, contra naturæ leges & ordinem.

Quoties .n. Soles plures visi sunt? Quoties Luna vel cœlo discedere, vel atro cruore conspersa, aut etiam crucibus interpolata, visa est? Quoties stellæ inter se concurrentes, & quasi dimicantes, tristia spectacula præbuerunt? Quis verò Cometas omnes enumerauerit, qui intra annos circiter quadraginta pluri, & nunquam absque; tristi aliquo euentu apparuerunt? Quis item nunquam; cœlum ipsum toties ardere vidit, quoties intra decennium illud arsisse vidimus? Taceo nunc alia, quæ vix absque; violenta orbium atque potestatum cœlestium concussione aut agitatione fieri posse videntur. Nec minus nota sunt, quæ in mari acciderunt, & aquis alijs. Illud .n. non semel, aut terræ motuum vi adiutum, aut aliqua occuliori virtute agitatam terras vicinas subito inundauit, loca multa horribiliter absorbit, multa arenæ cumulis inuestis inculta & inhabitata fecit. Similia his in fluminibus quocumque; & lacubus fieri vidimus. Quibus si monstra ex hominibus & reliquis animalibus nata adnumeret, multa occurrent spectra dira & horrenda. Et quamuis multorum ea sit impietas, ut ista omnia facile contempnant, vel etiam rideant, tamen inuitis quoque; & dissimulantibus terrores obrepunt, qui ipsis omnia infesta reddunt. Plerique; verò tantum non exanimantur metu, quando tristissimos rerum euentus spectant, & propter prodigia eiusmodi non possunt non longè tristiora metuere.

Consilij inopia
a vnde?

Et ut multa, quæ hic dici poterant, omittamus, duo sunt, quæ hominum mentes vehementer deturbant, & plerisque; consilij inopia in angustias extremas adductos, rerum omnium incertos reddunt: Bella nimirum, quæ alia ex alijs quotidie feruntur, & infelices ille circa fidei & salutis dogmata concertationes, quibus inter se cum acerbissimis odijs, & summa animorum contentione, committuntur, qui præcipuam doctrinæ & eruditionis excellentiam sustinent. Nam si primum spectes, nulla gens extra periculum constituta est, quando non exteris modò bellis omnia turbantur, verum etiam civilia arma passim strepunt, & cladibus intestinis omnia miscentur, quas maxima ex parte Pontificum artibus, proditorijs debemus, qui per Tridentinum concilium nunc annis amplius triginta, omnes Christiani orbis habitatores bellis, atque; rumoribus bellorum exagitauerunt.

Quis verò bonus non expauescat? Quis non totus horreat, qui tetram hanc, & plus quàm belluinam sanguinis fundendi rabiem cernit? Quis item rebus afflictissimis consilium inueniat? Quis de suis rebus aliquid certum statuatur, quando passim doli & fraudes regnant, neque; alijs fidere tutum est, quos vel cognationis vinculum, vel eiusdem fidei professio, coniungit? Poterant tamè ista aliquo modo ferri à pijs, qui iam pridè didicerunt, quod de mundo sentire debent, & qui se in terris hisce peregrinos esse norunt: Sed multi horum non possunt non gravissimè offendi, quòd salutis doctrinam, & Dei verbum, quod nobis inter ista pericula, facis instar, prælucebat, debet, odiosis doctorum contentione; in dubium vocari, & disputationibus nunquam; finiendis, ita obscurari vident, ut, quod credi, aut quod sentiri, debeat, incertum sit. Conqueruntur de hoc multi passim, & utinam istorum querelas attentius audirent, quos ambitio, & contentendi, vel potius conuiciandi, libido, transuersos abripit, ut ex istis certaminibus laudem querant, quæ absque; multorum scandalo decerni non possunt. Sed quia de his sæpe aliquid oblata occasione dicitur, sufficiat ista annotauisse, quæ ad asserendam huius vaticinij veritatem faciunt. Nunc verò usum istorum obseruemus, qui in duobus consistit:

Usus malorum
nouissimi seculi.
Con. II.

Primò .n. admonent, nihil temerè, aut absque; certo prouidentia Dei consilio fieri, qui ut prodigijs securos ad seriâ propriæ salutis curam excitat: Ita doctorum quoque; contentiones incidere patitur, ut & multa diligentiùs ventilentur, quæ prius minus à plerisque; obseruata fuerunt, & (ut Paulus inquit) qui probati sunt, manifesti fiant. Discant de his cogitare pijs, & non facile in errores abducentur. Nam vix multa obscura sint, multa in contentione & disputationem trahi possint, certa tamen sunt fidei Christianæ principia, quibus si qui constantè Deinde

Deinde, quando omnia, quæ nobis tristitia accidunt, peccatorum pœnas, aut saltem virgas Dei, esse constat, quibus, ne quando grauius peccemus, nos coërcet, admonet nos prodigiorum istorum consideratio, quanta sit apud Deum peccati atrocitas, & quid ijs expectandum sit, qui illius iram sceleribus suis non desinunt prouocare. Nam vt propter hominem omnis hæc mundi machina condita est: Ita omnes eius partes illis infestæ sunt, qui aduersus opificem, & conditorem suum, insurgere audent. Pertinent huc minæ legis, in qua cœlum ferreum, & terram saxeam, Deus impijs transgressoribus minatur, adhæc ferarum incursionibus, & infinitis alijs calamitatibus vexandos fore docet. *Deut. 28.* Exempla in historijs multa extant, & multa quotidie fiunt, quæ minas istas nequaquã vanas esse docent. Et quid obsecro impij de elementis & mundi partib. sperarent, quando se à proprio corde infestari sentiunt? Nam vt nihil aliud accedat, cor illos fallit, & diris terroribus tunc excruciat, quando animo præsentem quàm maximè opus erat. Quod si (vt plerumque fit) conscientia dolores & accusationes accedant, nulla ab hominib. crudelissimis excogitata est carnificina, quæ cum illa conferri possit.

Excitent nos ista, vt inter nouissimi seculi turbas toto animo ad Deum conuertamur, quæ proxima & vnica salutis via est, neque hîc eorum figmenta audiamus, qui vniuersalem quandam totius orbis conuersionem ad Deum & pacem ex ea altam atque stabilem sibi pollicentur, quorum fabulis multi decepti securius agunt, & scelerum pœnitentiam differunt, ne quid præproperè facere videantur. At si Christi verba attentius consideremus, perpetua erit hæc, quam hoc loco describit, mundi facies, neque vnquam emollietur impiorum durities, quæ propriæ etiam conscientia terroribus exasperari solet, ideoque nunc demum horribiliter plangent, & in extremam desperationem (vt in Matthæo cap. 24. videre est) conijciuntur, quando Christum ad iudicium venire videbunt. Quod vnum satis docet, quàm vanum sit, quod alteri illi de omnium Gentium conuersione fabulantur.

Et huc pertinet, quod in præsentem Dominus subiicit: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potentia & gloria multa. Apud Matthæum ait: Tunc apparebit signum filij hominis, & tunc plangent omnes tribus terræ. De signo aliquo particulari loquitur, quod in cœlo appariturum esse verisimile est. Cùm enim iudicij Dei particularibus prodigia & portenta præmitti soleant, minimè dubitari debet, Christum singulare aliquo, & memorabili signo suum nouissimum aduentum toti orbi significaturum esse. Neq; ideo falsi arguuntur Apostoli, qui diem Domini ex improviso, instar furis, venturum esse aiunt. Hi enim hoc propter impios dicunt, qui præter omnem expectationem opprimuntur, quando sibi ipsi omnia tuta, & diuturnâ scelerum impunitatè promittunt. Deinde temporis quidem articulus iam nobis incertus & incognitus est, sed id non obstat, quo minus, iam iam instante aduentu illo Domini, signum aliquod in cœlo conspiciatur, quod de illo totum mundum admoneat. Id verò pleriq; veterum de crucis signo exponunt, & fortassis non absq; ratione, sicuti ex 24. cap. Matth. copiosius possemus admodum, si tempus ferret. Quia enim nunc quoq; per crucem Christus de impijs, suis hostibus, triumphat, credibile est, tunc imprimis trophæum illud crucis toti orbi conspicuum fore, quando plenam victoriam reportabit, & suos quidem ad regni sui æterni possessionem seculum inducet, Diabolum verò cum seruis suis omnibus in ignem inextinguibile detrudet, abolita prius morte, per quam ille regnare visus est.

At hîc non temerè dici putabimus: Et tunc videbunt filium hominis, venientem in nube cum potentia, & gloria multa. Habent enim singula verba emphasim, quæ isti arguunt optimè conuenit. Tunc (inquit) videbunt: Quando nimirum horribilis illa conuulsio passim omnia turbabit, & alij quidem securi genio indulgebunt, alij inter desperationis procellas lætabuntur: pijs verò redemptionem suam magno cum desiderio expectabunt. Tunc (inquam) vno momento isti simul omnes videbunt, quod ipsis videre conueniet. Et quidnam illud erit? Filius hominis. Ita verò seipsum dicere solet, & hîc isto nomine cum primis vti voluit, vt se ne in cœlesti quidè gloria hominem, quem semel assumptis, depositurum esse ostendat. Et æquum est (quod D. Augustinus alicubi annotauit) vt illa forma ad iudicium veniat, in qua passus, & noster Seruator factus est, & quam impij in illa contempserunt atque persecuti sunt. Huius enim conspectus vt pijs lætissimus erit, ita terrorem atq; dolorem immanem impijs incutiet, quando iudicem cogentur videre, & ferre, quem pro Seruatore & vindice suo agnoscere noluerunt.

*Aduentus Christi
fiti vltimus.
Matth. 24.*

*Aduentus Domini
erit subitua.*

Hac omnia redemptionis nomine Christus compræhendit, & quia ista appropinquat, nos tunc alacres, & ad hanc excipiendam instructos esse iubet, dum infelix mundus circa curas inanes, & scelerum studia, tumultuatur. Ita verò docet vnum & eundem diem sui Aduentus, impijs quidem terribilem, pijs autem lætum & felicissimum fore: nimirum, quòd his Seruator & Redemptor, illis verò iudex iustus, & seuerus impietatis atq; scelerum vindex venturus sit.

Latet autem sub his verbis argumentum validissimum, quo & mortuorum resurrectione, & Christi ad iudicium aduentus probatur. Quia enim pios perfectè redimi, impios autem & pœnitere nescios verè puniri oportet (nisi Deum iustitia simul & bonitate tua spoliare libeat) neutrum verò in hoc seculo fit, imò multa secus fieri videmus, vt hi quidem feliciter agant, illi verò perpetuis certaminibus atq; laboribus exerceantur: Necessè est alium diem constitutum iam esse, quo omnes homines in suis corporibus recipiant omnè id, quod aut bene aut malè fecerunt. Sunt hæc alibi, nempe Dominica 26. post Trinitatis, & huius diem impijs terribilem, pijs autem lætum atque optatissimum, fore. Quapropter procul relictis mundi studijs, atque huius seculi voluptatibus, pietati studeamus, vt cum gaudio & alacritate capita nostra attollere, & tam corporum quàm animarum nostrarum plena redemptione potiri possimus in magno illò die, quando cum Angelis, & diuina potentia, armatus, veniet Iesus Christus: Cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Dixit etiam eis parabolam: Videte ficum & omnes arbores: Cum iam emiserint gemmas, vos, eas cernentes, per vos ipsos agnoscitis, iam propè esse æstatem. Ita & vos cum videritis hæc fieri, agnoscite propè esse regnum Dei. Amen dico vobis, nequaquam præterierit hæc ætas, quousque hæc omnia facta fuerint, cælum & terra præteribunt, verba autem mea nequaquam præteribunt.



QUONIAM DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTUS, toti humano generi Doctor Catholicus, sine vniuersalis, datus est, non eos modò, qui ipso in terris agente vixerunt, instituit in ijs, quæ ipsis cognitu necessaria erant: Verùm etiam ea diligenter tradit, quæ ad totius posteritatis institutionem faciunt, & quorum vsus nobis etiam hodie est magnus, si rectè à nobis considerentur. Exemplum huius fidei atque diligentie evidens hoc cap. Lucas proponit. Nam etiam si discipulos, qui de vrbe & templi excidio interrogauerant, instituere voluerit, in diligentiorè tamen tractationem de fine mundi & nouissimorum temporum statu periculosissimo digreditur, & omnes eos sui officij admonet, qui vique ad postremi sui aduentus diem nascituri sunt.

Ceterùm quando de istis sermo habetur, pleriq; vel omnino non credunt, vel vtiq; euentum eiusmodi euentum in longum tempus, aut etiam in infinitum, extrahentes, ea hoc, & eius studijs, delectamur, intolerabilis, & quouis supplicio digna multis videtur, ea doctrina, quæ de illius fine & interitu differit. Etenim cum Iudæi pro manifestis Dei hostibus eos persequerentur, qui de templi & cultus externi dissipatione loquebantur, & Romanis odio dignissimi visi sint, qui eius vrbe occatum prædicebant, quæ ab illis aurea & æterna dicebatur: Quis dubitet, mundi voluptatibus & studijs delectos, aduersus eos omnes pugnatos esse omnibus seculis, qui illum cum omnibus, quæ eo continentur, perituros esse docent? Ex hoc fonte certè illorum sermones promanant, quibus doctrinam hanc omnem eludere & in dubium vocare, imò falsi arguere, satagunt.

DOMINICÆ II. ADVENTVS.

Ideo Christus, ne qui simpliciores horum dictionibus atque sophismatis decipiantur, suam hanc prophetiam argumentis solidis confirmat, quæ nos ita considerare decet, ut ea non solum opponamus impijs illis scurris, quibus cum Deo ludere, verumetiam eorum consideratione ad ardentius pietatis studium excitemur.

Primum argumentum similitudine constat, qua docet, hæc tam certa esse, ut aliter fieri non possit, utque efficacior sit demonstratio, ipsos testes sistit, adeoque omnes homines, qui istud quotannis experiuntur. Sic enim ait: Videte ficum, & omnes arbores: Cum iam emiserunt gemmas, vos, eas cernentes, per vos ipsos agnoscitis, iam propè esse æstatem. Ita & vos cum videritis hæc fieri, agnoscite propè esse regnum Dei. Sensus est, nemini dubium aut impossibile, neque etiam obscurum debere videri id, cuius exempla singulis annis in rerum natura habentur. Cum enim ineunte vere arbores parturiant, & succu vitali pleni, gemmas extrudunt, nemo tam vecors est, qui non agnoscat æstatis iam appropinquantis indicium: Nemo item tam stultus, qui, quò minus illa veniat, obstare conetur. Est enim naturæ lex inuicta, cuius curium nullæ vires humanæ impedire possunt: Et notum est irreuocabile illud Dei decretum, quod post diluuium protulit: Adhuc omnibus diebus terræ (id est, quàm diu terra erit) sementis & messis, frigus & hyems, æstas & hyems, dies & nox, non cessabunt. Quamobrem etiamsi dura & aspera hyems plantas atque arbores omnino extinxisse putetur, cedit tamè suo tempore, & mox æstatis lætæ atque fructiferæ indicia apparent certa atque infallibilia. Eandem ergo scitote esse mundi huius conditionem, & piorum imprimis, qui in illo degunt. Nam his quoque suum verum, & æstatem suam, destinavit Deus, qua nemo eos fraudare poterit.

Huius seculi
vita hyemi con-
fertur.

Est autem simile hoc diligenti meditatione dignissimum, eò quòd præsentis & futuri seculi statum nobis, ceu in tabula depictum, proponit. Etenim quam in hoc mundo vitam viuunt pij, ea hyemi rectissimè confertur: Imò hyems dici meretur totum illud æuum, quo mundi huius machina durabit, si piorum in terris agentium conditionem consideres. Ut enim hyems pruinis plantas adurit, niuibus operit, terram ipsam cum fluxibus gelu astringit, arbores folijs & succu spoliat, rebus denique omnibus torporem inducit molestissimum: Ita pios infinitæ & assiduæ tempestates malorum exercent, & vix vix quam tempus fore putatur, quando fructu optatæ quietis fruantur. Quia enim mundo, propter Euangelij lucem, quæ apud illos fulget, exosi sunt, multorum quotidie conuicia, iniurias, probra, & vim apertam, sustinent. Nec minus verè, quàm grauius, ab Apostolo dictum est: Omnes, qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Porro ut in rerum natura hyemem æstas sequitur, cuius præcursor est ver æternum, quo terra & plantæ omnes parturiunt atque germinant: Ita huius seculi tempestatibus olim nouissimus ille dies succedet, qui rectè æstati confertur, quia tunc messis, illa fiet, qua pij quidem, ut triticum bonum, in cœlestis regni horrea colligentur, impij verò, palearum instar, explosi, in ignem æternum præcipitabuntur.

1. Cor. 10.
Matth. 24.

Ut verò inter hyemen & æstatem vernum tempus intercedit, quod etsi faciem mundi mirificè mutet, suis tamen quoque tempestatibus obnoxium est: Ita priusquam æstas illa æterna veniat, afflictiones istæ grauioribus exorientur, de quibus in his & præcedentibus verbis Dominus locutus est. Ita verò mensuram suam implent impij: Deus autem, qui fidelis est, neque nos supra quàm ferre possimus, tentari patitur, dies illos abbreviabit, sicut alibi Christus pollicetur.

Ex his nunc nos consolationem petere conuenit, & quoties furiosos hostium Euangelij conatus cernimus, quoties piorum exilia, carceres, rogos, & dira tormenta, audimus, tunc nobis ver in mentem veniat, & tot nos arborum parturientium gemmas cernere putemus, à quibus optatissimus ille Dominici aduentus dies procul abesse non poterit. Quàmuis autem hæc generalis consolatio sit, qua nouissimorum temporum calamitates Christus mitigat, nihil tamen obstat, quò minus singuli eam sibi priuatim accommodent, quoties vel egestate laboriosa, vel morbis grauioribus, vel quacumque alia calamitate, affliguntur. Nam illis quoque lætior olim surget post nubila Phœbus, si fide constanti & patientia inuicta cum Christo perseuerent.

Testes dictionū
siste Christus.

Secundum argumentum à pronuntiatis desumptum dici potest. Nam iureiurando interposito testes sistit, vel potius ipso euentu eorum, quæ dixit, veritatem ipsos agnitueros esse docet: Amen dico vobis (inquit) nequaquam præterierit hæc ætas, quò usque

vsque hæc omnia facta fuerint. In Græco *γενεά* habetur, quod plerunq̄ue pro generatione accipiunt. Intelligunt autem alij dictum hoc de toto humano genere, quod minimè perituum sit, priusquam ista suum habeant complementum. Mouet hos, quod de nouissimo suo aduentu, & huius seculi fine, Christus in ijs, quæ proximè præcesserunt, disseruit. Sed nihil obstat, quin de ijs, qui tunc viuebant, illum nunc loqui dicamus, vt ijs occurrat, qui (vt antè monuimus) prædictiones eiusmodi rident, quia longius adhuc abesse sibi persuadent tempus illud, quo illas impleri oporteat. Itaq; ad ea, quæ de Hierosolymæ vastatione, deq̄ue hanc præcessuris calamitatibus dixerat, reuertens, hac assertionem vitur: vt ostendat vnus ætatis spacium hæc euentura esse, adeò vt multi ex illis, qui nunc viuunt, ista visuri sint. Et ex historijs constat, illa omnia intra annos ab eius ascensione quadraginta facta esse, & maiorem eorum, quæ excidium illud gentis Iudaicæ præcesserunt, partem ipsos discipulos suis oculis vidisse.

Nihilominus autem dictum hoc eorum etiam confirmationi seruit, quæ de nouissimorum temporum calamitosissimo statu, & huius seculi consummatione, dixit. Quia enim huius typus fuit Hierosolymæ & templi conflagratio, rectè concluditur, eam suum euentum habitura esse, quæ de illo sunt dicta, cum imprimis illis tam certa fuerit diuini oraculi veritas. Ita verò admonemur, ad nos imprimis pertinere eorum considerationem, quæ olim Iudæis acciderunt, vt horum exemplo admoniti impijs & contumacibus Christi hostibus paratas pœnas declinemus. Vt verò Apostoli quidam, & cum his non contemnenda Iudæorum, qui iam ad Christam conuersi erant, multitudo, inter tantas turbas, & mille rerum discrimina, mirificè seruari sunt: ita iam inde ab initio mundi Deus suam Ecclesiam seruauit inter horribiles rerum mutationes, regnorum collisiones, & grauissimas calamitates, quibus hostium suorum contumaciam puniuit. Huc pertinent, quæ de Noa, & eius familia, arcæ beneficio ex diluuiò erepta, de Patriarchis inter chanaanos defensis, de Israëlitis in Aegypto miraculosè auctis, & inde e-

Gen. 7. 12. 13.

Exod. 1. 2. 13.

2. Reg. 16. 17.

19. 24. 25.

2. Par. 32. 33.

ductis, leguntur. Quibus addi possunt, quæ in Assyria & in Babylone acciderunt, & deinceps quando inter Asiæ totius & Europæ tumultus & expeditiones, vtrinque factas, Ecclesia semper incolumis mansit. Et nostro seculo huius generis multa vidimus: Quæ in eum finem obseruari debent, ne de Dei ope siue auxilio vnquam dubitemus, neue (quòd multi solent) propter imminetia pericula mundo infelici nos conformes faciamus, sed constantes simus in confessione Christi, cuius promissio est: Non relinquam vos orphanos: Ego vobiscum sum vsque in consummationem seculi. Vide Iohan. 14, & 16. Item Matth. 28. cap.

Tertium argumentum comparationem habet, & sic effertur: cœlum & terra præteribunt, verba autem mea nequaquam præteribunt. Nominat duas totius machinæ mundi huius partes, longè solidissimas, & quæ mutationibus quàm minimum obnoxie sunt: Terram nimirum, quæ, suo pondere fundata, totius mundi centrum dicitur: Et cœlum, quod perpetuo motu conseruatur, vt neque in contrarium moueri, neque vllò casu corrumpi possit. Estq̄ue hoc mirabile diuinæ omnipotentæ opus, quòd orbis cœlestes, totiam seculis motu suo feruntur non minus certo quàm constanti: Cum quæ ad horum imitationem fiunt magnis cum impensis, & exquisita hominum ingeniosissimorum industria, vix paucis annis durare soleant. De Archimede Syracusano traditur, quòd mechanico artificio spheram vitream fecerit, in qua dissimiles circulorum motus, quasi Deus aliquis terrenus, expresserit. Sed vt opus illud vitreum, ita vitrea quoque & fragilis, fuit, quam inde reportauit, gloria: Et tandem infelici seni, qui patriam à Romanis obsideri & capi viderat, curiosa illa ingenij solertia necem attulit.

A Comparat.

At quæ Deus condidit, cœlum & terra, neque vetustate pereunt, neque vsu atteruntur, & nullis casibus obnoxie sunt, nisi quibus æternus ille opifex illa subiicit: Eadem tamen Christus cum verbo suo confert, & hoc tunc quoque ratum firmumque fore testatur, cum illa interierint. Imò tunc maximè promissionum & oraculorum Dei omnium veritas omnibus innotescet, quando sub nouissimum illius aduentum elementa omnia dissoluentur. Pertinent hunc, quæ in Psal. 702. Item Isa. 51. & 54. cap. in eandem sententiam leguntur, & quòd idem Propheta ex Dei mandato clamat: Omnis caro fœnum, & omnis gloria carnis flos agri: Exaruit fœnum, flos defluxit, verbum Domini autem manet in æternum. Iesa. 40. cap.

Obfer.

Veritas verbi
Dei.

Gen. 15.

Observari autem debet diligenter hæc verbi Dei certitudo, & veritas immutabilis, cui elementa quoque firmissima, & ipsam rerum naturam, cedere oportet, ne illius pronuntiatis aliquid derogetur. Exempla, quibus id probetur, multa passim in historijs extant. Promiserat Deus Abrahamo posteritatis suæ liberationem ex Aegypto mirificam: Semen tuum peregrinum erit (inquit) in terra non sua, & subijcient eos seruituti, assurgensque eos quadringentis annis. Verumtamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post hæc egredientur magna cum substantia. Tu verò ibis ad Patres tuos in pace, & sepelieris in senectute bona: Quarta autem generatione reuertentur hic.

Exod. 5. 7. 14.

Opposuit se promissioni huic Pharaon, regum illius temporis potentissimus. Aduersatur eidem Diabolus, qui magos excitat, ut horum opera in rege obfirmando sine indurando abutatur. Idem Israëlitas laborum & calamitatum impatientia eò adducit, ut facti propriæ reluctentur, & aduersus Moysen atque Aaronem murmurent. Tandem iam iter ingressis mare obijcitur, & cum nauibus destituti essent, à tergo autem hostilibus armis premerentur, præsentem mortem omnia intentant. Sed ecce ipsa rerum natura cedit, & ut promissio Dei locum habeat, aquæ diuisæ, & procul abs se diductæ, in cumulos seu montes vtrinque assurgunt, & transitum præbent miseris, qui iam perituri videbantur. Taceo nunc ea, quæ per annos quadraginta in deserto agentibus acciderunt, quæque in terræ promissæ occupatione facta sunt: quando cælum & terra, adeoque omnes mundi partes vnâ cum Angelis promissioni Dei seruiuerunt, ne hæc aliqua ex parte labefactaretur.

2. Sam. 2.

1. Sam. 18. 19.

2. Sam. 5.

Idem in Dauide cernimus, cui regnum promiserat Deus. Nam etsi aduersus illum primò Saul cum totius gentis principibus, coniurauisset, Deinde his sublati, vicinæ gentes magno cum fremitu insurgerent, ratum tamen fuit Dei decretum, qui illum regem constituerat super zionem, montem suum sanctum.

2. Par. 36.

Esr. 1. 2. 7. 8.

Esth. 2.

Quòd si ad exilium Babylonicum respicias, quàm multa fuerunt, quæ Dei promissionem de reditu populi, & vrbis instauratione, non modò impediabant, sed iam prorsus extinxisse videbantur? Sed per omnes difficultates viam inuenit Dominus, & potentissimam Monarchiam funditus eueri oportuit, ut illius promissio rata esset. Sed dies me deficeret, si, quæcunque huius generis exempla extant in historijs commemorare velim. Nos potius istorum usum consideremus, qui duplex est.

Veritas verbi

Dei consolati-

oni seruit.

Ioan. 6. 12.

Primus, ut ex ijs consolationem petamus in ijs, quæ ad priuatam nostram salutem, & publicam Ecclesiæ conseruationem, faciunt. Christi promissio est: Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Item: Vbi ego sum, illic erit & minister meus. Aduersatur his mundi increduli contumacia, resistunt item peccata nostra, & ipsa Dei iustitia obstare videtur, ne quid huius fiat: Denique carnis natura reluctatur, ne quæ ex terra originem coepit in cælis locum habeat. Sed nihil hæc omnia aduersus Christi promissionem poterunt, quæ, ut nobis rata sit, ipsam rerum naturam immulati oportet, ut & ipsi in filios Dei renascamur, & mors transitus ad vitam fiat, & virtus nostra in infirmitate perfectior appareat: Denique cælum & terram præterire, & aboleri, necesse est, ut corpora nostra nobis restituantur, & incorruptibilitate donata cælum possideant.

De Ecclesia item promissio extat, quòd ne portæ quidem inferorum nostram salutem aduersus eam possint, & eidem dictum est: Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem sæculi. Luctantur aduersus hoc Christi decretum hæretici, ut eum ab Ecclesia sua eijciant: fremit insanus mundus, ut hanc totam aboleat: Arma sumunt potentissimi reges, ut illam expugnent, horrendis exquisitorum suppliciorum tormentis singula eius membra tyranni excarnificant, ut totam dissipent. Sed quàm parum aut nihil omnium istis rationibus per annos iam mille quingentos effectum sit, res ipsa loquitur. Nam per omnes istas luctas salua euasit Ecclesia, & in hunc usque diem durat, magna cum totius mundi admiratione, qui interea horrenda excidiorum exempla vidit in regnis potentissimis, quæ armis, foederibus, & autoritate, minutissima fuerunt. Ista nos consolantur, & fidem nostram aduersus omnes mundi, & principis eius conatus, confirmare debent. Quid enim isti proficiant, quando olim omnes mundi partes dissolui oportet, ut Ecclesia tota simul cum Christo, sponso suo, in patria cælesti gaudeat & regnet?

Veritas verbi
vitæ & fidem
instituit.

At non minus ad vitæ morumque institutionem ista nobis seruire debent. Vt enim rata & firma erunt semper, quæcunque Christus promisit aut prædixit: Ita certa quoque & firma semper manebunt, quæcunque idem de fide, de religione & Dei cultu, de vitæ Christianæ officijs & moribus tradidit. Qui credit in me (inquit) habet vitam æternam. Item:

Item: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui non crediderit, condemnabitur. Ioan. 6.
 tur. Accumulent ergo suorum operum merita Hypocritæ, fatigentur circa ceremonias Marc. 16.
 Monachi, & horum infelicia mancipia, nunquam tamen per ea salui fient, quæ cum nullo Dei verbo nitantur, ex fide fieri non possunt. Idem dicit: Deus Spiritus est, & eos, qui 1. Ioan. 4.
 adorant, in Spiritu & veritate oportet adorare.

Erit ergo hæc perpetua diuini cultus regula, neque Deus ullos cultus probabit, qui ab illa dissentiant, etiam si plurimorum patrum & conciliorum autoritate probentur. Ioan. 3.
 Similiter necesse esse docet, vt renascamur, vt nosipfos abnegemus, vt carnem nostram Marc. 6. 6.
 mortificemus. Deniq; impossibile dicit esse, vt Deo simul & Mammonæ seruiamus. Nisi Ioan. 13.
 ergo hæc obseruentur à nobis, Dei cultores non erimus. Item dilectionem mutuam
 nobis præcipiens, hanc dicit notam fore, ex qua Discipuli eius agnoscantur. Quare omnes illi necessariò studere debent, qui ex discipulorum eius numero censeri volunt. Idem
 per Angelum suum in Apocalyp. c. 22. pronuntiat: Beati, qui seruant mandata eius, vt sit
 eis ius in arbore vitæ, & per portas ingrediantur in urbem. Foris autè canes & venefici, &
 scortatores, & homicidæ, & idololatræ & quisquis amat, & committit mædaciù. Cuius generis
 multa in Apostolorum scriptis habentur. Disputat de his mundus, & vt ea eludat, non
 uis quotidie scelerum exculationes comminiscitur. Sed nihil proficiet aduersus leges regni
 Dei, quarum autoritas æterno eius decreto stabilitur. Atqui, si iste rigor seruetur (indamnentur,
 quis) maior hominum pars damnabitur. Quid tum ò bone? Ergo ne tu aut tui similes
 damnentur, Deum mendacem, aut omnino nullum fieri oportet? Valeat iustitia (dicebat ille) &
 pereat totus mundus. Quantò magis hunc totum perire conuenit, vt Dei optima fides atq;
 autoritas salua maneat. Quòd si hoc alicui durum videtur, is ab illo nobis monstratam
 salutaris rationem sequatur, fidem veram colat, charitati fraternæ studeat, præceptis eius
 obediatur. Hæc qui faciunt, ij & inter huius vitæ certamina salui erunt, & olim in
 cœlis vivent atq; regnabunt cum Iesu Christo, Domino nostro: Cui debetur benedictio,
 honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA TERTIA.

Cauete autem vobis, ne quando grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: Et repente vobis superueniat dies ille. Nam vt laqueus inuadet in omnes, qui habitant in superficie totius terræ. Excubate igitur, omni tempore rogantes, vt digni habeamini, qui effugiatis ista omnia, quæ futura sunt, & consistatis coram Filio hominis, &c.

INTER ADMONITIONES, QVIBVS DOMINVS noster Iesus Christus suum erga omnes homines stud. ù testatus est, non immeritò primò locum obtinet ista, in qua cum Discipulis, de urbis & templi vastatione, deque fine huius seculi, & nouissimo suo ad iudicium aduentu, disseruit. Ita enim hoc facit, vt non ipsorum curiositati satisfacere, sed de illis eos admonere, studeat, quæ ipsis cognitu necessaria erant. Neque in illis subsistit, sed doctrinam hanc ad nos vique extendit, quos simul omnes docet, quid nobis factò sit ostendit. Et debet doctrinæ huius fides apud nos infallibilis esse, quando ne pericula quidem dissimulat, quod plerumque impostores solent facere, vt plures in nassam trahant. A quorum moribus tam procul abest Christus, vt ex ordine ea quoque recenseat, quæ abstrahere possent eos, qui mundi studijs, & carnis rationi, magis quàm diuinis, atque cœlestibus addicti sunt. Quia verò idem probè nouit, quàm lupina securitate ea negligamus, quæ ad salutem nostram quàm maximè faciunt, locum hunc totum non minus fida quàm graui admonitione concludit, qua duo agit. Primùm docet, à quibus potissimum nobis cauere debeamus. Deinde, quid facere oporteat eos, qui salutem suam tueri voluerint. Quibus Euangelista breuem narratiunculam subiicit, qua cap. 21. concludit, &c.

dit, & Christi Domini in prouehenda multorum salute studium denuo commendat, ut in conclusionem huius homiliæ audiamus.

*Iubet cauere
à crapula &
curis vitæ.*

Primæ partis summa est; Cauete autem vobis, ne quando grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Quo loco ante omnia obseruabis, quod ab his potissimum cauere iubet, quæ nouissimis temporibus imprimis regnatura esse sciebat. Nam supra cap. 17. eos tunc hominum mores, & ea mundi huius studia quoque fore dixit, quæ olim temporibus Noæ & Lothi fuerunt, quando profundissima securitate omnium animi in præsentis vitæ studia demersi, nihil præter intemperantiam & libidinem, atque quæstum somniarunt. Nec illa Christo temere excidisse dicet, quisquis nostri seculi mores paulò attentius considerauerit. Vident enim boni omnes, & quidem cum dolore & gemitu vident, ebrietatem, apud omnis sexus & ætatis homines, regnare, adeo, ut ne ij quidem ab hoc vitio immunes sint, qui alijs temperantiæ, sobrietatis, & modestiæ exemplum esse debebant. De principibus loquor, & Re. pub. gubernatoribus, de Ecclesiarum item ministris, & scholarum præfectis. Nam etiam si non desint inter hos viri graues & boni, qui honestatem colunt, plerique tamen, vel ut principibus rem gratam faciant, vel propria intemperantia & libidine abrepti, ad pocula desident, & procul relictis curis Ecclesiæ inter homines leuissimos helluantur, & diem eum sibi perisse putant, quo non probè madidi & distenti domum redeunt. Olim sui seculi, pseudopropheta Isaias hoc tribuebat, quod de comotationibus & vino inter se sermones conferrent. At vitam hodie idem non ab illis quoque fieret, qui verbum Domini annunciant.

Isa. 5.

De licentia autem potandi, quæ in Academijs passim obtinuit, quid atineri dicere, quando malum hoc prorsus immedicabile factum videtur, cum de quæstu suo magis, quàm de discipulorum profectu, solliciti sint, quorum erat disciplinam scholasticam maxime tueri? Solent isti ferè, quando de hoc malo querimur, consuetudinem obijcere, & quia idem vbique fiat, se probè excusatos arbitrantur. At turpe est, eos mundi huius exemplum suis moribus prætexere, quos, ut sui discipuli sint, Christus ex mundo selegit. Et cur mundo conformes fiant, qui parentes quoque, & fratres, & uxorem, & liberos, odisse, imò seiplos abnegare debent, ut CHRISTI discipuli esse possint? Quin ipsum audimus, qui etsi sciret (ut modò diximus) quid futurum esset hoc nouissimo tempore, tamen in præsentem clamat: Cauete vobis, ne quando grauentur corda vestra crapula & ebrietate, &c. Huius dicti authoritatem cerè contemnere aut eludere non poterimus, nisi nos Christi seruos esse velimus negare. Sed de singulis aliquid dicamus diligentius.

*Crapula &
ebrietas.*

Primò crapulam & ebrietatem prohibet. Duabus vocibus rem vnam denotat, nisi quod intemperantiæ effecta illis distinguuntur. Cum enim tam hæc, quàm illa, ex nimia vini ingurgitatione nascatur, crapula tamen propriè dicitur, quæ vertigine caput concutit, & proinde eam capitis luctam rectè dixeris. Aristoteles in problematis inter ebrietatem & crapulam sic distinguere videtur, ut illam cum mente sensum quoque auferre dicat, hæc autem, etiam si mens adhuc nobis constet, caput tamen affligat. Rectè autem utramque coniungit Christus, ut omnem vini usum nimium nobis noxium esse sibi perimprobari, doceat. Quod eorum sententiam confutat, qui se extra culpam esse sibi persuadent, etiam si nimium bibant, modò nullum de se præbeant mentis alienatæ argumentum. Atqui omnis vini abusus per se illicitus est, si nihil præterea accedat. Quam ergo veniam merentur, qui etsi insaniam aut furorem sibi non accersant, caput tamen lædunt, intellectus & memoriæ sedem, quod in toto corpore quasi regnum obtinet? Num innocentem aliquis dixerit eum, qui alterius caput vulnerat? Cur ergo innocens putatur, qui proprium caput violentiori motu fatigat, & intemperanti vsu vini sibi ipsi vertiginem, paralysem, & alios morbos grauisimos, accersit, qui vitæ quoque finem maturant, seu potius accelerant? vel si istud licet, cur ergo leges eos damnant, qui quocumque affectu prauo superati sibi ipsi mortem consciscunt?

Sed ut ad Christi verba redeamus, videtur hunc locum ijs opponere, quæ supra cap. 17. de Noæ & Lothi temporibus dixit: Edebant & bibebant, uxores ducebant, & dabantur nuptum, &c. Quo loco minimè damnantur conuiuia honoraria, aut quæ amicitia causa instituuntur (ea enim apud sanctissimos Patres in vsu fuisse scimus, neque solemus) sed luxum & intemperantiam denotat, quæ illorum temporum homines Dei donis non sine scelere abusi sunt, & ne id fiat, prohibet.

*Gen. 18. 26.
Matt. 3. 9.
Luc. 7.*

Debet

Debet autem hinc non oscitanter obseruari locutio: Cauete vobis, ne quando grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Sunt enim, qui hanc eo nomine exculant, quod in solo corpore hæreat, minime autem ad animum vsq; pertingat, & proinde non debeat inter peccata numerari, quæ huius saluti officiant. Imò vnà cum vino aut crapula omnem quoq; culpam, quæ admissa sit, edormiri atq; evanescere clamant. At longè aliter nos iudicare docet Christus, quando corda quoq; crapula & ebrietate grauari dicit. Grauari enim dicuntur, quæ nimio pondere pressa non possunt sese ad suam sublimitatem erigere. Quod in animo hominis tunc fit, quando vitij quibuscunq; premitur, vt assurgere nequeat ad rerum cœlestium contemplationem, vt in Deo, qui bonum illud summum & æternum est, sese oblectet. Quid autem de corde aut animo grauius dici poterat? Aut quid excogitari poterat, quod hominis saluti magis inimicum, & sine, ad quem ille conditus est, magis alienum sit?

Verissimè autem hoc dici, res ipsa probat, si ebrietatis effecta consideremus. Primo enim rationem & intellectus vsum aufert, in quo præcipua animæ rationalis functio consistit. Quod Hoseas obseruans illam scortationi coniungit. 4. cap. dicens: Scortatio & vinum potusq; inebrians eripit cor: Ita nimirum plus quiddam d. cens, quàm Christus, qui cor grauari ait. Et quod Hoseas pronuntiat, id Itaias re ipsa demonstrat, quando de ijs, qui assiduis comotationibus dediti sunt, loquens, inter alia hoc quoq; illis tribuit 5. cap. quod opus Domini non contemplantur, neq; opus manuum eius considerent: quod item repud. ent legem Domini exercituum, & verbum sancti Israël contumeliosè blasphemant. A qui constat, hominem sola Dei notitia & religione à brutis differre, quod Latantius non minus verè quàm doctè docet, cuius verba aliqua recitare lubet: Nonne ipsius corporis status & oris figura declarat, non esse nos cum mutis pecudibus æquales? Illarum natura in humum pabulumq; prostrata est, nec habet quicquam commune cum celo, quod non intuetur. Homo autem recto statu, ore sublimi ad contemplationem mundi excitatus, confert cum Deo vultum, & rationem ratio agnoscit. Propterea nullus enim sapientia instructus est, vt religionem solus intelligat. Et hæc est hominis atque brutorum vel præcipua, vel sola distantia. Hæc ille. Quis ergo eos ratione præditos esse, aut homines esse dixerit, qui ad opera Dei non respiciunt; qui, huius notitiam negligunt, qui deniq; in verbo suo loquentem audire dedignantur?

Taceo nunc ea, quæ ebriosis in vulgaribus huius vitæ actionib. præter omnem rationem faciunt, quæ tam multa sunt, vt nemo omnibus enumerandis sufficere possit: Tam absurda item, vt quæuis pleriq; ea rideant, non tamen absq; gemitu & dolore cerni ac narrari possint ab illis, qui de hominis conditione tota paulò diligentius cogitant. Quorum omnium cum ipsi met sibi authores sint, & ad eadem subinde scientes volentes impingant, rectissimè olim veteres ebrietatem insaniam voluntariam esse dixerunt.

Accedit huic malo aliud, quod rationes vsu extincto prauis cupiditatibus habenas laxat, quas per hanc ceu freno coerceri oportebat. Fit ergo, vt illæ quasi effractis claustris qua data via ruant, & hominem per omnia brutis animalibus similem faciant. Qui enim prius animos iracundos & irritabiles celare, aut saltem conuincere, poterant, ij, vbi vino incaluerunt in rabiem aguntur, & leonum atque visorum instar in eos furiant, à quibus vel vnico verbulo læsi sunt. Eadem est odij, libidinis, & aliorum affectuum ratio, qui omnes erumpere, & indomitum furere solent, vbi vino accensi fuerint. Exempla eius rei (vt quotidiana nunc omittamus) in sanctissimis hominibus inueniuntur, inter quæ tam memorabile quàm horrendum est, quod in Lotho proponitur, quem neque educatio, neque patrii Abrahami consuetudo, neque religio, neque recens in Sodomas ad sum iræ diuinæ exemplum, continere potuit, quin incestu turpissimo filias proprias contumpraret. Quæ autem tam effrenis libidinis causa in viro graui & grandæuo? Ebrietas nimirum, quæ, vt rationis vsum illi abstulerat: Ita affectui quoq; aut cupiditati belluinz frenum laxarat. Quis ergo per illam corda grauari negauerit?

Adde his, quod eadem rei domesticæ pestis est nocentissima. Nam qui illi addicti sunt, ij procul abiectis curis coniuges, & ex se natos liberos, negligunt, & in eo etiam bruti deteriores fiunt, quæ catulos suos amare & educare consueuerunt: & opes omnes raptim dilapidant. Ex eo autem infamia sequitur, & audax rerum nouarum cupiditas, quæ sapius seditionum & tumultuum publicorum causa est, sicuti in Catilinæ & sociorum conuersione, alijsq; similibus exemplis, est videre.

Effecta ebrietatis.

Lib. 3. de sal.
sap. cap. 16.

Gen. 19.

Nihil nunc de morbis acutissimis dicemus, quorum doloribus ebriosi illi superati aduersus Deum quoque, porcorum instar, grunniunt, & sæpe apertas proferunt blasphemias. Quid enim aliud facerent, qui opera Dei nunquam contemplati sunt, & vitam absque omni religione transegerunt? Accedit frequenter mors improvisa, dum vitam no madidi & distenti, vel ex casu aliquo miserè pereunt, vel à socijs proprijs inter pocula confodiuntur, vel in aquas prolapsi elemento, sibi maximè inuiso, suffocantur, vel alijs casibus præuerti infelicem animam, abque omni peccatorum suorum agnitione, ab alijs precibus, & diuinæ misericordiæ inuocatione, exhalant. Quid verò de talibus aliud dici potest, quàm eos in peccatis suis mori? Quod Apostolus obseruauit, quando illos in eorum catalogo non postremos numerat, quos ad regni Dei hereditatem venturos esse negat.

Vides ergo non temerè Christum hac locutione usum esse: Cauete vobis, ne quando corda vestra grauentur crapula & ebrietate; Et simul vides, quàm turpiter fallantur, qui vitium istud leuiculum, aut etiam risu dignum putant, quo nullum homine indignius, nullum nocentius, nullum periculosius, nullum denique foecundius, & proinde salutem corporum atque animarum magis inimicum est. Ideo illud Propheta passim grauissimis concionibus incessunt, inter quos Isaias cap. 5. clamat: Vx his, qui mane accingunt, vt sectentur siceram, prorogantes id ad crepusculum vsque, vino eos incedente. Et mox poenam iisdem minitans addit: Ideo in captiuitatem abijt populus meus, quòd cognitionem nullam habet, & gloria eius fame maceratur, & multitudo eius siti aret.

Hinc inferi quoque suam ingluuiem dilatant, & os suum supra modum pandunt, vt descendat eò magnificentia eius & multitudo eius & opulentia eius, & qui in his rantantur. Et alibi idem Propheta ait 28. cap. Vx coronæ superbiæ temulentorum Ephraim, & deciduo flori decoris gloriæ eius, quæ super caput est vallis pinguium, percussoriam à vino, &c. Et sapientissimus ille mortalium Solomon matris suæ doctrinam dignissimam putauit, quam æternæ memoriæ commendaret, quæ inter alia hoc etiam continet: No regibus o Lamuel vinum detur, neque principibus sicera, ne poti obliuiscantur legis, aut peruertant causas afflictorum. Vidit nimirum prudentissima mulier, nunquam posse aut officij sui memores esse, aut, quid in causis iustum iniustumue insit, videre, si vno dediti fuerint. Quod & Macedonica illa foemina obseruans, cum Philippus ebris sententiam iniquam pronuntiauisset, non tam face: è quàm grauius exclamauit, se ad Philippum prouocare, sed sobrium.

Quid verò de causis priuatis, & actionibus forensibus, dicere attinet, quando constat ab ebriosis principib. ne ea quidem videri & obseruari posse, quæ ad totius Reipub. pacem atque salutem faciunt? Extant enim in omnibus historijs exempla, quæ testantur potentissima regna, & Respub. florentissimas, corruisse, quando ad gubernacula sederunt homines intemperantes, & ventris mancipia. Ideo qui inter gentium Legislatores prudentissimi habentur, principum ebrietatem imprimis detestab. lem, & quouis supplicio dignâ esse consuerunt. Plato certè scripsit, ebrium habere animum tyrannicum, quòd omnibus pro libidine, non ex vlla ratione seu lege velit imperare. Idem gubernatorem ebriosum omnia subuertere dicebat, siue nauigium, siue currum, siue exercitum, siue quamcunque rem suæ fidei commissam. Quapropter Carthagine les, eodem teste, magistratibus vino interdixerunt. Solon autem, qui inter septem Græciæ sapientes primus numeratur, capitis poenam constituit principi, si ebrius deprehenderetur.

Pudeat ergo Christianos homines in re tanti momenti tam leues & impudentes esse, vt scelus hoc non minus belluinum, quàm exitiale, non verbis quidem acrioribus reprehendi velint. Vos autem omnes, in quibus aliqua adhuc religiosæ erga verbum Dei obseruatiæ scintilla superest, per publicâ salutem rogo & obtestor, vt tot veteribus & recentibus exemplis excitemini, & nunquam non memori mente versetis hanc Iesum Christi admonitionem, qua vt communi omnium salutem consolatur, ait: Cauete vobis, ne quando corda vestra grauentur crapula & ebrietate.

Porro addit his aliud vitium, quod similiter vitari debeat: Curas nimirum vitæ huius. Quo præcepto non damnatur œconomiam, & moderatam, imò necessariam quoque curam rei domesticæ, quam omnino deponere neq; possumus neq; debemus. Dei enim statutum est: In sudore vultus tui comedes panem tuum. Et Paulus infideli deteriorem esse

Gen. 6.

Proverb. 31.

Plato lib. 3.
dial. 9. de
Repub.Cure vitæ
Gen. 3.

esse dicit etiam, qui domesticis suis non prospicit. Hic ergo anxiam illam victus parandi sollicitudinem damnari sciamus, quam apud Mattheum Gentibus tribuit, quæ diuinæ providentiæ cognitionem nullam habent. Gignit hanc in nobis avaritia, quam insatiabile acquirendi & habendi desiderium esse definiunt. Rectè autem hanc ebrietati coniungit, quia multi ab hac quidem alieni sunt, qui tamen in diuersam partem peccant, quando ipsorum cupiditati nihil sufficit, & ne frui quidem audent illis, quæ ex Dei benedictione acceperunt, aut suis laboribus parârunt. Ergo hoc admonet, corda non minus avaritia, quam ebrietate, grauari. Nam vt alibi sæpe monemus, idololatria est, quia animum, qui vni Deo debetur, diuitijs vendicat, & in his confidere docet, cultum verò Dei quam maxime impedit, quando facit, vt de diuinis & æternis bonis securi, ea sola curemus, quæ huic seculo seruiunt. Quæ causa est, quòd eam malorum omnium radicem Paulus studio, abstrahuntur, quicunq; illi indulgent.

1. Tim. 6.

Poterant hæc quoq; plurimis exëplis probari, nisi nõ omnino stupidis sufficere possent ea, quæ publicè & priuatim fiunt. Avaritia certè verbi Dei doctrinam corrumpit, ius venale facit, disciplinam turbat, iniustitiam parit in contractibus, deniq; Ecclesias & Reipub. euertit: neq; fieri potest, vt aliquando caput aut animum ad Deum, siue cœlestium bonorum contemplationem, attollant, qui ceruices suas hoc tam infelici pondere aggrauârunt. Semper ergo meminerimus, nos in terris hisce peregrinos esse, patriam autem ipsa natura paucis contenta sit, & ad eius finem singulis momentis decurramus. Eos qui in extrema senectâ opes sollicitè congerunt, stultissimè facere olim Philosophi intellexerunt, & Cicero eos viatorum similes esse dicebat, qui, quò minus itineris ipsis reliquum est, eò magis de viatico solliciti sunt. At quanto stupidiore iudicabimus esse eos, qui non suam modò vitam, sed mundum hunc totum, ad suum finem decurrere, & huius senectam extremam iam adesse, vident, adhuc tamen annuos redditus congerunt, & terram iam perituram censibus quotidie nouis grauant? Quis obsecro istis animus esse potest, quàm quòd sortis suæ mortalis oblitus sibi vitam adhuc diuturnam pollicentur, aut Mahumeticum quid somniantes, opum & deliciarum vsum aliquem in futuro etiam seculo fore sibi persuadent? Nunquam possunt illi in pietate, & regni Dei studio, proferre illas ebrietatis & avaritiæ sarcinas, vt liberius ijs vacemus, quæ solidam & æternam felicitatem nobis pariunt.

Ceterùm admonitionem hanc Christus graui admodum ratione confirmat, quæ à necessario petitur. Nam periculi meminit, quod huius contemptoribus maximum & præsentissimum imminet: quia repente diès ille superuenturus sit. Et hoc ipsum simili ab aucupio desumpto explicans, addit: Nam vt laqueus inuadet in omnes, qui habitant in superficie totius terræ. Pulchrè autem ad securitatem, quæ nobis natura inhæret, alludit. Vt enim auiculæ rerum ignaræ & securæ circumuolitant, per arborum ramos decursant, modò in altum tendunt, modò in terram vsque sese demittunt, & cantu seipsas & auditores oblectant, nesciæ interim, quot retia illis aucupes tendant, quot laqueos abscondant, quot vimina viscosa struant, à quibus ferè, quando minimùm putant, capiuntur: Ita pleriq; hominum huius vitæ illecebris decepti discurrunt, ludunt, voluptuantur, aut etiam inanibus curis, atq; labore inutili, seipsos conficiunt, nihil interim vel de mortis hora cogitantes, quæ nihil huius expectantibus obrepit: neq; finem illum totius mundi considerantes, qui & ipse incautos aliquando opprimeret.

Dies Domini
improvisus &
ineuitabilis.

Facit autem ad huius argumenti amplificationem, quòd diem istum, instar laquei in omnes eos inuasurum dicit, qui habitant in superficie totius terræ. Ista enim locutione nesciatis, indulgent. Possunt interdum auiculæ retia & tendiculas effugere, quia hæ non totas sylvas, imò ne arbores quidem totas occupant, & ipsius etiam aeris vsus illis liberior est. At diès ille Domini omnibus superueniet, & ad omnes iustitiæ atq; maiestatis eius virtus pertinet, & illius ministri, Angeli, à quatuor cardinibus mundi, omnes ad illius tribunal cogent, vt illic digna suis factis præmia recipiant.

Duo ergo hic concurrunt, quæ, nisi nos attentos reddant, nã plus quam stupidi sumus: Improuius nimirum aduentus Domini, & ineuitabilis necessitas, cuius legibus omnes, cuiuscunq; loci aut ordinis, homines subiecti erunt. At quod de die illo dicitur,

id nos ad mortis quoq; horam extendere debemus, cuius eadem planè est ratio. Solè hanc scriptura viam omnis terræ dicere, quia omnibus ex æquo incumbit moriendi necessitas. At eiusdem hora nihil incertius esse tam manifestum & notum est omnibus, ut stultus foret, qui in eo demonstrando velit verba facere. Ita verò nostræ salutis consulere voluit Deus, ut nec inutili terrore aut pauore nos ipsos conficiamus, neq; securi nimis ad extremum vsq; ea differamus, quæ nobis nunquam non agenda sunt. Nostrum ergo fuerit hoc etiam illius erga nos studium agnoscere, & horum consideratione rectè uti, ad salutem nostram tuendam.

Quid pios facere deceat?

Matth. 25.

Et huc referri debet altera huius Epilogi pars, qua, quid à nobis fieri debeat, Dominus docet. Nec enim otiosos seruos ille vult habere, & proinde non satis fuerit omisisse ea, quæ prohibet, sed, ut simul officium faciamus, necesse est. Arguit hoc ignauos illos, qui nihil faciendo se excusatos fore putant, & proinde inutilem illum seruum imitantur, qui acceptum ab herò suo talentum humi defodit, ne quid in eius dispensatione peccaret. Quam verò ille Domino displicuerit, historia Euangelij docet.

Nunc ergo Christum dicentem audiamus: Excubate igitur, omni tempore rogantes, ut digni habeamini, qui effugiatis ista omnia, quæ futura sunt, & consistatis coram filio hominis. Primò vigilare nos iubet, vel excubare. Vbi nemo de corporis vigilia agit, tunc cum somnus singularè Dei beneficium sit, quo corpus totum irrigatur, & vires intantur: sed ad animum hoc præceptum transferri debet, qui ut dormire dicitur, quando securitate & locordia quasi sepultus omnia negligit, nec quicquid pensi habet: ita vigilat idè, quando excusso hoc carnis veterno ea curat & agit, quæ nobis ex officio agenda sunt. Et pertinet ad huius dicti expositionem parabola, quam Christus supra ca. 12. discipulis proposuit, vbi nos seruis confert, qui heri sui reditum ex nuptijs expectant. Iam enim ipse in coelis agit, vbi nuptiæ sunt perpetuæ, & gaudium perpetuum. Inde verò redibit olim in nubibus coeli ad iudicandum viuos & mortuos, ut impios quidem puniat, electos autem suos ad se recipiat, & regni sui coelestis consortes reddat.

1. Thes. 4.
Rom. 14.

Iubet ergo, ut hunc eius aduentum expectemus lumbis saccinatis, qui iter ingredi volentium, & ad opus faciendum paratorum, habitus est: utq; lucernas verbi sui in manibus gestemus, quod omnibus nostris actionibus præluere debet: denique ut pulsanti aperta simus. Pulsat quidem ille nunquam non cordis nostri æstium per verbi prædicatione: et nos locum dare conuenit, ut ad nos ingredi, & Spiritu tuo nos donare, possit. Olim verò in magno illo die pulsus longè grauior exaudietur, quando cum voce Archangeli, & tubæ Dei (ut Paulus ait) de cælo descendet, & ad suum tribunal omnium seculorum homines, quotquot vnquam fuerunt, ac futuri sunt, citabit. Hic ergo nos paratos esse conuenit, ne ex improviso ille nobis superueniat: Ut enim aduentus ille terribilis erit impijs iudiciorum Dei contemptoribus: ita lætus ac felix illucescet ijs, qui animos suos iam pridem ad eum excipiendum præparauerunt, ut homilia prima dictum est.

Orare iubemur, ut digni habeamur.

Sed alterum quoq; nobis mandat Dominus, ut nimirum omni tempore rogemus, ut digni habeamur, qui effugiamus ista omnia, quæ futura sunt, &c. Nam, ut abiq; Dei gratia nihil possumus, ita recurrit subinde carnis nostræ vitiositas, & nunquam non nobis insidias struit Satan, quibus non alia ratione commodius & feliciter poterimus resistere, quam si nos ipsos, ac salutem nostram precibus assiduis Deo commendemus, & ab eo petamus vires, quæ huic certamini sufficiant. Ad quia precando plurimum peccatur, dum circa carnis vota, & mundi studia, occupamur, quis nobis precum finis aut scopus esse debeat, disertè exprimit Dominus, qui in duobus consistit.

Prima petitio.

Zach. 1.
Isa. 45.

Primum est, ut digni habeamur, qui effugiamus ista omnia, quæ futura sunt. Quæ locutione veram pœnitentiam, & conuersionem ad Deum, denorat. Constat enim hanc vnicam esse rationem, per quam imminentes pœnas, & mala quæq; effugere possimus. Docet hoc ipse Dominus, quando in Prophetis hoc subinde ingeminat: Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos. Quam omnium concionum, tam Prophetiarum quam Apostolicarum, summam esse, certum est, ut alibi data occasione prolixè demonstrare soleamus. Et exempla sunt, nunquam spe sua falsos fuisse eos, qui pœnarum comminatione perculsi se totos Deo subiecerunt, & ad hunc totis animis reuersi sunt. Nam etiam si interdum non effugiant huius seculi calamitates, iisdem tamen hæc quoque adiumento sunt ad bonum, ut salutem ipsorum seruiant, quæ alijs noxia & exitiosa sunt. Seruit autem hæc prima petitio ad hoc, ne ad inutilia aut illicita salutis media conuertamur, sed eam vitam ingrediamur, quam Deus ipse in suo verbo præscribit.

Altera

Altera petitio est, ut consistamus coram filio hominis. Fit hoc bifariam. Nam in hoc seculo coram Domino stare & ambulare dicuntur, qui huic seruiunt & ad eius iussa exequenda parati sunt. Hoc sensu apud Danielemyriades Angelorum coram illo stare vult sunt. Deinde ad iudicium Dei hoc refertur, & inter se opponuntur: stare & cadere. Nam causa cadere Latinis dicitur, qui damnatur, stare autem, qui illam iure & legibus ob-
tinet. Vterq; sensus huius loci argumento probè conuenit. Nam ipsa necessitas iubet nos orare, ut Deus ira nos gubernet atque fulciat, ut quòad hinc viuere datur, ipsi fideliter seruiamus, & olim in magno illo die ipsius conspectum atque iudicium pura conscientia, & fide intrepida, possimus sustinere. Negat hoc impijs David in Psalmò primo dicens: Non stabunt impij in iudicio, neq; peccatores in cœtu iustorum.

Hac ergo bipartita petitione compræhendit Christus, quæcunq; ad hominis felicitatem, tam in hoc quàm in futuro seculo, necessaria sunt: Et debet hæc nobis esse summa votorum omnium, adeoq; regula, secundum quàm preces nostræ omnes dirigantur. Cum autem ista à Deo precibus petere iubeat Christus, non obscure omnem virum atq; meritum nostri fiduciam iugulat, & omne salutis præsidium nobis in gratuita Dei misericordia consistere docet. Nam nisi ille nos dignetur pro suis agnoscere, neq; in hac vita ipsi seruire, neq; olim ad eius tribunal consistere poterimus. Quid verò in nobis est, cuius ergo nos ne ingrediatis in iudicium cum seruo tuo, &c. Et voluit de his nos in præsentia admonere Iesus Dei, ne quis inter nouissimorum temporum turbas aliquid propriæ suæ dignitati, aut utilitati, tribuat: Sicq; hanc suam prophetiam admonitione non minus necessaria, quàm utilissima concludit.

Huic verò necessaria & utilissima admonitioni, Lucas breuem narratiunculam addit, qua omnia ea compræhendit, quæ Christus vsque ad eum diem deinceps fecit, quo ab hostibus suis captus, & in mortem traditus est. Docebat (inquit) interdum in templo, noctu verò exiens diuersabatur in monte, qui vocatur Olearum. Et totus populus diluculo veniebat ad eum, ut eum audiret in templo. Itaque admonitionem hanc proprio exemplo confirmat. Totum enim diem docendo consumit, quam eius vocationem sue functionem fuisse, ex historia Euangelij sæpius admonemus. Et ipse puer adhuc id testatus est, quando inter Doctores in templo sedens, matri virgini, cum ipso expostulanti, dicit: An nesciebatis, quòd in ijs, quæ Patris mei sunt, oporteat me esse? Lucæ secundo capite.

Quare etsi mortis horam sibi iam instare sciret, neque ignoraret hostium insidias, nihil tamen segnior est in obeunda sua functione, ut qui hoc vnum in votis habebat, ut quàm plurimos Patri lucraretur, & aduersus crucis scandalum simplicium animos conseruaret: Item tamen, quia verum hominem induerat, & in assumpta humanitate Sacerdotis munus sustinebat, noctu in montem exit, nimirum ut preces ad Patrem fundat, cui & seipsum commendauit, & pro discipulis suis intercessit, quos grauissimis tentationibus exagitando breui tum fore sciebat. Ex alijs certè locis apparet, præcipuam sessionem sui causam semper fuisse preces, & quàm seridè pro discipulis precatus sit, ipse in vltimæ cœna testatus est, cum de Apostolis ad Petrum dicit: Satanæ expetiuit vos, quos ven-
tilaret sicut triticum: Sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Luc. 22.

Habent hæc dulcissimam consolationem, quia docent, quàm fideliter nostram quoq; salutem ille sibi commendatam habeat. Simul etiam officij admonemur, ut nihil antiquius habeamus verbo DEI, in cuius prædicatione Filium eius æternum tam sedulum fu-
isse videmus. Et huc pertinet, quod de populo dicitur, qui manè ad illum, in templo docentem, confluit, ut eum audiret. Peccarunt illi quidem inconstantia, quando mox ad Pontificum partes descuerunt. Interim laude dignum est studium hoc, quo in præsentia flagrant. Hoc ipsum ergo imitemur, & inter nostri seculi grauissimos motus, vnum letum Christum audiamus, & eundem assiduis precibus faugemus, ut Ecclesias in nostris quoque Regionibus seruare, nosq; omnes suo Spiritu regere dignetur, ut omnibus periculis superiores facti, olim in eius conspectu consistere possimus, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis suis sanctis. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ II. ADVENTVS
DOMINICÆ SIGNORVM, QVÆ
antecedent finem mundi. Lucæ vigesimo primo
capite, precatio.

VTrunque tua voce Fili Dei prædictum est, in hac ultima & delira mundi senectâ, maiores & grauiore futurâ esse in genere humano confusiones & arumnas: Et simul Te, qui es custos Ecclesiæ tuæ, tamen inter illas ruinas imperiorum, & hostium tuorum seruatorum aliquas reliquias Ecclesiæ tuæ, ne agnitio & inuocatio tui vera ante finem huius mundi prorsus deleatur. Nos igitur ad te confugimus supplices, oppressi magna mole calamitatis, quæ nobis ideo cumulantur, quod peccata senescentis mundi grauiora sunt, & tristiora, Et quia diabolus, hostis tuus, senti præforibus esse diē iudicij, in quo turpitudine ipsius omnib. electis creaturis palam ostendetur, & ipse in aternos cruciatus abiicietur: Ideo immansi cū rabie sentit aduersus electum agmen tuum, & vellet totum humanum genus, à te auulsum, fieri blasphemum aduersus verum Deum - Gemit etiam unâ cum electis tuis tota hæc machina mundi, & cum desiderio inchoationem noui status expectat, Excruciantur animi hominum miseris impederalibus, dubitationibus de tua veritate, & arumnarum cumulo, quæ ruentibus imperijs singulis accidunt. Secundum igitur admonitionem tuam intuemur signa illa, & consideramus dulcia germina tue vocis, quæ hæc omnia prædixit. Suspiciamus & attollimus capita nostra ad te, qui sursum es ad dexteram aterni Patris, & expectamus latum illum diem in fide & vera inuocatione, quando in nubibus cum gloria conspiciaris, vt Ecclesiam ex tantis miseris liberet. Tu optime protector tuæ Ecclesiæ, regito nos tuo verbo & Spiritu, vt simus in exercitijs pietatis abducunt, & motus à Spiritu tuo excitatos suffocant: Neque etiam contaminemur luxu & crapula, nec illicitis voluptatibus & helluationibus Spiritum sanctum, qui se spiritibus natis in nostra natura permiscet, excutiamus, & nostra corpora faciamus adimitalia spurcorum spirituum, qui ebrios & securos in tristem turpitudinem, & aeternum exitum, rapiunt. Purifica tu nostra corda tuo Spiritu, & luceat in nobis tua agnitio, quæ tenebras nostras aboleat, & sanctos motus in nobis accendat, vt omni tempore perseueremus in vera inuocatione tui, et tu, qui promisisti nobis protectionem & mitigationem pœnarum, precito, vt effugere possimus ventura mala, & stare ante tuum conspectum, Amen.

DOMINICA III. AD
VENTVS EVANGELIUM

MATTH. XI. CAP.

HOMILIA PRIMA.

Joannes autem cum audisset in carcere opera Christi, missis duobus ex discipulis suis, dixit ei: Tunc is es, qui venturus erat, an alium expectabimus? Et respondens IESVS dixit eis: Profecti renunciate Joanni, quæ auditis & videtis. Cæci visum recipiunt, & claudi ambulat, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperibus euangelizatur. Et beatus est, qui in me non offenditur.



Historia actionis istius, quæ Domino nostro Iesu Christo cum Ioannis Baptistæ discipulis intercessit, multa continet, quæ nostræ institutioni & consolationi seruiunt: in his autem præcipuum est, quod Christus per opera sua demonstrat, se esse promissum generis humani Seruatorem, de quo olim Prophetæ vaticinati sunt, & quæ Patres sancti magno cū desiderio expectarunt, neque

neq; porro alium expectari debere. Quia verò omnis salus nostra ex eo dependet, vt hunc vnicum Seruatorem rectè agnoscamus, & eidem fide vera & constanti vniamur siue inse- ramur, Euangelista noster (vt etiam Lucas) historiam istam cum suis circumstantijs dilige- ter describit. Nam primò actionis huius occasionem narrat: Deinde, quid in hac causa Ioannes Baptista fecerit, docet: postremò quid ad propositam sibi quæstionem Dominus responderit.

Luc. 7.

Occasio totius negotij fuit, quod Ioannes (quem in carcerem ab Herode coniectum fu- isse ex Marc. 6. cap. historia audiemus, quæ die decollationis Ioannis pro concione expli- catur) audiuit opera Christi. Ex quo autem illa audiuerit, Lucas scribit: nimirum ex disci- pulis suis, qui ista ei narrarunt, non quòd vel præceptori suo rem iucundam auditu nun- ciare voluerint, vt carceris rædium subleuarent, vel Christi gloriam prouehere: sed potius quòd caeca æmulatione abrepti huic inuiderent, & eius exultationi officere cuperent. Nam, vt alibi annotatur, indignum visum fuit illis, hunc à plerisque suo præceptori præ- ferri, à quo Baptismum acceperat, & cuius testimonio fuerat commendatus. Nec dubi- tum est, illos tunc magis accensos fuisse, quando *CHRISTVM* Apostolos suos e- misisse videbant, per quos Euangelio suo omnem Iudæam & Galilæam complebat, & e- orundem prædicationem sua authoritate, & miraculosis operibus, confirmabat. Putârunt ergo necessarium esse, vt remora aliqua Christo obijciatur, ne Ioannes tandem in extre- mum contemptum veniat. Habemus ergo in illis memorabile exemplum eorum, qui Magistris suis nimium tribuunt, eos supra alios extollendo, interim verò eorundem do- ctinam securè negligunt. Fuit hæc omnibus seculis præcipua causa Sectarum siue Schi- smatum in Ecclesia, & tanta æmulationis istius vis est, vt eos quoque in partes distrahere possit, qui ex diuersis præceptoribus eandem doctrinam hausserunt. Id certè Ioannis di- scipulis accidit, qui, vt sui præceptoris exultationi consulant, Christo inuident, ad quem il- le omnes remittebat. Apud Corinthios idem factum fuisse, Pauli prior ad hos e pistola te- statur. Et quid hodie multis accidat, quos vel Lutheri, vel Zuinglij, aut Caluini, nimia & præpostera admiratio fascinat, non sine multorum infirmorum scandalo experimur. Remedium huic malo præsentissimum D. Iacobus monstrat, quando monet, ne fidem Domini nostri Iesu Christi habeamus in respectu personarum, id est, ne de fide & eius doctrina secundum hominum, qui illam vel tradunt, vel sectantur, personam iudicemus, sed in solius Dei verbum intenti simus, qui illum solum constituit catholicum Prophe- tam sue Doctorem, quem omnes audire, & à quo omnes denominari debent, qui serua- ri volunt. Quod primitiua Ecclesia obseruans, Antiochiæ Christianos appellare cæpit, qui prius simpliciter discipuli dicebantur. Actor. 11. cap.

Occasio huius actionis.

Ioan. 8.

1. Cor. 1.

Iacob. 2.

Deut. 18.
Math. 17.

Prædicationis Christi vis.

Ioan. 3.

Philip. 1.

Ioan. 3.

2. Tim. 2.

Act. 26.

Philip. 4.

Marc. 6.

Interim consolationem dulcissimam habet hic locus, quando Ioannem in carne audi- uisse docet, quæ à Christo fiebat: & quidè ex illis, qui de hoc minus honorificè sentiebant. Nam etsi hos æmulatio mala & inuidia transuersos abriperit, non dubium tamen est, hoc nuncium Ioanni iucundissimum fuisse auditu, quòd videret, suum ministerium non ineffi- cac aut inutile fuisse, & indies Christum crescere, & huic sponsam copulari, cuius ipse para- nymphū prius egerat. Tanta decreti Dei vis est, quo filij sui prædicationē propagari vult, vt interdum æmuli eius operam suam ad hoc conferant. Sic Apostolorum tempore non- nulli per contentionem Christum annuntiabant non sincero animo, sed vt Paulo mole- stia exhiberent: de quorū nequitia etsi non immeritò quereretur, tamen se gaudere scribit, quòd quocunq; modo Christus prædicaretur. Simile quid hodie inter Papistas fit, qui vtut Christi gloriam obscurent, aut hanc in eius personatos vicarios transferre satagant, tamen multa in suis templis publicè legunt & canunt, qb. omnis salutis gloria illi vindicatur, & i- pso- rum impostura arguitur. Adeò verum est, quod dicitur: Spiritus spirat, vbi vult: & quā- tis vincit teneantur Euangelij præcones, hoc tamen vinciri nequit, quin libero cursu ad o- mnem perueniat, qb. illud Dominus vult reuelari. Sic Paulus cathenis vincētus concionaba- tur Agrippæ Regi & Bernici, tribunis item militum, & toti nobilitati Syriæ, ad quos altis- simum accessum liberum habuisset. Et postea Romæ Onesimū & multos alios Christo ge- nuit, & inter hos etiam nonnullos ex Cæsaris domesticis. Quid, quòd Ioannem captiuum Herodes sæpè audiuit, & propriæ consciētæ testimonio conuictus in pretio habuit? Et ho- rum atq; regnum prouehunt, & ei multos lucrificiunt, vt ad fidem quam prius oderant, conuertantur. Ex his ergo consolationem petant, qui inter tyrannorū conatus metuunt, ne Euangelij prædicatio prorsus sopiatur. Oportet .n. hoc prædicari, & si homines tace- ant, lapides clamabunt. Luc. 19. cap.

Sed

Ioannes discipulos mittit ad Christum.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Ioan. 1. 3.

Marc. 6.

Sed audiamus, quid Ioannes in hac causa fecerit? Lucas eum discipulos conuocauisse ait, nimirum quod communi errore omnes tenerentur, & proinde omnes institutione opus haberent. Deinde ex illis duos deligit, quos ad Christum mittit, & ut hunc interrogent, iubet: Tunc is es, qui venturus erat, an alium expectabimus? Vbi nemo putabit Ioannem de Christo dubitauisse. Habuit enim certas reuelationes, & ita inter Deum Patrem & ipsum conuenerat, ut illum pro Messia agnosceret, super quem videret Spiritum sanctum visibili specie descendere: Vidit autem hunc in specie columbæ super Christum delabi, & simul Patrem cœlitus testantem audiuit: Hic est Filius ille meus dilectus, &c. Non potuit ergo illum ignorare, sed digito eum toti populo monstrans, dixit: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. Et de eodem discipulis non multo post dixerat: Qui habet sponfam, sponsus est. Item: Illum oportet crescere, me verò minui. Et rursus: Pater diligit Filium, & omnia dedit in manum eius: Qui credit in Filium, habet vitam æternam, &c. Nec aliquis putare debet, Ioannem captiuitatis diuturnitate, aut periculi metu fractam sententiam mutauisse, cum paulo post illum Christus à constantia commendaturus sit. Ita que quicquid in presenti fecit, propter discipulos fecit. Quia enim vidit, se hucusque nihil apud eos profecisse, sed eos, etiamsi ab ipso propter æmulationem illam cæcæm correpti, & diligenter de Christo edocti essent, adhuc tamen in concepto æmulationis luto hærrere, & illi suam gloriam inuidere, alia via rem aggreditur, & ad CHRISTVM eos ablegat, ut hunc coram videant & audiant. At quia illos sciebat non libenter ad eum habituros esse, quem oderant, vel saltem æmulabantur, dubitationem istam in se recipit, & ut quæstionem hanc suo nomine proponat, iubet, ne quam habeant tergiversandi occasionem. Et videtur Ioannes tanta diligentia vsus esse, quod se breui moriturum prævideret: ne ergo post ipsius obitum ad Phariseos deficerent, quibus propter morum & vitæ similitudinem familiariores erant, præcauere voluit. Et quàm necessarium hoc fuerit, & vita similes apparet, quod nihilominus aliqui reperti sunt, qui Apostolis, post ascensionem Christi in cœlum, fidem in hunc prædicantibus, sub Ioannis nomine diuersam doctrinam tradiderunt, & suos discipulos in Ioannis baptismo baptizârunt: quales Paulus postea Ephesi reperit. Vide Act. or. 19. cap.

Ioannis fides erga Christum & discipulos.

Act. or. 7.

14. 10.

Ioan. 5.

Debet autem obseruari Ioannis fides erga Christum, & proprios discipulos. Etenim hi pro eius existimatione æmulabantur, & multum ex hac sibi decessurum videbant, si ad Christum transfirent. Minimè tamen, ut suo honori priuato consulat, illos in errore retinet, sed, ut Christi cognitione illuminentur, curat. Ita postea Apostoli quoque affecti fuerunt, Exempla in Actorum libro plurima extant, quæ illos lapidari potius voluisse docent, quàm ut honorem Christi in se transferri paterentur. Petrus certè Centurioni Cornelio, de ipso matris quæ quàm homine, sentientij, & proinde ad pedes eius procidenti, dicebat: Surge, & ego ipse homo sum. Qui secus agunt, & sub religionis prætextu suas res agunt, ut ipsi in honore sint, & pretio, ij eo ipso se à fide alienos esse produnt: & his seruit illud Christi, qui Iudæis dicebat: Quomodo vos potestis credere, cum gloriâ alij ab alijs capteris, & gloriâ, quæ à solo Deo proficiscitur, non quæritis? Debet hoc diligenter obseruari propter eos, qui hodie manifestos errores tuentur, & in Ecclesia retinendos dicunt, ut vulgus hominum in officio contineri possit: quales sunt, auricularis confessio, ignis purgatorij terribilissima, satisfactio meritoria, absolutio priuata, & si quæ alia sunt eius generis. Nã etsi fateantur plerique nihil horum ex scripturis probari & defendi posse, tamen populum in persuasionebus, quibus nihil oportere dicunt, ne aduersus Ecclesiæ ministros lasciuiat, Quasi verò pietas & religio christi sine mendaciorum præsidij opus habeat, & non potius veritate nitatur, quam si tollas, religio esse desinet, & tota in superstitiones frigiditas atque inutiles degenerabit. At si res ipsa consideretur, mox patebit, istos de christianorum hominum officijs, aut de obedientia, quæ Deo debetur, parum sollicitos esse, sed hoc vnum agere, ut suam auctoritatem tueantur, & ne quid ipsorum quæstui decedat, quem ex populi ignorantia faciunt.

Quæstio Ioannis de Christo.

Luc. 2. 23.

Porro quæstionem ipsam videamus, quam Ioannes sic format: Tunc is es, qui venturus erat, an alium expectabimus? Accommodat hanc communi Iudæorum peruersiōni, inter quos publicè confessum erat, venturum Messiam, qui afflictis reb. opem afferret: & hunc patres iam aliquot seculis expectârant, tunc aut maiori desiderio expectabatur à multis, quod ex signis non obscuris viderent, iam adesse tempus illud fatale, quo illum venturum esse Prophetæ prædixerat. Ita verò loqui voluit Ioannes, ut partim discipulorum socordiam perstringat, qui hucusque manifesta promissi Messie indicia in Christo non obseruârunt: partim ut in mentem ipsis reuocet Prophetarum oracula, & illos attentiores reddat in ijs obseruandis, quæ apud Christum visuri, & ex eius ore audituri erant. At non

At non oscuranter considerari debet, quod cum tunc temporis Iudæorum gens in sectas diuersas scissa esset, Phariseos nimirum, Sadduceos & Essenos, quorum singuli suis authoribus gloriabantur: & iam sui discipuli nouam sectam molirentur, cuius ipse caput auctor esset, illos tamen non de alio, quam de promisso Seruatore, qui secundum veteres promissiones & prophetias venire debuit, quæere iubet. Idem ergo sibi quoque facientem purent hodie, qui, inter tam multa tamq; grauiâ certamina, de fide & religione incertum fluctuant, & se nescire aiunt, quorum partibus se coniungere debeant, dum alios Pontificum splendor, & Regum, qui cum his coniurârunt, maiestas fascinat, ut vix credibile eis videatur, illos errare posse, quorum religio tantos habet cultores atq; patronos: alij verò Lutheri, alij Zuinglij, alij Caluini, doctrina atq; eruditione mouentur, ut nefas esse purent, de horum sententia dubitare. Quæ causa est, ut multi iam non tam de veritate, quam de futurorum Doctorum autoritate inter se pugnent, dum vnus quisque ex eius libris siue scriptis, quem ipse sibi Magistrum delegit, doctrinæ & fidei regulam peti debere contendit: & nonnulli contentionis feruore eò vsque progrediuntur, ut se cum hoc aut illo errare malle dicant, quam alij quos odisse cœperunt, rectè sentire. Taceo nunc Monachorum greges, quorum alij de suo Francisco, alij Dominico, alij Bernhardo, multi de incertis & obsecris suæ sectæ authoribus, litigant. Sed sunt hæc indignissima ijs, qui interea Christianum nomen profitentur. Quin potius cogitent omnes, in ipsa rerum origine, quamprimum primi parentes suo lapsu totius generis humani ruinam secum traxerunt, promissum esse à Deo iudicem, qui absq; viri congressu ex virgine nasci debeat, & ideo semen mulieris dicitur, cuius virtute & merito serpentis caput conculcari, & in quo omnes gentes benedicere oporteat. Repetita & instaurata est postea multoties hæc promissio, & tantum Dauid nominatus, ex cuius lumbis Seruator ille nasciturus sit. Secuti Propheta, qd aduentus eius tempus, & natalem locum, & quæcunq; facturus & passurus sit, prædixerunt. De illo igitur quærant, quibus sua salus cordi est, & quis ille sit, numq; venerit, interrogent. Hoc autem si faciant, mox intelligent, promissiones & prophetias veteres, non de villo ex Patriarchis, non de Mose, non de villo Prophetarum & Apostolorum, non de Ioanne Baptista, non de aliquo ex Diuorum coelitem numero, imò ne de Angelo quidem aliquo intelligi posse (nam cui Angelorum vnq; dixit Deus: Filius meus es tu, ego hodie genui te?) multò minus de Pontificibus Romanis, monasticorum votorum & ordinum inuentoribus, non inno, Iesu Christo, exponi debere, qui prædicto loco & tempore in virginis Mariæ utero Spiritus sancti virtute conceptus, & ex illa homo natus, adeoq; semen mulieris factus, omnes & Prophetæ omnes scripserunt, de hoc Ioannes Baptista testatus est: huic de cœlo restitit. Pater perhibuit. Hic de seipso dixit: Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me. De hoc Apostoli omnes testati sunt, quod ipse sit Mediator & aduocatus noster apud Patrem, & quod non sit in quoq; alio salus: quod deniq; non sit aliud nomen sub cœlo inter homines datum, in quo nos seruari oporteat. Hunc in symbolo Apostolico profitentur, quo quot fide Ecclesiæ catholicæ gloriantur. Quæ ergo dementia est de caluinistarum, nomina digladiari? Omnis homo mendax: Et si Angelus de cœlo prædicaret præter id, quod Euangelizatum est, anathema esto. Christus ergo vnus valeat, & qui hunc prædicarit purè, orthodoxus esto, & audiatur in Ecclesia Dei, quisquis tandem ille fuerit.

Sed ad pleniorẽ huius causæ vel controuersie explicationem facit postrema huius historice pars, qua quid Christus cum Ioannis discipulis egerit, quidq; eis responderit, narratur. Quo loco primùm occurrit, quod non repellit à se eos, quos malè erga se affectos esse sciebat, sed quod alibi promisit, se non eijcere velle eos, qui ad ipsum veniunt, id in præsentis istis fideliter præstat. Petant ergo hanc consolationem omnes, qui conscientie tentationibus vexantur, ne repulsam timeant ab eo, qui, ut nos seruaret, in mundum venit, & nulla re alia magis, quam hominum salute, delectatur. Interim non directè respondet illis, ne aliquam contradicendi occasionem eis præbeat (quod sine auditorum, & totius populi scandalo, non potuisset fieri.) Sed ad suum præceptorem, Ioannem, eos remittit cum tali mandato, ex quo hic nouam arripere potuit occasionem ipsos amplius instituendi. Nam quia tunc non absq; singulari prouidentia Dei multis malè habentibus miraculose medebatur (ut Lucas scribit) sic illis dicit: Profecti renuntiate Ioanni, quæ auditis

*Ut questio
hæc hodie
multis seruiat.*

Gen. 3. 28.

Isa. 85.

Gen. 3.

Gen. 22.

2. Sam. 7.

Isa. 11. 13.

Dani. 2.

Mich. 5.

Hebr. 1.

Ioan. 5.

Luc. 24.

Matth. 3. 17.

Ioan. 14.

1. Tim. 2.

1. Ioan. 2.

Acto. 4.

Psal. 116.

Gal. 1.

Christus Ioanis

discipulis

admittit.

Ioan. 6.

Luc. 7.

& vide.

Christus se
promissum
seruatorem
esse nunt
Isa. 55. & 61.

& videtis: Cæci visum recipiunt, & claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt &c. Sunt responsionis huius partes duæ: Prima operum suorum commemoratione non obscure innuit, se esse Messiam illum diu expectatum, & proinde non alium expectari debere. Alludit autem ad Isaia vaticinia, qui promissum Seruatorem talia facturum esse, olim prædixerat, Itaq; hoc vult dicere: Scius, opinor, quæ & qualia opera Messia tribuant veteres Prophetæ. Num verò ego ista faciam, nolo arroganter pronuntiare, sed potius vobis quid ipsi videritis, Ioanni renuntietis peto, & obseruetis diligenter, quid ipse de illis iudicet, & eius iudicio vos stare iubeo. Admonet ergo hic locus, quis nobis miraculorum omnium Christi usus esse debeat: vt nimirum discamus, illum esse vindicem illum redemptorem, de quo Prophetæ locuti sunt. Eum nimirum, qui mentis oculis illuminet, naturæ peccatrici medeatur, & collapsas vires instauret, a peccati lepra purget, à morte liberet, & lætæ illo de humani generis redemptione nunquam in se credentes exultaret. Non ergo in externa illorum specie & historica narratione nos subsistere oportet, sed altius attollere animum, vt credamus in illum, & credendo vitam in ipso æternam assequamur. Et hoc ceteri quoque debent opera miraculosa, quæ in illius nomine fecerunt Apostoli, & alij sancti Dei homines; ne, quod multi nimium ineptè solent, ex illis captemus superstitionum occasionem, quæ nos ab illo abducant, in quo vno vita & salus omnis habetur.

Ioan. 20.

Act. 3. 5.
16. 20.
Luc. 10.

Christus scandalis medetur.

Cæterum quia sciebat Christus Ioannis discipulos vili sua specie offendi, altera suæ responsionis parte ipsorum errori occurrit, dicens: Et beatus est, qui in me non offenditur. Quasi dicit: Absurdum vobis videtur, me pro Messia agnoscere: sed non in externa specie hæere vos oportet, nec carnis sensu me metiri: Soli enim hi beati erunt, qui omnibus alijs relictis in me uno acquiescunt. Est hæc admodum necessaria admonitio, cum olim à Propheta Isaia, & sancto illo tene Simeone prædictum sit: Christum fore peram scandali, quæ multis cedat in ruinam & resurrectionem. Vt enim in illo resurgant in vitam, qui ipsum cum fide amplectuntur: ita vicissim plerique suo vitio ad illum offendunt & cadunt, dum ex suo sensu illum & regnum eius metiuntur. Offendit ergo multos vilius & credentium species, atque conditio in terris, qui nesciunt regnum eius non ex hoc mundo esse. Offendit alios, quod in eius morte sperare iubeantur. Sed cur non cogitant illum mori oportuisse, vt nobis vitæ panis fieret? Nobis sufficiat hæc, quod Poeta ex hoc stris doctissimus, non minus eruditè quàm piè, cecinit:

Isa. 9.
Luc. 2.

Scandala que
pari obstant.

1.
2.
Ioan. 60.

*Quicquid edis, quodcumque bibis, moriatur oportet,
Vt inde vita suppetat.*

*Et nos ex Christi quod vitam morte petamus,
Philosophe rides impie?*

3. Sed & gratuita remissionis peccatorum prædicatio multos offendit, & hanc licentiæ scelerum causam esse clamant: Sed hoc ij faciunt, qui neque peccati atrocitatem, neque nostræ naturæ vitiositatem, agnoscunt, neque, quæ fidei iustificanti vis sit, intelligunt. Contra sunt, quos disciplina Evangelicæ teueritas absterret, quæ nos totos Christo vendicat: At naturæ Lex iubet, vt ei viuamus, qui pro nobis est mortuus. Multis crux molesta est, perpena fidei comes: At quod vitæ genus dabis, cui non sua crux coniuncta sit? aut num tibi melius esse vis, quàm Dei filio in terris viuenti fuerit? Aliquos dissensiones offendit, quæ interdum inter Euangelij professores incidunt: Sed hæc ex hominibus nascuntur, qui non illud vnum audiunt: Quæ verò insania est, propter paucos rixatores à catholico orthodoxorum consensu deficere, & salutem propriam negligere? Sunt qui seditiones & bella ciuilia nobis obijciant, & Euangelio accepta ferant: at hoc pacis nuntium est, illa autem rem ex mundo sunt, qui veritatis lucem non fert, & hac accensa in proprium exitium ruunt, vt, si non aliter possit ruina publica illum extinguat. Deniq; qui rem ipsam propius expendant, non habent iustam scandali occasionem, quare quotquot suæ salutis consilium volunt, Iesum Christum agnoscant vnicum humani generis Seruatorem esse, & per fidem in hunc seruabuntur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA SECUNDA.

Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere turba de Iohanne: Quid existis in desertum vt spectaretis? arundinem, quæ

qua agitatur à vento? Sed quid existis, ut videretis? hominem mollibus vestibus amictum? Ecce qui gerunt molles vestes, in domibus regum sunt. Sed quid existis ut videretis? Prophetam? certe dico vobis etiam amplius quam Prophetam. Iste enim est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem meam, qui preparabit viam tuam coram te. Amen dico vobis, non surrexit inter eos, qui gignuntur ex mulieribus, quisquam maior Ioanne Baptista: sed qui est minimus in regno cælorum, maior eo est.

POSTQVAM DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTUS in homilia videlicet priori Ioannis Baptistæ discipulis sese manifestavit, & partim verbis disertis, partim miraculosis operibus, docuit, se esse promissum humani generis Seruatorem, nunc illis digressis populo siue turbæ promiscuæ de Ioanne concionatur, & hunc magnificè commendat. Causa commendationis huius præcipua est, quòd cauere vult, ne qui putent, Ioannem de ipso dubitare, & proinde illius testimonio fidem derogent. Commendat ergo eum à constantia & seueriori vitæ genere siue fortitudine, à conditione item, quam ei Deus imposuit. Nobis autem hic locus seruit, vt primùm exemplo Christi discamus, neminem æmulationi indulgere debere, vt aliquem sua laude fraudare velit. Est *CHRISTVS* non Ioanne solùm, sed omnibus sanctis hominibus atque Angelis maior: at non propterea Ioannes inuidet, quamuis ipsum discipuli altius, quàm par esset, extollere conarentur. Cur ergo nos sanctis Dei seruis suum honorem inuideamus? Qui id faciunt, non in hos modò, sed in Deum ipsum, iniurij sunt, & (vt Dominus loquitur) oculos malignos habent, ex eo quòd ille bonus est. Deinde docemur, in quem finem sancti laudari debeant? Nimirum non vt illis tribuatur, quod solius Dei est, sed vt ipsorum doctrinæ credatur, & eorum exemplum omnes imitentur. Ideo Christus Ioannem non præsentibus discipulis laudat, qui eum iam antè plus quàm par erat, admirabantur, sed illis demum digressis, ne nouam superstitionis occasionem arriperent. Præterea in Ioanne optima boni ministri *DEI* formula proponitur, ad quam se componant, qui in Ecclesia aut Republica christiana fideliter seruire volunt. Et hinc imprimis obseruari debet, quod illum non à generis nobilitate, non à diuitijs, non à corporis forma aut robore, neque ab alijs fortunæ bonis, prædicat, sed à virtutibus, quibus præditos esse oportet omnes, qui Deo placere cupiunt. Orationem autem crebris aut sapius repetitis interrogationibus figurat, vt auditorum mentes penetret, & proprio testimonio illos conuincat.

Math. 20.

Orditur autem à constantia, & ita quidem, vt ipsis in mentem reuocet curiositatis studium, quo accensi ad Ioannem excurrerant: Quid existis (inquit) in desertum, ut spectaretis? Quasi diceret: Meministis, opinor, quis in vobis ardor aut feruor fuit, quo in desertum vsque excurristis. Quid verò vos mouit? aut quid illic quæsiuistis? Num arundinem, quæ agitatur à vento? id est, hominem leuem, & inconstantem, qui affectuum motibus, vt arundines à ventis, fluctuet, & aliud sedens, aliud stans, loquatur? Non equidem puto vos tam leuiter de illo sensisse: sed potius dignum iudicauistis, quem coram videretis & audiretis. Neq; vos spes vestra sefellit. Etenim inuenistis virum, qui absq; omni personarum respectu docuit, & in eadem doctrina tradenda constantissimus, nihil in alius cuius mortalium gratiam mutauit. Credite ergo eius de me testimonio, neq; propter discipulorum eius quætionem illud in dubium vocate.

Constantia
Ioannis Baptistæ.

Non temerè autem ex virtutibus, quas Ioanni tribuit Christus, primus locus constantiæ datur, quam aliarum omnium colophonem siue complementum esse, certum est, & quæ sola coronam siue brauium meretur. Inprimis autem verbi ministros illa decet: quibus hoc agendum est, vt primò nihil tradant aut prædicent, quàm quod à Deo in mandatis acceperunt: deinde vt hoc ipsum constanter vigeant, neque genus doctrinæ in aliis cuius gratiam ex meru, aut odio, aut fauore, mutant. Constat enim sibiipsum verbum Dei, neque

Constantia
virtus necessaria.
Matth. 24.
1. Cor. 9.
Apocal. 2.

neque pro hominum arbitrio mutatur, qui incertis & varijs affectibus nunc in hanc, modo in illam partem inclinant. Et sanè ex constanti eiusdem Euangelij prædicatione certitudo fidei ac salutis dependet, quæ non potest non fluctuare, si Doctores ipsi doctrinam indies mutant. Quales verò cenferi debent, qui dum omnibus placere student, id autem non possunt assequi, tandem Ecclesiæ ministerium deterunt, & cum Demade præfens hoc seculum amplexi, se totos mundo addicunt, & fastu, ambitione, avaritia, alijsque studijs pessimis, multos superant, qui à verbo Dei semper alieni fuerunt? Sunt hi plerumque pestes Ecclesiarum, dum non ipsi modò stationem suam deserunt, sed insuper multis authoritates sunt, vt de doctrina & tota religione dubitent. Debent huius etiam meminerunt, qui ad Reipublicæ gubernacula sedent. In illa certè nihil vtilius, nihil magis necessarium est bonis legibus, quibus morum licentia coerceatur: at has condidisse non satis est, sed vt earum autoritas apud omnes rata sit oportet. Nam qui hanc collabi sinunt, horum simul existimatio concidit, & tandem Respublica tota ruit. Est quidem nonnullis grauis & molestia legum disciplina: At multò grauior & periculosior est mutatio bonarum legum: quibus sublatis mox scelerum licentia quasi torrens ruptis aggeribus, indomitum laxit, & omnia pessundat. Facilius autem publicum hoc malum cauebitur, si priuatim singuli constantiæ studeant, neque sese carnalium affectuum libidine à sua functione abduci sinant.

2. Tim. 4.

Temperantia
et frugalitas
Ioannis.

Secundò à temperantia, quæ animi fortis & honesti certissima nota est, Christus Ioannem commendat, dicens: Quid existis vt videretis? Hominemne mollibus vestibus amictum, qui animum molliculum & corruptum vestitu delicato testaretur? Atqui tales non in desertis locis, sed in regum aulis, inueniuntur, vbi hic ferè scopus omnibus propositus est, vt regi placeant, & omnia faciant ad ostentationem, quæ causa est, vt vultu sumptuoso & peregrino superbiunt. At non talis fuit Ioannes, qui, vt loco, in quo versatus est, se accommodaret, veste vulgari ex pilis camelinis contexta, et Zona coriacea, vt fatus est: & vt in vestitu, ita etiam in victu frugalis & temperans, satis ostendit, se ab omni luxu & mollietate, quæ animos molles & degeneres arguit, esse alienissimum. Rursus autem istud dicit Dominus, ne propter quæstionem à Ioannis discipulis motam, de illius de te testimonio dubitent.

Frugalitas decet
ministros.

Admonet autem locus hic, verbi ministros frugalitatem & temperantiam decere. Qui enim mollietate & luxu dissipant, ij multis opus habent, & vt ea assequantur, ferè potentioribus coguntur adulari, quò plus ab illis accipiant. Vidit hoc Diogenes, qui Aristippum, catellum regium solebat dicere, quod Dionysio assentaretur, vt lautius ac delicatius posset viuere: & cum aliquando hic ei per opprobrium dixisset: Si tu posset vii regio, non cogereris crudis oleribus vesci. Respondit Diogenes: Si tu oleribus posset contentus viuere, non esses canis regius. Quod dictum vtiàm hodie non multis conueniret, qui aulis principum Theologos ita agunt, vt nihil à Parasitis aut scurris differant. Quòd si gula studio vestium quoque luxus accedat, impossibile est Ecclesiæ ministrum modico contemptum viuere. Multa ergo dissimulare, aut simulare cogetur, imò multa præter animi sententiam probabit aut improbat non absque turpi pernitiosoque scandalo. Quòd si nihil horum faciat, multum tamen existimationi derogabit mollietate illa, quam cordati & graues viri detestantur, neque putabitur serio mundi abnegationem & carnis mortificationem alijs suadere, qui ipse ea tam studiosè sectatur & retinet, quæ neque necessaria sunt, neque cum eius conditione siue functione conueniunt. Ideo olim Prophetas temperantissimos fuisse legimus, quorum vestigia Apostoli quoque secuti sunt, & qui huiusmodi proxime successerunt. Hodie verò quia luxus regnat, neque in verbi ministris fortitudo, neque in viris principibus grauitas, neque in priuatis honestas, cernitur, qualis inter christianos esse debebat. Vt enim natura paucis contenta est, ita luxu nihil sufficit: quæ causa est, vt quorum lingua liberrimè esse debebat, ij frenum sponte ore recipiant, & qui alijs exemplo suo præire debebant, multos seducant: vt denique morum honestas & grauitas passim euanescat, & simul egestas maleuada omnis loci & ordinis hominibus obrepat, quæ, quicquid adhuc reliquum est, depascitur. Meminerint ergo Ecclesiarum & verbi Dei ministri, quando hoc malum publicè regnat, sui muneris esse, vt illi occurrant, & doctrinam suam frugalitatis & temperantiæ exemplo commendent, ne dum vulgi aut principum moribus corruptissimis sese accommodant, tam his quàm sibi ipsi exitij aures sint.

Cæterum

Cæterum quia inutilis est omnium virtutum splendor, nisi in munere siue officio nobis credito fideles simus & industrij, pergit Dominus, & qua fide siue industria Ioannes docendi munus obierit, indicat, cui ipsum Deus destinârat. Et rursus cœptam quæstionem vrgens ait: Sed quid existis, vt videretis? Num Prophetam? Quasi diceret: Enimvero si vos rectè noui, non leuitas, non luxus, vos mollities Ioannis non mouit, vt turmatim ad illum excurreretis, cum ista domi vestræ & in vrribus quotidie in oculos incurrant. Sed Prophetam à Deo missum vos inuenturos & audicturos sperauistis: neque spe vestra frustrati estis. Etenim vobis affirmo, vos amplius quàm Prophetam inuenisse, id est, Eum inuenistis, qui suæ functionis præstantia & dignitate Prophetas omnes longè superat. Et ne quid ex affectu dicere putetur, addit: Iste enim est, de quo scriptum est, Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem meam, &c. Excellet ergo alios Prophetas Ioannes, primò, quòd de hoc alij vaticinati sunt, quod in præsentem probatur Malachia testimonio, cui, quod apud Isaiam habetur, adnumerari potest: de quibus tamen non opus est dicere, cum alibi sint exposita. Deinde officio quoq; alijs præstat, quia promissum humani generis Seruatorem, quem Prophetæ venturum, obscurius prædixerunt, eum Ioannes coram digito monstrauit, adeoq; primus noui testamenti minister siue præco fuit, qui adhuc in matris utero delitecens, ex Spiritus sancti suggestione, Christo, recens in virginis utero concepto, recet Dominus, nunc non opus fuerit huic loco diutius immorari: sufficiat autem obseruare, istud hic adduci, vt auditores eorum, quæ Ioannes aliquando publicè dixerat, memorem ille agere debuerit.

Interim quia in promiscua etiam populi turba aliqui fortassis erant, qui neglecto Christo, ab Ioanne pendebant, ita hunc commendat amplius, vt eum in suo gradu confidere velit, dicens: Amen dico vobis, non surrexit inter eos, qui gignuntur ex mulieribus, quisquam maior Ioanne Baptista: Sed qui est minimus in regno cœlorum maior eo est. De seipso loquitur, & se minimum dicit in regno cœlorum, partim quòd seipsum humiliavit vt qui ministrat) partim, quòd hominum iudicio nemo fuit ipso contemptior, vt qui cum iniquis siue facinorosis reputatus est (vt Isaias fore prædixerat) & Barraba latrone vilior habitus: vt non temerè Plalmis se vermem dicat, non hominem. Itaque huius dicti sententiam in regno cœlorum, non Ioanne solùm præstantior sum, sed omnibus tam Angelis, quàm hominibus: vtpote dilectus ille Filius, in quo Pater placatus est, Lapis item ille pretiosus, quem etsi architecti reprobent, tamen Zionis spiritualis fundamentum, & in eodem caput anguli est, extra quem salus nulla inuenitur, &c. Sunt qui locum hunc de Apostolis & noui testamenti ministris, exponunt, quasi hos cum Ioanne conferat, & illorum ministerium huic anteponat. At quia Ioannes ad nouum testamentum pertinet, adeoque Euangelio Iesu Christi initium præbuit (vt Marcus annotat) non video cur illum ab Apostolis separemus, cum idem omnium ministerium fuerit, & eiudem Christum prædicauerit. Mouet me præterea, quod γεννητός γυναικῶν, id est, eos, qui à maribus ex muliere gignuntur, nominat, quod nomen non conuenit Christo, qui ex virgine quidem natus, non autem ex viro, sed ex Spiritu sancto conceptus est. Adhæc Ioannes aliquid habere virum, quòd non solùm officij dignitate magnus, sed in super Spiritu sancto, impletus fuit ab utero matris suæ, & nondum in lucem hanc æditus Christo testimonium perhibuit. Sed quantuscunq; fuerit Ioannes, maior tamen ipsomet teste est Christus, vtpote æternus Dei Filius, qui propter nos homo factus, peccata nostra in se transfudit, & eadem mortis suæ merito expiauit, quiq; solus est via, veritas, & vita, sine quo nemo ad Patrem venit. Docet ergo nos suo exemplo ita nos debere sanctos siue viuentes, siue mortuos, laudare, vt ne his tribuamus, quòd ipsius est, sed ipsi vni transcribamus omnem nostræ redemptionis & salutis gloriam. Interim prodest obseruare, quæ Ioannis Baptistæ, quem tanto præconio dignatur Dei Filius, fors in terris fuerit. Num enim apud omnes in pretio fuit? num omnibus ei crediderunt? Nequaquam. Exulârunt quidem in eius luce Iudæi ad tempus, interim Pharisei illum oderunt, populi feruor paulatim deseruit, tandem Herodes comprehensum abduxit in carcerem, & ad incesti scorti arbitrium ignominiosa & crudeli morte occidit. Atqui hæc ferè est mors Sanctorum. Neminem ergo familia hodie offendant.

Malach. 4.

Isa. 40.

Ioan. 1.

Luc. 1.

Christus Ioanne maior.

Philip. 2.

Luc. 22.

Isa. 53.

Psal. 22.

Psal. 118.

Isa. 28.

Act. 4.

Marc. 1.

Ioan. 17.

Ioan. 5.

Marc. 6.

DOMINICÆ III. ADVENTVS.

2 Tim. 2.
Rom. 14.

Novit enim Deus suos, & siue vivamus siue moriamur, Domini Iesu Christi sumus, cui nos vivere & mori convenit. Ipsidebetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ CHRISTI, QUI EST
 minimus in regno cælorum, & Joannis Baptista,
 qui est maximus inter electos Christi, pre-
 catio. Matth. II.

Fili Dei, Domine Iesu Christe, qui infirmos discipulos Ioannis, quos ad te ex tristis suo carcere ablegavit, clementer erudisti, & illis testimonia publice edita, de tua persona & officio proposuisti. Fer etiam opem imbecillitati nostræ, ne dedere caligini & dubitationibus nostræ mentis. Confirma nostram anxiam corda, ne à tua veritate, & Ecclesia tua, propter scandala, propter arumnas, propter deformem speciem tuorum membrorum deficiamus: sed innitamus tuo verbo & patefactionibus abs te editis, & maneamus in cœtu illo, qui te habet ducem, & tuo dulci Evangelio cum spe læti exitus inter medias calamitates fruitur. Tu etiam qui excitasti eximium præcursores tuum, ut esset inchoator novi fœderis, & munus præstantius Prophetæ gereret, qui te iuvante curriculum suum confecit, & tuam veritatem sine perositate & adulatione propagavit, & suo sanguine te professus est: Rogamus te, mitto nobis etiam salutare Doctores, qui sint constantes in confessione veræ doctrinæ, non sint arundines, non volutentur omni vento doctrinæ, non ludant opinionibus, nec inslectant doctrinam ad voluntatem & cupiditates potentum, nec tibi oculis velatis colaphos impingant: sed sint fideles Oeconomi, sonantes tuam doctrinam sine corruptelis, nec frangantur metu periculorum, qui ministerium comitantur. Et tu, qui ministerij es Dominus, adesto tuæ Ecclesiæ, facito, ut nostro etiam tempore veritas tua procedat fortiter, ut Ecclesia tua eluctetur inter fremitus Diabolorum & hominum, qui te oppugnant. Da, ut in extremis periculis, in ipsa morte etiam, superata omni violentia hostium tuorum, tuum regnum rapiamus. Tu etiam qui minimus es in regno cælorum, qui ex inenarrabili bonitate & humilitate abiicisti te infra omnes Angelos & homines, qui deruasti in te iram Dei adversus nostram peccata, & factus es ultima, ut nobis reddatur gloria & beatitudo æterna: largire nobis, ut bonum certamen certemus, retinentes fidem & bonam conscientiam, donec in regnum tuum visibile traducamur, ubi te palam in gloria electis ostendes, & credentes Augusto illi agmini, in quo fulgent Baptistæ, Prophetæ, & Apostoli tui, qui regnum cælorum violenter rapuerunt, & custodierunt, congregabis. Amen.

DOMINICA III. AD
 VENTVS EVANGELIUM

IOANN. I. CAP.

HOMILIA UNICA.

Et hoc est testimoniū Joannis, quando miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negavit, confessus est inquam: Non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Es tu Elias? Et dixit, non sum. Es tu Prophetæ ille? & respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es? ut responsum demus ijs, qui miserunt nos. Quid dicis de te ipso? ait: Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Isa-

xit *Iſaias* Prophetam. Porro qui miſſi fuerant, erant ex *Phariſeis*. Et interrogauerunt eum, ac dixerunt ei: Cur ergo baptizas, ſi tu non es *Chriſtus*, neq; *Elias*, neq; *Propheta* ille? Reſpondit eis *Ioannes*, dicens: Ego baptizo aqua: ſed in medio veſtrum ſtat, quem vos nescitis. Ipſe eſt is, qui poſt me venit, qui prælatus eſt mihi: Cuius ego non ſum dignus, ut ſoluam calceamenti corrigiam. Hæc in *Bethabara* facta ſunt trans *Jordanem*, ubi *Ioannes* baptizabat.



OMNES EVANGELISTAE HISTORIAM DOMINI nostri *Ieſu Chriſti* ferè ab *Ioannis* *Baptiſtae* prædicatione exorduntur: Eam nimiram ob cauſam, ut illam cum veterum Prophetarum oraculis conuenire oſtendant, quibus docetur, Meſſiam præcurſorem ſuum habiturum eſſe, qui prædicatione & doctrina ſua omnium mentes, ad illum dignè excipientem, excitet. Inter alios autem in recitandis illius testimonijs diligentiffimus eſt noſter hic *Euangelista*: Qui tamen, ne nimia verboſitate pios grauaret, non omnia deſcripſit, quæ ab illo de *Chriſto* dicta ſunt, ſed ex illorum numero quatuor potiſſimum testimonia in hoc capite delegit, quæ, ut alijs illuſtiora fuerunt, ita plenè continent omnia, quæ ad huius cauſæ cognitionem faciunt. Primum fuit, quod in publica populi ad ſe confluentis concione tulit de *Chriſto* verbis illis, quibus duo docet, quisnam ſit *Chriſtus*. Deinde, quid boni ille miſeris mortalibus conferat, cum *Ioannes* teſtatus eſt, & clamauit, dicens: Hic eſt de quo dicebam, qui poſt me venit, prælatuſ eſt mihi, quia prior me erat. Et ex plenitudine eius omnes ſumpſimus, & gratiam pro gratia. Lex per *Moſem* data eſt, gratia & veritas autem per *Ieſum Chriſtum* facta eſt, &c.

Secundum testimonium hac homilia tractabimus Deo dante & iuuante. Tertium, poſtero die, ab eo nimirum, quo *Inquiſitores* *Legati* ad illum *Hieroſolyma* aduenerant, & *Baptiſta* in frequenti populi cœtu palam profiteretur, ſe non eſſe *Chriſtum*, adidit *Ioannes*, quo officia *Chriſti* exponit, quòd videlicet tollat peccata mundi, & *Spiritu ſancto* baptizet, id eſt, animos hominum regeneret, adeoq; naſtram noſtram ſua virtute inſtauret, quæ equidem ſunt præcipua capita ſalutis noſtræ, ideoq; ſingulari cum grauitate & à *Baptiſta* propoſita, ab *Euangelista* verò hoc illa deſcripta ſunt.

Quartum idem eſt cum tertio, in quo hoc ipſum euidentius perſpicitur, quando per illud aliqui excitati *Chriſto* ſeſe coniunxerunt. Repetitur aut prima tertij testimonijs pars, quia hæc ſufficiebat, cum ſola *Agni* vox auditores *Sacrificij* admonere, & in *Chriſto* peccatorum expiationem oſtendere poſſet, quæ veteribus ſacrificijs adumbrabatur. Hæc *Baptiſtae* quatuor testimonia diligenter expendenda ſunt, cum omnia compræhendant, quæ nos in cognitione *Chriſti* erudire poſſunt. Nā ſicuti primo æterna *Chriſti* deitas aſſeritur. Tertio & quarto verò officia illius exponuntur: Ita ſecundo illum iam veniſſe docetur, & ita quidem, ut propter humilem carnis ſpecie à nemine agnoſcatur. Hoc licet ad ſe miſſis *Legatis*, *Sacerdotibus* & *Leuitis*, publicè in præſentia ſuorum auditorum reddiderit, tamen idipſum hoc nomine maiorem meretur authoritatem, quod nec temerè illi excidiſſe videri poſſet, nec etatis exiſtimationem apud omnes ſuſtinerent, authoritate quoq; omnes tum excellabant: Conſtat autem tota hæc actio ſecundi testimonijs duabus partibus. Priori quidem de ſe ipſo agit *Ioannes*, & falſò de ſe conceptam multorum opinionem confutat. Altera verò de *Chriſto* teſtatur, & ſui miniſterij rationem illis reddit.

Priusq; verò ad ipſam actionem veniamus, de *legatis* ad *Ioannem* miſſis aliquid dicendum erit, qui de his agendi occaſionem præbuerunt. Venit .n. hic conſideranda illorū temeraria & populi *Iudaici* conditio, quam corruptiſſimam fuiſſe alibi diximus. Cum .n. inſurabilem illorum malitia offenſus *Deus* prophetiam ab illis abſtulifſet, ſacerdotum ambitione & auaritia, non modò cultus externus prophanatus, ſed doctrina quoq; impuris atque falſis hominum traditionibus corrupta vel adulterata fuit. Qua occaſione inſuper factum eſt, ut in ſectas diuerſas ſcinderentur, qui vnus *Dei* cultores eſſe, & vni eandemq; cultum ab illo præſcripti formam obſeruare debuerant. Concurrebant tamen in hæc tam foeda *Eccleſiæ* diſſipatione non obſcura indicia, quæ *Meſſiæ* aduentum iam præforibus ad eſſe

Hieroſolymitani legatos mittunt ad *Ioannem*.

Gen. 49.
Dan. 9.
Matth. 2.
Luc. 2.

Luc. 1.

Luc. 3.

testabantur. Nā quod Iacob prædixerat, ablatum erat sceptrum ab Iuda, & prophanis gen-
tibus parebant, qui Dei peculium censebantur: ad metā suam peruenerant Danielis heb-
domades, sub quarum finē ille Messia venturum esse prædixerat: Magi item ex oriente per
stellam deducti, illius iam nati prædicatione omnium mentes in spem & metū excitānt:
audire quoque erant in templo Simeonis & Annæ Prophetissæ confessiones, quibus Christo re-
cens nato testimonium reddiderant: & insuper pastorum sermonibus illius natiuitas longē
lateque erat diuulgata. Accedit his omnibus Ioannes, cuius natales magnum quid initio liber-
tim portenderant, & qui nunc nouo vitæ religiosioris exemplo, & doctrinæ inuisitata liber-
tate, baptismi item administratione, populum totum in sui admirationem pertrahebat, vt
certatim ad eum omnes confluere, & (vt Lucas annotauit) illum de vita recte instituen-
da, & salutis ratione, interrogarent: neque deerant, qui ipsum Messiam esse suspicarentur.
Hæc ne in tanta omnium expectatione, imò etiam animorum & studiorum contentione (quæ
rebus nouis plerumque coniuncta esse solet) Ierosolymitani Antistites, penes quos summa reli-
gionis & publicæ salutis cura esse debebat, suo officio deesse viderentur, ad Ioannem lega-
tos mittunt, qui in illum & doctrinam eius inquirant. Mittunt autem non vulgares aut in sum-
foris homines, sed publica autoritate graues, Sacerdotes nimirum & leuitas, & quædam Pha-
risæos, qui propter sanctitatis & iustitiæ speciem inter sectas excellere putabantur. Neque
repræhensionem aliquam mereretur factum hoc Ierosolymitanorum Antistitem, si quidem
bona fide & animo sincero causam istam egissent. Decet enim Antistites Ecclesiarum, vt
speculatorum instar vigilent & attendant, ne qui nouis dogmatibus seducantur, aut Ecclesiæ
vnitas atque pax, per ambitiosos & ineptos rerum nouatores, perturbetur. Et vtinā istos ho-
die imitarentur Episcopi, & per legatos idoneos publicè in piorum ministrorum doctrinā &
mores inquerent, priusque contra illos carnificum manus ferro & igne armarent, vel ad con-
cilia insidiosa euocarent, quorum autoritate non ministros modò, sed Ecclesias, sed vrbes
illustres, imò totas quoque nationes, opprimere, atque pessundare conantur.

Luc. 3.
Matth. 3.

Cœterum istos quoque, etsi speciem iuris egregiè obseruauerint, dolo malo & insidiosè e-
gisse, ex omnibus circumstantiis apparet, & ipsius Christi verba testantur, qui infra cap. 5. de
hac ipsa legatione loquens, ait: vos misistis ad Ioannem, & is testimonium reddidit veritati. Ego
autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucerna
ardens & lucens, vos autem voluistis ad tempus exultare in luce eius. Ex quibus verbis apparet, il-
los legationem hanc non alia de causa instituisse, quam vt suis rebus consulere. Quia enim
malæ fidei possessores erant, & proinde non poterant non terri, quoties aliqua mutatio
imminere videbatur: Ioannem in suas partes pertrahere studuerunt: & illi honorem aliquem
deferunt, vt eius autoritate ad stabilendam tyrannidem suam abutantur. Quod cum mi-
nus succederet, & Ioannes ipsorum hypocrisim publicè accusaret, sicut Lucas & Mattheus a-
tradunt, aperti hostes facti sunt. Discamus nos in illis nostri seculi personatos Antistites a-
gnosceret, qui similiter sibi omnem potestatem in Ecclesia vendicant. Simulant hi quoque se ex
officio omnia agere, & ardens veritatis studium profiterentur. Ergo in tanta opinione diuer-
sitate inquisitores instituunt, concilia generalia indicunt, legatos à latere mittunt, ita denique
omnia sua instituunt, vt illos Christi causam ferio agere iuraueris. Interim sua querunt, ne
ex malè quesito dominio deiciantur. Quod si artes suas patefactas, & piorum animos con-
stantiores esse vident, quam vt eiusmodi saruis terreantur, mox ad vim conuersi, minas spi-
rant, & arma proferunt, quibus veritatis lucem resingunt. Factum hoc iam seculis aliquot, &
idem hodie fieri nemo non videt, nisi qui & sensu & ratione omni destituitur. Studio igitur
& vigilantia opus est, ne artibus illorum circumuenti socordiam nostram frustra postea de-
ploremus. Sed ipsam actionem videamus, quam duabus partibus consistat supra diximus.

Ioannes Chri-
sti honorem
ad se reiecit.

Primo Ioannem, quis ipse sit, interrogant. Et quantum ex illius responsione expectatus populi Re-
quarunt, num Christus sit, id est, promissus ille & iam multis seculis expectatus populi Re-
deceptor? Eum verò se esse Ioannes negat: id quod diligenter admodum annotauit Eua-
gelista. Confessus est (inquit) & non negauit. Pleonasmus liberam, apertam & constantem
veritatis confessionem significat. Neque simplici Pleonasmò contentus addit: Confessus
est inquam, Non sum ego Christus. Ergo ingenuè reiecit oblatum sibi honorem, & ne v-
no quidem verbulo Christi nomen aut gloriam in se transferre conatus est. Nec temere
hoc tanta diligentia Apostolus testatur. Est enim magnum fidei veræ argumentum,
qua Ioannes grauissimam temptationem vicit, qua illum Satan ab officio suo auocare, & si-
mul Christo honorem suum eripere voluit. Nouit enim astutissimus veterator generosio-
res quoque animos gloriæ cupiditate ardere, & non alia re facilius superari, quam qua olim
Adamus

Adamus deceptus cecidit. At vicissim, quid Christo sponso debeat, secum expendit Ioannes, neq; fallaces illas auræ popularis blanditias admittit. Quàm autem dissimilis est eorum, qui imposturis eiusmodi delectantur & taciti in sinu gaudent, quando reges & principes superstitione irretitos ad pedum suorum oscula procumbere, & apud se quærere vident, quæ in solius Dei potestate sunt. Sed magno illis constabit hoc suum gaudium, quando vt, malæ fidei serui in tenebras exteriores eijcientur. Discant ministri Ecclesiarum Ioannis modestiam imitari, & fidei suæ præmium ferent æternum. Caterùm pergunt interrogare legati, & dicunt: Quid ergo es? Es tu Elias? Ita verò ad Prophetiam Malachiae respiciunt, qui Eliam Messiae præambulonem fore dixerat: Falluntur autem communi errore, quem apud Iudæos tum inualuisse scimus, quod Thesbitem illum reuersurum putarent, quem curru igneo è terris subuectum esse, sacra historia testatur. Huic ergo ipsorum opinioni Ioannes respondens, se Eliam esse negat, cum ignorare non posset, se illum ipsum esse, de quo Malachiae oraculum habetur. Itaq; nec mendacium dicit: nec Christo contra-ritur est, qui ipsum Eliam fuisse testatur. Elias enim erat, quatenus in Spiritu & virtute Eliæ officio factus est, cui illū Deus destinauerat. Rursum Elias non fuit, qualem inepti illi Prophetarum interpretes somniabant. Iterū verò illi interrogant: Es tu Propheta ille? Quo loco Articulus Græcus, quem Latini per pronomen demonstratiuum exprimunt, satis docet, illos non simpliciter interrogasse, num ex veterum Prophetarum numero, vel num non aliquis Propheta sit à Deo legitime vocatus atq; missus, sed de Propheta quodam singulari, quem venturum putabant: eo nimirum, quem Moses patribus promiserat, dicendo: illum audietis. Quærunt ergo num Propheta iste sit Ioannes, & ita suam ignorantiam egregie produnt. Cum enim illic de Christo loquatur Moses (sicuti Petrus & Stephanus in actis docent) illi inter hunc & Prophetam illum distinguunt, sicq; ostendunt se præcipua Messiae officia ignorare. Solet hoc euenire personatis Ecclesiae pastoribus, vt si nemo illos arguat, ipsi inscitiam suam ineptissimis quæstionibus & propositionibus publicè prodant. Quid enim hodie aliud faciunt, qui de Papæ autoritate, & num ille errare possit, interrogant? qui item circa Sacramentū altaris (vt illorum verbis utar) quæstiones mouent: Num accidentia sint sine subiecto. Num duæ substantiæ in vno & eodem subiecto possint subsistere? Quid agendum de pane mystico, si ægrotus sumptum denuo exponat? Quid ex illo arrodant mures aut tineæ? Vnde in illo unæ & vermiculi nascantur? & sexcenta alia, quibus libros suos, tantum non plaustrales impleuerunt. Quis enim non videat, homines istos sacras literas, ne à primo quidem limine, salutauisse, neq; simpliciter veritati studere, sed tenebris, perinde vt talpæ cauernis suis subterraneis, delectari? Sed omisis illis ad Ioannem reuertamur, qui prophetā quoq; illum se esse negat. Vnde illi non sine bile inferunt: Quis ergo es? vt responsum demus ijs, qui miserunt nos. Vix enim credas, quàm impatenter doleat sancti istis, & delicatulis patribus, si non ilico pro ipsorum arbitrio respondeas, aut illos aliquandiu dubios & suspensos teneas. Ideo hi quoq; iā satis pro imperio agere incipiunt, quasi Ioannes sui institui rationem, illis reddere teneatur. Respondet autem ille, non vt ipsorum libidini satisfaciatur, sed quia hoc Christi gloria exigebat.

Ego (inquit) vox clamantis in deserto. Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. Poterat simpliciter dicere quis esset, sed Isaiæ oraculum adducit, quod cap. 40. clamantis, habetur, vt simul illis occasionem præbeat cogitandi de temporum illorum statu, deque officio, quod ab illis Deus requirat. Quasi diceret: Scitis opinior, quid olim Isaias de Messia & redemptione populi, cuius ille author futurus sit, prædixerit. Venturum scilicet ante faciem eius præconem, qui in deserto clamat, & alta liberaque voce doceat, vt omnes ad illum excipiendum sese præparent. Atqui præco ille ego sum. Non ergo longa inquisitione opus est, sed in hoc vestræ salutis cardo iam versatur, ne vocem meā aspernmini, sed aduentantem Messiam dignè excipiat, &c. Docentur hoc Ioannis exemplo, ministri, quomodo de semetipsis loqui, & sui ministerij rationem reddere debeant. Poterat ille multa in sui ipsius commendationem dicere, cum & summi sacerdotis filius esset, & natales eius Deus non vno miraculo exornasset, & ob vitæ sanctimoniam apud omnes in summo pretio haberetur. Sed omisis istis omnibus de hoc agit, cuius causa missus erat, & quod ad publicam omnium salutem faciebat.

Hoc si hodie obseruarent Episcopi, imò etiam, qui Euangelici doctores haberi volunt, maiori cum profectu in commissio sibi munere versarentur. At quia plarique titulos ambiunt magnificos, & pro gloria priuata amarulenter digladiantur,

Gen. 3.

Ioannes neq;
Elias neq; Pro-
pheta.

Mal. 3.

2. Reg. 2.

Deut. 18.

Acto. 3. & 7.

Ioannes vox
clamantis.

Luc. 1.

conci-

DOMINICÆ IIII. ADVENTVS.

concidit interea Dei honor, & salutis iacturam multi faciunt, pro quibus illi vigilare debebant. Obseruabimus præterea præparatione, & viarum, id est vitæ, & studiorum purgatione opus esse ijs, qui Christum dignè excipere, & illo ad salutem frui, volunt. Vt enim natura à Deo alieni sumus, ita in huius mundi deserto viuimus, qui passim curarum sentes, vitiorum serobes, obliquas errorum semitas, & tritissima voluptatum auia obijcitur, quæ & nos à Christo auocant, & illum ne ad nos accedere possit, remorantur. Hæc igitur tollenda sunt è medio, nec illi audiri debent, qui Euangelij prætextu ad peccandi licentiam abutuntur.

Ioannes sui ministerij rationem reddit, & de Christo testatur.

Videamus nunc alteram huius actionis partem, qua & illi suam ambitionem aperitius produnt, & Ioannes de Christo testimonium ferens, simul sui quoque ministerij rationem reddit. Nouam enim quæstionem mouent, & dicunt: Cur ergo baptizas si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta ille? Videri quidem volunt iure agere, sed improbè dissimulant, quod de Isaia testimonio dixerat, in illud solum intendi, quod se Christum & Eliam & Prophetam illum, à Mose promissum, esse negat. De Baptismo autem quærunt, quod iniquum & impium, adeoque schismaticum esse putarent, abque publico sacerdotum consensu novos ritus inducere, neque interim obseruant, quod se illud doctrinæ genus, nouo etiam sacramento diuinitus confirmari debuisse. Est hoc proprium ijs, qui semel sibi omnem in Ecclesia potestatem vsurpârunt, quod nemini quam licere volunt, qui non in ipsorum verba prius iurauerit. Sed grauius admodum illis Ioannes responder: Ego baptizo aqua, sed in medio vestrum stat, quem vos nescitis, qui (vt alij Euangelistæ annotârunt) baptizabit Spiritu sancto dignè, &c. Quorum verborum hic sensus esse videtur: Iniquius vos ferre video, quod ego aqua baptizo ad penitentiam. Sed quid fiet, quando ille veniet, cuius ego seruus & præco sum, qui similiter vobis nec consultis neque rogatis, plus quiddam & præstantius faciet? Ego enim symbolum modò externum administro ille re ipsa, quod hoc adumbratur, præstabit. Stat ille iam in medio vestrum, sed vos, quæ vestra est oscitantia, illum adhuc ignoratis, &c. Ita verò illorum & arrogantiam & ignorantiam perstringit, & breui futurum docet, vt ex malè vsurato Ecclesiæ dominio deiciantur. Et mox, ne quod fidelis serui officium intermitterat, ad Christi laudes redit, & hunc se absque vlla comparatione maiorem vel præstantiorem esse testatur. Ipse est (inquit) qui post me venit, id est, qui tam ærate quam docendi officio me sequitur, & tamen mihi in tantum prælatus est, vt me non dignum fatear esse, qui calceamentorum eius corrigias soluam. Qua locutione vilissimum seruitium denotare voluit, vt se totum extenuet, & illorum errori medeatur, qui (vt sæpè iam diximus) ipsi nimium tribuebant. Elucet hic iterum sanctorum modestia, & quam alieni sint ab insolenti diuinorum honorum effectatione, quam hodie illis homines superstitiosi tribuunt, & quæ penes illos conspicitur, qui ipsorum successores videri volunt. Modestiae huius & humilitatis causa est, quod & suam corruptionem atque infirmitatem agnoscent, & Dei maiestatem rectè expendunt. Ex ea enim collatione mox vident, se indignos omnino esse, qui in huius maiestatis conspectum admittantur, aut in eius famulatio nomen habeant, maximè, cum ex illis nihil ad Deum vtilitatis redire possit. Vnde rursum colligimus, quanta sit Dei bonitas, qui indignos amplissimis muneribus adhibet, & à nobis seruitium nostrum requirit in rebus omnium excellentissimis, Ecclesiæ nimirum & Reipub. administratione, nominis sui prædicatione, liberorum institutione, & infinitis alijs, quæ ad nostræ & aliorum salutis conseruationem faciunt. Hæc qui expendunt, illos nullius officij pudet aut piget, quod illis in domo sua Deus imposuit. At qui de istis nunquam cogitant, suarum virium fiducia elati, altiores dignitates sibi ceu iure quodam vendicant, digni, qui in extremas sordes vsq; derurbentur.

Ratio ministerij & sacramentorum.

Admonet præterea locus hic, quæ sit ratio ministerij & sacramentorum in Ecclesia. Sunt hæc à Deo instituta nostræ infirmitatis ergò, quam externis quoque adminiculis quasi iussulciri oportet. Sed vt Ioannes inter se & Christum distinguit, & sibi quidem nihil præter aquæ baptismum, id est, externam baptismi administrationem tribuit, Christo autem internam operationem & omnem effectum in solidum transcribit. Ita nobis eadem regula tenenda est, ne quid ministris, aut symbolis externis, tribuamus, quod solius Dei est. Dicuntur quæ ministri parturire, generare, illuminare, cõfirmare, peccata ablucere, soluere, ligare, &c. Sed hæc ministerij ratione dicuntur, quatenus cum illo Dei virtus coniuncta, non autem alligata est: quam si auferas, inane erit quicquid minister ex se ipso instituerit. Vide quæ hac de re Paulus in priori ad Corinthos capite tertio scribit. Eandem

Eandem esse Sacramentorum rationem res ipsa loquitur. Dicebatur circumcisio olim Gen. 17. factus Domini, & sacrificia, peccatorum expiationes: Sed quàm multi circumcisi fuerunt, Leuit. 16. quos factifragos fuisse Deus queritur? Et quàm multi sacrificarunt, quorù peccata apud Num. 5. Deum in recenti erant memoria? Sic Baptismum regenerationis & innouationis laua- Ierem. 11. rum, cœnam corporis & sanguinis Christi, communionem, vocat Apostolus. Sed quàm Prou. 2. multi, proh dolor, nec regenerati sunt, nec cum Christo communionem habent aliquã, Ezech. 16. qui tamen & baptizati sunt, & cœnæ mysticæ cum Ecclesia frequenter communicant? Sunt igitur hæc obseruanda, ne externis affixi, Deo suam gloriam eripiamus, & nobis ipsi nocentissimæ socordiae simus authores, dum externa hæc ad salutem nobis sufficere putamus.

Postremò locus, vbi hæc facta sunt, annotatur. Bethabara, nimirùm trans Iordana- Bethabara. nem, vbi Ioannes baptizabat. Solent enim historici in rebus maximi momenti locum & tempus diligenter indicare, quia ista ad fidem narrationi faciendam multùm seruiunt. At hic ego maiorem mysterij rationem habitam fuisse puto, quod sub ista voce lateret. Significat enim domum traiectus, & ita dictus fuit locus hic, vel quòd illic patres olim ex Aegypto liberati Iordanem transiissent, vt terræ Chanaan possessionem occuparent, vel quòd illic traiectus esset publicus ex Syria in Palæstinam. Meminit huius loci historia iudicum, & illic Madianitas interceptos & occisos fuisse refert. Iud. 7. Et videtur Ioannes tim illum ob populi frequentiam delegisse, quòd plures per ipsum instituerentur. Interim typus admonebat adesse iam tempus redemptionis, quando deuictò Satana & eius copijs per Christum, omnes huic nomen dare, & ex Aegypto Spirituali in regnum Dei traicere debebant. Aperuit enim nobis viam hanc Iesus Christus, qui ideo in mundum venit, vt nos ex regno tenebrarum affereret in libertatem filiorum Dei, et hæc quidem di- Etia sint in secundum Ioannis de Christo testimonium, cuius hic nobis vsus esto, vt hunc vera fide amplexi vitam æternam consequamur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

DOMINICÆ MAGNÆ LEGATIONIS

Missa à consistorio ad baptistam. Joh. 1.

VT Sanctus Baptista compellatus à senatu Sacerdotum accusatione de discessione ab ordinaria potestate & templo, opposuit mandatum Dei, & vocationem, qua cogebat ipsum aduersari idolatris, & repurgare doctrinam de beneficijs Christi: Ita tu fili Dei, Domine Iesu Christe, regito nos miseros & imbecilles, ne fracti terribilibus criminationibus, quibus accusamur à potentibus, tanquam authores dissidiorum, & hostes veteris Ecclesiæ, communis matris, à tua veritate deficiamus: Sed in vera animi constantia obædiamus mandato vniuersali, quod cœlestis Pater tuus edidit, qui mandauit, vt te audiamus, & fugiamus idola, & omnes, qui aliud Euangelium docent, pro Anathemate habeamus. Maneamus verò in illa Ecclesiæ, quæ verè est Catholica, collecta ex membris multarum gentium, sed coniunctis tibi in eadem confessione.

Et tu qui in hac vita tibi per vocem Euangelij colligis cætum electum: mittito fideles ministros, qui verbum vita rectè fecerint, qui te monstrent baptizantem credentes igne & Spiritu: terrentem corda diuino iudicio, & rursus eodem Spiritu viuifico sustentantem & erigentem. Gerant ministri suos calceos, sint cursores & legati tui, sint voces clamantis, scilicet tui ipsius per illos, non afferant suã sapientiã, suam potentiam, cultus excogitados humano arbitrio: sed sonent tuam veritatem. Doceant de te, qui es hospes implens beatam animam, in quam immigras simili luce & iustitiã, qualis in te conspicitur.

Para tibi igitur viam & semitas, vt tam sancta profectio

& habitatio nobis contingat. In nostris viuens
mentibus esto λόγος, AMEN.

F I N I S.

283

Faint, mostly illegible text in the upper section of the page, appearing to be bleed-through from the reverse side.

DOMINICAE MAGNAE DECACTIONIS
Magis & confessoris & baptisati Jobi

Main body of faint, illegible text in the lower section of the page, likely bleed-through from the reverse side.

